S. ALPHONSI DE LIGORIO

DOCTORIS ECCLESIÆ

THEOLOGIA MORALIS

IV

PARIS. — IMPRIMERIE Vve P. LAROUSSE ET Cie
49, RUE NOTRE-DAME-DES-CHAMPS, 49

S. ALPHONSI DE LIGORIO

DOCTORIS ECCLESIÆ

THEOLOGIA MORALIS

EDITIO RECENTISSIMA

EXCERPTIS E NOVISSIMIS MORALIBUS THEOLOGIIS COMPLETA;
DECISIONIBUS AUCTORITATIS ROMANÆ RECENTIORIBUS LOCUPLETATA:
CODICUM PRÆCIPUORUM EUROPÆ COLLATIONIBUS ILLUSTRATA;
QUOAD CITATIONES SACRÆ SCRIPTURÆ ET TRADITIONIS SACRÆ RECOGNITA
NULLA DEMUM HABITA TEXTUS ADULTERATIONE,
SED OPE TANTUM INTERCALATIONUM, ADNOTATIONUM ET APPENDICUM,
AD PRÆSENTEM RERUM CONDITIONEM ACCOMMODATA,

CURA ET STUDIO

D. LE NOIR

PRESBYTERI, PLURIUM, IN RE PHILOSOPHICA, THEOLOGICA ET SCIENTIFICA OPERUM AUCTORIS

TOMUS QUARTUS



PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

13, VIA DICTA DELAMBRE, 13

MDCCCLXXVIII

TOMUS QUARTUS CONTINET

I. Librum sextum theologiæ moralis: De præceptis particularibus; auctoris quartum, et editoris Heilig quintum.
II. Librum septimum: de censuris et irregularitatibus.
III. Appendicem de privilegiis.
IV Appendicem de prohibitione librorum.
V Examen ordinandorum.
VI. Praxim confessarii, eximie ampliatam.
VII. Elenchum quæstionum ab auctore reformatarum.
VIII. Indicem universalem.
IX. Auctorum citatorum dictionarium parvum.

LIBER VI

DE PRÆCEPTIS PARTICULARIBUS CERTO HOMINUM STATUI PROPRIIS

« Cum omnes fideles sicut præcepta » decalogi, ita etiam alia præcepta, quæ » pertinent ad statum, et officium unius- » cujusque, teneantur scire sub peccato » mortali; ita ut ipsa eorum ignorantia » vincibilis, licet non sequatur trans- » gressio, sit peccatum mortale (*Sylv.* » *Sayr. Sanch. Bald.* t. 1. *l. d.* 9. *n.* 8 » *et* 9.). Hinc post præcepta omnibus » communia agendum de propriis certo- » rum statuum in particulari.

Scavini, in fronte tractatus sui *de obligationibus*, cujus idem est objectum, obligationis in genere sequentem dat ac explanat definitionem :

« Obligatio sic dicitur quasi *ligatio ob*, id est ob aliquam causam, justum nempe superioris præceptum. Potest autem definiri : *Vinculum accommodatum naturæ intelligenti, validum, et internum, quo adstringimur ad aliquid faciendum, vel omittendum.* — Dicitur : 1. *vinculum*, ut sic indicetur vis illa maxima, qua prædita est lex ad ligandos subditos; 2. *accommodatum naturæ intelligenti.* Si enim creaturæ irrationales ad actum trahuntur pulsu exteriori et per impressiones corporeas, naturæ intelligentes et rationales trahi debent modo sibi convenienti, videlicet rationabili superioris ordinatione; 3. *validum,* quod nempe gravibus ac certis rationum momentis innitatur, ut valeat nos determinare; 4. *internum*, quo nempe ipsa conscientia afficiatur; 5. *quo adstringimur.* etc.; obligatio enim ita moraliter agit in homine, ut clare ipse perscipiat se debere aliquid facere vel omittere, ne cogatur se reprehendere et pœnis dignum judicare, si renuat. » (t. I n. 424.)

Atque ad rem citat idem Scavini, in adnotationibus, quod sequitur :

« Kant, célèbre coryphée des panthéistes de nos jours, s'apercevant que sa raison théorique ne lui servait de rien dans la vie positive, eut recours à la raison pratique pour y trouver un *impératif régulateur* de ses actions et du libre arbitre conforme à l'idée du devoir et du droit. Cette raison pratique le mit en possession de quelques notions pratiques *a priori,* qui déterminent pour nous, non *ce qui est*, *mais ce qui doit être*, et forment *la loi morale* (l'obligation), dont la force est autonome et ne soumet pas le sujet à l'obéissance par l'idée d'un être et d'une autorité et force supérieure, ni par la crainte du mal ou l'absence de la félicité, mais *par le pur respect à cette loi ;* de sorte qu'en définitive cette loi n'est qu'une abstraction, une vaine tendance vers le souverain bien qui ne peut déterminer ni où elle est, ni ce qu'elle est, ni par quelle voie on y parvient, et elle devient dès lors un empirisme dans la partie sur laquelle s'appuient. pour régler sa vie réelle, positive, extérieure, ces préceptes de la raison pratique qui sont formulés dans ce qui est appelé la *raison juridique,* savoir : dans les lois positives, religieuses ou sociales. Ainsi la raison était déclarée par Kant autonome, c'est-à-dire *législatrice d'elle-même, dépendant de ses seules lois propres ;* les écoles d'Allemagne entrèrent dans ce cercle, et, plus tard, Fichte ne considère le devoir (l'obligation) sinon comme *une loi, que le moi s'impose à lui-même, et cette loi consiste à respecter le droit des autres.* Pour Hegel, la moralité est *une harmonie de l'homme avec la nature, et la volonté est sa fin morale à lui-même ou la loi de la moralité.* Quant à Schelling, il dit *que, si Dieu existe, il existe dès lors comme conséquence, un monde moral :* mais il ajoute que *la vertu* est un état dans lequel l'âme se conforme non à la loi placée en dehors d'elle, mais plutôt comme à une nécessité de sa nature. » (*Saggio intorno al Socialismo*, etc., p. 806-7.)

Ad quod sancti nostri de Ligorio verba refert sequentia jampridem edita :

« La loi naturelle ne vient pas de la nature commune des êtres raisonnables, comme le supposent certains auteurs; mais elle vient de la loi éternelle. — La raison divine est celle qui a créé l'ordre naturel de toutes les choses, et la volonté divine les conserve. — Ce n'est pas la nature qui forme la loi et la mesure de l'honnête; mais c'est cette loi que Dieu a donnée aux sujets de toute espèce. » (T. VI, n. 592.)

Agetur 1° de statu religioso, 2° de statu clericorum, 3° de statu et officio personarum sæcularium quarumdam et præsertim judicialium; unde tria capita.

CAPUT I.

DE STATU RELIGIOSO.

De natura et loco status religiosi inter varios vitæ christianæ status, Generatim Martinet sic habet :

[1] Qui liber, hic inscriptus VIus, in prioribus editionibus IVus et in edition. A. Leclere 1866. Vus inscriptus fuit. Si quis a diversis scriptoribus aut etiam in aliis *S. Alphonsi* operibus librum IVum aut Vum Theol. Mor. juxta supradictas editiones citatum inveniet, quærat in hac edit. librum VIum, eodem tamen numero.

« *Status* nomine strictim accepto intelligitur vitæ genus in quo quis permanet, non ex solo propriæ voluntatis motu, sed ex aliqua lege vel causa *non levi, nec facile mutabili*, ut ait D. Thomas, legendus de statuum diversitate necessaria ad *perfectionem et decorem* vitæ spiritualis et civilis (2. 2. q. CLXXXI, a. 1 et 2). Ratione finis ad quem ordinantur, status dividuntur in civiles et ecclesiasticos. Illis proposita est perfectio vitæ civilis, istis perfectio vitæ christianæ. Respectu perfectionis christianæ, ad quam contendere debent omnes Christi fideles, diversi eorum status revocantur ad tres : *statum vitæ communis, statum perfectionis acquisitæ*, et *perfectionis acquirendæ*. Status *vitæ communis* eorum est qui ad perfectionem charitatis, in qua est essentialis perfectio, obligantur tantum primo præcepto, universis christianis indiscriminatim imposito, Deum diligendi ex tota mente, totis viribus, quique nulla lege tenentur ad eam contendere alia via quam mandatorum. Recole dicta lib. I, art. IX § 3, de stricta obligatione omnibus communi enitendi ad perfectionem (notatis tamen variis hujus gradibus), ad eruditionem eorum qui falso putant perfectionem præceptam esse solis episcopis et religiosis, quique, aliunde vocati, vitæ religiosæ hac una de causa repugnant, quod nolint se ad perfectionem astringere. — Status *perfectionis acquisitæ* proprius est eorum qui, ad sacerdotii apicem promoti, atque a Spiritu Sancto et Ecclesia positi ad informandos fideles cujuscumque status ad vitam perfecte christianam, omnibus præire tenentur in via perfectionis, ut videbimus, ubi res erit de munere episcopali. — In statu *perfectionis acquirendæ* sunt qui, animo certius acquirendi perfectionem omnibus præceptam, viam ingrediuntur quam Christus exemplo suo et verbo signavit iis qui volunt *perfecti esse* vel fieri, nec eam solum ingrediuntur, et in ea perseverant, sed ad perseverandum se obligant religione voti. Ab adolescente autem, cui hanc viam proponit, si vult *perfectus esse* (Matth. XIX, 21), Christus tria exigit, ut scilicet, præter strictam observationem mandatorum : 1° renuntiet omnibus bonis fortunæ, et sequatur *Filium hominis non habentem ubi caput reclinet*; 2° ut continentiam perfectam, in abdicatione rei familiaris jam implicite contentam, expresse servet, *eunuchus* factus *propter regnum cœlorum* (Ibid. 12); 3° ut singulari abnegatione sui, seu propriæ voluntatis, imitetur Christum qui *descendit de cœlo, non ut faciat voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum* (Joan. VI, 34). Hæc sunt in multitudine consiliorum evangelicorum tria præcipua, quæ propria sunt viæ regiæ ad perfectionem, tum ex decreto Christi, tum ex natura sua; siquidem nemo non videt hac abdicatione omnium, aliunde licitorum, inter ea quæ maxime placent cupiditati, sensualitati et superbiæ, removeri capitalia, et quasi omnia impedimenta perfectæ Dei et proximi dilectionis, in qua est summa perfectionis christianæ. Qui ergo hæc tria consilia observare incipit est profecto in via ad perfectionem; qui ea perfecte observat, actu jam perfectus est : neuter tamen constituitur in *statu* perfectionis, nisi ad hæc tria observanda sese obliget religione voti, et quidem in perpetuum. Unde concors est sententia DD., ad essentiam *status religiosi* seu *perfectionis acquirendæ*, necessarium esse triplex votum perpetuum paupertatis, castitatis et obedientiæ. Hæc est substantia status religionis ab ipso Domino posita, et consequenter immutabilis. Ecclesia autem, cujus est procurare congruam executionem omnium Domini institutorum in materia sive præcepti sive consilii, duo præterea exigit ad statum religionis proprie dictum : 1° ut tria vota acceptentur nomine Dei ab aliquo Ecclesiæ ministro : ut enim trina promissio paupertatis, castitatis, obedientiæ, vim obtineat perfecti contractus inter promittentem et promissarium, necessaria est hujus acceptatio. Quamdiu desideratur acceptatio Dei, significata per præsentiam delegati Ecclesiæ, vovens obstrictus quidem manet, et ex parte sui Deo devotus et sacer, nec tamen eum Ecclesia habet ut strictim segregatum a vita communi, Deo sacrum et desponsatum; unde facilius ei vota relaxat, quam alteri devota coram Ecclesia; 2° ut vovens ingrediatur aliquam ex familiis religiosis ab Ecclesia utcumque approbatis : namque in re non parum ardua, qualis est religiosa trinæ promissionis executio, *væ soli* (Eccle. IV); maxime si maneat in medio servientium trinæ concupiscentiæ. — Hæc est igitur triplex conditio necessaria et stricte sufficiens ad statum religiosum proprie dictum, ut in prima parte præcitati tractatus de *jure regularium*, fuse demonstrat D. Bouix, ubi præclare discussam invenies quæstionem de distinctione votorum in solemnia et simplicia, indeque ducta generali partitione familiarium proprie religiosarum, in *religiones stricte dictas seu formales, quæ essentiam status religiosi habent, cum votis solemnibus, et in congregationes religiosas, essentiam dicti status habentes, cum votis dumtaxat simplicibus* (part. II, sect. I, c. I).

« Tres ergo sunt in Ecclesia status comprehendentes universitatem christianorum. Primus ordine et dignitate est episcopatus, seu status *perfectionis acquisitæ et communicandæ* statibus infra se positis, siquidem a *Spiritu Sancto* positus est *regere Ecclesiam Dei* (Act. Ap. XX). Secundus est status religiosus, seu *perfectionis acquirendæ*, qui, cum ex se tendat ad perfectionem acquisitam, et optima sit ad eam via, sociabilis est cum episcopatu; unde potest episcopus ingredi religionem quin deserat episcopatum, et religiosus promoveri ad episcopatum quin deserat religionem. Tertius vero, seu status communis, qui dicitur

etiam *secularis*, necessario deserendus est ab iis qui assumuntur ad episcopatum (*omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus*... Hebr. v), vel ingrediuntur religionem. Inter varios status minus stricte dictos, quibus constat, alii sunt propinquiores statui perfectionis acquisitæ vel acquirendæ, alii remotiores. Remotior est status conjugalis, quo qui detinetur nullo modo potest, dissentiente consorte, ad sacros ordines ascendere vel religionem ingredi. Proximius ad episcopatum accedunt, quasi gradus, ordines sacri, presbyteratus, diaconatus, et etiam subdiaconatus, propter votum perpetuæ castitatis : unde clerici in sacris tenentur ad perfectionem acquisitam pro sua participatione muneris sacerdotalis, maxime presbyteri qui primario sacerdotii officio, quod est SS. Sacrificium offerre, aliud consociant, quod est curam animarum gerere, et consequenter eas ducere ad perfectionem, ut suo loco ostendemus. Quia tamen presbyter, vices episcopi partim implens, ad permanendum in hoc officio nulla Dei vel Ecclesiæ lege tenetur, nota caret necessaria ad statum proprie dictum perfectionis acquisitæ. Post clericos majores servitio Dei irrevocabiliter mancipatos, veniunt alii clerici in inferioribus ordinibus ministrantes, nulla lege prohibiti redire ad secularia vota. — Ad statum religiosum accedunt societates vel etiam personæ privatæ, quæ aliquam habent partem vel similitudinem vitæ religiosæ. Omnium propinquissima sunt instituta, quibus una deest ex tribus conditionibus necessariis ad statum religionis, eaque secundaria, ut acceptatio votorum; qualis est congregatio *Missionis*, instituta a S. Vincentio a Paulo, et approbata ab Alexandro VII *in Congregationem de corpore cleri secularis* (Bouix, *Tract.* part. II, p. 228). Pone veniunt personæ privatæ se voto perpetuo obligantes ad paupertatem, castitatem, obedientiam. Tertio loco, communitates, substantiam vitæ religiosæ non habentes, sed plus minusve imitantes, uno vel altero voto, aut tribus, sed temporariis. Domus clericorum, piarumve mulierum, qui sine voto vitam communem eligunt et libere retinent, ad facilius vacandum propriæ sanctificationi piisque operibus suæ conditioni congruis. Piæ demum sodalitates personarum identidem convenientium ad mutuos profectus in charitate Dei et proximi. Hi omnes quasi gradus ad statum vitæ religiosæ digni sunt qui commendentur omnibus personis secularibus, ut valde boni, etiam optimi iis qui quomodocumque impediuntur a superiori gradu.

« Equidem consentiunt DD., nullum ex dictis gradibus, nec ipsum religionis statum necessarium esse ad perfectionem charitatis, atque seculari cuicumque in conjugii statu possibilem esse gradum perfectionis acquisitæ, quo dignus fiat episcopatu præ dignissimis e clero seculari et regulari. Verum duo diligenter nota. 1° Ut dictum perfectionis gradum adipiscatur secularis conjugatus, non sufficit sola observatio mandatorum, sed opus est illa consiliorum evangelicorum optima parte, quæ dicitur *spiritus*. Potest quidem, illæsa perfectione, retinere usum conjugii, bonorum et propriæ voluntatis, et sic liber esse a *littera* voti continentiæ, paupertatis et obedientiæ, quo religiosus talem usum abdicat; sed non prius vere perfectus erit, quam, liber ab omni affectu ad prædictum usum, paratus sit illum dimittere, non jam pro lege Dei (ad quod omnis christianus strictim tenetur), sed pro majori ejus gloria ; in quo est *spiritus* seu finis consiliorum. — 2° Secularis conjugatus, eam adeptus cordis libertatem et perfectionem charitatis qua totus Deo vivat, non ideo adæquabit, coram Deo, religiosum qui eo pervenit per viam status religiosi : hic quippe merito *spiritus* continentiæ, paupertatis et obedientiæ, conjungit meritum non parvum *litteræ*, et insuper grande meritum voti. Unde præcellit etiam seculari qui perfectam continentiam, paupertatem et obedientiam observavit ex solo proposito. Nec dicas meritum abunde compensari merito virtutis qua vitam ducens in seculo perfecte religiosam maximas superavit difficultates religioso quasi ignotas. Omnes enim difficultates, quibus per totam vitam laboret studiosus perfectionis in vita seculari, expertus est religiosus ex quo de religione cogitavit usque ad professionem, in qua eas superavit quidem actu heroico triplicis voti perpetui, nec tamen prorsus extinxit. Unde periculis sibi adhuc impendentibus ex seculo pericula superaddidit religionis, non levia. Quoties igitur his et illis generose resistit, toties, saltem implicite, renovat actum in se perfectissimum, quo una cum fructibus arborem Deo dedit, et consequenter plus meretur quam secularis prædictus, parem vincens tentationem. — Hæc notanda erant, sive ad æquam status religiosi notitiam, et correctionem opinionis eorum qui putant totum vitæ religiosæ bonum esse in planiori via ad perfectionem, sive ad solamen personarum jam religionem professarum : inter quas non paucæ, animum despondentes ob multitudinem suarum imperfectionum, a Seductore sollicitantur ad *respiciendum retro*, præsertim in congregationibus ligatis tantum votis simplicibus. Quibus instanter dicendum est : *Tene quod habes*, ne dimittas *coronam tuam* (Apoc. III, II). *Optimam partem elegisti, quæ non auferetur a te* (Luc. x, 42). Virtus in religione mediocris, non modo tutior est, sed melior perfectiore in seculo. Hac consideratione, theologice fundatissima ex modo dictis, animus injicitur perneccessarius ad manendum viriliterque proficiendum in regia perfectionis via. » (lib. II. art. XII, § 1.)

Circa originem status religiosi Scavini sic habet :

« Vel Status Religiosus accipitur generatim pro quocumque vivendi modo, quo homines Dei specialiter se offerunt obsequio : vel stricte pro vero cœtu ac stabili instituto peculiari. — Si 1, sententia est omnium Catholicorum, uti ait Suarez, illum fuisse ab ipso Christo immediate traditum; patet enim ipsum non semel ad tria illa vota exhortatum esse. Unde sub hoc respectu status ille est a divino jure (non quidem præcipiente, sed consulente) : et ab ipsa Apostolorum ætate viguisse tradunt eruditi. — Si 2, varias quasi illius ætates nobis pandit historia : primo videmus *Ascetas* sic dictos a græca voce *asceo*, quæ indicat *exercitationem*, quia durioribus regulis exercebantur : quos quidem vel ab ipsa Apostolorum ætate exstitisse demonstrant moderni Bollandistæ, uti refert Bouix.

« Ab istis Monachorum origo deducta est; ipsis enim fideles non pauci adhærentes, a civium societate se subducere cœperunt, et vitam agere solitariam sub certa regula ac superiore in cœlestibus occupati, quibus porro *Anachoritarum*, *Heremitarum*, *Monachorum* et *Cœnobitarum* nomina adhæserunt : fuerunt præcipui auctores, Paulus, Pacomius, Macarius, Antonius, Hilarion, etc., in Syria præsertim ac Palæstina, quos omnes jampridem Ecclesia venerata est. S. Basilius Monachorum institutum a mera contemplatione ad ministeria spiritualia fidelibus impendenda traduxit. S. Athanasius ab Oriente in Occidentem id invexit sæculo IV : et sic in totam Italiam cæterasque Nationes permeavit : sicque deinde ordine venere *Benedictini* a S. Benedicto, *Dominicani* a S. Dominico, *Franciscani* a S. Francisco, etc. — Demum temporum decursu factum est ut Religiosi, qui prius extra urbes et oppida morabantur, in ipsa loca frequentiora inducerentur, quod quidem ob fidelium bonum tradit evenisse Doctor Seraphicus : *Sedes Apostolica*, ait, *vocavit nos in adjutorium tam Cleri quam populi, ut per officium Prædicationis et Confessionis subveniamus animabus, et onus pastorum sublevando alleviemus.*

« Origo Monialium cum ipso Religiosorum ortu conjuncta est. Et constat ex primis Ecclesiæ sæculis fuisse Virgines, quæ se Deo consecrabant per consiliorum executionem, quæque *Sanctimoniales* antonomastice dici cœperunt. — Ut conventus approbatorum monialium alicubi de novo erigatur ex Tridentino requiritur tum licentia Episcopi, tum talis monialium numerus, ut sufficiat ad regularis vitæ observantiam. Vult Ferraris, ut moniales sint saltem duodecim, prout S. C. C. id statuit de viris regularibus; verum hanc similem determinationem quoad moniales alii negant. An insuper requiratur licentia Sedis Apostolicæ, affirma cum Benedicto XIV de conventu virorum. Quoad monialium vero monasterium videtur ex praxi requiri S. C. Concilii licentia quoad Italiam Insulasque adjacentes. » (T. I, n. 499 et 500.)

De utilitate autem ita citat idem :

« *Monasteria*, ad rem ait Stapf. (*Theol.*, § 554 et 555) *non tantum hominibus, qui se ad sublimiora vocatos sentiunt, certum perfugium præbent... ; sed etiam mundo viva identidem vitæ sanctioris exempla proponunt, atque suis tum precibus tum sacris functionibus publicæ saluti insignem plane operam navant. Ne quid de illis dicam quorum, præcipuus labor est erudire juventutem, assistere infirmis, aliisque tum spiritualibus tum corporalibus operibus misericordiæ incumbere. Ipsi adversarii negare nequeunt, quam præclare Monachi... de posteritate meruerint, utpote quorum indefessis conatibus, non tantum christianam Religionem, sacras atque ac profanas scientias, artes liberales, sed ipsam quoque terræ fertilitatem debemus, ut adeo ipso opere comprobaverint quod Apostolus inquit* : Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est et futuræ (I Tim. IV). *Est ergo pessima eorum illatio, qui dum unum alterumve Monachum degenerem vident, totum mox collegium, vel omnino universum Regularium statum contemnendum ducunt.* — Probrosum sane, ut Catholici nonnulli a protestante Leibnitzio veritatem ediscant; ait enim : *Fateor mihi semper religiosos Ordines qui in sola catholica Ecclesia reperiuntur, mire probatos fuisse.* Hinc nil mirum, si contra nefanda pseudo-philosophorum politicorum improperia, quibus in religiosos debacchati sunt, innumeri apologiam invincibiliter texerint. Hic vid. etiam Bulla *Auctorem fidei*, prop. 80, 81, 82, 83, 84. » (T. I, n. 501.)

« Les politiques modernes, (ait ipse Gioberti), oublieux des bienfaits passés et insouciants des biens futurs, estiment heureux le pays qui n'a point de moines. Peu importe que l'égoïsme triomphe, que l'amour de la patrie s'éteigne, que les athées, les épicuriens, les femmes perdues de mœurs, les suicides, les infanticides et les autres énormités s'accroissent ou double chaque année pourvu qu'il n'y ait pas de moines. Pauvres gens! Quand vous n'aurez plus ni religieux ni religieuses, ferez-vous mieux vos affaires? Serez-vous plus justes, plus sobres, plus craignant Dieu, en un mot, plus vertueux et plus heureux? Lisez l'histoire, consultez l'expérience, et vous verrez qu'aujourd'hui et dans le passé la plus grande partie des services rendus à l'humanité est due aux moines, et que nul n'est plus apte qu'eux d'être utile même aux hommes qui les méprisent et les haïssent. »

Inter alia multa, inquit Martinet, recolan

tur exemplum S. Theresiæ, verbaque Domini ad illam de religionibus minus perfectis :

« Un jour, au moment où je venais de communier, Notre-Seigneur me commanda expressément de m'employer de toutes mes forces à l'établissement de ce monastère, me donnant la formelle assurance qu'il réussirait, et que la ferveur avec laquelle il y serait servi lui procurerait beaucoup de gloire ; il voulait qu'il fût dédié sous le nom de saint Joseph ; ce saint veillerait à notre garde à l'une des portes, et la très-sainte Vierge à l'autre, tandis que lui, Jésus-Christ, serait au milieu de nous. Cette maison serait une étoile qui jetterait une grande splendeur. Quoique les ordres religieux n'eussent point leur ferveur première, je ne devais pas croire qu'il en tirât peu de gloire ni peu de service : *et que deviendrait le monde, s'il n'y avait des religieux* (*Vie de sainte Thérèse, écrite par elle-même*, c. XXXII, trad. par le P. M. Bouix) ? »

Quoad vota Balmès audiatur :

« Disons maintenant deux mots sur les vœux qui sont propres d'ordinaire à tout institut religieux. Peut-être ces vœux sont-ils une des principales raisons de l'antipathie du protestantisme contre les ordres religieux. Le vœu rend fixe et stable ; or le principe fondamental du protestantisme n'admet ni fixité ni stabilité. Essentiellement multiple et anarchique, ce principe repousse l'unité, détruit la hiérarchie ; dissolvant par nature, il ne permet à l'esprit ni de rester dans une foi permanente ni de s'assujettir à une règle. La vertu même est pour lui une entité vague, qui n'a point de base déterminée, un être qui s'alimente d'illusions, et ne supporte l'application d'aucune règle fixe et constante. Cette sainte nécessité de bien faire, de marcher sans relâche par le chemin de la perfection, devait lui être incompréhensible, lui répugne au plus haut degré ; cette nécessité devait lui paraître contraire à la liberté, comme si l'homme, en s'obligeant par un vœu, perdait son libre arbitre ; comme si la sanction que la promesse imprime à un dessein diminuait en rien le mérite de celui qui a la fermeté d'accomplir ce qu'il a eu le courage de promettre !

« Cet effort de l'homme pour se faire l'esclave du bien et enchaîner son propre avenir, outre le sublime désintéressement qu'il suppose, est l'exercice le plus vaste que l'homme puisse faire de la liberté : voilà ce que l'on publie lorsqu'on invoque les droits de la liberté contre cette nécessité que l'homme s'impose lui-même. Par un seul acte, l'homme dispose de toute sa vie, et, en accomplissant les devoirs qui résultent de cet acte, il accomplit perpétuellement sa propre volonté. « Mais, nous dira-t-on, l'homme est si inconstant !... » Voilà précisément pourquoi, afin de prévenir les effets de cette inconstance, l'homme se lie, et, mesurant d'un coup d'œil les éventualités de l'avenir, se rend supérieur à ces éventualités, les domine d'avance « Mais, répliquera-t-on, le bien, dans ce cas, se fait par nécessité. » Cela est certain, mais ne savez-vous pas que la nécessité de bien faire est une nécessité heureuse qui assimile en quelle façon l'homme à Dieu ; Ignorez-vous que la bonté infinie est incapable de mal faire, et que la sainteté infinie ne peut rien faire qui ne soit saint ? Les théologiens, expliquant pourquoi l'être créé est capable de pécher, en signalent cette raison profonde : « C'est, disent-ils, que la créature est sortie du néant. » Lorsque l'homme s'oblige autant qu'il est en lui, d'agir bien, lorsqu'il enchaîne de cette manière sa volonté, il l'ennoblit ; il se rend plus semblable à Dieu ; il se rapproche de l'état des bienheureux, qui n'ont plus la triste liberté de mal faire, qui sont dans l'heureuse nécessité d'aimer Dieu.

« Le mot de *liberté*, depuis l'instant où les protestants et les philosophes s'en sont emparés, semble condamné à être mal compris en toutes ses applications. Dans l'ordre religieux, moral, social, politique, on a réussi, par mille efforts, à l'obscurcir et à le fausser. Cicéron donna une admirable définition de la liberté lorsqu'il dit qu'*elle consiste à être esclave de la loi*. On peut dire pareillement que la liberté de l'intelligence consiste à être esclave de la vertu ? changez cet ordre, vous tuez la liberté. Otez la loi, vous proclamez le règne de la force ; ôtez la vérité, vous proclamez l'empire de l'erreur ; ôtez la vertu, vous mettez le vice sur le trône. Osez soustraire le monde à la loi éternelle, qui embrasse tout dans l'homme et dans la société, qui est la raison divine appliquée aux créatures raisonnables ; osez chercher en dehors de ce cercle immense une imaginaire liberté, vous détruirez tout ; il ne reste plus dans la société que l'empire de la force brutale, et dans l'homme l'empire des passions ; chez l'un et chez l'autre la tyrannie, par conséquent la servitude. » — V. *Quatre ans d'expérience de la religion catholique*, c. II. — Alia apud Stapf, *Theol. Mor.*, § 35. — V. Lacordaire, *Mémoire pour le rétablissement en France de l'ordre des Frères-Prêcheurs*, c. I. — *Analecta juris pontificii*, ann. 1857 ; *Des vœux solennels dans les monastères de religieuses.* »

DUBIUM I

Quid sit natura status religiosi ?

1 Quid status religionis ? Et qui sint religiosi ?
2 An religiosus promotus ad Cardinalatum, vel Episcopatum maneat obstrictus votis ?
3 An teneatur ad observantiam suæ regulæ ?
4 An promotus ad parochiam teneatur ad habitum, et regulam ?

1. — « RESP. Status religionis est fide-
» lium ad divinæ charitatis perfectionem
» tendentium, editis votis perpetuæ pau-
» pertatis, castitatis, et obedientiæ, sta-
» bilis in communi vivendi modus, ab
» Ecclesia approbatus.

« Dixi, *ab Ecclesia*; quia, etsi olim
» Episcopi religiones approbare pote-
» rant : postea tamen in concilio Late-
» ranensi sub *Innocentio Tertio* statutum
» est, ne nova religio inducatur, nisi ap-
» probata a Papa. Ratio est, quia, cum
» religio sit communitas sacra, in qua
» debet esse spiritualis jurisdictio, hæc
» autem a Papa proveniat, decens est,
» ut talis communitas ab eodem appro-
» betur. *Laym. l. 4. t. 5. c. 1.*

Unde resolvuntur casus :

« 1. Ad essentiam religionis non re-
» quiruntur vota solemnia. Ratio est,
» quia qui in Societ. Jesu vota simplicia
» edunt, sunt veri religiosi, uti definivit
» *Greg. XIII.* in bulla, *Ascendente Domino*.
» *Laym. l. c. n. 4.*

Omnes conditiones, inquit Gury ad religionis substantiam necessariæ etiam in votis simplicibus habentur; siquidem per ea homo potest se perpetuo mancipare Deo in ordine ab Ecclesia approbato. »

De quo Ballerini notat : « Ordo ab Ecclesia approbatus hic distinguitur a *congregationibus religiosis* quæ etiam sæculares dicuntur. Proinde quod Gregorius XIII definivit de scolasticis societate Jesu, eos veros esse religiosos, licet simplicia tantum vota emiserint, id ipsum etiam de illis, qui, et recenti SS. D. N. Pii PP. IX dispositione per aliquot annos simplicibus tantum votis innodati manent in religionis ordinibus antequam solemnem professionem emittant prorsus dicendum videtur. »

Pergit Gury : « Sunt religiosi illi, qui, in religione approbata, secundum certam regulam, tria vota essentialia emittunt.... Ex decreto Pii IX, promulgato per litteras encyclicas *S. congr. reg.* ad superiores ordinum religiosorum *datas* 19 mart. 1857, religiosi omnes eorum ordinum, in quibus vota solemnia emittuntur, in posterum absoluto tyrocinio tantum vota *simplicia* emittunt, saltem ad triennium, deinde ad *solemnia* vota admittuntur, si a superioribus suis digni reperiantur. Justis autem de causis professio solemnis etiam diutius poterit differri quamquam non ultra ætatem 25 annorum expletorum — Vide analecta jur. pont. serie secunda, col. 2954.

« Ex declarationibus autem *S. congr. reg.* datis die 25 feb. 1859, etc., et ad præfatum decretum spectantibus, vota simplicia, de quibus agitur, perpetua sunt ex parte voventis, et eorum dispensatio summo pontifici reservatur. Ex parte tamen ordinis solvi per dimissionem professorum possunt, ita ut, data dimissione, eo ipso professi ab omni dictorum votorum vinculo liberi fiant. Nemo vero ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium exortæ dimitti poterit. Cæterum professi horum votorum participes fiunt omnium gratiarum et privilegiorum, quibussolemniter professi in eodem ordine fruuntur — vid. analect. j. p. 24 sept. 1859, col. 1891. « (*De stat. part.* n. 138.)

Quoad statum actualem regularium in Gallia notat Scavini :

« Hodie in Gallia Monialium vota non habentur ut solemnia, prout respondit S. Pœnitentiaria ad Episcopum Bouvier 2 jan. 1836. Sic voluit Ecclesia ob occurrentes perturbationes. Hoc tamen non currit quoad viros, qui adhuc possunt in illo regno vota solemnia emittere, neque obstat civilis lex, qua omnes cives sunt habiles ad possidendum ; lex enim civilis non potest per se solemnitati votorum obstare. Sic a Gregorio XVI (*V. Ami de la Relig.*, 7 sept. 1840) vota Religiosorum a S. Benedicto ibi fuerunt declarata solemnia. — Bouix, *De Jure Regular.*, pars III°, refert : anno 1854, ad S. Pœnitentiariam facto recursu, pro facultate mutandi nonnullas dispositiones testamenti, a moniali quadam Belgica, ante professionem suam conditi, rescriptum est : *S. Pœnitentiaria, consideratis expositis, respondet, quod vota monialium in Gallia et Belgio habentur ut simplicia ; et ideo oratrix rem agat cum Ordinario, et ejus judicio, se dirigat.* 2 dec. 1854. »

Fusius autem Gury de quæstione eadem in appendice propria ; præcipua citemus :

« Permulta monasteria tum virorum, tum feminarum, decimo octavo seculo ad finem vergente, in Gallia numerabantur. Sed immani rerum omnium perturbatione, quæ subsecuta est, omnia dissoluta fuerunt ; sedata tempestate, multæ monialium domus restitutæ sunt. Plures aliæ sub variis formis ab episcopo sancitis conditæ sunt. Subinde nonnulli etiam virorum conventus restituti fuere, eosque nunc in dies multiplicatos cernimus. Plura autem exorta sunt dubia, quæ a nobis perpendenda sunt. Difficultates occurrunt præsertim circa moniales. Hinc

« Quærit. *An moniales in Gallia emittunt vota solemnia? — Resp. neg.* Etenim propter temporum difficultates post gallicam perturbationem, servarunt facultatem bona possidendi et acquirendi, non obstante voto paupertatis. Sic pluries a S. Sede fuit declaratum. Ergo votum paupertatis, quod emittunt, non est solemne. Ergo etiam duo alia

nequeunt esse solemnia; nam juxta solemnis professionis naturam, et Ecclesiæ leges, votum unum non potest esse solemne sine alio. Ergo votum castitatis non constituit impedimentum matrimonii dirimens, donec placuerit summo pontifici restituere monialibus votorum solemnitatem, vel statuere ut votum simplex sit impedimentum dirimens. »

De ratiocinio Gury demonstraturo vota de quibus agitur non esse solemnia, Ballerini adnotat : « conclusio hæc ex præmissis non sequitur necessario. Dispensare enim potest sedes apostolica ut licet solemni paupertatis voto obstricte possidere possint, uti patet ex responso S. Pœnitentiariæ mox subjecto. »

Deinde citat Gury responsum S. pœnitentiariæ episcopo Lemovicensi (Limoges) dicentis :

« Votum solemne illud est, quod ab Ecclesia ut tale acceptatur, et voventem inhabilem reddit in perpetuum et immutabiliter (spectata lege ordinaria et seclusa dispensatione pontificia) ad matrimonium contrahendum, et ad dominia rerum acquirenda vel retinenda, *prout cum cæteris SS. canonum tractatoribus loquitur P. Piringh in 3° decret. tit. 34. §. Cum ergo (ut præmissa ab episcopo oratore significant) modo Galliarum moniales, ut sese civilibus legibus accommodent sic paupertatis votum emittant, ut minime se abdicent dominio rerum suarum, sed eas ut proprias retineant, ac de iisdem, cum opus fuerit, juxta leges civiles disponere intendant, ideo hoc eorum votum sive quinquennale sive perpetuum sit solemne certe non est, nec solemnia censeri possunt reliqua duo vota castitatis et obedientiæ; quippe cum secundum solemnis religiosæ professionis naturam, atque, Ecclesiæ disciplinam, votum unum sine alio solemne esse non possit* :

Postea citat etiam idem Gury responsum *S. Pœnitentiariæ* ad D. Bouvier cenomanensem episcopum, ita constans :

« *Moniales, quæ ante gallicanam perturbationem solemnem religiosam professionem emiserunt, veras religiosas esse, easque sicut et cæteras sorores monasteriorum Galliæ, lucrari posse indulgentias omnes quæ religioni seu instituto aliarum monialium solemnia vota emittentium, secundum institutum seu regulam respectivam concessa fuerunt; idque ex indulto S. P. Pii VII, et a SS. D. papa Gregorio XVI iterum confirmato. Datum Romæ, in S. Pœnit. die 3 februarii* 1841. »

Tertio dicit idem episcopum in Gallia dispensare posse moniales a votis saltem paupertatis et obedientiæ ex indulto apostolico eum delegatum constituenti, sed non a voto castitatis quia reservatur illud papæ soli et inter sæculares servari potest; nisi tamen mulier noluerit, *explicite* vel *implicite*, se obligare absolute ac in perpetuum, aut solum ad arbitrium episcopi.

Quarto, dicit idem episcopum a tribus votis dispensare moniales non posse cum agitur de congregationibus recentibus quæ a superiorissa generali gubernantur, quales sunt moniales dictæ *a sacro corde*, aut etiam cum agitur de congregatione a S. Sede approbata.

Quinto, asserit idem, ex responsione *S. Pœnit.* ad DD. Bouvier, 2 jan. 1836, papæ non esse reservatum in Gallia votum ingrediendi religionem.

Sexto, asserit idem, ex responsione S. *Pœnit.* ad D. Gely nannetensem canonicum, 23 jan. 1821, leges clausuræ, quoad monasteria monialium in Gallia, jure communi, non rigorose obligare ac ita ut violantes pœnas canonicas incurrant, quamvis tamen leges illæ abjici non possint sine culpa *per se* mortali.

Septimo, asserit idem, ex responsione ad episcopum petrocorensem, 26 nov. 1852, quam citat in extenso, non urgeri moniales in Gallia obligatione rigorosa officii divini recitandi, saltem ex ratione legis Ecclesiæ, nisi ex respectivis constitutionibus propriis resultet.

Tandem quoad religiosos in Gallia, putat idem Gury, post collatorem aniciensem [1], P. Gautrelet [2], R. P. don Gueranger [3] et, saltem, ut videtur, P. de Ravignan [4], contra alios, inter quos Carrière, vota prædictorum habenda esse ut solemnia vere; probatque hanc thesim ac refellit objectiones, pluribus argumentis quæ reducuntur : 1° ad hoc principium quod vota, spirituales res, non attingi possunt per legem civilem neque *directe* neque *indirecte*; 2° ad hæc facta, quod S. Sedes tantum locutus est, declarando *simplicia* vota monastica in Galliis de monialibus, quoad viros autem, per S. Congregationem, superiori quidem monasterii de Solesmes respondit concedendo licentiam admittendi ad *solemnem professionem* quos, subjectos habebat, *votis simplicibus* jam emissis, novitiatu 18 mensium expleto,

1 Collator aniciensis (Conférences du Puy) dixerat, an. 1842 : « D'apres tout ce que nous voyons, il paraît 1° que les vœux des religieuses en France ne sont pas solennels, mais qu'ils jouissent des mêmes faveurs spirituelles que s'ils étaient solennels ; 2° qu'il n'en est pas de même des vœux des religieux, lesquels sont solennels au moins pour la plupart, si nous en jugeons par une lettre du R P. Abbé de Solesmes insérée dans l'*Ami de la religion*, tom. I, p. 403. » (19 couler. N. 96)

2 *Traité de l'état religieux*, t. I, c. 6. art. 3.

3 *Annot.* in folio publico l'*Ami de la religion*, 7 sept. 1846.

4 *De l'institution de la société de Jésus.*

etc. (vide appendicem citatam ad finem tract. *de stat. particul.* t. II. p. 101. edit. rom. 1869).

Nunc redeamus ad S. auctorem nostrum:

« 2. Non sunt religiosi ii ordines militares, qui conjugalem castitatem tantum vovent: sunt tamen vere religiosi milites S. Joannis, et Teutonici, eorumque similes, cum tria vota substantialia habeant. Similiter ex fratribus, et sororibus tertiariis sive ordinis sancti Francisci, sive aliorum, tantum sunt religiosi, qui in religione approbata, secundum certam regulam, tria vota substantialia emittunt. Contra autem ii non sunt, qui, licet tria ista emittant, et communiter, vel seorsim habitent, regulam tamen a Sede apostolica approbatam non profitentur. *Laym. loc. cit.*

« 3. Religiosi non sunt, qui, edito voto perpetuæ paupertatis, et castitatis, obedientiam vovent confessario, aut Episcopo. Ratio est, quia tali voto non subjiciuntur jurisdictioni spirituali, quæ a Deo, medio ejus vicario, provenire debet. *Ibid. n.* 7.

« 4. Etsi Papa in votis solemnibus religionis dispensare possit, ut quis desinat esse religiosus: non potest dispensare tamen, ut quis manens religiosus substantialibus votis non teneatur; quia ad essentiam religionis illa spectant. *Laym, loc. cit. n.* 8. *ex Nav. etc.*

2. — « 5. Religiosus promotus ad Cardinalatum, vel Episcopatum, obstrictus manet votis essentialibus suæ religionis, etsi quoad aliquos effectus paupertatis, et obedientiæ exemptus censeatur. Deinde, etsi jugo regulæ absolutus sit quoad culpam, et pœnam, tamen ex obligatione moralis honestatis, ea servare debet, quæ eum decent, et cum ejus munere consistunt. Hinc quoad habitum, sui ordinis colorem deferre debet, etsi quoad figuram Episcopis sæcularibus se conformare possit, ut *Clemens VIII* concessit apud *Sanch.* 6. *mor.* c. 6. Imo, si Episcopatum resignet, vel ob culpam deponatur, absque degradatione, tamen non tenetur ad regularem observantiam redire, quia retinet eminentiam episcopalem, ob quam ab obedientia regulari exemptus fuit. *Ibid. c. S. Th. Rodr. Sanch. etc.* Secus est in Cardinali religioso, qui non est Episcopus; hic enim, relicto Cardinalatu, nihil retinet ex dignitate cardinalitia; ideoque, si Papa ejus renuntiationem acceptarit, tenetur redire ad obedientiam regularem sui ordinis. *Pal. de Lug. resp. mor. l.* 5. *d.* 12. »

Quæritur igitur I. An religiosus assumptus ad Episcopatum maneat absolutus a votis? (Intellige a votis *obedientiæ* et *paupertatis*; nam voto castitatis remanet quidem obstrictus ratione ordinis).

Prima sententia affirmat cum *Vasq. Sot. Med. Angels*; et signanter quoad votum paupertatis, tenent *Palac. Tamb. Dian.* et probabile putant *Sanch. Villal. cum Salm. tr.* 15. *de stat. rel. c.* 5 *punct.* 2. *num.* 30. *et* 32. probantque ex *c. unic. caus.* 18. *quæst.* 1. ubi dicitur: *Monachus, quem canonica electio a jugo regulæ monasticæ professionis absolvit, et sacra ordinatio de monacho Episcopum facit.* Ex hoc igitur dicunt liberari a voto obedientiæ. Sequitur textus: *Velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea jure vindicandi potestatem habet.* Si enim, dicunt, potest ut legitimus hæres sibi vindicare hæreditatem paternam, ergo potest illius verum dominium acquirere, dum vendicare solis dominis competit. Et sic etiam liberatur a voto paupertatis.

Secunda sententia, quam sequimur, et tenent cum *Bus. Less. d. c.* 40. *n.* 113. *Pal. t.* 3. *tr.* 16. *d.* 4. *p.* 14. *n.* 4. *Sanch, lib.* 6. *Dec. c.* 6. *n.* 2 *Suar de rel. t.* 4. *tr.* 8. *l* 3. *c.* 17. *n.* 1. *Laym. l.* 4. *tr* 5. *c.* 2. *n.* 9. *et Salm. l. c. n.* 31. *cum Bon. Lezan. etc. ac Spor. t.* 3. *de statu rel. pag.* 87. *n.* 165 *cum communi*, negat Episcopos religiosos absolvi a votis, nisi in quantum ipsorum observantia repugnet muneri episcopali. Ratio, tum quia religiosus factus Episcopus remanet religiosus ut omnes fatentur, utque obligatio deferendi habitum (ex *c. Clerici, de vita, et hon. Cler.*) ostendit; ergo manet obstrictus votis, quæ sunt de essentia religionis; justa dicta *de voto n.* 244. *v. Quæritur*: tum quia vota personalia comitantur personam, in quantum sunt compatibilia cum suo statu. Et hanc sententiam expresse tenet S. *Th.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. *ad* 4. ubi ait: *Religiosus, qui fit Episcopus, sicut non absolvitur a voto continentiæ, ita nec a voto paupertatis, quia nihil debet habere tanquam proprium... Similiter etiam non absolvitur a voto obedientiæ, sed per accidens obedire non tenetur, si superiorem non habet; sicut nec abbas monasterii, qui tamen non est a voto obedientiæ absolutus,* Et alibi in *qu.* 185. *ad* 3. sic explicat

textum, in *c. Monachus*, ut supra oppositum : *Proprium autem* (Episcopi regulares) *nullo modo habere possunt : non enim paternam hæreditatem vendicant quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ debitam.* Et deinde subdit: *Testamentum* (Episcopus) *nullo modo facere potest, quia sola ei dispensatio committitur rerum ecclesiasticarum, quæ morte finitur.* Eodem modo præfatum textum explicat Glossa *verb. Legitimus*, sic dicens : *Sed objicitur : Si hæreditatem vendicat, ergo potest habere proprium, cum tamen remaneat monachus, quod esse non debet. Sed dicitur sibi, id est Ecclesiæ suæ.* Et idem videtur expresse sancitum in ipso canone citato, ubi in fine dicitur : *Postquam enim Episcopus ordinatur ad altare, ad quod sanctificatur ac titulatur, secundum sacros canones, quod acquirere poterit, restituat.* Ex quo *Salm. ibid. n.* 32. *cum S. Th.* inferunt 1. Episcopum regularem non posse de ullis bonis testari. Inferunt 2. cum *S. Bon. Sanch. Nav. et Lez.* quod prædicti Episcopi regulares possunt quidem ut alii Episcopi disponere de bonis Ecclesiæ ad moderatam ipsorum sustentationem, sed non ad alia ; nam superflua debent in eleemosynas, et pia opera erogare ; nisi aliquid ipsi acquisierint parcius vivendo : præsumitur enim tunc Ecclesia concedere, quod de eo libere ipsi disponant ; ita *Salm. eod. n.* 32. *in fine, cum Nav. Less. Mol. Sanch. etc.*

3. — Quær. II. Utrum Episcopus regularis teneatur ad observantiam suæ regulæ ? Resp. cum *Bus. et Salmant. de stat. rel. cap.* 5. *punct.* 2. *n.* 35. *et ibi Caj. Val. Bon. Pal. Sanch. Sot. Suar. Less. contra alios*, probabilius esse quod ipsi sub nulla culpa sint ad regulam obligati, sed solum ex honestatis debito, quod autem debitum ne sub levi quidem obligat, ut docent *ib. Less. Sot. Pal. Sanch. etc.* Ratio, quia Episcopus regularis absolute a jugo regulæ liberatur, ut ex *d. c. unic.* ubi dicitur : *Monachus, quem canonica electio a jugo regulæ monasticæ professionis absolvit, etc.*

Ab aliis autem votis propriis alicujus religionis Episcopus regularis omnino liberatur, ut *Salm. ibid. cum n.* 35. *cum Sanch. Pal. etc.*

Nota, quod abbates, propriam diœcesim habentes cum jurisdictione episcopali, sunt in omnibus Episcopis similes. Communiter *Salmant. ibid. num.* 29. *cum Pal. Sanch. etc.*

4. — « 6. Religiosus ad parochiam » promotus cum votis adstrictus maneat, » tenetur deferre habitum religionis, » regulamque observare in omnibus, » quæ cum suo munere consistere pos- » sunt. Idque non tantum secundum mo- » ralem honestatem, sed sub obligatione » gravis culpæ, si ad eam regula obli- » get » (*Ita probabilius Salm. loc. cit. n.* 40. *cum Sanch. Pell. Bon. etc. contra Suar. et Pal. dicentes teneri ad vota, sed non ad observantiam regulæ*) « Ita *Laym.* » *lib.* 4, *t.* 5. *c.* 1. *n.* 11. *et* 12. Ubi addit, » et si parochus religiosus in iis, quæ ad » regulam spectant, subjectus maneat » superiori : jam tamen consuetudine « multis locis observari, ut non tantum in » pertinentibus ad disciplinam ecclesia- » sticam, sed etiam in plerisque aliis, ab » obedientia prælati eximatur, et Epis- » copo subjiciatur. *Vide Sanch. l.* 6. *mor.* » *c.* 9 *n.* 36.

DUBIUM II.

Quæ requirantur ad valorem professionis religiosæ ?

5 Quæ conditiones requirantur ad professionem religiosam ? I. Aptitudo voventis. Quid de ætate, et exploratione puellarum suscipientium habitum religiosum ?
6 II. Requiritur consensus prælati ordinis.
7 III. Ut professio sit spontanea.
8 Quando et quando professus reclamare de nullitate suæ professionis ?

5. — « Resp. Ad valorem ejus tres re- » quiruntur conditiones : 1. Est qualitas » seu aptitudo voventis, scilicet ut, juxta » *Trid. sess.* 25. *c.* 15. *de Regularibus*, » decimum sextum ætatis annum ex- » pleverit, annumque integrum cum re- » ligioso habitu steterit in probatione, » nullumque habeat impedimentum, » quod per statuta a Pontifice confirmata, » in isto ordine substantiale esse cen- » seatur. *Azor. tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *qu.* 6. » *et* 7. *Rodriq. tom.* 2. *c.* 6.

Quoad moniales, Tridentinum statuit, quod puellæ non suscipiant habitum regularem ante 12 annum completum : unde nequeunt antea suscipere, ut tenet *Alex. Cons. Mon. c.* 2. § 1. *qu.* 10, *cum Tamb. Rodr. Naldo* (*contra Sanch. l.* 4. *dec. c.* 18. *n.* 33. *Vill. etc.*) et affert declar. S. C. Exploranda autem est voluntas puellarum ante susceptionem habitus, et ante professionem ab Episcopo, vel, eo impedito, a vicario, vel alio deputato. Si utraque exploratio omitteretur esset culpa gravis, sed valeret professio, ut *de Alex. l. c. cum Sanch. Barb.* cum de-

claratione *S. C. et Salm. de privil. tr.* 18. *c.* 3. *punct.* 1. § 2. *n.* 14. qui notant explorationem hanc ex consuetudine fieri, et semel, et tantum ante professionem intra 15 dies. Episcopus autem explorare potest, et debet voluntatem puellarum etiam in monasteriis exemptis, ut *Salm. ibid.*

6. — « 2. Conditio est consensus, et » acceptatio expressa vel tacita prælati » ordinis: per hanc enim religioni incor» porari debet. » (*Error circa substantiam tam ex parte profitentis quam admittentis, vitiat professionem. Salm. tr.* 15. *de stat. rel. c.* 4. *punct.* 3. *n.* 27.) « Idque ordi» narie, non tantum cum consilio, sed » etiam cum consensu capituli, aut certe » majoris, aut principalioris partis, se» cundum cujuscumque ordinis statuta. » *Navarr. Lessius c.* 41. *d.* 7.

7. — « 3. Ut professio sponte facta » sit, non cogente gravi metu, qualis » esset incarceratio, alimentorum sub» tractio, eo quod in professionem con» sentire noluerit. Itemque metus reve» rentialis, non quidem se solo, sed acce» dente precum, blanditiarum, et imperii » sæpius repetita importunitate, aut » gravi offensione, aut diu continuata » indignatione consanguineorum, ad» junctis etiam minis de subsidiis negan» dis, si ex religione egrediatur; hæc » enim vel singula, vel certe simul juncta, » considerata conditione hominis rudis, » timidi, et metum justum incutere pos» sunt, et professionem irritare, ut docet » *Laym. cum aliis lib.* 4. *tract.* 5. *c.* 5. » *Less. l.* 2. *c.* 43. *dist.* 7. » (*Vide dicta de matrim. lib.* 6 (v). *num.* 1055. *Professio enim, et matrimonium æquiparantur* ; *ac Salm. loc. cit. n.* 26.)

Unde resolvuntur sequentes casus :

8. — « 1. Is, qui professionem irri» tam edidit, ex defectu alicujus condi» tionis ex jam dictis, nisi eam postmo» dum tacite, vel expresse ratificaverit, » egredi e religione, et uxorem ducere » potest; licet, ob vitationem scandali » causam egressus dicere debeat, et si » ad forum externum causa deveniat, de» fectum professionis probare ; hoc au» tem fieri debet intra quinquennium a » die professionis ; post illud enim non » auditur, juxta *Trid. c.* 19. *sess. ead.* » quia præsumitur eam interea ratifi» casse.

« 2. Quod si tamen sciret illam juris » præsumptionem falsam esse, eo quod » vel ignorans impedimentum, vel metu » gravi, aliave justa causa impeditus re» clamare intra quinquennium non po» tuerit; vel impedimentum sit essen» tiale, ac perpetuum, aut saltem ultra » quinquennium duret, eo elapso potest » reclamare, debetque audiri in judicio, » saltem extraordinario, vel in integrum » restitui, ut contra *Bon. de claus. d.* 4. » *q.* 2. *p.* 16. docent *Navarr. Sanch.* » *d.* 32. *n.* 22. *Less. l.* 2. *c.* 41. *d.* 7. *Az.* » *l.* 12. *c.* 4. *qu. ult. Dian. p.* 3. *t.* 2. *r.* » 53. *Barb. in Trid. sess.* 25. *c.* 19. *n.* 8. » ubi plures alios citat : et nisi aliud » quid impediat, fugere potest, ut docet » *Laym.* Qui addit, si fuga sine gravi » scandalo, vel incommodo tentari non » posset, monendum a confessario, ut » professionem tacite ratificet : quod » fiet, si professorum habitum proprium » deferat, actusque iis proprios exerceat, » cum intentione, quod professus talis » ordinis esse velit. *Vide Auct. cit. et* » *Dian. p.* 8. *t.* 7. *r.* 51. ubi ex *Trid. sess.* » 25. *c.* 19. probat Episcopum de nulli» tate professionis sine interventione su» perioris regularis sententiam ferre non » posse ; et, si faciet, fore nullam. » (*Ita Salm. de stat. rel. tr.* 15. *c.* 5. *p.* 1. § 1. *n.* 15. *communiter. Dubius de sua professione nequit reclamare. Salm. ibid. n.* 8. *in med. cum Pell. et Lez. quia religio possidet* : *intellige, si dubium superveniat. Nec creditur reclamanti, nisi probet ficte consensisse, ex c.* 2. *de Reg. Salm. ibid. n.* 9.)

Hic addenda quæ nuper sancita sunt a N. SS. P. *Bened. XIV.* in sua bulla, quæ incipit : *Si datam hominibus.* Ibi statuitur I. omnia quæ decreta sunt de viris religiosis, comprehendere etiam fœminas, ubi eadem causa militat. II. Causas nullitatis professionis agnoscendas esse a prælato regulari tempore motæ litis, et simul ab Ordinario ; pro monialibus vero non exemptis, a solo Ordinario, et pro exemptis simul ab Ordinario et a prælato cui regimen monasterii commissum est. III. Non posse prælatum ejicere professum, nisi cognita causa per ipsum et Ordinarium ut supra, casu quo agnoverit postea impedimentum, etiamsi de eo subditum interrogaverit, nullam alias professionem fore potestatus, et ille occultaverit. IV. Posse causam nullitatis agi etiam, elapso quinquennio, si intra illud professus serio reclamaverit. V. Cognitionem causæ ad Sedem apostolicam pertinere, si profes-

sio emissa fuerit extra novitiatum. VI. Apostatas repelli a judicio, nisi habitum religionis reassumpserint. VII. Non posse professum prætendere annullationem suæ professionis ratione vis aut metus illati, si intra quinquennium non reclamaverit, tametsi allegaret vim et metum semper durasse. Concedi tamen huic restitutionem in integrum dandam tantum per Sedem apostolicam, prævio processu confecto a suo prælato, et Ordinario, cum assistentia defensoris professionis, qui debet etiam Romæ assistere. VIII. Post primam sententiam professum non posse egredi a religione, sed debere expectare secundam, post appellationem faciendam a defensore.

Quoad conditiones præcipuas admissionis in statu religioso nunc exigendas, sic eas Scavini repetit :

« Attente recolatur Constitutio *Sacræ Congregationis Regular.*, sic inscripta : *Decreto della Sacra congregazione sopra lo stato de Regolari risguardante l'ammissione de novizi all'abito e la professione, promulgato per comando S. S. il nostro pontifice Pio IX, dat in Roma*, 25 *genn.* 1845. Hic satis sit adnotare præcipua : — 1. In quocumque Ordine, congregatione, Monasterio, Instituto, domo etiam speciali mentione digna, etsi non emittantur vota solemnia, nemo ad habitum est admittendus absque testimonialibus Ordinarii tum originis, tum loci, in quo Postulans post expletum 15 annum ætatis ultra annum moratus fuerit. Testimoniales litteræ erunt de ætate, moribus, vita, fama, conditione, educatione, scientia, an inquisitus, censuratus, irregularis, ære alieno gravatus, vel reddendæ alicujus administrationis rationi obnoxius : super quibus Episcopi conscientia gravatur ; — 2. qui duplici scrutinio, modo præstabilito agendo, non fuerit probatus, ad habitum nullo prorsus modo admittatur in quocumque Ordine, congregatione, etc. — 3. Superior religionis quolibet semestri ad Sacram Congregationem super statu regularium summarie referat de singulis Novitiis ad habitum receptis, de ætate, patria, moribus, necnon de actis confectis pro receptione, etc. ; — 4. prope terminum cujuscumque trimestris Novitiatus magister Novitiorum Provinciali agendi rationem cujusque Novitii scripto referat ; — 5. duobus mensibus ante professionem Provincialis Novitii voluntatem diligenter exploret : et per secreta suffragia interroget ceteros de domo, an ad professionem admitti possit ; hancque relationem examinatoribus communicet, ut et illorum suffragia habeat. Quæ omnia sicut et cetera in prædicto Decreto præscripta sub pœna gravi sunt observanda (ab hisce tamen præscriptionibus Societas Jesu fuit dispensata).

« Ad rem concessus episcoporum Vercellis, habitus 18 nov. 1849, § 5 : « testimoniales litteras, quas SS. D. N. Pius PP. IX. Decreto diei 25 jan., elapsi anni ab aspirantibus ad religiosam professionem impetrandas præscripsit, Præsules summa cum circumspectione elargiendas esse censent. Eapropter ad uniformitatem servandam constituunt, ut una saltem proclamatio in cujusque Parœcia præcedat ; periculum vero super scientia in scriptis simul ac verbis exigatur, et litteræ ipsæ expediantur juxta formam, quam hisce actis adjectam communi calculo probaverunt. »

« Quoad instituta illa, in quibus fieri solent vota solemnia, Summus Pontifex Pius P. IX, sub die 19, martii, anni 1857, per S. Congregat. Regularium præcipit hæc duo (non obstantibus quibuscumque in contrarium et accurate observatis Decretis diei 25 januarii anno 1848) :

« 1° Quand ils auront terminé le temps de *probation* et le noviciat, suivant les prescriptions du concile de Trente, les constitutions apostoliques et les statuts de l'ordre approuvés par le Saint-Siége, les novices qui ont accompli leur seizième année, comme l'ordonne le même concile de Trente, feront les vœux simples ; les frères lais et convers les émettront quand ils auront atteint l'âge prescrit par la constitution de Clément VIII *In Supremo*.

« 2° Les profès, après trois ans, à dater du jour où ils ont émis les vœux simples, seront admis, quand ils en seront trouvés dignes, à prononcer les vœux solennels, bien que dans certains lieux et par concession particulière à tel institut, on ne puisse pas faire des vœux simples pour un plus grand nombre d'années. Le supérieur général et même le provincial pourront, pour une cause juste et raisonnable, différer la profession des vœux solennels, non pas toutefois au delà de vingt-cinq ans accomplis. Si l'ordre ou l'institut n'a pas de provincial, la profession des vœux solennels peut être retardée par le supérieur de la maison des novices, avec le consentement toutefois du maître des novices et de deux religieux revêtus d'une dignité quelconque dans l'ordre. » V. Bouix, *de curia romana*, part. II.

DUBIUM III.

Ad quid teneatur religiosus vi suæ professionis.

9 De obligatione religiosi tendendi ad perfectionem ?
10 Quando religiosus peccet graviter contra hanc obligationem ?
11 An peccet graviter, si intendat servare sola mandata obligantia sub gravi ?
12 An quilibet christianus graviter peccet, si proponat committere omnia venialia ?
13 An prælatus aliquando peccet graviter, negligendo corrigere defectus leves subditorum ?

9. — « RESP. Religiosus vi suæ pro- » fessionis tenetur ad progrediendum » aliquo modo in via perfectionis, quia » ex vi professionis tenetur velle servare » suum statum, qui est perfectionis, sive » tendentium ad perfectionem (licet se- » cundum se non sit præcepti, sed con- » silii); hoc autem est intrinsece velle » tendere ad perfectionem. *S. Th.* 2. 2. » *q.* 186. *art.* 1. *et.* 2. *et q.* 184. *art.* 5. » *Laym. l.* 3. *tr.* 5. *c.* 2. *n.* 1. *Suar de re-* » *lig. t.* 4. *lib.* 1. *c.* 4. *Bard. de cons. d.* 7. » *c.* 6. § 5.

Unde resolves :

« 1. Religiosus non tenetur actu esse » perfectus, sed tantum studere perfec- » tioni. *Bard. etc. loc. cit.*

« 2. Tenetur tendere ad perfectionem » 1. Per media essentialia. 2. Per vota. » 3. Per auxilia secundaria, non contem- » nendo ea. *Laym. l. c. c.* 9. *n.* 13. 4. » Tenetur aliquibus mediis uti, et, si om- » nia media abjiciat, non est in statu » salutis. *Suar. Laym. l. c.* dicens, si nul- » lum perfectionis studium adhibeat, sed » omnia monita, et regulas negliget, eo » quod sub mortali non obligent, pec- » care mortaliter 5. Tenetur ad aliqua » opera bona supererogatoria sive spe- » cialiter non præcepta, nec promissa : » quia alias, moraliter, loquendo, non » potest habere debitam intentionem sa- » lutis. *Suar. l. c.*

« 3. Tenetur tendere ad perfectionem » per media suæ religion non per is, alia : » hoc est, servando suas regulas. *Sanch.* » *l.* 6. *c.* 5. *n.* 1. *et.* 2. Hinc peccat, 1. per » contemptum regulæ, hoc est, si nolit » subjici. *Ib. n.* 6. 2. Si tantum velit ser- » vare, quæ sub mortali obligant; quia » contemnit perfectionem, *ib. n.* 7. 3. Per » actum directe contrarium, hoc est no- » lendo perfectionem; quod esse mortale » docent *Sanch. n.* 10. *Pelliz. et Bard. l c.*

« 4. Si quis non tantum intendat non » esse sollicitus in observatione regulæ, » sed etiam nunquam servare, etiamsi fa- » cile possit, est mortale, vel proxima dis- » positio ad illud, vixque potest fieri sine » contemptu formali. *Suar. loc. cit. n.* 24.

« 5. Si ex remissione animi, et sine » ullo justo titulo, per directam inten- » tionem, velit aliquam regulam non » servare, erit saltem levis contemptus, » et peccatum veniale. *Suar. l. c.*

« 6. Frequenter, et ex consuetudine » violare regulam, esse mortale, dicit » *Sanch. l.* 6, *mor. c.* 4. *n.* 18 *et* 20. tum » quia p erturbat religiosam disciplinam; » tum quia secundum quosdam est con- » temptus interpretativus, seu saltem » probabilissimum ejus periculum : te- » netur autem sub mortali ita vivere, » ut non sit graviter perniciosus reli- » gioni, inducendo alios malo exemplo » ad regulæ laxitatem. *Sanch. n.* 18. » *Laym. c.* 9. *n.* 13. tum quia constituit » se in eo statu, ut tanquam incorrigi- » bilis sit expellendus : tenetur autem » quisque ratione votorum, quibus se » religioni addixit, ita se gerere, ut sit » tolerabilis, et non mereatur expelli; » at qui nullum conatum perfectionis » adhibendo, regulas sine discrimine » transgreditur, reddit se intolerabilem, » ut debeat expelli, aut, si toleretur, plu- » rimum nocet : ergo per accidens, et in- » directe agit contra professionem, pec- » catque mortaliter. *Sanch. c.* 4, *n.* 18. » *Vide Auct. cit.*

« 7. Religiosus Societatis Jesu peccat » mortaliter, si non adhibet diligentiam » in cavendis defectibus, ob quos se di- » mittendum, vel ejiciendum prævidet : » et licet ita dimissus sit liber in cons- » cientia, si tamen sit dimissus ob frau- » dem, vel peccata in eum finem com- » missa, irrita est dimissio, utpote ob- » tenta per dolum dantem ipsi causam » (sicut in matrimonio, et cæteris contrac- « tibus) unde subjacet pœnis apostata- » rum. *Bon. de claus. q.* 1. *p.* 12. §. 1.

« 8. Scholasticus Societatis Jesu, qui » pravis moribus de industria dimissio- » nem extorsit, vel falsis allegationibus » impetravit, non est liber a votis. *Less.* » *l.* 2. *c.* 41. *d.* 15. *Sanch. l.* 6. *c. n.* 99. » *Laym. l.* 5. *t.* 5. *c.* 9. *n.* 13.

10. — Pro majore hujus puncti intelligentia, quæritur : Quandonam religiosus, contra obligationem hanc tendendi ad perfectionem, graviter peccet? Resp. 1 Peccat graviter, quando regulas, etsi ad culpam venialem tantum, vel nullam obligantes, ex contemptu transgreditur; est commune cum *S. Th.* 2. 2. *q.* 180. *art.* 2. *et* 9. *Salm. de stat. rel. tr.* 15. *c.* 1. *punct.* 2. *n.* 20. *etc.* Tunc autem religiosus censetur regulas prætermittere ex contemptu, quando illas transgreditur animo non subjacendi illis, vel prælatorum præceptis. Ita *Bus. infra n.* 3. *cum Sanch. et Less. l.* 2. *c.* 41. *n.* 76. *Salm. cit. n.* 20. *cum. Lez.* Item, si eas omittat servare tanquam inanes, non vero, si omittat ex concupiscentia ductus, vel quia putat illas sibi non esse neces-

sarias ad salutem, vel si judicet eas non præcipi sub gravi. Ita S. *Th.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *ad.* 3. *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 5. *n.* 1. *Salm. l. c. cum Pal. Ant. a Sp. S.* Ideo transgredi regulas in rebus parvæ materiæ, etiam ex consuetudine, veniale non excedit, ut *Salm. ib. cum Lez. Az. Garcia, et de Alexandro Confes. Mon. c.* 1, §. 2. *qu.* 11. *cum. S. Th.* 2. 2. *qu.* 186. *art.* 5. *ad* 3. Sed vix unquam transgressio a veniali excusabitur, etiamsi regula ad nullam culpam obligaret, ut recte notat *de Alex. d. c.* 1. § 2. *qu.* 1. *et Laym. l.* 4. *tr.* 5. *c.* 9. *n.* 8. *cum Vasq. Sanch. et Val. ex D. Th. l. c. a.* 9. *ad.* 1. ubi ait : *Qui tamen possent venialiter, vel mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu.* E converso dicit *Laym. ib. cum AA. cit.* quod si quis aliquam transgreditur regulam ex bono fine, puta regulam silentii, loquendo, ut socium mœstum soletur, nullo modo peccat.

Resp. II. Peccat mortaliter religiosus, qui firmiter statuit non tendere ad perfectionem, vel nullo modo de ea curare. *Sanch. d. c.* 5. *n.* 10. *Salm. ibid. n.* 21. *cum Pelliz. Lez. Anton. a Sp. S. et de Alex. cap.* 1. § 1. *qu.* 111.

Resp. III. Peccat graviter ratione scandali, si suo exemplo alios inducat ad regulæ relaxationem. *Salm. d. n.* 21. *cum Sanch. Sylv. Lez. Pell.* Sed hoc intelligendum, si materia sit gravis, ut notant *Salm. ib. in fine cum Ant. a Sp.* Et hic expedit perpendere verba. *Sanch. Dec l.* 6. *c.* 4. *n.* 17. ubi sic docet : *Religiosus tenetur sub mortali taliter vivere, ut non sit graviter suæ religioni perniciosus, inducendo alios suo pravo exemplo ad nimis relaxandam regulam, ut esset, si nollet unquam servare silentium, nec orare, nec modeste incedere, et ingrederetur omnium religiosorum cubicula, et similia religionis statuta transgrederetur.*

11. — His positis, quæritur 1. An peccet graviter religiosus, qui intendit servare tantum mandata obligantia sub gravi, alia vero statuat omnia transgredi, vel de iis non curare ?

Prima sententia probabiliter affirmat, quia ipsum propositum non curandi de regulis, etsi præcipientibus tantum sub levi, est virtualis de iis contemptus. Ita *Croix l.* 4. *ex n.* 57. *Elbel t.* 2. *p.* 612. *n.* 592. item *Lez. Sylv. Barb. Escob. etc. apud Salm. tr.* 15. *c.* 1. *punct.* 2. *n.* 23.

Secunda sententia tamen communior et probabilior negat talem peccare graviter. Ita *Sanch. l.* 6. *c.* 5. *n.* 9. *et c.* 4. *n.* 18. *in fine. Salm. loc. cit. n.* 24. *cum Azor, Pal. Val. Suar. Peyrin. Pelliz. etc.* Et idem expresse docet *S. Th. d. q.* 186. *art.* 9. *in corpore*, ubi S. D. tunc damnat de mortali religiosum, cum vel is transgreditur regulam ex contemptu (intelligitur quidem formali) ; vel cum agit contra regulam, aut prælati expressum præceptum, obligans, ut intelligitur, sub gravi. Ratio, quia eo ipso, quod religiosus velit servare præcepta, quæ respectu ipsius obligant sub gravi, cum ista de se, et respectu aliorum mera sint consilia, volens ea servare, jam tendit ad perfectionem.

Hoc tamen intellige, quod sic ille excusabitur a mortali, ratione hujus præcise obligationis, quam habet tendendi ad perfectionem ; nam difficillime excusabitur quidem ex aliis capitibus, nempe ratione periculi transgrediendi vota, vel grave damnum religioni inferendi quoad regularem disciplinam, etc., quæ omnia (ut docet *Sanch. l. c.*) est moraliter impossibile evitari ab eo, qui propositum habet transgrediendi, vel negligendi omnia statuta sub gravi non obligantia.

12. — Quæritur autem hic obiter II. An quilibet christianus graviter peccet, si proponat committere omnia venialia ? Affirmant *Sanch. d. c.* 5. *n.* 4 *et Bon.* quia, ut docet *S. Th.*, venialia de se disponunt ad mortale. Negant vero probabilius *Pal. et Anton. a Sp. S. apud Salm. ibid. n.* 29. (secluso tamen contemptu, vel periculo proximo labendi in mortale, habito respectu ad præteritam experientiam). Ratio, quia revera tale propositum tantum remote conducit ad mortale.

13. — Quæritur III. An prælatus aliquando, defectus leves subditorum corrigere negligens, ipse graviter peccet ? Affirmative tenendum (*contra Lorca*) *cum Lugo, Trull. Peyr. Dian. et de Alex. Conf. Mon. c.* 11. § 1. *q.* 1. *communiter*, casu quo defectus pluries sint, et tales (v. g. circa silentium, jejunia, etc.) ut disciplinam valeant relaxare. Ratio, quia licet quisque religiosus non deficiat in re gravi, levem regulam transgrediendo ; superior tamen, negligens impedire, cum possit, observantiæ relaxationem deficit in re gravi. Et ideo tenetur defectus subditorum in damnum totius communitatis vergentes non solum corrigere, sed etiam inquirere, prout docet *S. Th.* 2. 2 *q.* 33. *art.* 2. *ad* 4. sine tamen nimia sollicitudine, ut notat *Alex. l. c. q.* 15. Expedit autem, ut aliquando corrigere dissimu-

let, si defectus scandalum non afferant, vel si prævideat subditum ex correctione pejorem fieri, vel si tempus opportunius sit expectandum. Et hic advertendum, quod, si oportet ad corrigendum, superior potest subditum etiam verberare, et conviciis increpare ex *D. Th.* 2. 6. *q.* 72. *art.* 2. *ad* 2., modo non agat ex ira, nec coram sæcularibus, aut novitiis. Et, sicut superior tenetur corrigere, sic de transgressionibus aliorum tenetur ipsum admonere, qui officium zelatoris habet. *Alex. c.* 11. § 2. *q.* 8. *cum Suar. etc.*

Quæritur obiter IV. An religiosus injuste denegans suffragium novitio peccat? Peccat certe et tenetur ad restitutionem, dicunt Sporer tr. 5. in Dec. c. 1. n. 139 Lugo d. 9. n. 54 et Holzmann, t. I p. 614. n. 471 cum aliis communissime; nisi adsit gravis causa reprobandi, nempe infirmitatis malæ indolis, defectus talentorum et similium, ita ut putetur futura gravis religioni [1].

DUBIUM IV.

Ad quid religiosus obligetur vi votorum?

14 Ad quid obligetur religiosus ex voto *paupertatis*? An manuscripta, reliquiæ, et picturæ sint propriæ religiosorum?

15 An possint habere peculium?

16 Quæ non repugnant voto paupertatis?

17 An et quomodo peccet religiosus accipiens, vel absumens sine consensu superioris?

18 An excuset a mortali licentia præsumpta?

19 An peccet religiosus absumens bona in alium usum, quam ei sunt data?

20 An possit renuntiare, vel non acceptare sibi debita?

21 An facere donationes remuneratorias?

22 An testari?

23 An aliis largiri, quod sibi subtraxit ex sibi concessis ad usum?

24 Quænam quantitas in religioso sit gravis?

25 An peccet graviter, si accipiat parva usque ad magnam quantitatem?

26 An impotens restituere, teneatur sibi subtrahere ex rebus datis ad usum?

27 An peccet mutuans res, ad usum concessas?

28 An abscondens res ne superior de eis disponat?

29 Quid, si prælatus det licentiam ad expendendum ad usus turpes aut vanos?

30 An hæc licentia sit de se invalida?

31 An subditus, obtenta licentia generali, peccet contra paupertatem et teneatur restituere, tam ipse, quam accipiens, si expendat in usus turpes?

32 An superior possit dare licentiam aliquid ludo exponendi?

33 An excuset licentia petita, et injuste negata?

34 An accipiens aliquid a religioso sine licentia, possit aliquando id retinere?

35 An votum paupertatis possit per consuetudinem abrogari?

36 An abbatissa possit libere bona monasterii administrare? An instituere beneficia, et ea auferre? necnon conferre capellanias, etc.?

37 De voto *castitatis*. Hic etiam agitur de *clausura* religiosorum.

38 Ad quid obligetur religiosus ex voto *obedientiæ*? Et an teneatur subditus obedire sub gravi, si prælatus non jubeat *in virtute obedientiæ*, vel sub pœna gravi?

39 An teneatur ad ea quæ indirecte pertinent ad regulam?

40 An ad ea quæ sunt contra, vel supra regulam? An teneatur assistere morbo contagioso infectis?

41 Quid, si regula obliget sub peccato?

42 Quid si non sub peccato?

43 An obligentur religiosi ad nova statuta capitulorum?

44 An teneantur obedire prælatis regulam reformantibus?

45 An prælati possint præcipere sub peccato actus internos?

46 An religiosus non obediendo dupliciter peccet?

47 An teneatur obedire, si dubitat, utrum res præcepta sit licita? Quid, si habeat opinionem probabilem quod non teneatur?

48 An religiosus valide voveat sine licentia prælati?

49 An teneatur obedire prælato jubenti revelare secretum commissum?

50 An religiosus teneatur ad vota in professione emissa, etiamsi superveniat aliqua notabilis circumstantia non prævisa? An valeat licentia impetrata a prælato inferiori, si a majori fuerit prius denegata?

51 Moniales quibus superioribus teneantur obdire?

52 An abbatissa possit ipsis præcipere, obligando in conscientia?

53 An cum ipsis dispensare in regulis, et votis?

54 An irritare vota emissa cum suo consensu?

55 An vota novitiarum?

56 Plura notanda circa obedientiam monialium debitam Episcopo.

57 An moniales in actu visitationis teneantur revelare transgressiones aliarum Episcopo interroganti?

58 De confessariis monialium, remissive.

59 Plura notanda de electione abbatissæ.

60 De privilegiis regularium, et monialium. An moniales gaudeant privilegiis religiosorum ejusdem Ordinis?

61 Et I. An abbatissæ possint dispensare in jejuniis, officio? etc. II. An moniales possint absolvi ab Episcopo? III. An omnes regulares possint divina peragere tempore interdicti?

62 An laici possint sepeliri in ecclesiis monialium?

63 De privilegiis regularium circa divinum officium.

64 An prælatus possit privilegia limitare?

14. — « Resp 1. Religiosus ex voto » *paupertatis* obligatur, ut nihil habeat » proprium. Nomine *proprii* autem in« telliguntur bona temporalia pretio æs« timabilia, quorum dominium, vel certe » facultatem disponendi liberam, et inde» pendentem in perpetuum abdicavit. » Constat *ex can. Non dicatis, caus.* 12. « *quæst.* 1. c. *Monachi*

« Dicitur 1. *Bona temporalia*, quia re» tinet religiosus dominium bonorum » spiritualium, honoris, famæ, et simi» lium. Item jus eligendi, præsentandi, » conferendi regulare beneficium, etc. S. » *Thom.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 7. *Sanch. l.* 7. » c. 18. *Less. l.* 7. *c.* 4. *q.* 5. *Laym. l.* 4. » *t.* 5. *c.* 7.

Quæritur hic, an manuscripta sint propria religiosorum. Negat *Henno cum*

[1] Hic restituimus solutionem hanc quam auctor, omissam in corpore, posuerat in indice rerum generali, atque sic agentes credimus ad mentem ejus intendere.

tatis apud Cont. Tourn. de præcip. statuum obligat. part. 2 *cap.* 2. *art.* 2. *in med. num.* 9. tum quia, ut ait, manuscripta sæpe sunt pretiosiora libris impressis, tum quia sicut picturæ et quælibet arte facta a religiosis, etsi postulent multum ingenii, religioni cedunt, ita et manuscripta. Sed probabilius affirmant communissime *Lugo d.* 3. *n.* 230. *Sporer*, *t.* 3. *de statu rel. q.* 97. *n.* 149. *et Salm. de just. et jur. tr.* 12. *cap.* 2. *punct.* 12. § 4. *n.* 195. *cum Pelliz. Diana, etc.* tum quia manuscripta sunt quid spirituale, cum sint partus ingenii, quamvis alieno studio elaborata; tum quia pertinent ad scientiam quæ non cadit sub voto paupertatis; tum quia talis est communis consuetudo. Hinc (ut dicemus *n. seq. vers. Ita respectu*) ex brevi *Benedicti XIII.* religiosi promoti ad Episcopatum debent omnia bona suis superioribus resignare, præter manuscripta. Et insuper *Clemens VIII.* apud *Spor. loc. cit.* expresse declaravit, quod religiosi possunt ad suum arbitrium sua manuscripta alienare, etiam sine licentia. Idem sentit *Cont. Tourn. l. c.* dummodo (excipit cum aliis) non sit aliter definitum in ordinis constitutionibus. Idem, quod de manuscriptis, dicunt *Salm. ib. n.* 194. de reliquiis. Quoad picturas vero ; si religiosus eas elaboravit animo retinendi, illæ sunt monasterii. Idem dicendum, si religiosus sit conversus, quia tales conversi ad hoc tantum recipiuntur, ut artes externas exercitent : excipitur, si conversus eas faciat die festivo per unam aut alteram horam in die elaborando ita *Salm. loc. cit. n.* 197. *et* 198. Si autem religiosus sit chorista, distinguunt idem *Salm. ibid. et Spor. cum Bonac. Pell. et Diana apud Croix. l.* 4. *n.* 232. et dicunt, quod si tabulæ, tela, colores, etc. tradantur ei a monasterio, tunc picturæ ad monasterium pertinent : secus, si illa præstentur ab aliis.

« Dicitur 2. *Dominium, vel facultatem » disponendi*, propter religiosos Societa- » tis Jesu, qui post emissa vota retinent » et acquirere possunt dominium ra- » dicale bonorum temporalium, non » tamen habent jus actuale de iis pro » suo arbitrio disponendi, vel utendi, in » cujus abdicatione essentia religiosæ » paupertatis consistit. *Sanch. Laym. l. c.* » *n.* 3.

« Dicitur 3. *independentem*, quia reli- » giosus, etiam professus, potest habere » peculium dependens, et revocabile ad » nutum superioris, quod nomine pro- » prii non comprehenditur. *Laym. c.* 7. » *n.* 12.

15. — An religiosis licitum sit habere peculium ex superioris licentia ? Est hic distinguendum jus antiquum a jure novo concilii Tridentini. De jure antiquo alii ut, *Gerson, Théodor. Felin. Tap etc. ap. Sanch. Dec. l.* 7. *c.* 22. *n.* 4, negant licitum esse ullum peculium habere. Ratio, tum quia hoc est contra jus naturale, nempe contra votum paupertais religiosæ, cum ex administratione peculii religiosus jacturam facit præcipuarum utilitatum paupertatis ; tum quia est contra jus positivum ab Ecclesia in concil. Lateranensi statutum in *cap. Monachi, de statu Monach.* ubi sancitum fuit : *Monachi non pretio recipiantur, nec peculium permittantur habere.* Alii vero probabilius tenent id non esse vetitum ex jure antiquo, ut censent *Sylvest. v. Abbas, n.* 3. *Nav. Comm.* 2. *n.* 14. *Pal. t.* 3. *tr* 16. *d.* 3. *p.* 7. *n.* 2. *Sanch. l. c. n.* 5. *Salm. tr.* 12. *c.* 2. *punct.* 12. § 4. *n.* 200. qui dicunt hanc esse receptam sententiam, et *Felix Potest, de* 1. *præc. n.* 1082. ait esse communem cum *S. Anton. Suar. etc.* ac *B. Humberto c.* 18. *in Reg. S. Aug. et B. Jordano. l.* 3. *de vitiis fratrum c.* 13. Ratio, quia hoc neque est contra jus naturale, cum, licet id adversetur fini paupertatis, non tamen est contra paupertatis votum, quod solum religiosos obligat, ne rebus ut propriis utantur ; neque est contra jus positivum, cum ex ipso potius contrarium appareat ; nam in *c. fin. Insinuante, Qui clerici vel voventes,* approbatur professio facta sub conditione vivendi in propria domo, ibique retinendi administrationem bonorum in sui sustentationem. Ex quo infertur retentionem peculii non esse contra votum paupertatis, neque contra statum religiosum. Nec obstat textus oppositus in *d. cap. Monachi* ; etenim, ne dicantur canones inter se contradici, probabiliter ait *P. Milante* in suo libro (cui titulus *Vindiciæ regul.*) nomine peculii ibi intelligi appropriationem fundorum, quæ tunc temporis monachi ex massa communi sibi abdicaverant ut probat ex *Petro Blessensi et Thomassino* ; idque solum vetitum fuisse ostendi a conc. Lateranensi.

Sed majus dubium est, an peculia sint vetita ex jure novo ?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Pal. d. disp.* 3. *p.* 7. *n.* 5. *Suar.*

t. 3. *de relig. tr.* 8. *c.* 14. *n.* 8. *Pont. q.* 9. *Scholast. c.* 4. *Laym. l.* 4. *tr.* 5. *cap.* 7. *n.* 13. *Holz. t.* 1. *de præc. part. p.* 485 *n.* 616. *et Salm. tr.* 12. *c.* 2. *p.* 12. § 4. *n.* 202. *cum Vasq. Valent. etc.* Idem enixe tuetur P. *Conc.* in suo Opusculo (*de Disciplina Apostolica, Monastica Diss. theol.*) ubi erudite quidem loquitur, sed plusquam par est invehit contra religiosos, quodcumque minimum peculium habentes; hos enim vocat (ut refert P *Carratinus* in alio libro contra *Concinam* edito) filios iræ, filios perditionis, infames violatores paupertatis; ac perinde dicit eos esse in æternæ damnationis periculo, et superiores gravissimi peccati reos esse, nisi studeant vitam communem, ubi collapsa est, restaurare, nec posse regulares in iis conventibus bona conscientia manere, ubi non viget vita communis, sed transire debere ad monasteria vitam communem observantia, sive proprii, sive alterius ordinis, si aditus pateat; item juvenes religionem ingredientes, ubi vita communis obsolevit, se exponere periculo æternæ salutis; graviterque peccare Superiores eos acceptantes, et qui consilio aut favore illos inducunt ad ingrediendum, uti etiam parentes filios ab ingressu pro viribus non avertentes; quia (ut ait), ubi vita communis sublata est, religio non est religio, nec status perfectionis, sed confusionis et damnationis. Ita doctus præfatus Auctor, sed nimis severus judex. At veniamus ad quæstionem; hæc prima sententia probatur ex Decreto Trid. *sess.* 25. c. 2. *de Regul.* ubi sic dicitur: *Nemini igitur regularium, tam virorum quam mulierum, liceat bona immobilia vel mobilia cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tamquam propria aut etiam nomine conventus possidere vel tenere; sed statim ea superiori tradantur conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventuum ad solos officiales eorum dem ad nutum superioris amovibiles, pertineat. Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa, et passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ regulæ, et ordinis constitutiones puniatur.*

Secunda sententia vero, quam tenent *Navarr. Comment.* 2. *n.* 15. *Sa, v. Religio. n.* 48, *Sanch. l. c. n.* 11. *Barb. in c. l. Trid. Cabass. T. J. l.* 1. *c.* 22. *d. Alexand. Confess. Monial. c.* 4. §. 2. *q.* 1. *et* 4, *cum Pelliz, Rodr. Peyrin. Vill. etc. et P. Milante. cum aliis*, dicit concilium nihil novi statuisse, quam quod de jure communi statutum erat. Præcipit quidem concilium (ut ajunt), nullum religiosum posse habere peculium cum dominio utili, ita ut illud sine licentia prælati distrahere possit, vel saltem nulli licere sine justa causa habere, sed non prohibuit, ut superior ex justa causa possit usum peculii religioso concedere dependenter a suo arbitrio, sicut et usum aliarum rerum monasterii ipsi concedere potest.

His tamen non obstantibus, prima sententia probabilior videtur, spectata sanctione concilii. Ducor primo ex illis verbis: *Nemini liceat bona immobilia, vel mobilia... etiam nomine conventus possidere.* Ergo non licet qualecumque peculium tenere, nec etiam ex consensu superioris; non enim aliter poterit monachus dici bona habere *nomine conventus*, nisi ea concedantur ipsi a prælato, qui vices conventus repræsentat. Quod autem dicitur, hoc intelligi *sine justa causa*, id omnino gratis videtur asseri; tanto magis cum ibi subdatur, quod *bona statim superiori tradantur, conventuique incorporentur*; quod verbum *incorporentur* denotat bona illa fieri communia, et ad usum totius conventus destinari. Item moveor ex verbis illis: *Administratio bonorum ad solos officiales pertineat, mobilium vero usum ita superiores permittant ut nihil quod sit necessarium eis denegetur.* Ergo, quoad stabilia, omnis administratio religiosis interdicitur: et quoad mobilia, tantum *necessarium* (non vero quod ad delectum, licet honestum, deserviat) statuitur non denegari quo verbo excluditur administratio etiam mobilium ad usus indeterminatos. Idque confirmatur ex illo: *Nec deinceps liceat, etc.* quibus verbis videtur concilium novum jus statuisse, unde *Laym. l. c. n.* 13. infert: *Propositum* (concilii) *fuisse hujusmodi studiis reditus, seu annuas pecuniarias pensiones omnino interdicere.*

Ita respectu ad decretum concilii: sed ratione consuetudinis, quæ hodie fere in omnibus religionibus, saltem

non reformatis, introducta est, puto cum eisdem fautoribus primæ sententiæ, ut *Sanch. n.*11. *et* 14. *Laym. n.* 13. *Less. n.* 32. *Pal. n.* 6. *Pontius l. c. Salm. tr* 12. c. 2. *p.* 12. §. 4, *num.* 204. Item *P. Milante cum Nav. Barb. Suar. Az. Cab. Sylv. Wigandt, Beja, Luca, Rodr. Mirandola, Cord. de Alex. Lop. Conrad. Passer. Led. et Mastrio, etc.* rigorem concilii hodie temperatum esse, et licere, singulis religiosis ex consensu superioris peculium habere, ut sibi provideant ad usus necessarios vel honestos; modo sint parati bona a se abdicare ad superioris nutum, semper ac illis sufficienter subveniatur; nam alias non tenerentur peculium dimittere. dicunt *Salmant. cum Sanch· Less. etc. ll. cc.* Libet hic adnotare responsum datum a Cardinali *Bellarmino* (ut refert *P. Milante in cit. l. pag.* 245.) qui cum rogatus fuisset a Cardinali *Gesualdo* Archiepiscopo Neapolitano, an moniales, non obstante contraria consuetudine, teneantur exacte vitam communem servare, sic respondit: *Si consuetudo inobservantiæ est legitime præscripta, videntur posse excusari illæ, quæ religionem sic relaxatam invenerunt; nam talis religio sic relaxata, in qua tantum servantur omnia substantialia, est vera et bona religio; ergo potest eligi, et qui in ea vivunt sunt in statu perfectionis.* Præfatam autem administrationem peculii ad nutum superioris, dicunt *Pal. Salm. Pontius, et Sanch.* licitam esse ratione consuetudinis, non solum de bonis mobilibus, sed etiam de immobilibus. Idque videtur confimatum ex quodam brevi edito a *Bened. XIII.* ann. 1724. incipiente: *Postulat humilitati nostræ* (ac in extensum relato ab eodem *P Milante, p.* 196,) in quo Pontifex, loquens de religiosis promotis ad aliquam dignitatem, præcipit, *ut omnia bona mobilia, seu immobilia, cujuscumque generis, quæ eos tempore suæ promotionis penes se, vel alias habere contigerit, exceptis duntaxat scriptis propriis, etc. Superiori locali designare teneantur.* Ergo Pontifex, licet expresse hic non approbet, saltem præsupponit tanquam licitum peculium sive mobilium, sive immobilium, quod religiosi penes se habent.

Hoc quoad peculium bonorum etiam immobilium; sed quoad peculium mobilium, illud expresse approbatum, habetur a *Clemente VIII.* qui (ut refert *P. Milante*) anno 1602. per suum breve Cardinali *Gesualdo* declarandum injunxit (en verba brevis), *quod liceat abbatissæ cujuslibet monasterii permittere monialibus, ut unaquæque earum ex subventionibus, quæ eisdem monialibus dantur, aliquid expendere possit, absque eo quod per manus officialium erogetur, sine onere aliam de eis rationem reddendi; summa autem hæc erit scuti unius quolibet mense pro minutis causis, etc.* Præcepit tamen ibidem Pontifex: *ut in posterum neque ad abitum, neque ab professionem aliqua recipiatur, nisi sub integra reformatione vitæ communis.* Sed, cum rursus ad hoc ultimo moniales reclamassent, idem *Clemens* aliud edidit decretum, quo sic declaravit: *Moniales vero, quæ... inposterum admittentur in iis monasteriis, in quibus subventiones retinentur, nullatenus invitæ cogantur ad vitam communem.* Ergo ex hoc decreto Pontificis vita communis non pertinet ad essentiam voti paupertatis, et peculia ex consuetudine rite permittuntur. Id ipsum confirmatur pro religiosis ex alio brevi *Innocent. IX.* edito ann. 1691. approbante constitutiones ordinis S. Mariæ de Mercede, jam prius approbatas a novem aliis Pontificibus; in iis autem constitutionibus (*Dist.* 3. *c. de voto paupert.*) sic statutum erat: *Sancimus, ne quis fratrum professorum aliquid proprium habeat, neque pecunias, neque vasa argentea, etc. neque illa expendat absque sui prælati licentia... Attendant autem fratres nostri, quod singulis annis semel omnia, quæ in usu retinent, commendatoribus suis exponant, et realiter exhibeant, eorum dispositioni relinquendo, et specialem licentiam utendi eis accipiant a prælato.* Ergo cum licentia bene poterant retinere, et expendere.

Cæterum (ut proferam quid ego sentio super hac re), licet præfatam secundam sententiam probabilem censeam, imo probabiliorem, ratione consuetudinis universaliter introductæ; attamen in praxi omnes prælati tanquam certum sibi persuadeant, quod si usum peculi in monasteriis de novo introducant, vix nomen paupertatis ibi supererit, et ex hoc innumera mala communitati quoad observantiam supervenient. Quapropter, etiamsi ipsi a peccato gravi excusari possint, usum peculii concedendo, respectu voti paupertatis; non tamen excusabuntur ob regulæ relaxationem, cui hac concessione procul dubio operam dabunt.

Omnes autem conveniunt, quod in iis

conventibus, in quibus non observatur vita communis ob paupertatem, vel incuriam superiorum subministrandi subditis necessaria, possint concedi peculia ad nutum prælatorum. Ratio, quia Tridentinum tunc præcipit religiosis vitam communem, cum a conventu *nihil* (eis), *quod sit necessarium*, *denegetur*. Ita *Potest. Fagn. de Alexand. l. c.* communiter.

Hinc infertur I. cum *Pell. Vall. Lop. et Potest. n.* 1078. in dicto casu non peccare (saltem graviter) religiosum, qui peculium retinet, non in communi deposito, sed in sua cella cum licentia prælati dependenter ab ejus arbitrio; quia tunc substantia paupertatis jam servatur.

Infertur II. non posse regulares vitam communem recusare, si superiores illam erigere velint, ut *de Alex. c.* 4. § 2. *q.* 2. *cum Suar Less. Nav. et Potest. n.* 1087 *cum communi*. Ratio, quia licet vitam communem non servare, non sit contra votum paupertatis; est tamen contra votum, vitam communem respuere, quia est habere bona independenter a voluntate superiorum. Dicunt tamen *Less. et Peyr. cum de Alex. l. c. q.* 111. quod religiosus non tenetur tradere peculium suum prælato, qui velit illud in usum monasterii convertere, nisi ei constet, quod prælatus suis necessitatibus sufficienter aliunde providebit.

Infertur III. quod, si religioso relinquatur legatum cum conditione, ut illud possideat independenter ab arbitrio superiorum, tunc, certe peccabit religiosus contra votum paupertatis, si sic retineat; sed legatum valebit in favorem monasterii, quia illa conditio tanquam turpis rejicitur. Ita *de Alex. ib. q.* 5. *cum Graff. et aliis communiter*.

16. — « 1. Non repugnat voto paupertatis, quod religiosi habeant bona in » communi, etiam immobilia. » (*Extrav. Exiit, de verb. signif. et Trid. sess.* 25. *c.* 3. *de Regul. Vide Salm. tr.* 12. *c.* 2. *punct.* 12. *n.* 164. *Potest tamen Papa, justa urgente causa, dicta bona in aliud opus pium transferre. Salm. dict. n.* 164. *cum Pal. Lug. et Less.*) Imo sine consensu « Papæ non possunt se obligare com» munitati, quod ea numquam sint » acquisituri, quia præjudicarent im» munitati ecclesiasticæ. *C. Lug. Resp.* » *mor l.* 3. *d.* 8. neque possunt fruc» tus, seu reditus a donatore destina» tos ad ea emenda, applicare ad usus » alios, v. g. solvenda debita, etc. *Ib.* *d.* 10.

« 2. Non repugnat paupertati, si re» ligiosis detur villa, vel alius locus admi» nistrandus nomine monasterii, idque » in monasterii commodum. Imo nec » repugnat, si detur in commodum, vel » incommodum ipsiusmet religiosi ali» quod ecclesiasticum beneficium. Quo » casu competit ei administratio redi» tuum, quos ad sui sustentationem, » piasque causas applicare potest juxta » canonum concessionem: quod reli» quum est, pertinet ad Ecclesiam, vel » beneficium, cui servit: ac consequenter » donationes de reditibus benificii factæ » ab eo in usus non pios invalidæ sunt, » et contra justitiam, neque accipientes » possunt tuta conscientia retinere. *Suar.* » *t.* 4. *de rel. l.* 5. *Mol.* 267 *etc. communiter*. Ratio est quia non habet domi» nium dictorum redituum. *C. Lug. de* » *just. t.* 4. *d* 4. *s.* 1. Nihilominus *Wa*» *ding. apud Dian. p.* 8. *t.* 6. *r.* 133. » probabile censet, quod, etsi illicitæ, » validæ tamen sint istæ donationes; » idemque multo magis de donationibus » Episcoporum regularium censet cum » eodem *Dian. l. c. r* 132. *et contra* » *Sanch. Suar. etc.* Ad monasterium vero » omnia alia pertinent, quæ aliunde, » quam ex beneficio, acquiruntur, nisi » ex consuetudine cedant Ecclesiæ. *Nav.* » *Az. t,* 1. *l.* 12. *c.* 10. *q.* 6. *et* 7. *Mol.* » *Laym. l. c. Vide Trid. sess.* 25. *c.* 2. » *de Regul.*

« 3. Non tantum jure antiquo, sed etiam » post Tridentinum, probabile est, reli» giosi in monasterio, vel juxta illud » manenti annuatim assignari posse re» ditum, ut ex eo vivat suo commodo, et » incommodo, revocabiliter tamen ad » nutum prælati: similiter monialibus » victum præberi posse, ita ut ipsæ sibi » labore manuum vestes comparent. Ita » contra *Azor, Less. et Mol.* docent *Sanch.* » *l.* 7. *mor. c.* 22. *Tan. Laym. l.* 4. *c.* 7. » qui addit; talem consuetudinem, ubi » viget, non damnandam; probat tamen tol» li debere, si commode possit, monetque, » non sine urgentissima causa introdu» cendam.

17. — « 4. Peccat contra paupertatem » religiosus, si quid, seu domi, seu foris, » etiam ex iis, quæ ad victum, et vesti» tum pertinent, sine superioris consen» su expresso, tacito, vel præsumpto, ac» cipiat retineat, absumat, permutet,

» alteri donet, vel accommodet. Ita *Less.* » *l.* 2. *c.* 41. *d.* 8. *et d.* 9. *n.* 79. *Sanch.* » 7. *mor* c. 19. *n.* 53. *et c.* 21. *n.* 32. *Suar* » *de rel. l.* 8. *c.* 11. *Laym. l.* 4. *t.* 5. *c.* 7. » *Az. t.* 3. *l.* 12. *c.* 12.

« Dixi I. *sine consensu tacito* : quia, si » prælatus sciat, subditum aliquid acci» pere, retinere, vel expendere, et non » prohibet, cum facile possit, tacite con» sentire, et approbare videtur. Unde » *Sanch.* 6. *mor.* c. 19, ait, si in aliqua » religione consuetudo viget aliqua reci» piendi, vel expendendi sine licentia, » id excusari per tacitam licentiam præ» lati, qui id tolerando, consuetudinem » rationabilem declarat. » (*Salmanticens. de restitut. cap.* 6. *punct.* 3. *num.* 25 *cum Pal. Pell. Fag. Boss. etc.*) « Et si prælatus » subdito donet, vel donari permittat ima» gines, rosaria, etc., sciens non indigere » iis omnibus ad proprium usum, tacite » facultatem concedere censetur donandi » aliis, ut notat *Laym.* Monet tamen *Less.* » talem consensum non præsumendum, » nisi in rebus parvis, crebro occur» rentibus.

« Dixi. 2. *vel præsumpto* ; hic enim lo» cum habet cum res urget, superiorque » non est præsens. Ad hunc autem, ut » vult *Lanch. et Bon.* non sufficit, quod » superior libenter concedet, si peteres » (alioquin omnes donationes a prælatis » permitti solitæ licerent sine venia :quod » cederet in eversionem disciplinæ regu» laris), sed requiritur, ut ipse censeatur » concedere, quamvis non petas, et nolit » in iis circumstantiis te petere. Addunt » tamen *Suar. et Less.* excusari a mor» tali si præsumatur affectus superioris » libenter rem concessuri, si rogaretur. » Ratio est, quia tunc censetur rem ha» bere ex voluntate superioris saltem vir» tuali, quæ in illo affectu latet ; ideo» que, si superior tantum sit invitus » quoad modum, venialiter quidem pec» cari, non tamen contra pauperta» tem, docent *Suar. Sanch. Laym. l.* 5. » *tr. c.* 7.

18. — Quæritur igitur, an liceat religioso res alienare, vel accipere ex licentia præsumpta? Affirmant DD. communiter, si licentia præsumatur de præsenti; ex voluntate actuali vel virtuali superioris. Imo *Lug. d.* 3. *n.* 125. *et Salm. loc. cit. p.* 6. § 1. 71. dicunt sufficere ad non peccandum, saltem graviter, contra votum paupertatis, ut superior non habeat hic et nunc voluntatem omnino repugnantem quoad substantiam, licet sit invitus quoad modum. Hinc infertur excusari saltem a mortali (ut aiunt *Less. l* 2. *c.* 41. *n.* 79. *et Salm. cit. l. n. cum aliis communiter*) religiosum, qui noverit superiorem erga ipsum ita esse affectum, ut si hic sciret, libenter licentiam concederet, vel saltem non graviter repugnaret. Idem dicunt *Salm. ib. et Lugo n.* 126. si datio vel acceptio cederet in utilitatem monasterii. Item, si superior non possit facile adiri, et urgeat causa aliquid accipiendi, vel alienandi ut *Cont. Tourn. de præcip. statuum obligat. part.* 2. *cap.* 2. *art.* 2. *in med. v. Quæ vero, Less. et Salm. ll. cc. ac Holzm. t.* 1. *de pr partic. p.* 483, *n.* 603. *cum communi.* Advertunt tamen *Elb. t.*2. *p.* 632. *n.* 644. *et Lugo n.*128. *cum Suar. et Sanch.* quod religiosus post talem acceptionem tenetur, si commode potest, rem prælato manifestare, ut deinde licite possit eam retinere. Idem ait *Elbel p.* 631. *n.* 640. si superior de facili soleat licentiam concedere pro quibusdam rebus, maxime esculentis, et poculentis ; sed in monasteriis bene ordinatis non solent passim tales licentiæ concedi, ut ait *Less. l. c.* nisi pro rebus minimis, et crebro occurrentibus.

Hæc docent præfati AA. quando agitur de licentia præsumpta de præsenti. Sed magna quæstio est, an peccet religiosus contra votum paupertatis, quando aliquid accipit, aut dat, ex licentia interpretativa, sive præsumpta de futuro, scil. præsumendo quod superior annueret, si rogaretur?

Prima sententia, quam tenent *Holz. p.* 482. *n.* 599. *Elb. pag.* 631. *nu.* 639. *Pal. tr.* 16. *d.* 3. *p.* 23. *n.* 8. *cum Nav. Azor, Suar. Val. et P. Nav.* item *Tolet. et Rosell. ap. Sanch. Dec. l.* 7. *c.* 19. *n.* 13. *et Pelli Rodr. ac Bassæus ap. Salm. de rest. tr.* 13. *c.* 6. *punct.* 6. § 1. *n.* 67. negat talem religiosum peccare, saltem mortaliter. Hocque dicunt procedere *Holzm. Elbel, Sanch. et Pal. ll. cc. cum Suar. Nav. etc.* non solum si ille certe, sed etiam si probabiliter crederet superiorem licentiam concessurum ; nisi (bene excipit *Sanch.*) in aliqua communitate observanti vigeat præceptum, ut licentiæ expresse petantur. Hanc sententiam docet etiam *D. Th.* 2. 2. *q.* 32. *a.*8. *ad* 1. ubi ait : *Si vero non habet dispensationem (religiosus a prælato) commissam, quia nihil proprium habet, tunc non potest facere eleemosynam sine licentia abbatis, vel expresse habita, vel probabiliter præsumpta.* Idemque tradit in 4. *d.* 15.

q. a.5. ubi dicit : *Non esse proprietarium religiosum,qui donat aliquid ponens spem ratihabitione prælati.* Ratio, quia, ad non peccandum contra votum paupertatis ea sufficit licentia, quæ efficit, ut acceptio non fiat nomine proprio, sed cum dependentia a voluntate superioris. Idque confirmatur ex *l.* 46. § 7. *de Furto.* (cujus verba retulimus *l.* 4. *n.* 700. *v. Quæritur hic*), ubi dicitur non esse reus furti qui aliquid accipit probabiliter credens dominum consensurum, si peteret. Sicut igitur talis accipiens ex præsumpto consensu domini futuro non lædit justitiam; ita religiosus non lædit votum paupertatis, quia accipiendo ex præsumpta ratihabitione superioris, jam dependenter accipit.

Secunda sententia vero tenet, religiosum accipientem, vel dantem ex tali licentia interpretativa, peccare contra votum, et hanc sequuntur *Sanch. Dec. l.* 7. 19. *n.* 15. *Less. l.* 2. *c.* 41. *n.* 79. *Lugo d.* 3. *n.* 124. *Salm. de rest. c.* 6. *punct. c.* § 1. *n.* 70. *cum. Bon. Vill. et Garcia.* Ratio, quia aliud dicendum (ut aiunt) quando licentia requiritur ad honestatem actus, aliud quando requiritur ad ejus valorem; quando enim licentia requiritur ad honestatem, sufficit licentia superioris interpretativa, sive ratihabitio de futuro, quando vero consensus superioris requiritur ad valorem actus, tunc omnino requitur voluntas superioris actualis, vel saltem virtualis, nec sufficit ejus voluntas præsumpta de futuro : sicut non sufficit, ut quis confessiones excipiat, vel ut carnes comedat in diebus vetitis, eo quod superiores licentiam concederent, si peteretur. Nec officit paritas furti ; respondet enim *Lugo n.* 127. quod ibi bene sufficit ad excusandum accipientem, ut rem accipiat non invito domino ; sed ad valorem actus dandi vel accipiendi requiritur in religioso licentia superioris de præsenti, cum tales actus a religioso exerciti non sint validi nisi dependenter a prælati voluntate.

Sed, his non obstantibus, probabilior mihi videtur prima sententia, et pace tantorum DD. hujus secundæ sententiæ, puto eos non attigisse punctum quæstionis, in qua agitur non de valore, sed de honestate actionis. Confundunt enim adversarii valorem actus cum honestate illius; nam ratio ipsorum probat quidem actum religiosi non esse validum, nisi postquam prælatus illum ratum habuerit; quia certum est (ut diximus *de contr. l.* 4. *n.* 709. *v. Sed dubitatur*), quod ad valorem contractuum non sufficit voluntas interpretativa, sed requiritur voluntas contrahentium actualis, aut saltem virtualis de præsenti : et ideo recte dicitur sacerdos non posse valide absolvere, nec alius edere carnes in diebus vetitis, nisi habeant concessionem superiorum, saltem præsumptam de præsenti, eo quod revera nec sacerdos valide absolvit, sine jurisdictione de præsenti collata, nec aliquis licite vescitur carnibus die vetito, nisi jam per dispensationem sit a lege absolutus. Non autem probat ratio allata actum religiosi accipientis ex licentia interpretativa esse illicitum, et contra votum paupertatis; ad agendum enim contra votum requiritur, ut ipsi contrarii fatentur, quod religiosus agat nomine proprio, et independenter a voluntate superioris. Non autem agit nomine proprio, et independenter, qui accipit ex consensu prælati prudenter interpretato, quia tunc vere cum dependentia agit.

Nec obstat 1. dicere, quod, cum actus sit invalidus, ideo est illicitus, prout sacerdos ideo illicite absolvit cum facultate Episcopi præsumpta de futuro, quia invalide absolvit. Sed dispar est ratio casus hujus a casu nostro; nam ibi honestas actionis pendet ab ipsius validitate ; sed hic honestas acceptionis non pendet ab ejus valore, sed pendet a non agendo nomine proprio et independenter ; hoc solum enim lædit paupertatis votum ; et sic pro casu bene poterit esse licitus actus accipiendi hic et nunc, cum fiat dependenter a consensu præsumpto superioris, quamvis hic et nunc invalidus sit, et erit, si superior non annuet : sicut aliquis in bona fide contrahens matrimonium cum impedimento, licite quidem contrahit, quamvis invalide. Nec obstat 2. dicere, quod, si nostra sententia in praxim deduceretur, locus daretur relaxationi ; vix enim esset casus, quo non posset subditus facile præsumere concessionem licentiæ, si peteret, saltem a prælatis majoribus,si inferior negaret. Sed respondetur primo, advertendum in hujusmodi acceptionibus ex licentia præsumpta, ut plurimum accipientes non excusari a culpa veniali, cum prælati plerumque sint inviti quoad modum, si non ad substantiam. Præterea advertendum hujusmodi licentias non esse facile præsumendas, nisi habeatur certitudo, vel saltem certa probabilitas

de ipsarum concessione, dum recte notat *Cont. Tourn. loc. cit. v. Quod tamen*, in illis summopere cavendum, ne præsumantur quæ præsumi non debent; imo nec semper quæ sub oculis prælati fiunt, ab eo tacite approbata esse censenda; plerumque enim superiores ægre coguntur plura tolerare, quæ vident fieri contra ejus voluntatem. Præterea licentiæ, quæ, a prælatis inferioribus negantur, vix præsumi possunt concedi a majoribus dum ipsi, ad justum regimen servandum communitatis, vix concedunt quæ ab inferioribus denegantur. Ideo ipsi in talibus licentiis præsumendi sunt inviti etiam quoad substantiam; nam, si res sint parvi momenti, cum prælati majores non se ingerant in hujusmodi levioribus causis, non adest prudens præsumptio de ipsarum concessione; si autem res sint magni momenti, quoad eas ut ait *Holzm. n.* 602.) non suffragatur licentia præsumpta, alias daretur ansa ad res etiam majoris momenti sine expressa licentia accipiendas et retinendas, quod cederet in grave detrimentum religiosæ paupertatis.

19. — « 5. Contra votum paupertatis » peccas, si quid ex rebus in usum tuum » concessis, in alium usum expendis, » aut culpabiliter amittas, vel destruas » lata culpa. Ratio est, quia in iis tantum » habes usum facti, idque precario, » quandiu superiori videbitur; estque » actus dominii, posse rem arbitratu » suo destruere. *Sanch.* c. 19, *Laym. n.*6. » *Less. n.* 79.

20. — Notandum I. quod religiosus, licet non possit donare, nec remittere sibi debita, ex communi cum *Salm. tr.* 13. *de rest. c.* 6. *punct.* 3. *n.* 21. nec renuntiare legata sibi relicta, sive mercedes suis laboribus debitas, quia horum jus immediate monasterium acquirit, ut dicunt *Sanch. l.* 7. *c.* 12. *n.* 55. *et de Alex.* c. 4. § 2. *qu.* 7. potest tamen religiosus non acceptare munera; nam votum paupertatis obligat ad non alienandum acquisita, non vero ad acquirendum quæ nondum acquisivit. Ita *Sanch. Dec. c.*19. *n.* 75. *Salm. ib n.* 23. *cum Lugo,et Pelliz,* Hinc volentem dare centum tibi religioso. bene potes rogare, ut det tuo consanguineo, vel amico ; *Salm. ib. cum. Lugo, Trull. Sanch. etc. et Cont. Tourn. ibid. num.* 10, qui addit, religiosum nolentem sine justa causa acceptare, quod sibi offertur, peccare contra charitatem, impediendo bonum suæ religionis, non vero contra justitiam.

21. — Notandum II. quod religiosus sine licentia potest facere donationes remuneratorias ex bonis sibi concessis ad usum, quia tales donationes sunt quasi debiti solutiones. *Salm. l. c. n.* 24. *cum Rodr. et Vill.* Immo potest plus donare, quam accepit, usque ad excessum quartæ partis, ut *Salm. ib.* quia postulat gratitudo, ut semper plus reddatur, quam sit acceptum, prout dicunt *Sanch. Bon. Nav. Dian. etc. ex S. Th. apud Salm. d. c.* 6. *punct.* 7 *n.* 92.

22. — Notandum III. quod, licet religiosus non possit testari ullo modo, ut est commune cum *de Alex. Conf. Mon. c.* 4. § 1. *q.* 2. si tamen petat licentiam donandi aliquid post suam mortem, et prælatus id promittat exequi, dicit *de Alex.* § 3. *q.* 11. tunc teneri prælatum stare promissis. Sicuti, si Dominus aliquid promittit servo, tenetur servare, ut docent *Less. et Mol. cum Sanch. l.* 7. *c.* 9. *n.* 13.

23. — Quæritur hic. 1. an religiosus possit sine licentia donare, quæ parcius vivendo sibi subtrahit ex rebus sibi concessis ad usum? Affirmant *Val. Rodr Arag. Sylv. Dian. etc. apud Salm. loc. cit. punct.* 3. *n.* 26. At licet id probabile putant *Salm.* modo sit de rebus, quæ usu consumuntur, cum in iis usus et dominium minime distinguantur, probabilius tamen respondendum esse dicunt, quod si religioso ad suam sustentationem certa quantitas ita assignetur, ut nec monasterium teneatur aliud ei præstare, nec ipse rationem reddere; tunc sive is intra claustra commoretur, sive extra, quidquid sibi de illa portione subtraxerit, poterit ad suum beneplacitum erogare, modo cito et ad honestum usum. Secus vero si nulla certa quantitas ei assignetur, sed omnia necessaria a monasterio subministrentur; quia tunc non præsumitur, sicut in primo casu, prælatus licentiam concedere. ita *Sanch. Dec. l.* 7. *c.* 19. *num.* 100. *et* 101. *Salm. Salm. loc. cit. cum Abul. Tal. Garc. Mol. Vill. ac Holz. num.* 615. *cum aliis communiter* (1).

Ab auctoribus autem communiter per-

[1] Bona accipere a Religioso, est peccatum Papæ reservatum (sine censura) et qui donum excedens decem scuta acciperit, non potest [illegible] absolvi, nisi facta prius restitutione doni. *De Bon. Ap. tr.* 13. *n*, 3.

mittitur religiosis, qui cum debita licentia vivunt extra conventum, eleemosynas moderate facere ex iis, quæ a monasterio, vel ab aliis eis subministrantur ad victum. Item permittitur religiosis elargiri, cui velint, suas pitantias, quæ limitate eis præbentur, ut ova, carnes, etc; ita *Sylv. S. Anton. Arag. etc. cum de Alex. c. 4. § 4. q. 5.* nisi superior expresse id vetaverit. Præterea permittitur eis succurrere pauperi magna paupertate laboranti ex bonis monasterii, quando additus superiori non patet: item permittitur leves donationes facere amicis, et consanguineis in signum gratitudinis, vel debitæ amicitiæ, vel ad conciliandum aliorum amorem erga religionem. Ita *Salm. tr.* 13. *c.* 1. *punct.* 3. *n.* 31. *et Croix l.* 4. *n.* 123. *cum Suar. et Pal.* Permittit etiam *Bordon. de paup. rel. c.* 20. *n.* 32. religiosis, dare aliquid esculenti vel poculenti pauperibus, quia in his prælatus præsumitur consentiens.

24. — Quæritur 2. quænam quantitas requiratur, ut religiosus eam expendens sine licentia peccet graviter? *Ex Nav. Azor, Graff. etc. Pal. tr.* 16. *d.* 3. *p.* 20. *n.* 3. *Sanch. l.* 7. *c.* 20. *n.* 3. assignant pro materia gravi quatuor Argenteos. Plus vero pro conventibus pinguibus; et adhuc plus, si res non sit ex pecuniis, sed ex vestibus, libris, et similibus *C. de Lug. de just. d.* 3. *n.* 173. pro conventibus mediocriter opulentis assignat 7 vel 8 Argenteos, si accipiantur a religioso ex destinatis ad ejus usum; et plus si res surripiatur ad usum proprium, et remaneat in communitate. Si vero res surripiatur ex rebus communibus monasterii, et detur extraneis, putat sex Argenteos esse materiam gravem. Plus tamen requirunt *Ledesma, et Ceneda apud eumdem Lugo num.* 170.; nam censent non esse mortale accipere 8 vel 9 Argenteos ex rebus, quæ usu non consumuntur; modo id non plus quam semel aut bis fiat in anno. Alii, ut *Sot. et Rodr. ap. Salm. tr.* 13. *c.* 13. 6. *punct.* 5. *n.* 46. *circa med.* (et *Arag.* putat probabile) dicunt requiri ad materiam gravem duos Aureos. Alii demum quoad gravitatem materiæ putant ut *Rebell. Fagund. etc. apud Croix l.* 4. *n.* 133. idem dicendum esse de furtis religiosorum, quod dicitur de furtis filiorum, juxta dicta *de* 7. *pr. l.* 4. *n.* 543. Et consentiunt *Holz. n.* 595. *ac Elbel p.* 633. *n.* 646. *cum Henno, et aliis,* dicentes quod religiosi furantes materiam communiter gravem, nisi furtum redundet in grave damnum monasterii, peccabunt quidem contra votum paupertatis, sed non contra justitiam; unde non erunt obstricti ad restitutionem. Sed probabilius id negandum, scil. requiri in religiosis ad peccandum graviter ut eam surripiant quantitatem, quæ requiritur in filiis; ita *Lug. d.* 3. *n.* 172. *et Sanch. Dec. l.* 7. *c.* 20. *n.* 3. Ratio, tum quia filii censentur quasi in spe dominii bonorum parentum non autem sic religiosi, qui non possunt monasterio succedere; tum quia parentes in furtis filiorum sunt inviti respectu ad detrimentum temporale, sed prælati in furtis religiosorum sunt inviti etiam respectu ad eorum detrimentum spirituale; unde facilius præsumuntur inviti prælati quoad furta religiosorum, quam parentes quoad furta filiorum; tanto magis, quia filii bene sunt capaces possidendi, non autem religiosi, qui voto paupertatis obstringuntur.

Cum autem donatur res religioso ejusdem conventus, certe plus requiritur, ut censent *Salm. loc. cit. n.* 47. *cum Suar.* Hinc dicit *ib. Coriolanus*, quod ex rebus ad usum concessis donatio 12 Regalium tunc non esset materia gravis. *Ledesma* extendit ad viginti Argenteos : immo *Lug. Sanch. Pell. Robr. et Anton. a Sp. S. apud Salm. l. c.* aiunt, quod, si res non sit pecunia, nec etiam valor 5 Aureorum tunc non erit gravis materia. Si vero accipiatur aliquid ab extraneis ad aliis præstandum, adhuc plus requiritur; tunc enim *Garcia cum Pal. Leand. Dian. etc. apud Salm. cit. n.* 47. assignant pro materia gravi valorem majorem 60 Argenteis. Regulariter autem non peccat graviter religiosus clam accipiens, ex gr. librum ad usum temporalem, etiam diuturnum, sed non in perpetuum; quia tunc prælatus non censetur invitus quoad substantiam, sed tantum quoad modum. Ita *Salmant. ibid. n.* 49. *cum Suar. Azor, Pel. Vill. etc.*

« Hæc opinio, inquit Ballerini, multum difficultatis præ se ferre videtur. Nam vel intelligitur de pecuniis a religioso accipiendis et erogandis nomine *proprio*, aut in usum proprium ; et sic cum habeamus actum proprietatis, voto paupertatis contrarium, laxius merito videbitur ad gravitatem culpæ cum DD. veteribus exigere 60 argenteos seu et romana scutata ; præsertim cum immutatio in pecuniarum valore decursu temporum consecuta multo ampliorem pecuniæ quantitatem modo exigeret. Vel in-

telligitur de pecuniis acceptis et erogandis nomine *alieno* ; et sic cum Sanchezio licebit estimare nullam intercedere culpam, etsi de majori summa agatur S. Alphonsus eam opinionem cum allegationibus mutuatus est a Salmanticensibus (*de rest.* cap. 6. n. 47) quæ tamen omnes, si cum suis auctoribus conferantur, abs re afferri reperiuntur. Allegant nimirum cum Leandro Suarezium, Pælaum, et Dianam. Atqui isti eamdem ac Sanchezius, doctrinam tradunt. » (not. b ad n. 160 Gury de *St.part.*)

25. — Quær. 3. an religiosus res paulatim accipiens sine licentia, peccet graviter, si furtula ad magnam quantitatem perveniant, et teneatur ad restitutionem? Negant *Nav. Toll. Fill. Gran. Rodr. Dian. etc.* atque probabile vocat *Pelliz.* consentitque in aliquo *Lugo*, judicans raro contingere, quod religiosus, modica accipiendo sine animo perveniendi ad magna, graviter peccet, quia prælati contra talem nunquam graviter offenduntur. Attamen verius affirmant *Salm. de rest. c. 6. punct. 5. n. 53. cum Sanch. Bon. Vill. Garc. etc.* quamvis majorem requirant quantitatem pro materia gravi. Bene tamen admittunt *n. 54. cum aliis*, hæc furtula non coalescere, si inter ea intercedat magna interpolatio : hæc autem, ut magna reputetur, *Sanch.* requirit spatium anni; sed *Salm. d. n. 54. in fine cum Fill. Dian. Garc. et Ant. ap. Sp.* putant sufficere spatium mensis. *Vide dicta de furto, l.* 3 (IV). *n.* 5. 30. Admittunt item *Salm. ibid. n.* 58. cum *Sanchez, Pal. Bon. Lug. Pell. etc.* non esse mortale surripere comestibilia per plures vices, etiamsi perniant ad magnam quantitatem (modo a religioso non reserventur, ut *Salm. ibid. n.* 57. et modo damnificatio conventus non sit nimia, et in re extraordinaria, et pretiosiore, ut notat *de Alex. c.* 4. § 1. *q.* 5. *cum Suar.*). Ratio, quia præsumitur tunc adesse tacita licentia prælatorum.

26. — Quær. 4. an religiosus impotens ad restituendum aliquod debitum suo monasterio, teneatur sibi subtrahere aliquid ex rebus sibi datis ad usum ? Affirmant *Lug. Bon. etc.* Negant vero *Pell. Fag. Leone, etc.* Et probabile putant *Salm. de restit. c.* ,9 *p.* 9 *n.* 103. quia minime præsumitur velle prælatus obligare subditum cum tanto incommodo ; et vere est probabile, si res datæ sint ad usum necessairæ

27. — Quær. 5. an peccet religiosus, si ad mutuum det sine licentia res sibi ad usum concessas ? Affirma, sed non graviter, si tutus sit de restitutione, ut tenent *Laym. Sanch. Peyr.* quos supra sequuntur *Dian. r.* 14. *et de Alex. c.* 4 § 1. *q.* 9.

28. — « 6. Item peccas, si quid abs-
» condas, ut illud liberæ dispositioni su-
» perioris subducas. Nec procuratores,
» œconomi , administratores, prælati
» inferiores quidquam possunt expen-
» dere, contra quam regula ordinis,
» voluntas superiorum, vel consuetudo
» postulat. Ratio est, quia non sunt do-
» mini bonorum communium, sed tan-
» tum administratores. *Laym. n. 8. ex*
» *S. Thom.*

26. — 7. « Si prælatus permittat sub-
» dito, ut bona ex quacumque causa aut
» titulo provenientia, in usus vanos, tur-
» pes, aut illicitos expendat, aut super-
» flua, pretiosa, et statum suum dede-
» centia penes se habeat, peccat et præ-
» latus et subditus contra votum pauper-
» tatis ; estque talis donatio, seu aliena-
» tio irrita, et restitutioni obnoxia. *Nav.*
» *Sylv. Val. Mol. t. 2. d.* 276. *Azor, Less.*
» *d.* 9. *Sanch. Laym.* quia prælatus non
» potest dare veniam majorem, quam
» ipse habet : ipse autem, cum non sit
» dominus, non potest bona suo arbi-
» trio, et inutiliter expendere, sed tan-
» tum in religionis necessitatem et, utili-
» tatem. *Vide Lug. de just. q.* 3. *s.* 7.
» *n.* 121.

30. — Super hoc puncto I. quæstio est, an licentia a prælato data religiosos expendendi aliquid expresse ad usus illicitos, de se invalida sit. Affirmant cum cum *Bus.* hic *Nav. Pal. Sanch. ap. Croix l. 4. n.* 114. et hoc absolute tenent *Salm. ibid. p.* 6. § 2. *n* 82. *cum communi*, ut asserunt. Ratio, quia prælatus non est dominus, sed simplex administrator bonorum monasterii. Recte tamen concedunt *Salm. ibid. n.* 83. *cum Pal. Suar. Az. etc.* validam esse licentiam datam retinendi superflua sine notabili excessu ; quia aliter res magnis scrupulis esset obnoxia. At contra *Lugo de just. d.* 3. *n.* 157 *cum Less. Az. Tab. et S. Ant. Sylv. Turrecr. Fab. etc. apud Croix l. c.* tenent licentiam esse validam, quamvis illicitam : si enim, inquiunt isti, superior licentiam daret ad emenda superflua, quis dicet emptionem esse invalidam ? idem censent *Elb. n.* 666. *et Holz. n.* 604. *cum Ills.* dicentes religiosum, qui habet superflua ex licentia, peccare quidem contra paupertatem, cum votum paupertatis obliget, non solum ad accipiendum cum licentia, sed etiam ad non habendum su-

perflua; sed non peccare contra justitiam, nec esse proprietarium, quando habet cum licentia, quæ nullo jure habetur esse invalida, nisi vertat in grave damnum monasterii. Hanc sententiam non audeo omnino reprobare propter auctoritatem tantarum DD. Sed prima sententia mihi omnino arridet; nam ut aiunt *Less. l.* 2. *c.* 41. *n.* 79. *Salm. tr* 13. *c.* 6. *punct.* 6. *n.* 85. *Ronc. Cons.* 25, *n.* 4. *et alii plurimi*, superior non est dominus, nec aliam habet facultatem super bona monasterii, nisi in quantum canones, et religio ei concedunt: sed non potest dici concedere ipsi facultatem dandi licentiam ad usus illicitos vel superfluos, neque sacros canones, cum ex iis contrarium eruatur, ut habetur ex *Clement.* 1. *de Statu monach.* ubi expresse prohibentur omnia superflua; neque religionem, quæ nunquam censetur id concedere in exitium spirituale suorum filiorum.

31. — II. Quæstio est, an, cum prælatus dat licentiam generalem religioso ad expendendam aliquam summam ad suum libitum, si iste illam eroget in usus turpes, aut vanos, peccet contra votum paupertatis, et teneatur ad restitutionem tam ipse, quam accipiens.

Prima sententia affirmat. Ratio, quia neque superior intendit tunc licentiam dare ad usus illicitos, neque ipse superior posset hanc licentiam concedere, cum is sit merus administrator. Ita *Sylv. Pal. Mol. Sanch. etc. apud Croix l.* 4. *n.* 113. Et hanc probabiliorem putant *Salm. cit. n.* 85. et *Lugo* vocat communem *cit. d.* 3.

Juxta autem hanc sententiam, dicunt *Sanch. Pell. Moll. Reb. etc. cum Salm. ib. punct.* 9. *n.* 106. quod ille, qui male accepit rem a religioso, jam bene satisfacit, si ipsi religioso rem restituit, quia ponit rem in eodem statu, in quo invenit: modo ipse (excipiunt *Salm. ib. cum cit. DD.*) non timeat religiosum re illa abusurum.

Secunda sententia tamen contradicit, et hanc tenent *de Alex. Conf. Mon. cap.* 4. § 4. *q.* 9. *cum Bord. Suar. Bann. Lopez, Hurt. Mod. Pelliz. Reb. Salas, etc. apud Salm. tr* 13. *c.* 6. *p.* 9. § 2. *n.* 84. probabilemque hanc vocant *Lugo d.* 3. *n.* 137. *Dian. Sayr. Mach. etc.*, et huic adhæret *Croix l. c.* dicens non obstare, quod superior non sit dominus; nam respondet cum *Reb.* saltem monasterium esse dominum, ut possit disponere de bonis suis ad omnes usus: et sæpe præsumi monasterium consentire, quod subditi expendant in quibusvis usibus maluerint id, quod generaliter est eis concessum ad expendendum, ne pericliteiur fama subditi, aut superioris ut dicit *Reb.* Deinde dicit *Lug.* quod, licet superior sit simplex administrator, nullo jure tamen scitur suam potestatem esse restrictam ad solos usus licitos concedendos. Et, ut dicunt *Bann. Lop. Reb. et Salas ap. Lug. n.* 142. (et hoc ipse non putat improbabile) non est censendum, quod superior dans licentiam, eam limitet tantum ad usus licitos; quia ipse dando licentiam generalem, vult et potest tollere impedimentum, quod subditus habet ex licentiæ defectu ad expendendum. Pari modo ac si Pontifex dispenset cum consanguineis ad matrimonium, non solum dispensat ad actum conjugii, sed tollit malitiam incestus, etiam quoad copulam illicitam (ut tenent *Lug. n.* 133. *et Sanch. de matr l.* 7. *d.* 67. *n.* 8. *cum Met. Gutt Manuel, Led. Llamas, etc.* modo Episcopus, cui commissa est dispensatio, jam dispensarit, ut verius dicit *Sanch. n.* 9. *contra Major. et Gall. ap. Croix*). Item, si Papa dispenset ad carnes in Quadragesima cum aliquo, si iste comedat carnes nocivas, peccabit utique ex intemperantia; sed non contra præceptum jejunii, quod per dispensationem jam sublatum est. Sed quoad hoc obstat decretum *Clementis XI.* relatum *in tract. de jejunio l.* 4. *n.* 1015. *v Quær. hic*). Ita loquitur *Lug. num.* 133. *cum aliis, ut supra.* Sed, his non obstantibus, quamvis hanc sententiam non audeam reprobare, primam amplector; cum non satis mihi probetur, quod superior hanc facultatem habeat dandi licentiam, neque specialem, neque generalem ad usus illicitos, prout dixit mox in I. *Quæst. n.* 30. aut quod monasterium in hujusmodi licentias consentiat in tantum detrimentum animarum suorum subditorum.

Concedunt vero *Salm. de rest. c.* 6. *p.* 6. § 2. *num.* 86, *cum Pal. et aliis*, excusari a restitutione eum, qui pro usu turpi rem accepit a religioso, quando honor religionis, vel religiosi alias periclitaretur; aut si v. gr. cum mulier ob turpem causam aliquid accepit a religioso, iste mutet animum, et intendat donare gratis, quia mulier est pauper, vel ne damnum in fama patiatur; tunc enim jam in usum honestum impenderet. Et hinc, quando mulier talem consecutam religio-

si rationabiliter præsumere potest, saltem ex hoc capite facile excusabitur. Ita *Salm. loc. cit.*

32. — III. Quæstio est an possit superior licentiam subdito præbere, ut aliquam summam ludo exponat? Certum est, quod potest si summa sit modica: in quo casu subditus potest uti licentia etiam tacita, sive præsumpta. *Less. Mol. Az. etc. cum Salm. ibid. punct.* 8. *n.* 94. Quoad quantitatem autem, alii dicunt posse religiosum exponere quantum posset liberaliter donare; alii dicunt 4 vel 5 Aureos pro centum quotannis ad usum sibi concessis. Ludus autem debet esse licitus, non illicitus, prout est ludus alearum, taxillorum, et omnes ludi mere fortuiti, *ex Trid. sess.* 22. c. 1. Cæterum in aliqua religione permittitur ex consuetudine ludere modicam summam chartis lusoriis, ut *Salm. ibid. num.* 95. *circa med. cum Peyr. Dic. etc. Vide dicta de Ludo l.* 3 (IV). *n.* 873.

Dubium est, an possit superior valide dare licentiam particularem exponendi ludo magnam summam? Affirmant *Less. l.* 2. *c.* 26. *n.* 36. *cum Hurt. Salas, et Amic. apud Salm. l. c. n.* 96.; quia quæcumque licentia ad ineundum contractum, per se quidem justum, de se valida est. Sed negant verius *Salm. ibi cum Sanch. Led. Dic. Vill.* quia, ut dicunt, simplex administrator, qualis est superior conventus, non potest licentiam concedere tales ineundi contractus proprios tantum dominorum qui pro suo arbitrio res suas prodigere possunt. Quid vero dicendum, si licentia sit generaliter data? Hæc quæstio comprehenditur sub quæstione II. ut supra jam allata, quam relegere potes. An vero religiosus possit ludo plus lucrari, quam perdere; *vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 874.

33. — IV. Quæstio est, an licentia petita, sed indebite negata, excuset a transgressione voti paupertatis? Resp. non excusare, nisi periculum gravis damni sit in mora: tunc enim præsumitur adesse consensus superioris majoris; et, si iste tunc etiam licentiam neget, potest aliquando prudenter judicari, legem, sive votum in tanto discrimine non obligare. Ita probabiliter *Pal. d.* 3. *p.* 23. *num.* 10. *Holzm. p.* 484. *n.* 610. *cum communi, ac de Alex.* c. 4. § 3. *q.* 6. Et hoc bene congruit doctrinæ *D. Th.* 1. 2. *q.* 96. *a.* 6. *in fin.* qui loquens de lege ait: *Si vero sit subitum periculum non patiens tantam moram, ut ad superiorem recurri possit, ipsa necessitas dispensationem habet annexam, quia necessitas non subditur legi.* Idem dicendum de voto, quod est quædam lex particularis, et cujus obligatio non urget, tali periculo imminente. Sed notat *Holz. cum Pal.* quod licentia negata tum excuset, cum est debita tam ex parte religiosi, quam prælati, non autem, si solum ex parte prælati, ita ut subditus non habeat jus ad concessionem licentiæ.

34. — V. Quæstio est, an valeat religiosus ex licentia dare aliquid alicui, quem si scivisset superior, licentiam non concessisset? Respondent *Mol. disp.* 209. *et Alex ibid. q.* 7 tunc videndum, in quanam dispositione sit superior; nam, si præsumitur, quod ipse licentiam omnino revocaret, tunc licentia non valet; secus autem dicendum, si præsumitur prælatus non velle revocare, licet ab initio licentiam negasset, si rem scivisset. In dubio autem præsumitur pro validitate actus, id est licentiæ datæ; intellige, si non possit superior adiri.

35. — VI. Quæstio est, an votum paupertatis possit per consuetudinem abrogari? Negant communiter DD. quoad substantiam, affirmant vero quoad modum. Talis autem consuetudo justa præsumitur, quando ipsa passim praticatur a religiosis etiam timoratis, et scientibus, ac non contradicentibus prælatis, cum facile contradicere possint. Ita *de Alex.* c. 4. § *q.* 16.

36. — VII. Quæstio est circa moniales, an abbatissa habeat bonorum sui monasterii administrationem? Resp. Habet quidem, si non obest regula aut consuetudo. Cæterum non potest concedere licentiam donationes immoderatas faciendi, ut *Alex. c.* 11 § 1. *q.* 11. *cum Sanch.* Sed bene ipsa potest elargiri in eleemosynas bona superflua, etiam sine consensu aliarum; potest, sed non tenetur superflua in eleemosynas dispensare, si ea applicet in augendo Ecclesiam, vel habitationem, vel reditus monasterii; ut monasterium plures moniales alere possit, vel ut melius servetur vita communis, prout tenet *Alex. l. c. q.* 23. *contra alios.* Superior autem in dispensando bona suis subditis, debet respicere necessitates, non dignitates personarum, neque proprium commodum, ut *Peyr. cum Alex. q.* 13.

Potest abbatissa in rebus modicis contractus per se inire, sed in gravioribus requiritur consensus capituli, ex. *c. Ea noscitur, De his, quæ fiunt a præl.* præ-

sertim si recipiantur pecuniæ ad mutuum, quæ postea non applicentur in utilitatem monasterii; aliter enim monasterium non remanet obligatum, ut *Tap. Bard. Alex. c.* 11. § 1. *q.* 16. Interveniente tamen consensu abbatissæ, et capituli, saltem quoad majorem partem vocalium, monasterium debet stare contractui, ex *c.* 2. *de Ordin. cogn.* An autem valeat remissio debiti, aut renuntiatio legati facta ab abbatissa, et capitulo? Affirmant probabiliter, justa causa intercedente, *Sanch. Lug. etc. apud Alex.* Sed non minus probabiliter ipse *Alex. c.* 11. § 1, *q.* 17 *cum Bon. Mol. etc.* negant, quia non possunt moniales lædere monasterium, quod jam acquisivit jus ad rem. Et ideo dicunt non posse abbatissam, et capitulum alienare bona immobilia monasterii (sive mobilia pretiosa, quæ servari possunt) : neque ea locare ultra triennium : neque transigere super bonis jam monasterio incorporatis, nisi res sit litigiosa, vel præjudicialis : neque illa oppignorare, nisi urgeat necessitas, et non sit tempus adeundi S. Congregationem : neque super iis imponere censum, sive hypothecam : *Alex. c.* 11. § 1. *q.* 14. *cum Nav. Quart. et aliis*, neque recipere pecunias ad cambium cum solutione lucri cessantis, ex Decr. S. C. *ibid.* neque alienare greges, vel boves ad culturam agrorum monasterii necessarios; bene vero fructus gregum. *Alex. Suar. ib.*

Excipitur tamen, si res non excedat valorem 25 scutorum monetæ Romanæ, et alienatio sit in evidentem utilitatem monasterii; vel si res sit monasterio inutilis. *Vide alia apud Alex. c.* 11. § 1. *q.* 18. *et* 19.

Potest etiam abbatissa instituere beneficia, et capellanias conferre, quoad titulum tantum, et possessionem; non autem quoad potestatem ecclesiasticam, ut *Gonz. Felin. etc. cum Alex. c.* 11. § 1. *q.* 8. Ita etiam, licet non possit ipsa clericos suos suspendere, potest tamen ab eis auferre titulum, et possessionem beneficiorum ; quia ablatione posita, censetur Papa auferre etiam jus spirituale. Ita *Alex. cum Pasq.* Potest etiam abbatissa cum justa causa amovere capellanum, adhuc invito patrono *Vide Alex. ib.*

37. — « Resp. 2. Religiosus voto castitatis obligatur, ut abstineat se ab » omni voluntaria delectatione venerea, » interna, et externa : proindeque, si » quis contra castitatem peccat, duo peccata admittit, luxuriæ, et sacrilegii. » *Less. et Laym. c.* 7. » (*Et probabilissime peccat etiam contra bonum commune, si periculum sit, quod per suum peccatum religio infametur. Salm. de statu relig. c.* 6. *punct.* 3. § 1. *n.* 26. *cum Pell. Dian. etc.*)

Ad majorem autem tutelam castitatis introducta est clausura, non solum monialium, sed etiam religiosorum, qui non possunt e monasterio egredi sine licentia superioris. Ita ex constit. *Clementis VIII.* quæ incipit, *Nullus, etc.* (*apud Cherub. in suo Bull. n.* 60.) ubi sic habetur : *Nullus e conventu egredi audeat, nisi ex causa, et cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata a superiore ; qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eumdem sæpius. Licentiæ vero generales exeundi nulli concedantur* Sed hic quæritur, quale peccatum sit egredi sine licentia? Communiter DD. ut ait *Spor. t.* 3. p. 100. *num.* 158. *cum Pelliz. Lezana, etc.* dicunt, ex genere suo id esse mortale, quia consuetudo omnium religionum fert, ut tales egressus tamquam graves culpæ semper puniantur. Censent tamen rationabiliter *Anacl. tit.* 35. *de statu monach. n.* 69. *et Spor. l. c. cum Nav. Bard. Miranda, Pell. et communi* (*contra Suarez*) non peccare graviter religiosum semel vel iterum exeuntem de die sine licentia, nisi hoc agat ex contemptu, vel cum scandalo ; secus vero dicendum de nocturno, et furtivo egressu. Quoad excommunicationem autem ob violationem clausuræ regularium vel monialium, *vide dicenda de censur l.* 7. *n.* 220.

38. — « Resp. 3. Religiosus, ex voto » *obedientiæ*, obligatur ad omnia quæ su» perior præcipit, secundum regulas, et » constitutiones ordinis, sive directe, et » expresse, sive indirecte, et implicite » Etquidem, si præcipiat in virtute sanctæ » obedientiæ, in nomine domini nostri » Jesu Christi, vel simili forma, tenetur » obedire sub mortali, quia intendit obli» gare quantum potest : sub veniali au» tem, si alia forma utatur, vel sub » nullo ; quod consuetudo in Societ. Jesu » approbavit. *Vide S. Thom.* 2. 2. *q.* » 104. *Sylv. Sanch. l.* 6. *mor. c.* 1. *Less.* » *l.* 2. *c.* 4. *d.* 4. *Laym. c.* 9. » (*Notandum, quod nisi prælatus mandatum explicet, v. gr. dicens : jubeo, præcipio etc., subditus non tenetur obedire : ita Salm. tr.* 15. *c.* 6. *p.* 4. *n.* 47. *cum Suar., Pelliz.*

etc. ***Et, dicente prælato** : jubeo, præcipio, etc. nec etiam tenetur subditus obedire sub gravi, ut docet Sanch. Dec. l. 6. c. 4. n. 26. cum Med. Vasq. Suarez. et de Alexandro Conf. Mon. c. 6, § 3. qu. 14. nisi addatur: In nomine D. Jesu Christi, vel, In virtute obedientiæ : vel nisi addatur pœna excommunicationis, non solum ferendæ, sed etiam latæ sententiæ, ut dicunt Navar. Vasq. et alii cum Alex. ibid.)*

39. — « Porro, quæ indirecte perti- » nent ad regulam, *Sylv. et quidam alii* » ampliant ad illa, quæ faciunt ad ple- » niorem ejus observationem, *Sanch.* » tamen arctat ad res valde necessarias, » sine quibus regula commode servari » nequit, alioqui enim superior quasvis » corporis macerationes præcipere pos- » set : ordinantur enim ad pleniorem ob- » servationem regulæ. *Laym. l. 4. tr. 5.* » *c. 9. Less. l. 2. c. 4. d. 9.*

Unde resolves :

40. — « Non tenetur subditus obedire » in iis quæ sunt vel contra regulam (nisi » superior in ea possit dispensare, et le- » gitima causa dispensandi subsit) » *(Hinc constare debet, prælatum dispensasse sine causa, ut non tenearis obedire, prout Salm. de stat. rel. c. 6. punct. 7. n. 72. cum Pell. Peyr. et communi)* « vel supra regu- » lam, ut essent magnæ macerationes » (nisi in pœnam, vel ad obligationem » votorum necessariæ), vel ut acceptet » episcopatum. » *(Ita Salm. cum communi d. c. 6. n. 77. vel ut acceptet beneficium curatum, aut simplex. Salm. ibid. n. 78. vel ut eat ad infideles cum manifesto periculo vitæ, aut servitutis. Salm. ib. n. 73. cum aliis. Tenetur tamen acceptare munus intra ordinem, si prælatus præcipiat, communiter Salmant. ibid. n. 79. etiamsi præcesserit pactum in contrarium, quia pactum rejicitur tanquam turpe, ut de Alex. c. 6. § 1. qu. 10. cum S. Th.)* « *Dian. p.* » *6. t. 9. res. 33. et alii sex* : vel infra » regulam scilicet vana (nisi præcipiat » ex causa, quæ sit secundum regulam, v. » g. ut obedientia exerceatur) ; nec re- » fert, quod regulæ jubeant in omnibus » obedire ; id enim non de obligatione » voti, sed de obedientiæ perfectione in- » telligitur. Ita *Suarez, Sanch. 6. mor.* » *c. 2. et Laym.*

An autem religiosus teneatur obedire prælato præcipienti, quod assistat infirmis infectis morbo contagioso? Resp. Affirmative, si infirmi sunt religiosi ejusdem sui monasterii, vel ordinis, quia hoc pertinet ad bonum commune ipsius communitatis, ut ipsi inter se invicem sibi subveniant. Secus, si infirmi sunt extranei ; nisi deesset qui ipsis sacramenta necessaria ministraret, quia tunc debent postponere vitam temporalem saluti proximorum. Ita *Sanch. Dec. l. 6 c. 2. n. 57 Pal. tr. 15. d. 4. p. 4. n. 7. Elbel. t 2. p. 625. n. 624. et Spor. t. 3. p. 101, n. 163. cum Caj. Lez. Rodr. et communi.*

41. — « 2. Si regula ordinis sub pec- » cato obliget, ejus trangressio est con- » tra votum, et sacrilega. Ratio est, quia » talis regula non est minus præceptiva, » quam vox superioris ; et subditus pro- » mittens observationem regulæ, eo » modo, quo ipsa intendit, se obligare » censetur ; proindeque Carthusianus v. » gr. carnes edens, vel Franciscanus fe- » ria sexta non jejunans, et contra obe- » dientiam, et contra temperantiam pec- » cat. *S. Th. in 2. d. 44 qu. 2. art. 3. Va-* » *lent. Sanch. 6. mor. c. 1. et 4. Vasq.* » *Rodr. Laym. l. c. n. 6. Escob. etc.*

42. — « 3. Si regula sub peccato non » obligat, transgressor illius non peccat » contra votum obedientiæ. Ratio est, » quia talis regula non continet proprie » præceptum, sed tantum est ordinatio, » seu monitum, obligans tantum ad pœ- » nam, si imponatur. *S. Th. Laym. l. c.* » *etc.* Hinc nec trangressio illius, ex ra- » tionabili causa, et bono fine, seu ex » motivo virtutis facta, v. g. si extra » tempora loquatur cum socio, ut mœs- » tum consoletur, est peccatum : erit ta- » men veniale, si ex negligentia, torpore » animi, aliove inordinato affectu fiat : » *(Ita S. Th. 2. 2. q. 186. a. 9. ad 1 Sanch. l. 6. c. 4. n. 14. et Laym. l. 4. tract. 5. c. 9. n. 8. cum Vasq. et Val.)* « quem ut » plurimum concurrere, adeoque raro » omni culpa vacare, putant *Valent.* » *Sanch. et Suar* qui addunt, quod si » quis frequenter, et quasi per consuetu- » dinem regulam transgrediatur, religio- » sam disciplinam graviter perturbet, ea- » que ex causa in periculo expulsionis » se constituat, peccet mortaliter. *Laym.* *l. 5. c. 9. Sanch.* n. 18.

43. — « 4. Etsi capitulares novum sta- » tutum condere possint, quo ipsi, alii- » que postmodum professionem edituri » obligentur ; ante tamen professi, qui » in illud non consenserunt, eo non obli- » gantur, si ad regulam ordinis non di- » recte, nec indirecte spectet, *Laym. l.* » *c. n.* 10. nisi tamen statutum fiat in » capitulo generali, vel saltem provin-

» ciali (juxta cujusque ordinis institutum),
» concurrente majore parte suffragiorum,
» et non sit regulæ difforme. *Vide Escob.*
» *de leg. e.* 1 *c.* 12. n. 15. Ratio est, quia,
» quod omnes tangit, ab omnibus debet
» approbari, juxta *reg. Juris* 39. *in* 6.
» Addunt *Laym et Sanch. ex Sylv. et Az.*
» *t.* 1. *l.* 13. *c.* 11. *q.* 19. *Less. l.* 2. *c.* 41.
» *n.* 22. nec Pontificem posse religiosos
» cogere ad arctiorem vivendi rationem,
» quam instituti prima forma postulat;
» quia obligatio obediendi, etiam Ponti-
» fici, provenit ex voto, quod factum fuit
» secundum proprium regulæ institutum.
» Si tamen regulæ reformatio necessa-
» rium medium esset ad ordinis conser-
» vationem, ad eam prælatus cum capi-
» pitulo, multoque magis Pontifex illos
» cogere potest, quando ad hoc se im-
» plicite quisque obligasse consequetur.
» *Sylv. Less. Sanch. Laym. ll. cc.*

44. — Quæritur, an religiosi teneantur obedire prælatis reformantibus regulam collapsam? Certum est, quod, postquam regula per legitimam consuetudinem relaxata est, quamvis primi religiosi peccarint, secundi tamen non tenentur eam observare, ut fuse probant *Salm. de stat. rel. c.* 6. *p.* 7. *n.* 80 *et de leg. c.* 6. *punct.* 4, § 2. *n.* 39. et docent *Sanch. l.* 6. *c.* 2. *n.* 26. *etc. ac de Alexand. Conf. Mon. c.* 1 § 2. *q.* 3. *cum. Caj. Turrec. Palac. etc.* Sed dubium est, si regula reformetur a capitulo generali, an professi teneantur obedire? Affirmant *de Alexand. Conf. Mon. c.* 1. §. 2. *q.* 4. *et Salm. tr.* 15. *c.* 6. *punct.* 7. *n* 81. *cum Corduba, Pell. Suar* (citantque etiam *Laym. Vasq. Az. et Sanch.*, sed non bene; nam *Laym.* est pro secunda sententia, ut infra, et citat pro se *Vasq. Azor et Sanch.*). Ratio hujus primæ sententiæ est, quia religiosi regulam profitentes, eam ut primitus institutam profitentur; unde saltem parati esse debent ad illam servandam, quando de ea instauranda tractatur. Excipiunt tamen, nisi religiosus tempore professionis expresse intenderit non se amplius obligare, quam ad illam regulam sic relaxatam. Alii vero, ut *Palaus tr* 16. *d.* 4. q. 4. n. 11. *Laym. l.* 4. *tr.* 5. *c.* 9. *num.* 13. *cum aliis, ut supra, ac Sporer t.* 3. *pag.* 101. *n.* 161 dicunt non minus probabiliter (ut loquitur *Cont. Tourn de præcip. statuum obligat. part.* 2. *art.* 3. *v. Quæres* 3), et forte probabilius, religiosos ad id non teneri, nisi reformatio appareat medium necessarium ad ordinis conservationem, nempe si cum præsenti observantia paucissimi ad perfectionem religiosam pervenire studeant, vel si cum scandalo sæcularium vivant, ut expediret potius religionem dissolvi, quam ita continuari. Ratio, quia is, qui professionem emittit, potius censetur juxta præsentem statum regulam profiteri, quam juxta pristinum institutum. Ait autem *Laym. l. c. cum Less. et Sanch.* posse prælatum ob aliquam publicam necessitatem ad tempus imponere aliquam austeritatem, puta jejunium, etc. Imo addunt *Sanch, Sylv. Vega, et Vasq. Salm. tr.* 15. *c.* 6. *p.* 7. *n.* 82. prælatos posse edere nova statuta, quando essent necessaria, ut vota essentialia, et alia religionis statuta serventur.

45. — « 5. Et si consuetum non sit,
» nec consultum, ut prælati sub pec-
» cato præcipiant actus internos : pro-
» babile tamen est fieri posse, ut docent
» *Laym, Suar. etc.* Ratio est, quia veri-
» simile est, quod aliqui religiosi ad id
» se obligare intendant, cum se quasi
» holocaustum Deo tradant.

46. — Quær. hic, quot peccata committit religiosus, contra obedientiæ præceptum agens? *Sotus, Led. Laym. Tambur. etc. ap. Salm. loc. cit. p.* 10. *n.* 100. dicunt unum peccatum committere contra votum obedientiæ, qui tantum ex voto tenetur obedire. Contradicunt tamen probabilius *Salm. ibid. num.* 110. *cum. Suar. Pell. Pal. etc.* qui tenent committere duo peccata, unum contra religionem ratione voti, aliud contra virtutem obedientiæ, quam de se debet religiosus prælato suo ratione promissionis, et traditionis factæ de seipso in professione, ob quam per se, etiam sine voto, teneatur legitimo superiori obedire.

47. — « Quæres, an subditus teneatur
» obedire, si dubitet, utrum sit res licita,
» quam prælatus jubet, vel justa sit
» causa imperandi?
« Resp. 1. Communiter teneri, quia
» tunc melior est conditio superioris, qui
» est in possessione potestatis præci-
» piendi : in dubio autem nemo spolian-
» dus est jure, quod habet. Nec dicas,
» subditum etiam esse in possessione li-
» bertatis, cum habeat debitum parendi.
« Resp. 2. Non teneri, si grave dam-
» num obediendo timeat. Ratio est, quia
» in dubio favendum est reo, eique de
» cujus damno agitur, etsi enim subdi-
» tus non sit in possessione libertatis,
» est tamen in possessione juris, quo

» potest se a periculosis rebus conser-
» vare. *Less. Sanch.* 6. *mor.* c. 4. *alii-*
» *que.*

Quær. I. Utrum subditus dubitans, an res præcepta sit licita, vel ne, possit, et teneatur obedire? Videtur negare *Adrianus ap. Less. l.* 2. c. 41. *n.* 76. dicens : *Nullus dubitans de actu, an sit mortalis an non, licite obedit, ipso sic dubitante* : idemque tenere *Vasq. et Rodriq.* refert *Pal.* Sed communis et certa est sententia opposita, quod subditus, licet dubio perseverante non possit obedire, cum omnino sit illicitum operari cum dubio practico (quod tantum ait *Less.* intelligere *Adrianum*, et facile idem intelligunt *Vasq. et Rodr.*); tenetur tamen eo casu dubium deponere, et sic potest, et debet obedire : Glossa *in c. Ad aures* 6., *de Temp. Ord. v. Obedientia*, ut dicit ; *Si vero dubium sit præceptum, propter bonum obedientiæ* (subditus) *excusatur a peccato, licet in veritate sit malum.* Azor *t.* 1. *l.* 2. *c.* 19. *q.* 9. qui ait hanc sententiam esse *omnium communi consensione receptam. Caj.* 2. 2. *q.* 169. *ar* 2. *ad* 4. *dub.* 2. *Less. l.* 2. c. 41. *n.* 73. *Sylvius qu.* 19. *art.* 5. *Cabass. T. J. l.* 1. *c.* 21. *n.* 17 *Cont. Tourn. loc. cit. de statu et oblig. Relig. art.* 3. *quær.* 5. *r.* 2. *Anacl. de Consc. p.* 27. *n.* 34. *Pal. p.* 1. *d.* 3. *punct.* 13. *n.* 3. *Spor. t.* 3. *de stat. relig. p.* 101. *n.* 161. *Holz. de præc. part. t.* 1. *p.* 479. *n.* 590. *Eibel t.* 2. *p.* 620. *n.* 612. *Salm. tr.* 15. *c.* 6. *p.* 6. *n.* 67 *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 3. *n.* 3. *cum S. Bonav. S. Ant. Innoc. Hostiens. Abb Pal. Soto, Nav. Tol. Mol. Val. Sa. Sylv. Ang. Arm. et innumeris aliis.* Probatur 1. ex *Deut. c.* 17. *v.* 8, *et* 10. ubi sic habetur : *Si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris.... facies quodcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus.* Item ex c. *Si quid culpatur, caus.* 23. *q.* 1 ubi dicitur subditus *posse obedire, si quod sibi jubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel utrum sit, certum non est.* To *posse* autem non quidem denotat libertatem, sed honestatem operandi, nempe non lædi præceptum de cujus transgressione subditus dubitat. Item confirmat S. *Bernardus de pr. et disp. c.* IX [1] ubi : *Quidquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deus.* Ipse enim Christus Dominus dixit : *Qui vos audit, me audit. Luc. c.* 10. *v.* 16. Et Apostolus *Hebr. c.* 13. *v.* 17. *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis.* Item in *Constit. Societ. Jesu* sic S. *Ignatius* præscripsit : *Obediendum in omnibus, ubi peccatum non cernitur*, idest (ut in *declarat.*) *in quibus nullum manifestum est peccatum.* Sic pariter habetur in *Reg. FF. Minorum c.* 10. *apud Elbel* : *Obediendum in omnibus quæ non sunt contraria animæ, et regulæ.* Idem docuit *B. Humbertus in lib. de Erud. Rel. c.* 1. ubi : *Nisi aperte sit malum quod præcipitur, accipiendum est, ac si a Deo præciperetur.* Idem *B. Dionysius Carthus. in* 2. *dist.* 39. *quæst.* 3. scripsit : *In dubiis, an sit contra præceptum Dei, standum est præcepto prælati ; quia, etsi sit contra Deum, attamen propter obedientiæ bonum non peccat subditus.* Et idem docuit prius S. *Bonav. in Spec. Disc. c.* 4. Probatur 2. ratione, quia superior est in possessione præcipiendi ; unde ab ea non est expoliandus, nisi constet, quod res præcepta sit illicita. Confirmatur, quia, si in cunctis dubiis de bonitate actionis præceptæ possent subditi se eximere a jugo obedientiæ, utique nulla communitas bene regi, et consistere valeret. Hinc *D. Bernardus* (*l. de Gratia, et arb.*) merito objurgat religiosos, præcepta superiorum discutientes, dicens : *Porro imperfecti cordis, et infirmæ prorsus voluntatis judicium est, hærere ad singula quæ injunguntur, et exigere de quibusque rationem; quoniam expedit profecto magis omnino non fuisse, quam nostros permanere ; nam qui voluerunt sui esse, utique sicut dii scientes bonum et malum, facti sunt non solum sui, sed etiam diaboli* [1] Neque hic currit regula pro subdito quod in dubio melior sit conditio possidentis ; nam, cum ipse jam se subjecerit potestati prælati, in dubio possessio stat pro superiore habente jus præcipiendi.

Hinc infertur I. quod, si diversæ adsint opiniones probabiles circa rem præceptam, quod sit licita, vel non, subditus tenetur obedire, ut communiter docent

[1] N° 21.

[1] En quod legimus in tract. *de grat. et lib. arbitr.* cap. VI. N° 18. edit. benedict. curis P. Joh. Mabillonii : *Cœpti quippe quodammodo sumus nostri in liberam voluntatem, quasi Dei efficimur per bonam voluntatem. Porro bonam facit, qui liberam fecit ; et ad hoc bonam ut simus initium aliquod creaturæ ejus ; quoniam expedit profecto nobis magis omnino non fuisse, quam nostros permanere. Nam, qui voluerunt sui esse, utique sicut dii scientes bonum et malum ; facti sunt non tantum per se sui, sed et diaboli. Itaque libera voluntas nos fecit nostros ; mala diaboli ; bona, Dei.*

*Sanch. l. c. n.*6.*et l.* 1. *c.*3. *n.*6, *Azor l. c. et Salm. tr.* 15. *cap.* 6. *punct.* 6. *n.* 67· *cum Valent Pelliz. Lez. Vill. Salas, Cordub. et Prado* (*contra Less. Dian. Sancium, ac Pal.*, qui *tr* 1 *dist.* 2. *p.* 6. *n.* 5. probabilem vocat eorum sententiam, sed fatetur contrariam esse communem, aitque semper in praxi consulendam). Nec obstat dicere, quod superior non habet jus imperandi quod illicitum est, et ideo, cum præcipit rem probabiliter illicitam, probabiliter nequit eam præcipere; ergo probabiliter nec tenetur subditus tunc obedire. Nam argumentum hoc claudicat ex duplici capite : valeret enim argumentum, si prælatus rem illam præciperet ut probabiliter illicitam ; sed nos dicimus, quod eo casu rem illam præcipit, non ut probabiliter illicitam, sed ut probabiliter licitam : et ideo licite imperat, ac proinde subditus tenetur obedire. Præterea, quamvis tunc sit probabile, quod prælatus non possit rem illam præcipere, cum sit probabiliter illicita ; non ideo est probabile, quod subditus non teneatur obedire ; esto enim superior non habeat jus præcipiendi id quod certe injustum est, habet tamen jus præcipiendi id quod probabiliter est justum, vel quod certum non est esse injustum, idcirco subditus tenetur ei obedire in omni re, quæ vel est probabiliter justa, vel quæ non constat esse injusta. Hinc recte deducitur, quod subditus tenetur obedire prælato, etiamsi res præcepta probabilius ei videatur illicita (quidquid dicant *Salm. loc. cit. n.* 70. cum ipsi iidem *ibid. n.* 67. contrarium aperte asseruerint dicendo, prælatum habere jus imperandi quod vel est probabiliter justum, vel quod non est certe injustum). Ratio, quia jus possessionis, quod habet superior, prævalet omni opinioni contrariæ, quæ non habet rationes convincentes, fundantes certitudinem moralem, juxta dicta *de conscientia cum Lugo, Pal. Ronc., Spor. et aliis*, utque tenent in præsenti casu *Bus. et Laym. l.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. §. 2. *n.* 11. *cum Vasq. Corduba, ac Miranda* ; et idem docet *Sanch. l.* 6. *c.* 3. *n.* 6. *et l.* 1. *c.* 10. *n.* 9. ubi non dubitavit se retractare a diversa opinione, quam olim tenuerat *de matrim. l.* 2. *d.* 41. *num.* 10.

Infertur II. quod subditus, etiamsi habeat unicam opinionem probabilem, quod res præcepta sit illicita, et nulla sibi appareat probabilitas de illius honestate ; adhuc tenetur obedire, ut dicunt idem *Pal. l. c. punct.* 1. *n.* 34. *et Sanch. d. c.* 3 *n.* 6. *cum Suar. Sylvest. Ang. Val. Tab. Sayr. Salas. Rosell, et Corduba.* Ratio, quia dum non constat de turpitudine actionis, prælatus habet jus præcipiendi omnia, quæ ipsi licita videntur, quamvis subdito illicita appareant cum prælatus (ut diximus) non est expoliandus suo jure imperandi, nisi constet quod res præcepta sit illicita ; idque patet ex c. *Inquisitioni, de sent. excomm.* ubi sancitum fuit, quod conjux habens tantum probobilitatem, non autem certitudinem, de nullitate sui matrimonii, tenetur reddere debitum alteri, qui adhuc possidet jus petendi. Hoc autem quod dictum est de dubio honestatis rei præceptæ, dicendum etiam est in dubio, an præceptum excedat potestatem prælati, vel an sit supra regulam, ut docent *Sanch. l.* 6. *c.* 3. *n.* 3. *et Salm. tr.* 15. *c.* 6. *p.* 6. *n.* 67. *cum Az. Valent. Cord. Vill. Salas, etc.*

Limitant vero communiter DD. præfatam sententiam, et dicunt, subditum non teneri obedire 1. si res sit valde difficilis, et molesta; quia tunc difficultas operis simul cum opinione probabili, quod res præcepta sit illicita, vel quod præceptum excedat potestatem superioris, prævalet illius possessioni. Ita *Bus. et Less. l.* 2. *c.* 41. *n.* 73. *Pal. d.* 3. *punct.* 14. *n.* 16. *ac. Salm. ibid. n.* 68. *cum Soto, Lop. Med. Hurtad. Prad. Pelliz. et communi.* Limitant 2. Quando subditus obediendo exponeret se vel alterum periculo gravis incommodi subeundi in vita, fama, honore, aut bonis. ita *Less. n.* 76 *Sanch. n.* 24. *Pal. n.* 16, *Holz pag.* 479. *n.* 590. *Cont. Tourn. de actib. hum. et conscientia cap.* 7 *art.* 4. *Elbel t.* 1. *de Cons. n.* 60. *et Salm. ibid. num.* 69. *cum Soto, Bonn. Hurt. Led. Prado, Rodr. et Pell.* Ratio, quia subditus non tenetur tunc se privare jure suo certo, quod possidet circa talia bona magni momenti, ne superior privetur sua possessione, quæ in eo casu est aliquo modo incerta.

Sed dubitatur 1. an subditus teneatur obedire, quando probabiliter opinatur præceptum non esse impositum, vel esse abrogatum ? Resp. negative, ut communiter docent *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 5. *n* 7. *et Salm. tr.* 15. *c.* 6. *punct.* 6. *num.* 63. *cum Hurt. Prad. etc.* Imo dicendnm, quod in dubio de impositione præcepti, nulla est obligatio parendi, nisi constet illud fuisse impositum.

Dubitatur 2. An teneatur subditus parere, si dubium vertat, utrum qui præcipit sit legitimus superior? Negant *Vasq. Salas, Dian. etc. apud Salm. loc. cit. n.* 64. quia (ut dicunt) eo casu dubitatur etiam de possessione superioris. Sed verius dicendum cum *Less.* c. 41. *n* 76. *Cabass. l.* 1. *c.* 31. *n.* 17. *Cont. Tourn. hic cap.* 2. *art.* 3. *v. Quær.* 5. *Sanch. l.* 6. *c.* 3. *n.* 29. *et Salm. ibid. n.* 65. quod subditus tenetur tunc obedire, si communiter ille habetur ut superior; quia stante tali communi æstimatione ex una parte, et probabilitate quod ipse legitimus sit superior ex alia, supplet Ecclesia jurisdictionem, ex *l. Barbarius, ff. de offic. Præt.* Eo igitur casu non erit tantum probabile, sed certum quod ille sit superior. Secus, si communiter non habeatur ut talis, quia (ut ait *Cabass. l. c.*) tunc in dubio melior est conditio subditi suam libertatem possidentis.

48. — Quær. II. An religiosus valide voveat sine sui superioris licentia? Negant *Palud. Val. Ang. Rosell.* quia religiosus per votum obedientiæ privavit se voluntate. Sed verius *Nav. Caj. Sot. cum. de Alex. Conf Mon. c.* 6. § 1. *qu.* 4. *et aliis* dicunt bene posse religiosum vovere quæ non nepugnant regulæ, aut præcepto prælati; neque obsequio illi debito. Quare possunt emittere vota personalia, vel circa res præceptas, et etiam non præceptas a regula, si a regula vetitæ non sunt. Potest tamen superior prohibere subditis, ne voveant, ipso inconsulto, ut apud *Alex. l. c.* aiunt *Suar. et Bart. a S. Fausto*; qui autem probabiliter dicit valere aliter vota emissa, non obstante hoc præcepto quandoquidem materia sit Deo grata, quamvis modus Deo placeat.

49. — Quæritur III. An religiosus teneatur obedire prælato præcipienti revelare secretum sibi commissum? Resp. tenetur, si aliler damnum eveniret monasterio, aut alii tertio, sive ipsi prælato; quia tunc, etiam sine præcepto, de se urget manifestandi obligatio, quæ per secreti commissionem minime impeditur. Ita docet *S. Th.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. *ad.* 2. *S. Anton. Nav. Reg. etc.* Secus vero, si absit damnum prædictum, quia tunc urget fidem servandi naturalis obligatio, quæ per præceptum prælati auferri nequit, ut *S. Thom. ib.* En verba S. Doctoris : *Quandoque enim sunt talia, quæ homo manifestare tenetur, puta si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ, quod quis propalare tenetur, vel testificando, vel denuntiando.... Quandoque vero sunt talia, quæ quis prodere non tenetur ; unde potest obligari ex hoc, quod sibi sub secreto committuntur ; et tunc nullomodo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto superioris.* An autem possit religiosus revelare secretum commissum ad vitandum damnum proprium ? Negat *de Alexand. Conf. Mon. p.* 124. *q.* 9. *cum Scoto, Sylvest. etc.* Sed probabiliter affirmant communius *Less. Laym. Lugo. Spor. Roncaglia et alii plures* quos retulimus *l.* 4. *n.* 971. *v. An autem.*

50. — Hic operæ pretium est videre, circa obligationem omninm votorum istorum, an religiosus, superveniente aliqua circumstantia notabili non prævisa, teneatur ad vota in professione emissa? Loquendo de votis simplicibus (*in tr. de voto l.* 3(IV). *n.* 226.) diximus satis quidem probabilem esse sententiam, non esse obligationem implendi votum, si notabilis circumstantia superveniat, qua prævisa quis votum non emisisset; excepto voto simplici castitatis, et religionis ; nam licet *Bonac. t.* 2. *d.* 4. *q.* 2. *p.* 1. *n.* 26. *et. Led. Leand. ac Quintan. apud Salm. tr.* 15. *c.* 6. *punct.*. 3 § 2. *n.* 32. sentiant non teneri ad præfata vota eum qui illa emiserit agitatus stimulis carnis, cum evidenti periculo incontinentiæ, stante experientia lapsuum, si postea perseverent stimuli et pericula, quia (ut inquiunt) eo casu talia vota non sunt de meliori bono : attamen melius dicunt *Sanch. Dec. l.* 4 *c.* 8. *n.* 9. *et de matr. l.* 7. *d.* 11. *nu.* 8. *Pont. de matr. l.* 6. *c.* 12. *n.* 2. *Salm.* 2. *de stat rel. c.* 6. *punct.* 3. § 2. *n.* 35. *cum Suar. Laym. Pal. Moya, Dian. etc.* præfatam sententiam non esse practice probabilem, quia alias vix ullus esset casus, quo prædicta vota firma remanerent, cum vix ullus inveniretur, quia vel ob suam igneam complexionem, fragilitatem expertam, pravam consuetudinem, vel ob dæmonis suggestiones non ageretur stimulis carnis, et facile sibi persuaderet non esse talibus votis obstrictum. Loquendo autem de votis solemnibus emissis in professione religiosa, vel in susceptione sacrorum ordinum, omnino tenendum cum communi DD. quod nullo modo vota prædicta irritari possunt ob quamcumque notabilem circumstantiam supervenientem, etiam non prævisam, modo non sit circumstantia versans circa sub-

stantiam votorum. *Ita Sporer de voto c.* 3. *n.* 6. *Ronc. de vot. c.* 2. *qu.* 3 *r.* 3. *Sanch. de matr. l.* 10. *d.* 9. *n,* 18. *Laym. lib.* 4. *tract.* 4. *c.* 7 *n.* 5. *Bon. q.* 2. *p.* 3. §. 2. *n.* 3. *Holz. de voto. n.* 411. *Pichler l.* 3. *Decret. tit.* 34. *n.* 5. Et idem dicunt loquendo speciatim de solemni voto castitatis, *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 8. *n.* 10. *cum. Val et Salm. tr.* 16. *de voto. c.* 1. *p.* 2. §. 2. *n.* 44. Ratio, quia religiosus vel sacerdos in tali casu non consideratur ut persona particularis, cui melius tunc conveniat non esse voto obstrictum, sed ut pars et membrum communitatis Ecclesiæ, cui præstat postponere suum bonum privatum bono communi; nam alias innumera inconvenientia, scandala, et perturbationes cum ingenti damno christianæ reipublicæ procul dubio sequerentur.

Et idem omnino dicendum, ob eamdem rationem boni communis, pro votis quæ emittuntur a viris, aut mulieribus oblatis in aliquibus congregationibus; maxime si addatur juramentum perseverantiæ, prout fit in ven. congregatione Patrum Missionis, S. Vincenti a Paulo, et in nostra minima Congregatione SS. Redemptoris: quia (ut diximus *lib.* 3 (IV). *n.* 236. *vers. Notandum*) hic intervenit contractus onerosus utrinque obligatorius; nulla enim circumstantia superveniens, etiam non prævisa, potest contractus onerosos irritos reddere; unde sicut congregatio nequit oblatum dimittere ob circumstantias supervenientes (exceptis circumstantiis criminum), ita nec oblatus potest congrationem relinquere.

Quæritur hic, an valeat licentia ab inferiori prælato concessa, quæ a majori fuerit denegata? Probabiliter affirmant *Holzm. tom.* 1. *pag.* 484. *n.* 610. *et Croix lib.* 4. *num.* 116. *cum Pelliz,* Ratio, quia superior major, denegando licentiam, minime reddit irritam potestatem inferioris. Secus vero dicendum puto, si prælatus major positive prohibeat subdito exequi rem petitam, quia tunc inferior nequit dispensare in mandato superioris. Quid, si prælatus major interdicat inferiori concedere licentiam pro aliqua re? Probabiliter adhuc dicunt AA. supra citati, quod si inferior licentiam concedit, valide concedit (quamvis illicite) secus, si superior hujusmodi licentiam irritam declarasset. Item advertatur hic quod habetur in *Trident.* (*Sess.* 25. *de Regul. c.* 4.): *Nec liceat Regularibus a suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi; nisi ab eis dem missi, aut vocati fuerint.*

51. — Circa autem obedientiam *monialium* prænotandum, quod moniales ratione voti tenentur obedire: I. Summo Pontifici. II. Episcopo loci, si non sunt exemptæ; si vero sint exemptæ, prælato ordinis, eodem modo, quo sui religiosi illi obediunt. Etiam tamen exemptæ tenentur obedire Episcopo in iis, in quibus ille se gerit tamquam delegatus Sedis apostolicæ, prout in observantia clausuræ. III. Tenentur obedire abbatissæ, in iis, quæ ad regulam pertinent. Sed de hac obedientia, quam moniales debent Episcopo, et Abbatissæ, alia necessaria adnotare, et discutere opus est.

52. — Quoad obedientiam debitam abbatissæ, 1. Magna illa quæstio hic occurrit, an abbatissa possit præcipere monialibus in virtute obedientiæ, obligando in conscientia.

Prima sententia negat cum *Soto, Caram. etc.* quia, ut dicunt, abbatissa non est capax jurisdictionis spiritualis exercendæ, sed tantum ipsa præcipere valet, quæ spectant ad œconomicam monasterii gubernationem.

Secunda sententia tamen affirmat quam tenent *Pasq. in Lauret. p.* 1. *n.* 761. *et undecim alii AA. apud ipsum;* et hic adhæret *de Alex.c.* 6. § 2. *qu.* 7. Ratio, quia per votum obedientiæ obligantur moniales ad obediendum omnibus suis legitimis superioribus. Legitima autem, et vera superior dicenda est abbatissa in suo monasterio, cum enim Pontifex religionem approbat, approbat pariter inter moniales ordinem superioritatis, et subjectionis: aliter quomodo monasterium et observantia regulæ servari potest? Quare, licet abbatissa jurisdictionem non possit exercere, ut certum est et commune; potest tamen, saltem tanquam ministra, exigere obedientiam per votum promissam circa res, quæ in regula sunt præceptæ vel quæ ad profectum monialium juxta regulam conveniunt, et secunda sententia mihi videtur absolute probabilior, cum talis obedientia videatur absolute esse necessaria ad observantiam regulæ sustinendam; talis enim est in monasteriis observantibus praxis universalis.

53. — II. Quæstio occurrit, an possit abbatissa dispensare cum suis monialibus in regulis aut votis? Certum est, quod abbatissa non potest authoritativo modo dispensare quoad observantias

religionis, nempe quoad jejunia frangenda, ad edendas carnes, etc. contra regulam; sed bene potest dispensare ex commissione prælati, ut notant *Lezan. Tamb. cum. Alex. c.* 11. § 1. *qu.* 4. vel potest ipsa de se declarare aliquando, jejunium, vel aliud præceptum non obligare. Circa vota autem monialium, pariter certum est non posse abbatissam in illis dispensare, vel commutare uti potest cum eis dispensare Episcopus, vel prælatus regularis, si sint exemptæ; sed conveniunt communiter DD. quod abbatissa, ratione potestatis dominativæ, quam ob votum obedientiæ habet supra suas subditas, sicut habent parentes super filios, possit irritare earum vota sive de re supererogatoria, sive de re circa regulas, ut docent *Nav. Sot. Tamb. Sylv. cum Alex. l. c. quæst.* 5. Et hoc etiamsi votum fuerit transeundi ad strictiorem religionem, ut tenent *Pasq.* et adhæret *Alex. ib. contra Less. Pelliz. etc.*

54. — Dubitatur autem, an possit abbatissa irritare votum monialis emissum cum suo consensu? Negat *Rich.* sed affirmant communiter *Sylv. et Armill.* quibus adhæreo *cum. Tamb. Pasq. Alex. et Salm.* modo adsit justa causa; alias si sine causa, peccabit, sed probabiliter non plus, quam venialiter. *Vide dicta de voto l.* 3. (IV) *n.* 239. *v. Certum.*

55. — Vota novitiarum non potest abbatissa irritare, sed tantum suspendere eorum executionem, si probationi officiant, ut *Less. et Sylv.* Si vero vota emissa fuerint a novitia, dum adhuc erat sub potestate parentum, tunc dicit *Alex. l. c. d.* 7. posse abbatissam ea irritare, cum ipsa tunc succedat in eamdem potestatem dominativam erga novitiam.

59. — Quoad autem obedientiam a monialibus Episcopo debitam, plura alia adnotare oportet. Notandum I. quod moniales non tenentur obedire Episcopo circa electionem officialium monasterii, cum hæc omnino ad moniales spectet, ex decreto S. C. apud *Pasq. in Lauret. n.* 770. Et prædictæ officiales possunt ad nutum elegentium amoveri, ut statuit *Trid. sess.* 25. *de Reg. c.* 2. Notandum II. quod Episcopus potest abbatissam ab officio suspendere casu, quo ipsa Episcopum non præmoneat de professione facienda a novitia, ex *Trull. l. c. c.* 17. Notandum III. quod Episcopus potest numerum monialium statuere, ut omnes admissæ commode sustentari possint. Et hoc etiam in monasteriis exemptis : in his tamen debent intervenire etiam prælati ordinis. Ita *Salm. tr.* 18. *de priv. c.* 3. *punct.* 1. § 2. *n.* 14. *in fin. ex Trid. sess.* 25. *c.* 3. *et Const. S. Pii V. et aliis Declar. S. C.*

Notandum IV quod Episcopus singulis annis tenetur visitare monasteria monialium sibi subjecta per seipsum, vel vicarium cum suo speciali mandato. Monasteria autem Pontifici immediate subjecta etiam ab Episcopo sunt visitanda, sed auctoritate apostolica; exempta vero visitantur a prælato ordinis. Ita ex *Clement. Attendentes, de statu Monach.* Sed quoad observantiam clausuræ etiam monasteria exempta visitari debent ab Episcopo, tamquam Sedis apost. delegato, ita ut nullo modo possit Episcopus impediri ex Decr. S. C. apud *Barb. de Offic. Episc. alleg.* 102. *n.* 7. Et præsumentes impedire post tres monitiones, excommunicationem ipso facto incurrunt, *ex d. Clem. ut supra. Vide Alex. c.* 6. § 4, *q.* 3.

57. — Notandum V. quod in actu visitationis moniales ab Episcopo interrogatæ, vel a prælato ordinis, tenentur veritatem aperire circa observantias regulæ, ut *de Alex. l. c. q.* 5. *cum Texeda* : etiamsi transgressiones sint leves, quia ordinarie ab istis incipit totius regulæ relaxatio. Excusant tamen *Lezan. et Alex. ib.* moniales a manifestando veritatem, I. Si crimen sit emendatum : ex quo inferunt non teneri aperire alterius crimen ab annis plurimis (puta tribus, ut censet *Mascard.*) commissum, quia jam emendatum censetur. Et ob eamdem rationem, ordinarie ad denuntiationem semper est præmittenda correctio; *sed de hoc vide dicenda infra ex n.* 240. II. Excusantur moniales, si crimen sit occultum, et nulla præcesserit infamia, vel indicium evidens. III. Si constet prælatum nullum remedium fore adhibiturum; vel sciant moniales crimen jam denuntiasse alias, a quibus ipsæ illud audierunt, quia ad opus inutile nemo tenetur. IV. Si manifestatio vergat in damnum proprium. V Si crimen cognitum sit sub secreto naturali; excipitur tamen, si crimen sit causa communis damni. *Sed hæc vide fusius discutienda infra ex n.* 246.

58. — Quoad confessarios monialium ab Episcopo approbandos, *vide de Sacr. pœn. l.* 6. *n.* 576. Sed hic libet alia utilia adnotare, I. quoad electionem abbatissæ. II. Quoad privilegia monialium, et regularium.

I. DE ELECTIONE ABBATISSÆ.

59. — Notandum I. quod ex *Trid. sess.* 25. *de Reg. c.* 7. debet eligi abbatissa non minor 40 annis, et quæ 8 annis post professionem laudabiliter vixerit, alias electio est nulla, ut ex Declar. S. C. apud *Alex. Conf. Mon. c.* 9. § 1. *q.* 1. Imo alias, aliqui dicnut, moniales privari facultate eligendi pro illa vice ; sed probabilius putat oppositum *Passerinus.* Casu tamen, quo desit in monasterio, quæ talem ætatem habeat, ex eodem Trid. potest eligi monialis habens 30 annos, et 5 professionis : vel alia ex alieno monasterio ejusdem ordinis, et etiam alieni ordinis ; sed hoc nonnisi cum assensu S. C. ut nota *Pasq. in Lauret. n.* 680. Si vero adest jam in monasterio monialis 40 annorum (nisi ista sit vere inhabilis) nequit eligi alia, etsi habilior, sine dispensatione S. C. ut *Alex. l. c. q.* 2. ex Decr. S. C. Et hic notandum, quod, sicut abbatissæ, sic et procurator monasterii debet in quocumque triennio mutari, ex alio Decr. S. C. apud *Alex. cap.* 6. § 2. *q.* 13.

Not. II. quod non possunt eligi in abbatissas illegitimæ, infames, neque corruptæ, ut viduæ, ex Decl. S. C. nisi corruptio fuerit occulta. *Vide Alex. d. c.* 9. *art.* 1 *q.* 5. Item neque cæcæ, aut surdæ, ex *c. Hinc.* § *Cæcus, dist* 49, *et c. Constitutionem, De verb. signific. in* 6. Idem de muta dicunt DD. apud *Alex. q.* 6.

Not. III. quod ad electionem abbatissæ non admittuntur conversæ, sed tantum choristæ professæ. *Suar. Letz. Tamb. Alex. c.* 9. § 2. *q.* 1.

Not. IV. quod, si qua monialis est in lecto infirma, ejus votum etiam est recipiendum vel per scriptum sigillo munitum, vel per duas moniales a præsidente electionis deputatas. Ita *de Alex. ibid. q.* 2. ex Decr. S. C.

Not. V. quod si electio ob discordiam non compleatur, non potest prælatus præsidens dare suum suffragium, ut ex pluribus Decr. S. C. sed bene potest præfigere tempus ad electionem, quo elapso, ipse abbatissam deputabit. Ita pluries declaravit S. C. apud *Alex. q.* 3.

Not. VI. quod monialis, quæ jam suam dedit vocem, nequit amplius illam revocare commun. DD. Cum autem electio fit per scrutinium, præcipit *Trid. l. c.* quod vota secrete præstentur notario et 4 vel 5 aliis assistentibus ; alias electio est nulla, ut dicunt *Garcia, Zeroll. et de Alex.* etiamsi aliter fiat ex ignorantia ut *Tamb. et Rich.* ex Decr. S. C. Ad electionem autem sufficit major pars votorum, ut *Mirand. Rodriq. etc. cum communi apud Alex. q.* 6 *contra Tamb. et alios,* qui requirunt duas tertias partes.

Not. VII. quod in electione abbatissæ, ut præcipit *Trid. eod. l.* prælati, qui præsident, debent esse extra claustra. Putant tamen *Pasq. Miranda, et de Alex. c.* 9. § 2. *q.* 7. quod urgente justa causa, (puta, si timeantur rixæ, etc. ut ait *Miranda de Mon. q.* 2. *art.* 15.) possunt tunc prælati claustra introire. Proinde hic notandum, quod in monasteriis non exemptis, vel Sedi apostolicæ submissis præsidet Episcopus : in exemptis vero prælatus regularis una cum Episcopo, ex *Const. Greg. XV.* Tunc tamen Episcopus tantum assistit, sed vota non excipit. *Alex. ex Dec. S. C. q.* 8. Facta autem electione, nisi aliud obstet, debet in eodem loco electio confirmari a prælato præsidente, scil. ab Episcopo, vel a prælato regulari in monasteriis exemptis, vel a Sede apostolica, si monasterium illi sit immediate subjectum. *Vide Alex. c.* 9. § 4. *q.* 1. Et hæc confirmatio potest fieri etiam a prælato absente, et adhuc etiam, extra diœcesim degente, ut tenet *Pasq. contra Tamb.* nisi adsit oppositio, apud *Alex. q.* 5. Item, abbatissa nequit officium exercere ante confirmationem. Ipsa debet etiam benedici in Ecclesia exteriori ab Episcopo, vel prælato regulari intra annum, alias privatur officio ; talis autem benedictio potest alteri committi, etiam simplici sacerdoti. *Pasq et Alex. q.* 8 Sed in his omnibus, ut notant *Tamb. Azor, etc. cum Alex. q.* 8. attendenda est monasteriorum consuetudo.

Not. VIII. quod abbatissæ possunt eligi per triennium, vel per singulos annos, sed non ultra triennium, alias electio est nulla. Et insuper abbatissa triennalis debet per triennium vacare, *ex Const Greg. XIII. Exposcit, etc.* Neque in vicariam eligi potest, si forte nova abbatissa deficiat, quia præcipit Pontifex, ut abbatissa anterior *per triennium omni prorsus careat authoritate. Vide Alex. c.* 9. § 3 *q.* 2. Dicit autem *Alex q.* 4. *cum Rodr* quod in collegiis Oblatarum bene potest eligi superior perpetua, quia tantum de veris monialibus professis loquuntur bullæ.

Alia hic addere expedit.

II. DE PRIVILEGIIS MONIALIUM, ET RELIGIOSORUM.

60. — Hic prænotandum quoad privilegia regularium, quod omnes ordines regulares communicant in privilegiis aliorum ordinum, sive Mendicantium, sive non, ut constare ex privilegiis concessis asserunt *Salm. tr.* 18. *de priv.c.* 1. *punct.* 7. §. 1. *n.* 90. *cum Lez. Tamb. Miranda, Pell. Rodr. et communi.*

Hinc notandum I. quod moniales gaudent iisdem privilegiis (de quibus sunt capaces) religiosorum ejusdem ordinis; ita *de Alex. Conf. Mon. c.* 10. *q.* 1. *cum S. Anton. Pal. Rodr Tamb. etc. contra Sanch. Barb. et alios.* Ratio, quia, cum ipsæ vivant sub eadem regula, sunt pars ordinis, et ideo ordinis privilegiis merito gaudere debent. Et hoc, etiamsi in privilegio exprimatur concessio fieri *viris, aut masculis* ; et etiamsi moniales sint Episcopo subjectæ. ut tenent *Salm. l. c. n.* 92. *cum Suar. Pelliz. Pal. Bon. Bordon. et Alex. c.* 10. *q.* 2. qui notat cum aliis gaudere etiam privilegiis aliorum ordinum suo ordini communicatis.

61. — Ex hoc infertur I. cum *Lez. Pasq. et Alex. q.* 5. abbatissam posse dispensare in jejuniis, officio, etc. juxta privilegia sui ordinis prælatis concessa ; quia, licet ipsa non possit per se dispensare defectu authoritatis spiritualis, potest hoc tamen prælati commissione, quæ præsumitur ei facta, statim ac fuit electa in abbatissam. Infertur II. moniales Episcopo subjectas bene posse uti privilegio, v. gr. recipiendi absolutionem, etc. a proprio Episcopo, quando cuicumque regulari privilegium est concessum ; secus tamen, si facultas absolvendi non est regularibus concessa, sed tantum prælato illius ordinis ; ita *Alex. cum Cespedes cap.* 10. *q.* 4. Infertur III. *cum Salm. tr.* 10. *de censur. c.* 6 *punct.* 5. *n.* 54. 57 58. *et* 65. *et Viva, Roncagl., Rodr. Alex. c.* 1. *q.* 6. (quidquid dicant *Nar. Barb. etc. apud Alex.*) omnes regulares utriusque sexus tempore Interdicti generalis posse in suis monasteriis divina peragere, prout officia recitare, missas celebrare, etc. submissa tamen voce, januis clausis, sine campanis, et exclusis nominatim interdictis, vel qui causam interdicto dederunt, ut concessum fuit in cap. *Alma Mater, de sent. exc.* Item posse Eucharistiam suscipere, missas audire, ut *Salm. ibid. punct.* 4. *num.* 48. *cum Pal. Laym. Henr. Sayr.* Item suscipere Extremam Unctionem, ut *ibi Salm. cum Pal. Avil. Henr. etc.* Et ad hæc regulares ex privilegio possunt admittere omnes monasterii famulos, procuratores, operarios, ut concessit *Alex IV.* Et idem concessit *Eug. IV.* pro beatis, et tertiariis : exceptis tamen semper specialiter interdictis, etc. ut supra *Salm. ibid. punct.* 5. *n.* 66. *Alex. qu.* 7. *etc.* Et possunt etiam publice celebrare in pluribus festis, ut Paschatis, Pentecostes, Nat. Domini, Assumpt. B. V. Mariæ : item SS. Sacramenti et Octavæ, Concept., Annunt. et Nat. B. V., Sanctorum Titularium Ecclesiæ, et Sanctorum proprii Ordinis : item in festis Circumcisionis, Epiph., SS. Trinitatis, Apostolorum, S. Joan. Baptistæ, S. Luciæ, S. Marci, omnium Sanctorum, omnium Defunctorum ; *vide Salm. loc. cit. n.* 61. 62. *et* 64. Nec obstat dicere, quod *Trid. sess.* 25. *de Reg. c.* 12. præceperit, interdicta etiam a regularibus in eorum Ecclesiis servari : nam probabiliter respondet *Alex. d. c.* 10. *q.* 8 *et* 10. *cum Peyrin. Sorb. etc.* mentem Trid. fuisse tantum compescere aliquos fratres, qui vi quorumdam privilegiorum prætendebant nullo modo interdicta ab Ordinariis emanata servare ; non autem abrogare privilegium religiosis etiam, clericis in *d. c. Alma Mater*, ad commune bonum concessum, ut supra, tempore interdicti.

62. — Notadum II. quod in ecclesiis monialium non possunt sepeliri personæ laicales ; nisi ibi habeant jus sepulturæ, vel nisi obtineatur concessio a S. C. ut pluribus Declar. S. C. apud *Alexand. c.* 9. *qu.* 10. et tunc officia defuncti peragenda sunt vel a confessario monialium, vel a regularibus ejusdem ordinis, si sint exemptæ, non autem a cler. ut *Barb. Lez. etc. cum Alexand. q.* 11.

63. — Notandum III. circa *divinum officium* plura privilegia regularibus fuisse indulta. *Clemens VII.* concessit monialibus Clarissis privilegium, uti refert *Alex. cap.* 10 *q.* 13 (at *Salmant. tr.* 16. *de Horis can. cap.* 3. *punct.* 7. *n.* 61 *et* 62 dicunt hoc privilegium concessum fuisse universis monialibus) quod possint satisfacere per officium laicarum, si judicio prælati, vel confessarii, vel abbatissæ non sint satis instructæ ad officium chori. Idem *Clemens* concessit omnibus regularibus infirmis, vel eis qui infirmi inserviunt, satisfacere per 7 vel 6 psalmos a superiore assignandos, cum

Pater, et duobus *Credo*. Item *Innoc. IV.* per bullam X. concessit monialibus S. Claræ, et inde aliis per communicationem, satisfacere cum officio laicarum, si non dicant horas canonicas, ex quacunque rationabili causa, nempe si monialis sit scrupulosa, si sit extraordinarie defatigata, vel occupata in utilibus ministeriis. Ita *Salm. l. c. n.* 62. *Alex. q.* 13. Et notant 1. *ibi Salm.* hoc privilegio uti posse, per se sine licentia superiorum. Notant 2. *Salm. ibi. n.* 61. *cum Palliz.* quod simoniales forte culpabiliter omittant dicere officium laicale, non peccant graviter, quia tunc se habent ut laicæ, quæ ad talem recitationem non tenentur sub mortali. Notant 3. eodem privilegio uti posse omnes religiosos, qui communicationem habent privilegiorum, quia ex communi sententia sicut moniales privilegiis religiosorum uti valent, sic e converso. Et pro causa eis sufficiet, si concionentur in Quadragesima (etsi non quotidie) cum magno labore; si confluat multitudo pœnitentium; si laxati sint ex itinere, vel concione: item si sint lectores, aut studentes, qui pro majore parte diei vacent studio S. Scripturæ, aut SS. Canonum, aut theologiæ scholasticæ, vel moralis. Ita *Salm. ibid. n.* 56. 57. *et* 63. *cum Pasq. etc.*

64. — Item *Martin. V.* concessit monachis S. Hieronymi, ut qui sine tædio officium non valent dicere ob infirmitatem, etiam postquam convaluerint, satisfaciant recitando id, quod suis confessariis visum fuerit. Item *Leo X.* concedit fratribus minoribus officia prolixiora anticipare, et breviora reservare pro diebus, in quibus minus occupantur in concionibus, et confessionibus, aut studio, ut putant *Salm. tr.* 16. *de Horis can. c.* 3 *punct.* 7 *n.* 59. *cum Rodr Tambur. Pelliz. etc.* contra tamen *Lezan.* Item *Leo X.* concessit regularibus privilegium recitandi officium privatum mentaliter: et licet *Alex. c.* 10. *q.* 16. *cum Pelliz. Less. Tamb. Lugo. etc. apud Salm. ibid. n.* 52. teneant hoc privilegium fuisse revocatum a *Gregor XV.* et *Urban. VIII.* qui revocarunt omnia privilegia vivæ vocis oraculo concessa, prout tale fuit hoc privilegium ut communiter DD. asserunt. Attamen probabilius contradicunt *Salm. loc. cit. n.* 53. *cum Nav. Hurt. Henr. Villal. Tamb. de Sacr. Miss. Rodr Leand. etc.*, quia, ut aiunt, prædicta revocatio respexit tantum privilegia oretenus concessa ante *S. Pium V.* non autem hoc, quod a *S. Pio* confirmatum fuit per bullam, quam referunt *Pell. et Peyr.* Addunt, quia privilegium *Leonis* fuit declaratio juris communis in *cap. Dolentes, de Cel. Missc.*, ut idem *Lezana* concedit. At oracula vivæ vocis, quæ sunt declarationes juris communis, vel bullarum, tunc minime revocata fuerunt, ut fere omnes dicunt, prout testantur *Salm. cit. n.* 53. Id autem quod objicit *Peyrin.*, nempe quod dictum privilegium ad summum concessum fuit pro ea parte, quæ secreto dicitur in officio publico, vel in missa, ut exprimunt verba privilegii relata a *Salm. l. c. n.* 54, minime obstat, nam ibi in fine sic additur: *Et quod eodem modo possit facere, qui solum dicit officium per se: cum prolatio verbalis sit præcipue ut ab aliis intelligatur.* Ergo (recte arguunt *Salm. ibid. n.* 54.) recitatio privata, ubi nihil dicitur, ut ab aliis intelligatur, potest ex hoc privilegio tota mentaliter fieri.

Sedulo hic notandum quoad omnia privilegia religiosorum, quod superior potest ex justa causa aliquando limitare privilegia subditorum, quia hæc semper concessa intelliguntur, ut non præjudicent potestati dominativæ, quam ob votum obedientiæ superior super subditos habet. Poterit etiam abbatissa moderari pœnitentiam a prælato moniali impositam, si adsit justa causa, et accessus ad superiorem non pateat. Ita *Alex. cap.* 11 §. 1. *qu.* 28. Ultimo notandum, quod ex bulla *Pauli V* §. 8. omnes regulares professi (sicut et Ordinarii locorum) gaudent indulgentiis concessis cuicunque ordini religioso, ut notat *Alex.* c. 10. *qu.* 18.

DUBIUM V

Qui possint, vel teneantur ingredi religionem?

65 Quibus non liceat religionem ingredi?
66 In qua necessitate parentum prohibeatur filiis religiosos fieri?
67 Quando filii jam professi teneantur a religione egredi ad subveniendum parentibus?
68 An peccent filii, religionem ingredientes, invitis aut insciis parentibus?
69 Quando prohibeatur parentibus religionem intrare ob necessitatem filiorum?
70 An liceat relinquere fratres, aut sorores in necessitate?
71 An debitis gravati possint religionem ingredi? Quid si jam sint professi?
72 Voventes religionem, quando teneantur, vel excusentur, ingredi?
73 Quando liceat ad aliam religionem laxiorem, vel strictiorem transire?

66. — « RESP. 1. Omnes illi, et soli » possunt ingredi religionem, qui sunt » sui juris, nec aliis obstricti : qui vero » aliis obstricti sunt, non possunt sine » eorum consensu. *Less. l.* 2. *c.* 41. *d.* 3.

« Unde 1. non possunt ingredi religio» nem impuberes, quia subsunt paren» tibus, vel tutoribus, quoad vitæ dispo» sitionem. 2. Nec filii, si parentes sine » illis se alere nequeant. *Laym. l.* 4. *t.* 5. » *c.* 4. *n.* 1. *et supra l.* 4. *tr.* 3. *c.* 2. *dub.* » 1. *n.* 335. 3. Nec servi sine consensu » dominorum. 4. Nec qui decepit virgi» nem sub promissione matrimonii. » 5. Nec is, qui non est solvendo credi» toribus, modo in sæculo manendo pos» sit intra paucos annos solvere. *S. Th.* » tamen, *Sylv. Fumus*, *v. Religio*, *et alii* » putant, illum posse bona præsentia ce» dere creditoribus : quia persona homi» nis liberi non est pro pecunia obligata. » 5. Nec Episcopus, sine conseusu Papæ, » cui juramento se obstrinxit ; præter» quam quod sit obstrictus suæ Ecclesiæ, » sicut maritus uxori. 7. Nec conjuges » post matrimonium consummatum, nisi » vir per vim consummasset ante exple» tos 2 menses, qui eis a jure concedun» tur, aut nisi alter conjugum commisis» set adulterium : tunc enim innocens » ingredi posset.

66. — Notandum hic I. quod, si filius profiteatur religionem, relinquendo parentes in necessitate, professio, hoc non obstante, bene valida est. Notandum II. quod, si filius in sæculo manens nullo modo necessitati parentum possit subvenire licite religionem ingredi potest. Notandum III. quod si filius in sæculo manere non possit sine gravi periculo labendi in aliquod grave peccatum, licite etiam ingreditur religionem quacumque necessitate laborent parentes, quia temporali vitæ parentum præferri quidem debet spiritualis salus filii. Ita *S. Thomas Quodlib.* 10. *art.* 9. ubi ait : *Aut iste, qui habet propositum intrandi religionem, videt in sæculo non posse vivere sine peccato mortali, vel non de facili; si timet sibi periculum peccati mortalis, cum magis teneatur saluti animæ suæ providere, quam corporali necessitati parentum, non tenetur in sæculo remanere.* Sanctum doctorem sequuntur *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 20. *n.* 11. *Pal. tr.* 16, *d.* 1. *p.* 7. § 5. *n.* 7. *et Salm. tr.* 15. *de statu relig. c.* 3. § 2. *n.* 50. *cum Lezana, Garcia, Peyrino, etc.* Intellige tamen (ut bene advertunt *Salm. l. c.*) si periculum sit proximum, et tale, ut a filio, manendo in sæculo, moraliter vitari non possit.

Sed nunc quæritur, quænam necessitas parentum prohibeat filios religionem ingredi? Et e converso quænam necessitas filiorum prohibeat parentes religiosos fieri? Sic respondet, et docet *S. Th.* 2. 2. *q.* 189, *art.* 6. loquendo de filiis : *Parentibus in necessitate existentibus, ita quod eis commode aliter subveniri non possit, non licet filiis religionem intrare.* Secus autem dicit, si parentes *filiorum obsequio non multum indigeant.* Hinc dicunt *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 20. *Less. l.* 2. *c.* 41. *n.* 34. *Salmant. loc. cit. n.* 53. *cum Suar. Peyrin. Pal. Bon. et communi*, quod filius nequit ingredi religionem, relinquendo parentes in necessitate sive extrema, sive gravi (non autem communi), etiamsi filius votum religionis emiserit. Secus autem, si necessitas sit communis, aut si illi tantum aliqualem patiantur status diminutionem, ut videtur docere *S. Thomas Quodi.* 10. *art.* 9. ubi : *Si sine ejus obsequio parentes nullo modo vivere possunt, sic tenetur eis servire, et alia opera perfectionis prætermittere. Si vero sine ejus obsequio possunt aliqualiter sustentari non honorifice, propter hoc non tenetur opera perfectionis dimittere.*

67. — Hoc dicendum de filiis nondum in religione professis; sed magna quæstio est, an, parentibus egestate pressis, filius jam professus teneatur egredi, ut eis subveniat? In necessitate extrema, certum est teneri; dicunt tamen *Salm. de* 4. *præcepto c. unic. punct.* 1. § 2. *n.* 11. quod hoc non procedit, si filius e claustro possit subvenire, quin egrediatur ; nec si patris necessitas non sit evidens, et prælatus licentiam neget, judicans necessitatem non esse talem quia in dubio standum est judicio superioris. At dubium majus est, si necessitas parentum sit evidens, sed tantum gravis? Adest triplex sententia :

Prima dicit teneri filium egredi, quia per votum non extinguitur obligatio naturalis filii erga parentes. Ita *Henr de Pandao, Cord. etc. apud Salm. de* 4. *præc. c, unic. p.* 1. § 2. *num.* 12.

Secunda sententia distinguit, et dicit, quod si necessitas parentum antecedit professionem, filius tenetur egredi, quia obligatio jam contracta non extinguitur per professionem; secus si professionem subsequitur. Ita valde probabiliter *Elbel de 4 præc. num.* 332. *cum Less. etc. Tolet. summ. l.* 5. c. *num.* 9. *et Navarr. Suarez, Sylvest. etc. apud Salm. ibid. num.* 13.

Tertia sententia probabilior docet in tali casu non teneri, nec posse filium egredi sine licentia, sive necessitas parentum præcedat professionem, sive non. Et probatur ex *D. Th.* 2. 2. *q.* 101. *art.* 4. *ad* 4. ubi ait : *Ille vero qui jam est in religione professus, reputatur jam quasi mortuus mundo : unde non debet, occasione sustentationis parentum, exire e claustro.* Tenetur tamen, salva sui prælati obedientia, et suæ religionis statu, media adhibere, quibus ejus parentibus subveniatur. Probatur inde ratione, quia sicut filius conjugatus non tenetur relinquere uxorem, et adire parentes, ut eos alat, sive necessitas matrimonium præcedat, sive non; quia jam statum suscepit, in quo tenetur magis adhærere uxori, quam parentibus. Sic neque religiosus tenetur claustrum deserere ad subveniendum parentibus. Ita cum *Bus. de* 4. *præc. vide Lib. n.* 335. *in fin. n.* 5. *S. Thom. l. c. et Quodl.* 3. *art.* 16. *ac Quodl.* 10. *art.* 9. *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 20. *n.* 67 *cum Caj. S. Anton. Arm. Tab. Bon. de* 4. *præc. p.* 5. *n.* 7. *Salm. ibid. n.* 14. *cum Fag. Bord. Rodr. etc.*

Nota hic obiter decretum SS. N. P. *Bened.* XIV. incipiens *Pastoralis*, editum die 27 Maji 1743. ubi præcipitur, quod regulares extra claustra degentes sicut et in civilibus sint subjecti Ordinario qui eos etiam corrigere debet.

68. — Quæritur inde, an peccent filii religionem ingredientes invitis, aut insciis parentibus? Dixit Lutherus, ut refert *Bellarm. Contr. t.* 1. *Monach. c.* 36. *n.* 1 peccare filios intrando in religionem sine parentum consensu : cum teneantur ipsis in omnibus obedire. Sed hoc reprobatum fuit a conc. Toletano X. *c. ult.* ubi omnino concessum fuit filiis religionem suscipere sine genitorum licentia, modo annos pubertatis compleverint : *Parentibus* verba concilii, *filios religioni tradere, non amplius quam usque ad decimum quartum eorum ætatis annum licentia poterit esse. Postea vero, an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum.* Idem sancitum fuit per conc. Tiburtinum *can.* 24. Idem docuerunt S. *Ambr.*, S. *Hieronym.*, S. *August.*, S. *Bern.*, S. *Thom. et alii cum Joan. Chrysost.* qui generaliter loquendo scripsit : *Cum spiritualem salutem impediunt parentes, nec cognoscendi quidem sunt.* Hinc communiter docent DD. non teneri filium religionem omittere, causa vitandi scandala parentum. Ita S. *Thom.* 4. *d.* 38. *q.* 2. *art.* 1. *Pal. de char. d.* 6. *part.* 16 *n.* 6. *cum Suar. Vasq. etc. Spor. de scand. c.* 1. *n.* 31. *cum Val. Salm. tr.* 21. *c.* 8. *punct.* 5. §. 3. *n.* 87 *cum Conc. Led. Hurt. etc.* Quamvis autem prælati AA. advertant debere filium eo casu aliquantulum expectare, donec parentes moneantur de eorum obligatione : imo, si ipse facile et tuto possit ipsorum consensum obtinere, par esse, ut non discedat sine parentum benedictione. Hoc tamen intelligendum, ut mox videbimus, nisi probabile sit periculum, quod parentes injuste illi impediant executionem suæ vocationis. Ideo ut plurimum in praxi filii excusantur, si insciis parentibus domum relinquant.

Certum est, quod circa status electionem non tenentur genitoribus parere, ut docet communis sententia DD. cum S. *Thom.* 2. 2. *q.* 104. *a.* 5. qui ait : *Non tenentur nec servi dominis, nec filii parentibus obedire, de matrimonio contrahendo, vel virginitate servanda, aut aliquo alio hujusmodi.* Dubium igitur fit, an filius teneatur in his consulere parentes, ut ab ipsis rectum consilium accipiat ? Quoad statum conjugalem *Sanch. de matr. lib.* 4. *d.* 23. *n.* 10. *cum Con. et aliis*, censet teneri filium parentes consulere, quia in tali negotio ipsi majorem experientiam, quam juvenes habent. Sed adhuc circa matrimonium *Castrop. Henriq. et Salm. cum aliis*, authoritati S. *Thomæ* innixi (*Vide de matr. l.* 6 vi. *n.* 849. *v. Tertia sententia*) excusant a culpa gravi filium, insciis parentibus, matrimonium contrahentem. Quidquid tamen sit de hoc, recte dicit P. *Pinamontius* in aureo Libello (cui titulus *Vocaz. vittoriosa c.* 3.) quod circa electionem status religiosi nec tenentur, nec expedit, quod filii consilium genitorum expectant; quia in hoc non tantum ipsi nullam experientiam habent, sed etiam quia parentes ob proprium commodum mutantur in hostes, ut ait *S. Th.* 2. 2. *q.* 189. *art.* 10. loquens de vocatione religiosa : *Fre-*

quenter amici carnales aversantur profectui spirituali. Etenim frequentius parentes malunt filios perire cum eis, quam salvari sine eis, ut dicit *S. Bern. Ep.* 111. unde exclamat: *O durum patrem, o sævam matrem! O parentes crudeles, et impios! non parentes, sed peremptores; quorum dolor salus pignoris! quorum consolatio mors filii est. Ibidem.* Hinc. sic advertit *Porrecta apud S. Th. l. c.*: *Si Deus vult animam ad se vocatam oblivisci patrem et domum patris, suggerit utique per hoc, quod vocatus ab ipso ad religionem, non debet suorum carnalium consilium interponere vocationis executioni.* Et *S. Cyrillus apud eumdem S. Th. ibid.* explicans illud: *Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei, Luc. c. 9, ℣.* 62. inquit: *Aspicit retro, qui dilationem quærit cum propinquis conferendi.* Ideo *S. Thom. Opusc.* 17. c. 10. absolute vocatos animadvertit; ut diligenter caveant, ne de sua vocatione consilium a parentibus accipiant: *Ab hoc consilio primo quidem amovendi sunt carnis propinqui, dicitur enim: Causam tuam tracta cum amico tuo. Propinqui enim carnis in hoc negotio amici non sunt, sed inimici, juxta sententiam Domini: Inimici hominis domestici ejus.* Ex his omnibus concluditur, non solum non peccare filios religionem assumentes, parentibus inconsultis; sed ordinarie loquendo, valde errare, si participes eos faciant de sua vocatione, ob periculum cui se exponunt, se ab illa averti; et hoc utique confirmatur ab exemplo tot Sanctorum, quorum discessus, parentibus insciis, aut invitis, Deus etiam miraculis approbavit, et benedixit. Idemque sentit doctus. *P. Elbel de 4. præc. n.* 538. dicens: *Si filius se sentiat a Deo vocatum ad statum religiosum, et advertat parentes id ægre laturos, atque ex affectu carnali, ac pravibus motivis se oppposituros, non tenetur eos consulere, quia consultius aget rem eis celando, juxta illud Matth. 8. ubi Christus Dominus discipulum reprehendit nolentem eum illico sequi ob patrem prius sepeliendum.* An autem peccent graviter parentes avertentes filios a religione, *vide infra n.* 77.

69. — E converso docet *S. Thomas eodem loco*, non licere parentibus religionem intrare, non solum cum filios in necessitate gravi relinquere deberent, sed etiam si omnino prætermittere deberent eorum curam, *id est, non præviso* (sunt verba S. D.) *qualiter educari possint.* Hoc tamen intelligitur, ut dicunt *Salm. tr.* 15. *de stat. rel. c.* 3. *punct.* 3. §. 2. n. 52 *cum Suar, Pal. Pelliz.* de filiis non emancipatis, quos parentes nequeunt in seculo relinquere, quin eis provideant de necessariis tam ad sustentationem, quam ad instructionem morum. Secus autem de filiis emancipatis, quos parentes, ordinarie loquendo, nec alere, nec instruere amplius tenentur, nisi filii par accidens gravi necessitate laborent.

70. — Fratres autem, et sorores non licet deserere in necessitate extrema, sed licet in gravi; quamvis ratione charitatis posset quis differre, et etiam omittere statum religionis ad subveniendum fratribus graviter indigentibus. Si vero votum habeat religionis, in tali casu non posset differre per longum tempus, sine dispensatione. Ita *Salm. ib. num.* 54. *cum Sanch. Suar. Pal. Azor, Pelliz. Bonac.*

71. — Quæritur inde, an debitor ære alieno gravatus possit religionem ingredi? Adsunt tres sententiæ.

Prima sententia cum *Gers. Pal. Val. Suar. Reg. Mol. Bon. etc. apud Salm. de rest. c.* 1. *punct.* 18. §. 1. *num.* 289. *et Holzm. de restit. n.* 518. absolute negat, quia hoc esset contra naturale præceptum justitiæ, lucrum spirituale quærere cum damno creditoris, cui debitor ex justitia solvere tenetur.

Secunda sententia quam tenent *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 19. *n.* 8. *cum Major, Nav. Az. et Salm. loc. cit. n.* 290. distinguit, et dicit, quod si debitor in sæculo manens brevi tempore probabiliter, et sine magna difficultate acquirere sua industria possit quod debet, vel notabilem debiti partem, ut solvat; tunc tenetur expectare. Secus, si diu exspectare deberet vel si sine notabili difficultate satisfacere non potest. Quale autem tempus censendum sit breve? *Maj.* putat triennium: *Sanch.* autem cum *Nav.* biennium.

Tertia sententia vero absolute docet debitorem statim posse religionem ingredi, bona sua creditori cedendo. Hanc tenent *S. Th.* 2. 2. *q.* 189. *a.* 6. *ad* 3. et cum sequuntur *S. Anton. Sylv. Cajet. Palud. Tabien. Ang. Armill. Arag. etc. apud Sanch. l. c. n.* 7. ac probabilem putat *Sa.* Et hoc, etiamsi solutio promissa fuerit cum juramento, ut notant *ib. S. Anton. Sylv. Tab. et Sa.* Ratio *S. Th.* hæc est: *Propter pecuniam persona liberi hominis secundum jura civilia non obliga-*

tur, sed solum res : *quia persona liberi hominis superat omnem æstimationem pecuniæ : unde licite potest, exhibitis rebus suis religionem intrare; nec tenetur in sæculo manere, ut procuret unde debitum reddat*; Rationem hanc rejicit *Sanch. cum Med.* d. n. 7 dicens non esse verum, quod persona debitoris non sit creditoribus obligata ; alias, ait, inique debitor carens bonis in carcerem a judice detruderetur. Sed respondetur, quod obligatio personalis, quæ inest debitori, non jam est ratione personæ, sed ratione bonorum, ut docet *S. Th. l. c.* et prout certum asserunt *Salm. dict. c. 1. punct.* 12. *n.* 224. Unde, supposito quod debitor in sæculo maneat, et liber potensque sit bona acquirere, bene remanet sua persona obstricta ad bona acquirenda, cum possit sine magno sui detrimento; et tunc remanet obligata persona debitoris, non jam directe ratione sui, sed indirecte ratione bonorum, ad quæ acquirenda potens est, cum teneatur tunc non solum dare, quæ habet, sed etiam procurare possibilitatem solvendi, dum potest acquirere sine magno damno suæ libertatis. Secus tamen dicendum, supposito quod velit sæculum relinquere, et Deo se totum dicare in religione, ubi impotens redditur ad solvendum ; tunc enim liberam habet personam, ut de ea in Dei obsequium disponere possit : et quoad debitum solvendum sufficit, si omnia sua bona creditoribus cedat. Alias, si in sæculo manere teneretur, esset directe, et per se obligata persona debitoris ob pecuniam debitam, quod absolute negatur, quia libertas hominis omnem æstimationem pecuniæ excedit, ut loquitur supra *S. Thom.* Adde (et sic respondetur rationi primæ sententiæ) quod præceptum naturale non obligat, quando debitor nequit satisfacere, nisi cum tanto detrimento suæ libertatis, et cum onere subeundi, in sæculo manendo, periculum æternæ salutis; nemo enim in contractu cum hoc onere præsumitur velle se obligare. Et, sicut quis nos tenetur in sæculo manere ad servandum promissionem matrimonii (nisi per eam copulam extorserit), ita nec etiam, qui debitum contraxit. Et hoc, etiamsi debitum sit ex delicto, ut tenent *Salm. cum aliis, tr,* 13, c. 1. *p.* 18. §. 1. *n.* 290. quia pariter iste debitor non est obstrictus cum tanto onere ut religionis meliori statu privari debeat. Hæ tres sententiæ sunt omnes probabiles, sed probabilior mihi videtur secunda ; modo ex illa brevi mansione in sæculo non immineat probabile periculum incidendi in peccata, vel amittendi vocationem ad religionem. Conveniunt autem ad dicendum, quod prædicta quæstio currit, cum debita sunt certa : at, si incerta sint, procul dubio statim debitor religionem ingredi potest; quia, cum obligatio elargiendi debita incerta pauperibus non sit ex justitia, et jure naturali, sed ex pietate, et jure ecclesiastico, ut probant *Salm. loc. cit. p.* 11. §. 3. *n.* 211. *cum Less. Vasq. Bann. Vill. Led, etc contra alios,* ideo bene talis debitor potest, omissa restitutione, religionem petere, cum nihil sit tam pium, quam se, suaque omnia Deo in religionem dicare. Ita *Sanch. l. c. n.4. Lugo , Suar. Pal. etc. cum Salm. dict. c.*1. *punct.* 18. *n.* 287.

Advertendum tamen, quod hæc locum habent de jure naturali. At *Sixtus V* per bullam datam anno 1587. reddit inhabiles ad religionem debitores, qui dilapidaverunt sua bona, vel qui deponere debent rationes, antequam debita solverint, aut rationes reddiderint ; et licet *Clemens VIII.* inhabilitatem abstulerit, reliquit tamen prohibitionem. Hoc vero intelligendum, ait *Croix l.* 3. *p.* 2. *n.* 444. *cum Sanch. et Ills.* de iis, qui aliter non possunt satisfacere, nisi in sæculo manendo, et a quibus sperari potest solutio; item si magna sint debita, superantia facultates proprias, cum dicatur in bulla, *ingenti ære alieno* gravatis. Præterea dicit *Croix cum Sanch. et Dic.* hoc non procedere pro monialibns, nec pro Equitibus Ordinum militarium, quia in odiosis non comprehenduntur nomine religiosorum : insuper neque pro iis, qui gravantur debitis tantum incertis; nec pro iis, qui sine culpa gravi inciderunt in impotentiam ; nam bulla est tantum pro dilapidatoribus, ut notat *Croix. ibid. cum Dic.* nec pro debitoribus ratione donationis. *Croix cum Sanch.* Præceptum autem de reddendis rationibus, intelligitur de rationibus valde litigiosis, intricatis, fraudulentis, daturis causam litibus. *Croix cum Dic. et Ills.*

Si vero quis debitis gravatus jam religionem professus fuerit, valet professio, ut *Croix d. n.* 444. Nec prælatus tenetur tunc de justitia licentiam ei dare ad laborandum, ut satisfaciat. *Croix num.* 450. *cum Lug. et Nav.* Tenetur tamen ex charitate, si nullum inconveniens obstaret.

72. — Resp. 2. Qui vovit religionem,

» tenetur ingredi secundum sequentes » regulas.

« 1. Non tenetur, imo nec potest licite » ingredi ordinem, in quo collapsa est » disciplina regularis : » (*Intellige quoad observantias principaliores, ut Salm. de stat. rel. c. 2. punct. 1. n. 3.*) « idque ob » periculum perversionis. *Laym. l. 4. t. 5. c. 6. n. 5.*

« 2. Qui vovit laxiorem, licite ingre» ditur strictiorem ; non tamen contra, » quia minus præstaret, quam promisit. » Quod si tamen profiteatur in laxiore, » valida est professio, et liberatur a voto » strictiorem ingrediendi. Ratio est, » quia votum solemne, quo fit personæ » traditio, et religioni jus in personam » acquiritur, derogat priori voto simplici, » per quod nullum tale jus religioni » strictiori erat acquisitum. *Laym. l. c.* » *ex. S. Th. etc.*

3. « Is, qui vovit experiri religionem » strictiorem, potest id commutare in » votum profitendi, et perseverandi in » laxiore. Ratio est, quia hoc melius est. » *Laym. l. c. ex Sanch. etc.*

Communiter DD. dicunt, quod si quis voverit religionem ingredi, non tenetur eam quærere extra propriam nationem, vel provinciam : *vide Salm. tr. 15. c. 2. punct. 1. n. 8.* fœmina vero quæ vovit religionem, non tenetur quærere monasterium extra patriam, longe a suis, ut aiunt *Pal. d. 1. tr. 16. p. 3. n. 6. Sanch. d. l. 4. c. 16. n. 46. Tolet. l. 4. c. 17. num. 12. et Salm. l. c. cum Garc. etc.* Ratio, quia regulariter non censentur fœminæ religionem voventes ad id se obligare, cum hoc gravem et novam involvat difficultatem ; ob quam *Tolet. et Garc. ibid.* excusant etiam viros votum religionis habentes.

Quær. I. An is, qui voverit religionem, et semel legitime repellatur ab ea, teneatur iterum ingredi, si monasterium postmodum velit eum admittere?

Prima sententia affirmat, eamque tenent *Laym. l. 2. tr. 5. c. 6. n. 4. Bon. t. 2. d. 4. q. 2. p. 5. §. 6. n. 11. et Sanch. Dec. l. 4. c. 16. num. 71. cum Abul.* Ratio, quia votum non est factum in favorem religionis, sed in Dei obsequium ; unde, licet illa cedat juri suo nolendo eum admittere, non ideo tamen vovens liberatur a sua obligatione.

Secunda sententia vero negat, quam tenent *Pal. d. 1. p. 3. num 10. Less. l. 2. c. 11. n. 44. Suar. c. 2. n. 7. et 10. et Salm ibid. num. 41. cum Arag. Pell. Garc. Dian. et Barth. a S. Fausto.* Ratio, quia, tale votum, quamvis emissum in honorem Dei, censetur tamen factum sub conditione, *si non repellar* ; ergo, conditione non impleta, extinguitur obligatio. Huic objicit *Bon.* nullam conditionem reddere votum conditionale, nisi explicite apponatur. Sed hæc objectio non videtur subsistere ; non raro enim in promissionibus conditio implicite apposita promittentes deobligat, juxta dicta *l. 3 (IV). n. 720. v. Notandum.* Cæterum in hac quæstione probabilius mihi videtur dicendum, quod si talis vovens habet probabilem spem se fore imposterum recipiendum, non liberatur a voto ; secus, si nulla probabilis spes appareat.

Quær. II. An qui simpliciter religionem voverit, peccet mortaliter, si post ingressum, sine causa ab illa egreditur?

Prima sententia negat, et hanc tenent *Bon. de voto d. 4. q. 2. p. 5. §. 6. n. 22. et Sotus, Caj., Arag. etc. apud Sanch. l. 4. c. 16. num. 90.* et probabilem vocant *Salm. de stat. rel. c. 2. punct. 2. n. 23.* Ratio, quia qui vovet religionem, censetur eam vovere sub conditione probationis a jure concessæ ; jus autem universe concedit ingredientibus ut possint sine ulla causa pro libito religionem deserere, uti patet ex *c. 1. de Regul. in 6.*

Secunda sententia vero probabilior, quam tenent *Sanch. l. c. Pal. tr. 16. d. 1. p. 4. n. 2. Suar. l. 4. c. 3. n. 2. et Salm. ibid. n. 24. cum Pell. Garc. Miranda, et aliis*, docet hunc a mortali non excusari. Ratio, quia votum religionis non tantum obligat ad suscipiendum habitum religiosum, sed etiam ad Deo toto vitæ tempore obsequendum ; unde obstringit etiam ad profitendum, nisi justa adsit causa egressus, puta si ille inveniat religionem suis viribus imparem, ut ait *Sanch.* Ad textum oppositum autem respondetur, illum loqui de iis, qui religionem ingrediuntur, tantum ad experiendum, nullo tamen præmisso voto. Secus vero dicendum cum *Azor l. 11. c. 12. et aliis cit. apud Sanch. ut supra*, si vovens non habuerit animum profitendi, sed tantum experiendi. Idque expresse tradit *D. Th. 2. 2. q. 189. a. 4.* ubi sic docet : *Si ergo vovens intendit se obligare, non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere : si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendo cum libertate remanendi, vel non remanendi, manifestum est quod remanere non tenetur. Si*

vero in vovendo simpliciter de ingressu religionis cogitavit, absque hoc quod cogitaret de libertate exitus, vel perpetuitate remanendi, videtur obligari ad ingressum religionis secundum formam juris communis, quæ est ut ingredientibus detur annus probationis; unde non tenetur perpetuo in religione permanere. Recte autem ad. 3 advertit : *Quod ille qui intrat, ut statim exeat, non videtur satisfacere voto suo, quia ipse in vovendo hoc non intendit, et ideo tenetur mutare propositum, ut saltem velit experiri, an ei expediat in religione remanere : non autem tenetur ad perpetuo remanendum.*

Quær. III. An si quis habeat votum profitendi, et religionem ingrediatur, animo perpetuo manendi, sed a religione ejiciatur, quia judicatur ineptus ob inscitiam, ægritudinem, et similia, liberetur a voto? Supponendum ut certum cum *Sanch. l. 4. c. 16. num. 108. et Salm. tr.* 15. c. 2. *punct.* 2. *n.* 25. quod si is remisse se gesserit, tenetur mediocrem adhibere diligentiam, ut se corrigat, aliter a voto non fit immunis. Difficultas est quando jam diligentiam adhibuerit, et repellatur, an maneat liber a voto?

Prima sententia affirmat, quam tenent *Pal. d.* 1. *p.* 4. *n.* 10. *Suar. l.* 4. *c.* 4. *num.* 14. *et Garc. apud Salm ibid. n.* 26. qui probabilem putant. Ratio, quia is, qui promisit profiteri, non censetur se ad aliud obligasse, quam ad media ordinaria apponenda, quæ jam apposuit. nec per ipsum stat quominus profiteatur.

Secunda sententia vero probabilior negat, et hanc tenent *Sanch. l. c. n.* 82. *Laym. l.* 4. *tr.* 5. *c.* 6. *n.* 13. *Bon. t.* 3. *d.* 4. *s.* 2. *p.* 5. §. 6. *n.* 22. *Salm. l. c. cum Pell.* Ratio, quia hic tenetur procurare votum illud implere usque dum apparet probabilis spes implendi; idque non extraordinarium, sed ordinarium est medium adhibere; unde, si ab illa religione ejicitur, tenetur mediocrem diligentiam apponenda aliam religionem quærere.

Quær. IV An qui voverit profiteri, possit a religione exire ex causa, non jam urgenti, sed justa, nempe qui talem vitam expertus sit incommodam?

Prima sententia affirmat, et hanc tenet *Dian. p.* 2. *tr* 17. *r.* 40. citans *Sot. Reg. Led. Arag. etc.* eo quod tale votum intelligitur emissum sub hoc conditione, si talis status conveniens sibi videtur.

Secunda sententia, tamen vera quam tenent *Sanch. l.* 4. *c.* 16. *n.* 81. *Laym. c.* 6. *n.* 13. *Bon. d.* 4. *p.* 5, §. 6. *n.* 22. *et Salm. loc. cit. n.* 28. *cum Caj. Azor Val. etc.* docet hunc teneri ad profitendum etiam cum incommodo; modo non sit tale, ut intolerabile videatur. Ratio, quia is ita videtur se voluisse obstringere, ut non possit egredi, si ratio vivendi esset tolerabilis; nam e converso, si difficultatem valde gravem experietur, non tenetur permanere, cum non videatur se voluisse obligare ad id quod sibi est moraliter impossibile. Et hanc eamdem nostram sententiam tenent *Less. l.* 2. *c.* 14. *n.* 46. *et Pal. d.* 1. *p.* 4. *n.* 9. qui non benecitantur a *Salm.* pro prima sententia.

Per quantum autem temporis is quis votum habet religionis, differendo illud exequi, peccet graviter? *Vide dicta l.* 3 (VI). *n.* 221. *v. Quær.*

73. — « 4. Professo licentiam transeundi ad ordinem laxiorem Episcopus, vel prælatus ordinis exemptus cum consensu capituli dispensative ex justa causa dare potest. *Laym, loc. cit. Less. l.* 2. *c.* 41. *num.* 103. *Sanch.* 6. *mor. cap.* 7.

« 5. Professus ad ordinem strictiorem, petita (licet non concessa) prælati sui licentia, ex causa transire potest. Quod addo, quia hujusmodi transitus sine causa temere fieri non debet. Quod si fiat, spectanda est austeritas circa silentium, et solitudinem, idque non tantum secundum institutum regulæ, sed etiam secundum observationem præsentem. Probatur *ex c. Licet, de Regularibus. Vide Laym. Less. Sanch. ll. cc.*

Ex dictis resolvuntur hi casus :

« 1. Canonici regulares ad monachos transire possunt, non contra, cum religio monachorum austerior sit. *Laym loc. cit.*

« 2. Professus regulam strictiorem, si ea non servetur in suo monasterio, aliove ejusdem ordinis, nec sit spes reformationis, potest transire ad ordinem laxiorem, in quo regula servetur : ita ut, considerato præsenti statu, ducat vitam strictiorem. *Laym. l.* 4. *tr* 5. *c.* 6. *n.* 10. *ex Sanch. Rodr. etc.*

Bene potest religiosus ex suo ordine ad alium strictiorem transire, petita licentia a suo prælato, quamvis negata; ita *S. Th.* 2. 2. *q.* 189. *a.* 8. *et DD. communiter ex c. Licet.* 18. *de Reg.* ubi *Innocentius III.* sic præscribit : *Postquam* (Mo-

nachus) *a prælato suo transeundi licentiam postulaverit... libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterva indiscreti contradictione prælati.* Debet tamen subditus prælati responsum expectare usque ad tempus, quo superior valeat examinare, an debeat examinare, an debeat vel ne licentiam impertire. Contra vero, re perpensa, tenetur prælatus licentiam concedere, statim ac videt nihil obstare. *Prælatus* (addit Pontifex) *subdito sine difficultate, et pravitate qualibet debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum.* Hinc communiter tradunt *Suar. t. 4. de relig. tr.* 8. *l.* 3. *c.* 10. *n.* 17. *Sylv. verb. Religio* 4. *q.* 1. *n.* 5. *Pell. tr.* 3. *c.* 5. *n.* 239. *Pal. disp.* 4. *p.* 26. §. 3. *n.* 1. *Lez. t.* 1. *c.* 22. *n.* 13. *Miranda t.* 1. *qu.* 31. *a.* 6. *Salm. tr.* 15. *c.* 5. *punct.* 3. §. 2. *n.* 68. *etc.* quod prælatus graviter peccaret, si sine justa causa licentiam denegaret, quia gravem irroget subdito injustitiam, eum a perfectiori statu retrahendo, idque confirmatur ex verbis *Innocentii* relatis, ubi dicitur proterva contradictio prælati, qui injuste licentiam denegat, *Non obstante proterva indiscreti contradictione prælati.*

Diximus injuste, nam tres sunt justæ causæ, ex quibus superior valet denegare licentiam, juxta verba ejusdem Pontificis in *cit. cap. Licet.* Et 1. Si subditus *ex temeritate vel levitate* vellet transire, puta si duceretur ex ira alicujus offensionis acceptæ, aut ex fine consequendi aliquod temporale commodum. In dubio tamen negativo præsumitur recto animo procedere, ut dicunt *Suar. l. c. c.* 9. *n.* 2. *et Bon. q.* 2. *p.* 9. §. 3. In dubio autem positivo standum judicio superioris tam subditi, quam prælati conventus, nempe generalis, vel provincialis, ut præcipit Pontifex in *eodem c. Licet* 2. Si transitus redundet in *jacturam sui ordinis : quoniam communis utilitas* (verba textus) *privatæ utilitati præfertur.* Sed pro hujusmodi *jactura* porro non reputatur illa, quam perferret ordo ex privatione exempli illius boni religiosi; nam si talis sufficeret jactura, nemini transire ad arctiorem ordinem liceret. Nomine *jacturæ* intelligunt *Salm. tr.* 5. 1 *c.* 5. *p.* 3. §. 2. *n.* 61. *cum Portell. etc.* si v. gr. monachus ille esset doctor, vel arte peritissimus, ita ut ex ejus deficientia religio notabile reciperet damnum. 3. Si ex tansitu ordo gravem pateretur *injuriam*, sive dedecus, ita ut deinde ab aliis notabiliter despiceretur, *vide Salm. cit. num.* 61. Hoc dedecus ordinarie abesse censeo, si pateat alterum ordinem certe in regulæ perfectione præcellere.

Addendum, non licere monacho hunc transitum intentare, si altera religio quam optat, nollet eum recipere, juxta præceptum *Urbani VII.* (ut in *Bullar.*) qui dixit : *Non permittatur transire, nisi constiterit eam religionem paratam esse eum recipere.* Sufficit autem, si nullum obstet impedimentum, licentia prælati conventus, a quo petitur transitus, ut *Sylvest. verb. Religio,* 4. *q.* 1. 3. *Peyrin. q.* 1. *c.* 24. *et Salm. ibid. n.* 63. Utrum autem transitus sine petitione licentiæ non solum sit illicitus, sed etiam invalidus? Affirmant *Less. c.* 41. *n.* 101. *Azor c.* 14. *q.* 6. *Sanch. Dec. c.* 7. *n.* 95. *etc.* At valde probabiliter negant *Suar. l.* 3. *c.* 10. *n.* 22. *Sylvest. l. c. q.* 1. *et Salm. ibid. n.* 68. *cum Bon. Pelliz. etc.*, quia nullum jus habetur irritans hunc transitum, et contra ipse transitus de jure naturæ valet, cum sit commutatio in melius.

74. — Hic plures utiles quæstiones adnectere oportet. Quær. 1. An parochus possit licite religionem ingredi contradicente Episcopo? Omnino affirmandum ex *c. Duæ sunt leges, caus.* 19. *quæst.* 2. ubi habetur : *Si quis clericorum in Ecclesia sua sub Episcopo populum* (scilicet *proprium,* ut explicat Glossa) *retinet, et seculariter vivit ; si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonica salvari se voluerit.... etiam Episcopo contradicente eat liber nostra auctoritate :* sic *Urbanus II. ad Rufinum.* Rationem autem hujus sanctionis dat *D. Th.* 2. 2. *q.* 186. *a.* 7. dicens: *Obligatio voti perpetui præfertur omni aliæ obligationi, obligari autem voto perpetuo et solemni ad vacandum divinis obsequiis, competit proprie Episcopis religiosis. Presbyteri autem curati, et archidiaconi non obligantur voto perpetuo, et solemni ad curam animarum retinendam, sicut ad hoc obligantur Episcopi ; unde Episcopi non possunt deserere præsulatum absque auctoritate Rom. Pontificis, ut Extrav. de Regul. etc. c. Licet. Archidiaconi autem, et presbyteri curati possunt libere abrenuntiare Episcopo curam eis commissam absque speciali licentia Papæ.* Deinde *S. Th.* (*ad.* 2. *d. a.* 8.) affert textum *D. Hieronymi* ad *Vigilantium* sic dicentis : *Tu dicis, si omnes se clauserint, quis sæcu-*

lares homines lucrifaciet; quis peccantes ad virtutes poterit cohortari, etc. Respondet S. *Hieronymus*: *Rara est virtus, nec a pluribus appetitur*[1]. Hæc omnia uti certa enuntiat N. SS. P. *Bened. XIV.* in sua bulla, quæ incipit: *Ex quo dilectus*, edita die 14. Januarii 1747. attamen non dubitat idem Pontifex, quin parochus omnino teneatur, *non tam officio* (verba bullæ) *et honestate, quam naturalis legis præcepto*, certiorem facere Episcopum de suo suscepto consilio, antequam religionem ingrediatur, ne grex sine custode deseratur; si vero Episcopus deinde dissentiat, *presbyterum non adstringet* (ait Pontifex), *quominus religionem ingredi valeat*. Insuper decernit *ibid.* beneficium non vacare, nisi post professionem, et interim parochum fructus illius lucrari, ac si legitimo impedimento detineretur. Et idem statuit de omnibus aliis beneficiariis, juxta opinionem traditam a *Suar, de relig. l.* 5. *c* 16. *n.* 12. et *Sanch. Dec. l.* 7. *c.* 4. *n.* 7. *etc.*

75. — Quær. II. Quid dicendum de clericis, aut aliis beneficiariis, non curatis? Respondeo: Quamvis isti ex officio, et honestate teneantur suos Episcopos certiorare de suo religionem ingrediendi proposito; non peccant tamen, ut declarat N. SS. *Bened. XIV*, in bulla mox citata, si id omittant ob metum reverentialem, ne forte ab ejus desiderii implemento revocentur. Certum autem est non posse Episcopos impedire suos clericos, ne religionem ingrediantur, ut habetur in *can. Clerici, caus.* 19. *quæst.* 1, ubi ex concil. Tolet. IV. dicitur: *Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in monasteria largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.* Hunc et consimiles canones laudat, et approbat præfatus N. Pontifex; necnon affirmat id non tantum intelligi de religionibus vitæ contemplativæ, sed etiam activæ.

Declarat tamen, quod Episcopus bene posset revocare suum clericum a religione si ejus ingressus gravi detrimento esset Ecclesiæ cui erat addictus, his verbis *Quod vero jus certis in casibus certisque de causis competit superiori ordinis laxioris, ut suum subditum regularem ad strictiorem ordinem digressum, etiam post solemnem professionem in eo emissam, repetere et revocare valeat; idem similiter certis in casibus, justisque exigentibus causis, Episcopo competit, ut suum clericum sæcularem ordini regulari adscriptum repetere possit. Hoc tradit clarissimus canonum Doctor Innoc. IV. ad sæpe citatum c. Licet, de Regul. cujus hæc sunt verba*: Clericus potest transire ad religionem, non petita licentia, etiamsi contradicatur; crederemus tamen quod posset eum repetere, si ex transitu suo prima Ecclesia gravem sustineret jacturam... *Satis itaque provisum est etiam Episcopo, qui factum clerici sui ad regularia claustra se invito digressi impugnare velit.* Cæterum, cum accidisset casus, quod archidiaconus quidam ad societatem Jesu transisset; et Em. Card. *Quirinus*, conquerens quod se invito hoc fecisset, integro libello typis edito contendebat, ut Papa declararet clericos non posse sine Episcopi licentia religionem ingredi; noster Pontifex respondit, uti in simili casu D. *Gregorius* (*Epist.* 35. *l.* 12.) cuidam alii Episcopo responderat, tales clericos nedum a suo proposito non esse impediendos, sed potius ad perseverantiam hortandos et confirmandos.

76. — Quær. III. Quibus casibus liceat Episcopis ad religionem transire? Jam supra dictum est ex *D. Th. in cit. q.* 189. *art.* 7. *et qu.* 185. *art.* 4. quod Episcopi nequeunt deserere Ecclesiam assumptam ob votum perpetuum eam non relinquendi, nisi authoritate Papæ, et ex justa causa, ut etiam exprimitur in *d. c. Licet.* Justæ autem causæ, ut Episcopus possit Ecclesiæ suæ renuntiare (ut docet idem Angelicus, et habetur in *c. Nisi, de Renunt.*) sunt: I. ob defectum proprium, scilicet si sit simoniacus, irregularis, vel indoctus, senex, infirmus; II. ob defectum subditorum, si in eis non possit proficere; III. ob scandalum aliorum, non vero si scandalum oriatur ex malitia aliquorum volentium justitiam conculcare. Quapropter dicendum, quod Episcopi sine aliqua ex prædictis causis

[1] Hæc sunt verba tota libri contra Vigilantium cap. seu Num. 15: *dicis: Si omnes se clauserint, et fuerint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? quis sæculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? hoc enim modo si omnes tecum fatui sint, sapiens quis esse poterit? et virginitas non erit approbanda. Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt; interibit humanum genus, infantes in cunis non vagient, obstetrices absque mercedibus mendicabunt; et gravissimo frigore solus* (al. *solutus*) *atque contractus dormitantius vigilabit in lectulo. Rara est virtus nec a pluribus appetitur. Atque utinam hoc omnes essent, quod pauci sunt, de quibus dicitur*: « Multi vocati, pauci electi » (Matth. xx. 16 et xxii, 14); *vacui essent carceres.*

nequeunt Ecclesiis renuntiare, etiam ad finem religionem ingrediendi. Et ita nec etiam possunt Ecclesias permutare, uti expresse habetur ex *can.* 15. *concilii Nicæni.I.* et idem habetur in *can concilii Chalced. et in Ep. II. ad Anastasium.* Rationem affert *S. Hieronymus Epist.* 83. ad *Oceanum,* ubi memorans de prædicto *can* 15. *Nicæni,* ait : *Ne virginis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus* [1]. Merito igitur ait *Cabas* (*Hist. Concil.*) has translationes vetitas fuisse, quia vitio cupiditatis adscribuntur, cum nemo reperiatur, qui a ditiore Episcopatu ad pauperiorem transeat. An autem translatio Episcoporum vetetur de jure divino? *Vide infra n.* 104.

Quomodo se gerere debet Episcopus cum suo Clerico, qui declaret se ad aliquod religiosum Institutum vocari ? Ut sequitur Scavini hanc quæstionem tractat :

« Certum est, Episcopum non posse *regulariter loquendo* impedire suum Clericum a religione approbata ingredienda, et etiam contradicente Episcopo, Clericum Religiosum fieri posse : quod intelligitur non tantum de religione vitæ contemplativæ, sed etiam activæ. Hoc jure definitum est (cap. *Duæ sunt leges,* caus. 19, quæst. 2.— Concil. Toletan., n. 633). Et fuse probatur a Benedicto XIV Bulla *Ex quo,* 14 jan. 1747. *Sane obligatio voti perpetui præfertur omni aliæ obligationi,* ut ait Angelicus (II, II, q. 189. — V. Liguori, *Op. Mor.*, l. IV, n. 74; l. VI, n. 828. — Bouix, *De regul.*). Attamen si Clericus habeat curam animarum, antequam regimen Ecclesiæ dimittat, debet Episcopo consilium suum ejusque capiendi rationes, quantum natura fert, aperire : in quo non tum officio et honestati, quam naturalis legis præcepto satisfaciet. Quoad allos vero Clericos et beneficiatos pertinet, etsi ipsi quoque ex officio et honestate teneantur Episcopum certiorare, non peccant tamen si id omittant ob metum reverentialem, ne forte ab ejus desiderii implemento revocentur. Insuper statuit laudatus Pontifex, beneficium illius qui rereligionem est ingressus, non vocare nisi post professionem ; et interim beneficiatum fructus illius lucrari, ac si legitimo impedimento detineretur (non vero distributiones, si beneficium sit chorale). Quin imo si quis forte Religionem ingressurus beneficium dimitteret, vel etiam si tempore novitiatus ejus dimissionem expleret, nihilominus omnia in suspenso remanere deberent, neque posset Episcopus ad beneficii sic dimissi collationem devenire, nisi post factam a dimittente solemnem professionem. Sententia autem communiter recepta docet, vota simplicia quæ emittuntur in Societate Jesu post biennium novitiatus non inducere per se beneficiorum vacationem ; quia tamen ex Statutis ejusdem societatis antequam isto vota emittantur, ecclesiastica beneficia sunt dimittenda, ideo si neutiquam propter professionem, at propter renuntiationem vacare intelliguntur. — V. Rigantius, *Comment. in regulas cancellariæ Ap. Regula* 46.

« Addit card. Gousset, *Theol. Mor.*, n. 538 : *Ce qui vient d'être dit ne s'applique qu'aux clercs qui veulent entrer dans un ordre religieux. Cependant, comme il est très-important de soutenir et d'alimenter les congrégations* séculières, *dûment approuvées, dont les sujets sont destinés aux missions étrangères ou à la direction des séminaires, ou à l'éducation des jeunes gens, un évêque s'exposerait au danger de contrarier les desseins de la divine Providence en mettant des entraves à la vocation d'un prêtre qui désirerait entrer dans une de ces congrégations, si ce prêtre était d'ailleurs jugé digne et capable. L'épiscopat est solitaire pour tout ce qui intéresse l'Église.* Qui autem in religiosis familiis quæ non habent, nisi vota simplicia, professionem emittunt, beneficia non amittunt; si tamen beneficia residentiam exigant, potest ordinarius taliter professos adigere ad resignandum tempus constituendo : quo elapso, possunt aliis beneficia conferri. Ita S. C. C. 23 nov. 1833.

« Sed dices : *Si omnes se clauserint, quis sæculares homines lucrifaciet ?* Respondet divus Hieronymus ad Vigilantium : *Rara est hæc virtus nec a pluribus appetitur.* Adde : Episcopus ex ipso Benedicto XIV potest revocare suum Clericum a Religione etiam post professionem, si inde grave detrimentum obveniat Ecclesiæ cui erat addictus. Hinc supra diximus *regulariter loquendo* ; duo enim hic casus excipiuntur :

« 1. Si Ecclesia grave detrimentum patiatur (uti revera patitur in regionibus ubi pauci sunt clerici et pauciores evadunt) potest episcopus revocare a Religione clericum, uti ait laudatus Benedictus XIV confirmans quod jam statuit Innocentius IV cap. *Licet.* Si gravis necessitas temporalis parentum est motivum differendi, et etiam omittendi ingressum in religionem ; an non etiam gravis Diœcesis necessitas spiritualis ? Si autem tunc episcopus valet revocare a Religione clericum, sequi videtur quod possit etiam impedire ne illam ingrediatur, seu ne ecclesiam suam deserat. Profecto

[1] Hic est locus, in patrologia, epist. LXIX ; secund. ord. benedict. edit. 82, apud veter. edit. 83. Nro 5: *et hoc in Nicæna quoque Synodo a patribus esse decretum, ne de alia ad aliam ecclesiam episcopus transferatur : ne virginali* (al. *virginis*) *paupercula societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus : ut quomodo culpa et filiorum vitium in* λογισμοῖς, *id est cogitationibus, accipitur ; domusque dispensatio ad animam refertur et corpus, ita et uxores pontificum dici ecclesias, de quibus in Isaia scriptum est :* « Mulieres properantes, etc. »

ecclesiasticus qui serio affirmat se pro sua fragilitate in discrimen salutis venire remanendo in sæculo, invitus non est detinendus. At si affirmare nequeat, sed solum agatur de desiderio religiosæ vitæ, poterit episcopus illum prohibere, ne locum suum deserat, relicta semper facultate recurrendi ad S. Pontificem per Congregationem Episcoporum et Regularium, si se injuste gravatum sentiat clericus impeditus.

« 2. Si clericus sub conditione inserviendi suæ Diœcesi fuerit educatus; nam si religionem ingredi est de consilio, pacta servare est de justitia. Quæ promissio aliquando juramento firmatur, ut in Seminario Piano (ex Apost. Litt. *Cum* 1853 Pii IX); et solus legitimus apostolatus missionum exterarum donec ad illas incumbat ecclesiasticus, ab hoc vinculo eum absolvere potest. Quod juramentum emittitur etiam jam a duobus sæculis ab alumnis collegii de Propaganda fide; imo nulla est professio si illam emittant sine expressa Papæ licentia (Alexander VII Brevi *Cur circa*). An autem hoc ipsum sit extendendum ad Clericos qui gratis in Seminariis educantur ex piis largitionibus ad hunc finem institutis affirmant plures; tacito enim contractu ligati censentur ad inserviendum illi Diœcesi cujus sumptibus educantur; pro bono enim uniuscujusque Diœcesis illi loci gratuiti fundati sunt. Hac de causa D. Carolus in regalis Seminarii ita præscripserat: *Si quis decursu temporis de statu mutando consilium caperet, etiamsi de religione ingredienda ageretur, de eo archiepiscopum vel rectorem certiorem faciat; peccaret enim si in Seminario hoc animo viveret, in alium finem consumens, quod ad operarios solum pro hujus ecclesiæ auxilio sustinendos est constitutum* (part. III, c. I). Sunt tamen qui censent non ita certum esse, quod Clericis gratuite educatis (præcluso pacto) sit interdictus religionis aditus, quia volunt, quod fondatores illarum piarum largitionum unice et præcise intendant subvenire Ecclesiæ in genere; et hoc satis obtinetur etiam per Clerum regularem. — V *Prælectiones juris canonici habitæ in Semin. S. Sulpitii*, Paris 1859, t. II, p. 2. — Bouix, *De jure regularium*, part. IV, t. I.

77. — Hic autem oportet ad trutinam adducere duas alias quæstiones summopere quoad praxim scitu utiles.

Quær. IV. An peccent graviter parentes; qui avertunt filios a statu religioso, sine justa causa? Si avertunt injuriose per minas, aut vim, vel fraudem, nullus excusat eos a peccato mortali. Si vero aversio fit tantum precibus, vel promissionibus, censet *P. Suar. de rel. l.* 5. c. 9. *n.* hoc ex genere suo non esse peccatum grave; quia (ut ait) ex una parte ibi non intervenit injuria, licet enim filius grave damnum patiatur, non tamen patitur involuntarie, sed libere consentiens; ex altera, filius non inducitur ad malum, sed tantum abstrahitur a bono ad salutem non necesssario. Sed omnino tenendum cum communi DD. sententia, hos parentes peccare graviter, qui sive fraude, aut vi, sive precibus, promissionibus, aut alio modo filios a religione distrahunt. Ita *Nav. Man. c.* 14. *n.* 44. *cum S. Antonin. Palud. Sylvest. Ang. Tab. et communi*; item *Molin. t.* 3. *tr.* 4. *d.* 51. §. *Secunda vero, Cont. Tourn. de* 4. *Decal. præc. art.* 1. *sect.* 2. *v. Gravis hic, Abelly p.* 344. *Salm. de* 4. *præc. c. unic. p.* 2. *n.* 29. *Anacl. eod tit. p.* 319. *n.* 19. *Spor. t.* 1. *p.* 291. *nu.* 21. *Elbel t.* 2. *p.* 195. *num.* 538. *Mazzotta t.* 1. *p.* 483, *P. Conc. t.* 4. *p.* 222, *n.* 11. *cum Soto. P. Nav. Arag. Sayr. et Led.* item *apud Leand. d.* 6. *q.* 17· *Trull. Miranda, Fagund. Bord. et Dic.* Et plures horum AA. damnant de mortali, non solum parentes, sed etiam extraneos, qui alios avertunt a statu religioso. Ratio, quia hoc non potest esse sine gravi damno illius, qui a religione distrahitur, ut fatetur ipse *Suarez*; unde, sive id fiat vi aut fraude, sive precibus, aut alio modo, non potest a peccato gravi excusari. Et idem *Suar*, videtur tandem in nostram sententiam descendere, dum *l. c in fin.* sic concludit: *Licet verum sit id non esse tam grave peccatum, est tamen sine dubio peccatum multum repugnans ordini charitatis, et respectui Dei, a cujus majori obsequio homo separatur.* Si igitur tale peccatum multum repugnat ordini charitatis, quis dicet illud non esse grave? Hæc autem ratio comprehendit non solum parentes, sed etiam extraneos. Sed parentes avertentes filios a religione puto duplici peccato gravi delinquere, nam præter peccatum contra charitatem, ut vidimus, committunt alterum peccatum contra pietatem, dum ipsi ex officio eorum proprio educationis tenentur sub gravi incumbere spirituali profectui suorum filiorum, ut bene advertit *Bon. d.* 4. *d. q. un. part.* 5. *n.* 2. non tamen propterea nego, quod plures parentes excusari possunt a mortali, saltem per aliquod breve tempus, ratione ignorantiæ, vel inadvertentiæ, quæ de facili eis inesse potest ob vehementem carnis affectionem erga filios.

78. — Quær. V. An et quomodo aliquis a Deo vocatus ad religionem peccet, si

vocationem suam negligat adimplere? Respondemus, quod negligere vocationem religiosam, per se non est peccatum; divina enim consilia per se non obligant ad culpam. Id tamen ratione periculi æternæ salutis, cui vocatus se committit, electionem status faciens non juxta divinum beneplacitum, non potest ab aliqua culpa excusari. Et quidem, si quis crederet, quod in seculo manens damnationem incurreret, tum ob suam fragilitatem quam inter sæculi occasiones expertus est, tum ob carentiam auxiliorum quæ in religione haberet; non potest excusari a peccato gravi, cum in grave discrimen salutis suæ injiciat. Ita *Less. de statu vit. elig. q.* 8. *n.* 94. qui prius dicit, eum, qui nondum voto se obstrinxerit, non peccare, si non ingrediatur religionem, ad quam est vocatus: sic tamen subdit: *Si conscientia dictet tibi (quod sæpe accidit) te desertum iri a Deo, nisi divinæ vocationi obtemperes: te periturum, si manseris in sæculo, etc. tunc peccatum est non sequi divinam vocationem.*

Utrum autem sit in malo statu conscientia eorum, qui certi moraliter jam facti de vocatione Dei ad religionem, nituntur sibi suadere, manendo in sæculo, vel in illud redeundo, salutem suam æque facile facere posse? Non videtur dubitandum, quod isti magno discrimini salutis se exponunt. Nam *Habert de Sacr. Ord. p.* 3. *c.* 1. §. 2. loquens de eo qui non suscipit statum a Deo sibi destinatum, sic ait: *Non sine magis difficultatibus poterit salutis suæ consulere: manebitque in corpore Ecclesiæ velut membrum in corpore humano suis sedibus motum, quod servire potest, sed ægre admodum, et cum quadam deformitate.* Deinde recte concludit: *Licet, absolute loquendo, salvari possit, difficile tamen ingredietur viam humilitatis, et pœnitentiæ, qua sola ipsi patet ingressus ad vitam.* Ideo S. *Gregorius* (*Hom.* 20. *in Evang.*) scribens ad *Mauritium* Imperatorem, qui per suum Edictum prohibuerat ne milites fierent religiosi, scripsit hanc legem esse iniquam, cum pluribus cœlum clauderet: *Multi plerique sunt* (en verba, et ratio S. Doct.) *qui, nisi omnia reliquerint, salvari apud Deum nullatenus possunt*[1]. Ratio autem hujus periculi est, quia qui in sæculo manet contra Dei vocationem, habebit congrua gratiæ auxilia, quæ in religione Deus ipsi præparavit: et ideo illis destitutus, difficulter sæculi tentationibus resistet, et sic succumbens damnationem incurret. Præterea, si alter, qui vocato ad religionem dissuadet ingressum, vel suadet ingressum, etiam sine vi, aut fraude, peccat mortaliter, ut vidimus supra in quæstione præcedenti docere communiter doctores, eo quod induceret vocatum ad subeundum grave damnum, licet is omnino sponte illud patiatur. Si ergo qui alteri consulit, ut damnum sibi inferat, non excusatur a peccato mortali, nescio quomodo poterit excusari ille ipse, qui sibi tale damnum infert.

Cæterum, nolo in hoc puncto absolutum judicium proferre: sapientibus illud remitto. Interim Deum instanter rogemus, ut ab hoc discrimine per suam misericordiam nos prorsus avertat; cum innumeris in eventibus funestis legamus in historiis tragice executas minas, quas proferunt Scripturæ in hujusmodi divinæ vocationis desertores. In Isaia enim habetur: *Væ filii desertores, ut faceretis consilium, et non ex me; et ordiremini telam, et non per spiritum meum. c.* 30. *v.* 1. In Job: *Deus multum abire non patitur: ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias ejus. c.* 24. *v.* 12. In Proverbiorum autem Libro id expressius legitur in *c.* 1. *v.* 24. ubi singula verba animadvertenda: *En proferam vobis spiritum meum* (ecce divina vocatio)... *quia vocavi et renuistis... Despexistis omne consilium meum... Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis id quod timebatis advenerit. Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit* (tempestas nempe tentationum, et periculorum, quibus sæculum abundat); *quando venerit super vos tribulatio et angustia, tunc invocabunt me, et non exaudiam. Mane consurgent, et non invenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam... nec acquieverint consilio meo*: (nota quod loquitur Deus, non de præcepto, sed de disciplina, et consilio) *et detraxerint universæ correptioni meæ*: (hic improperantur qui parvipendentes vocationem, dicunt in omni statu se æque secure salutem consequi posse). *Comedent igitur fructus vitæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.* (En punitio eligentium statum non secundum divinum, sed proprium consilium): *Aversio parvulorum interficiet*

[1] Hoc non reperitur in homil. 20 in evangel. nec, aliunde, existit epist. S. Gregorii *ad Mauritium*. Alias quoque multas percurrimus homilias, quærentes in vanum.

eos, et prosperitas stultorum perdet illos : (ruent isti ad quamcumque levem sæculi tentationem, et ipsa sæculi bona servient eisdem ad perditionem). Hinc *S. Bernardus* sic alloquitur vocatos ad religionem: *Periclitatur castitas in deliciis, humilitas in divitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, charitas in sæculo nequam; fugite de medio Babylonis, et salvate animas vestras*. Ex his omnibus velim, ut sedulo perpendant ii qui vocationem religiosam negligunt, an merito expavescere debeant, utrum existant, necne, in malo statu.

Sed dices, omnesne igitur tenentur religionem ingredi, ut salventur? Respondeo, et distinguo ; si loqueris de non vocatis, utique non tenentur : quia Deus in sæculo præstabit eis auxilia opportuna ad salutem. Si vero loqueris de vocatis, dico teneri, quia Deus negabit ipsis auxilia, quæ in religione eis parata habebit, et quibus destituti, licet auxiliis ordinariis salvari possent, de facto tamen difficulter salutem adipiscentur, cum proferat *S. Cyprianus* : *Ordine suo, non arbitrio nostro, virtus Spiritus sancti ministratur.*

DUBIUM VI.

Ad quid teneantur religiosi ejecti, et fugitivi?

79 Ob quas causas possint religione expelli ?
80 Quæ possint acquirere ejecti? Quæ apostatæ ?
81 Ad quid teneantur ejecti ?
82 Ad quid prælati teneantur erga apostatas, vel ejectos ?

79. — « Supponos, religiosum justas ob » causas e religione expelli posse : 1. Si » in gravi, vel pernicioso crimine exis- » tens, notorie incorrigibilis appareat ; » in quo tamen casu moniales perpetuo » potius carceri mancipandas, quem eji- » ciendas, putat *Sanch. l.* 6. *mor c.* 9. » 2. Si ob criminis infamiam, sine gravi » ordinis damno, tolerari nequeat. 3. Si » in admissione reticuerit impedimen- » tum, vel essentiale, vel saltem admo- » dum grave, v. g. lepram, etc. ut docent » *Nav. Sa, verb. Religio n.* 34. *Sanch.* 6. » *mor. c.* 4. *n.* 56. Ratio est, quia in re » admodum gravi decepit, ita ut fraus » dederit causam admissioni : *Vide Dian.* » *p.* 9. *t.* 9. *r.* 57. ubi docet, quod, licet » hactenus ex communi sententia *Sanch.* » *Suar. Azor, Rodr. etc.* religiosi propter » delictum aliquod grave, etiam semel » perpetratum, potuerint expelli, jam » tamen porpter declarationem *Urbani* » *VIII*, editam anno 1624. per nulla pri- » vilegia possunt expelli e religione (ex- » cepta Societ. Jesu), nisi sint incorrigi- » biles : tales autem non censeantur, nisi » unius anni jejunio, et pœnitentia in » carcere sint probati.

« Hoc supposito, resp. 1. Professus ex » religione ob culpam ejectus manet re- » ligiosus, votisque adstrictus. *Laym. l.* 4. » *t.* 5. *c.* 13. *ex communi.*

Unde resolvuntur hi casus :

80. — « 1. Ejectus rerum, quas acqui- » rit, usum, et administrationem tantum » sibi vindicare potest, non autem domi- » nium, neque illud acquiritur monaste- » rio, cujus non est membrum amplius, » sed Ecclesiæ, in qua beneficium habet; » vel Papæ, si beneficium non habet, et » exemptus est. Quod si non sit exemp- » tus, Episcopo loci. *Laym. l. c. ex Mol.* » *et Less.*

« Dixi, *ejectus*; quia fugitivos, et apos- » tatas, iis exceptis, quæ ex beneficio ec- » clesiastico acceptata sunt, monasterio » acquirere verius est, si illud dominii » in communi capax sit, sin minus, Sedi » apostolicæ. Ratio est, quia monaste- » rium, instar servorum, eos vindicare, » et reducere poterat. *Laym. l. c. ex Az.* » *Sylv. etc.*

81. — « 2. Ejectus per culpam, non » omnino solutus est voto obedientiæ, » etsi ejus executio magna ex parte ces- » set : quia caret superiore, a quo di- » rigatur ; debet tamen illud servare in » præparatione animi, si recipiatur. *Laym. l. c. ex Nav. et Less.*

« 3. Idem a reliquis monasticis obser- » vantiis, regulis, ut a jejuniis, vigiliis, » delectu ciborum, et similibus liber est. » *Laym. l.* 4. *t.* 5. *c.* 13. *Sa, n.* 40. *Nav.* » *et alii*, » (*Cum Bon. Lez. Pal. et Salm. de stat. rel. c.* 5. *punct.* 4. § 2. *n.* 94. *nec tenetur ad officium divinum, nisi sit in Sacris, ut Salm. de horis can. c.* 2. *punct.* 2. *n.* 10. *Idem dicitur de damnato ad triremes. ib. Idem dicunt ibi Lez. Bon. Sot. etc. de perpetuo degente cum licentia extra monasterium : sed probabilius hoc negant Pal. Suar , Nav. cum Salm. l. c.*) « *contra Less.* » *Sanch. etc.* Ratio est, quia talium obser- » vantia non comitatur simpliciter pro- » fessionem votorum substantialium, sed » statum regularem, e quo ille est ex- » pulsus.

« Etsi non sit improbabile, quod do- » cent *Nav. et Az.* probatque *Rord.* ejec- » tum tuto manere extra suum ordinem,

» nec teneri receptionem petere, eo quod » justæ sententiæ ejectionis se conformare possit : contrarium tamen communius est et probabilius. Ratio est, » quia, cum sit obligatus votis, tenetur » se qualificare, ut vota sua convenienter » professioni exequi possit. » (*Ideo tenetur se corrigere. Salm. de stat. rel. c.* 5. *punct.* 4. § 3. *n.* 102.) « Quæ ratio magis » probat, si ordo ipsum revocet. *Laym.* » *l. c. n.* 6. *ex Sylv. Sanch. et Less.*

« 5. Ejectus potest tuto in sæculo manere, si in monasterio non recipiatur, » nisi religionem laxiorem inire malit : » quia aliam non vovit, neque per ipsum » (ut suppono) jam stat, quominus in » sua recipiatur. Ita *Rodr. Laym. etc. l. c.* » ubi addit prælatos posse aliquem sub » conditione ejicere, ut vel aliam religionem intret, vel ad suam revertatur; imo » etiam Ordinarii locorum ejectos ad hoc » cogere possunt. Ratio est, quod tales » non sine periculo, et scandalo aliorum » in sæculo vivant. *Vide Laym. l. c. n.* 8. » *et* 9.

82. — « Respond. 2. Prælati ordinum » fugitivos, et apostatas requirere tenentur, si absque gravi ordinis damno possint, et non omnino incorrigibiles, videantur. Ita *Sanch. l. c.* Ratio prioris » partis est, quia jure divino, et naturali » tenentur prælati prospicere eorum saluti. Ratio posterioris est, quia si ob » justam causam possint ejici, ob eamdem etiam, postquam malitiose exierunt, poterunt non recipi. *Laym. l. c.* » *n.* 7 *Sanch. etc.* Dixi, *fugitivos, et apostatas* : quia per sententiam justam ejectos etsi se correxerint, necessario recipiendos negant *Sanch. l. cit. et Az. l.* » 12, *c.* 17. Affirmant *Nav. Mol. t.* 1. *d.* » 140. *Less. lib.* 2. *c.* 41. *d.* 15. Utrique » probabiliter.

» Quæres, an professus in uno monasterio possit cogi, ut se transferat ad » aliud.

» Resp. posse, si plura monasteria » faciunt unum corpus sub uno capite; » secus si singula subsint suis superioribus sub Episcopo, vel immediate sub » Papa. Ratio est, quia non vovit obedientiam, nisi in hoc conventu. *Laym. loc. cit. num* 10. *Vid* etiam *Sanchez lib.* 6. *mor. c.* 42. [1].

Ad hanc quæstionem : *Quelle conduite doit tenir l'ordinaire dans le cas de suppression d'un couvent de religieuses et de leur translation dans des monastères d'ordre différent?*

Sic, juxta Scavini, temporibus nostris respondetur :

« A la première partie de la demande, la Sacrée Pénitencerie répond que l'ordinaire devra faire tout ce qui est possible pour ne point séparer les religieuses et les réunir dans un autre monastère de leur ordre, ou pour leur choisir un autre local, afin qu'elles soient toutes ensemble et que, autant que possible, elles n'omettent pas d'observer la règle qui leur est propre.

« Si l'on ne peut réussir, et que les religieuses soient obligées de se retirer dans un couvent d'ordre différent, la Sacrée Pénitencerie (sur une autorisation spéciale de S. S. Pie IX) concède à l'ordinaire la faculté de permettre, en vertu de l'autorisation apostolique, qu'elles soient acceptées dans le couvent où elles ont été transférées. Elles y demeureront et en suivront la règle, dispensées de la leur propre, qu'elles chercheront aussi à maintenir autant qu'il leur sera possible; enfin elles obéiront aux ordres des supérieures de la maison et aux autres personnes, afin de mériter d'être accueillies et traitées en toute charité.

« Si quelques-unes de ces religieuses, pour de justes motifs que l'ordinaire devra examiner, ne pouvaient être transférées dans le monastère désigné ou dans une autre maison à ce destinée par l'Évêque, la Sacrée Pénitencerie permet à l'ordinaire d'autoriser ces religieuses à vivre hors du monastère, dans une tenue modeste, soit auprès de leurs parents, soit auprès de quelques pieuses dames; elles garderont le vœu de chasteté et la substance des autres vœux, comme celui de pauvreté et semblables; elles accompliront chaque jour les œuvres pies, les prières et la récitation des Heures canoniales, sous l'obédience de l'ordinaire dans le diocèse duquel elles demeuraient, relevées de toute irrégularité en vertu de l'autorité du Saint-Siége.

« Après la saisie des biens et des rentes des lieux de dévotion, des corporations religieuses et des églises, faite par le gouvernement envahisseur, les sanctuaires, les églises et les couvents peuvent-ils, accepter, pour leur entretien, la part que l'usurpateur prétend leur assigner?

« R. Ils l'accepteront dans la nécessité extrême, quand ils ne pourront se soutenir par aucun autre moyen. — Ita S. Pœnitentiaria, 8 oct. 1860.

« Plures aliæ decisiones quoad Regulares, et congregationes tum mulierum tum virorum ; item de *Tertiariis, Affiliationibus, Votis*, *Hospitiis*, *de Transeuntibus* de una ad aliam religionem, de *habitus dimissione*, V. apud Ferraris, *Biblioth.*, etc., hisce titulis. — Bouix, *De jure Regularium.*

[1] De religiosis fugitivis dicit *S. Alph. Hom. Ap. tr.* 13. *n.* 4. ipsos teneri tam ad vota quam ad regulam, deferre habitum et quidquid acquirunt, monasterio acquirere.

— Et *Analecta juris Pontificii*, passim. Notat Scavini :

« Synodus Novariensis, pag. 198 et seqq. quædam specialia monet quoad moniales ac religiosos viros : 1. ut qui de licentia septa monasterii ingrediuntur, opere absoluto, statim exeant non vagando, sed recto pergant tramite, duabus ex senioribus monialibus comitantibus, ceterisque campanulæ sono secedere jussis. Medici seclusa necessitate, et ceteri operarii ante solis ortum, vel post occasum ne ingrediantur, vel ibi cibum sumant ; — 2. puellæ in monasterio educationis causa degentes, clausuræ tenentur lege. Quamdiu in ipso degunt, ne ineant sponsalia, sed quum primum de iis agitur, dimittantur. Quod si aliqua velit institutum capessere religiosum, non antea Episcopi permissu præeunte, monastico donetur habitu, quam sex menses in monasterio commorata fuerit, ad experimentum ; — 3. tam ordinarii confessarii, quam qui extra ordinem mittantur, officio suo functi : monasteria non adeant, neque cum monialibus per litteras agant ; — 4. religiosi sine Episcopi consensu nequeunt supplicationes agere extra claustra ultra limites antiqua consuetudine definitos ; quoad functiones vero in propriis ecclesiis videant ne parochiales functiones turbent vel impediant, ab his avocantes fideles. Mendicare vetantur nisi per sui Ordini religiosos, qui insuper videant ne rerum sarcinas transfeferant infesto. Si in Diœcesi sedem non habeant, ne eleemosynas quæritent sine Episcopi licentia ; ceterum in hac re servetur legitima consuetudo. » t. I. n. 663. ad 665.)

CAPUT II.

DE STATU CLERICORUM.

« Clerici generaliter dicuntur illi, » qui sacris ordinibus, vel prima saltem » tonsura sunt initiati. Ad quorum sta» tum cum multa pertineant, de quibus » alibi agendum, hic agemus de benefi» ciis ecclesiasticis, horis canonicis, et » aliis paucis. »

Quoad obligationem communem clericorum ad sanctam vitam, notanda sunt verba Pii Papæ IX an. 1856, in encyclica *Qui pluribus* ad omnes episcopos, quibus ait :

« *Summa cura et studio ipsis esse elaborandum, ut in Clero morum gravitas, vitæ integritas, sanctitas atque doctrina eluceat, et Ecclesiastica disciplina ex Sacrorum Canonum præscripto diligentissime servetur, et ubi collapsa fuerit, in pristinum splendorem restituatur.* »

Quoad autem media ad vitæ sanctitatem in clero, sic præcipua quam brevissime repetit Scavini :

« 1. Quotidiana lectio spiritualis ; ait enim D. Bernardus [1] : *Per eam discimus quid facere, quid cavere, quo tendere debeamus.* Qua in re recte monet Stapf : *Libri spirituales non raptim et præpropere, sed attente, mature atque iterato evolvantur; sæpe sensum auctoris tum demum assequimur, ubi bis terve illum versamus : prout ad scientiam, ita etiam ad pietatem valde conducit, ut multum quidem, non tamen multa legamus. Hunc in finem, ubi mentem nostram aliqua veritate suaviter attrahi et commoveri sentimus, lectionem jam non prosequi, sed tandiu suspendere convenit, donec dapes appositæ rite digestæ, atque in succum et sanguinem conversæ fuerint* [2].

« Frequens oratio, tum vocalis, ut veniat in nos *spiritus sapientiæ* [3]; tum mentalis, hæc enim ex eodem D. Bernardo, *regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus* [4].

« Quotidianum conscientiæ examen, tum generale quo omnes, tum particulare, quo aliquem specialem defectum illa die commissum studiosus inquirimus ad correctionem. Hujus exercitii utilitatem vel ipsi gentiles agnoverunt : *Hoc nos pessimos facit,* ait Seneca, *quod nemo iram suam respicit, nemo se pravum esse intelligit, nemo cupidum, nemo elatum.* Unde de se ipso aiebat: *Utor hac potestate, et quotidie apud me causam dico: cum ablatum est lumen, totum diem mecum scrutor, facta et dicta mea remetior* [5].

« 4. Sacramentorum frequentia : confessione enim peccatorum avertimur a creaturis et convertimur ad Deum. Per sacram vero Synaxim sumitur qui plenitudo est, fons et origo totius sanctitatis.

« 5. Custodia cordis et sensuum per cogitationem præsentiæ Dei. *Dic mihi,* perbelle ait D. Chrysostomus, *si tibi semper prope principem standum esset, an non cum timore adstares? Adeoque quando comedis, cogita præsentem Deum; adest enim. Quando dormiturus es, quando irasceris, quando deliciaris, et quidquid tandem feceris, cogita adesse Deum* [6]. Ipse Seneca ad rem aiebat : *Maxima pars peccatorum tollitur, si peccatoribus testis assistat* [7].

« 6. Exercitia spiritualia, *quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est, commode detergitur, ecclesiasticus spi-*

[1] V. Opera cl. Dubois, Rodriguez Scaramelli, Baudrand, etc.

[2] Huc optime faciunt, *Manuale ecclesiastico proposto al Clero Novarese* dal cardinale Morozzo. — *Méditations ecclesiastiques*, etc. Lyon, 1836. — Cronst, *Meditationes de præcipuis Fidei mysteriis ad usum Clericorum.* Parisiis, 1836.

[3] Sap. VII. — [4] *De Consid.*, l. I, c. XXVII.

[5] *V.* Tronson, *Examens particuliers.* — Dubois *Le saint prêtre*, c. V, part. III. — Stapf. *Theol. Mor.*, 5527.

[6] Hom. VIII, in Phil. II. — [7] Epist. XI.

ritus reparatur, mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, recte sancteque vivendi norma vel instituitur vel comprobatur, uti ait Clemens XI, Encyclica *Reverendissime* ad omnes Italiæ Episcopos et insularum adjacentium, data 1 feb. 1710 (quod urget etiam Benedictus XIV Encyclica *Ubi primum* 3 dec. 1740; Pius VI, 25 dec. 1775: et Pius IX Encyclica *Qui pluribus*). Et Christus ipse jam insinuavit illis verbis ad Apostolos: *Venite in locum desertum seorsim, et requiescite pusillum.* Hic autem notandum, omnes qui residentiæ lege et chori servitio tenentur, semel in anno per id temporis, quo, Episcopo annuente, huic saluberrimo exercitio, in aliqua relgiosa domo diu noctuque manendo, operam navant, ex citato Clemente præsentes esse censendos.

« 7. Denique pia ac fervens devotio in Beatam Mariam Apostolorum Reginam: *In qua*, dicente S. Bernardo, *totius boni plenitudinem posuit Deus, ut proinde si quid spei nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare.* — Hinc versus:

Sancta legas, ora, recolens tua facta labora,
Sit Deus ob mentem, videat te ad Sacra frequentem,
Sedulus ad pia secedas, sit corde Maria.

Circa obligationem cœlibatus, an procedat immediate ex præcepto Ecclesiæ, vel mediate, scilicet ex voto quod in ipsa ordinatione emittitur Gury respondet:

« Quidam probabile putaverunt obligationem esse sola lege ecclesiastica; quæ tamen opinio originem habet, ut videtur, ex doctrina quorumdam veterum perperam intellecta; sed communior et tenenda sententia dicit, hanc obligationem ex voto oriri. Et sane nisi eam ex voto repetat, probabile foret non esse reum sacrilegii in peccatis internis contra castitatem, quod est contra omnium sententiam. »

De quo Ballerini notat:

« Aptius et clarius controversia proponitur quærendi, num hæc obligatio castitatis oriatur ex mero ecclesiæ præcepto, an vero etiam ex voto sacris ordinibus adnexo. Cui quæstioni prona se offert responsio, Ecclesiam velle tum ut clerici servent castitatem, tum ut castitatem ex voto profiteantur. Quocirca lex ecclesiastica clericis et castitatem, et simul modum castitatem profitendi, scilicet ex voto præcipit. »

(Gury *de Stat.* parti. n. 41 et not. *a.*)

« An obligatio cœlibatus, Pergit Gury, sit universalis in Ecclesia? — *Resp.* Datur aliqua exceptio et tolerantia Ecclesiæ apud Orientales. In orientali enim Ecclesia sacerdotes quidem numquam matrimonium inire possunt post ordinationem sacerdotalem, vel etiam post diaconatum; sed conjugati ante diaconatum possunt ad ordines ulteriores provehi, et nihilominus cum uxoribus conversari. Excipiuntur episcopi, qui omnes perfectam castitatem constanter servare debent. Apud græcos autem subdiaconatus inter sacros ordines non adnumeratur. Hinc clericis non conjugatis in ordinatione diaconatus præceptum castitatis imponitur. » (Ib. n. 42.)

Quoad denique nonnulla quæ specialiter clericis vetantur, sic habet Scavini:

« (*a*) *Quoad cohabitationem cum mulieribus.* Tridentinum statuit eos omnes clericos qui a superioribus moniti, concubinas aut alias mulieres de quibus suspicio haberi possit, in domo vel extra detinent aut cum illis habent consuetudinem, priventur tertia parte fructuum beneficii aut officii. Si in eodem delicto cum eadem vel alia perseverent, licet secundo moniti, suspendantur ab ipsa beneficiorum seu officiorum administratione. Si moniti adhuc pergant inemendati, debent privari beneficiis, et inhabiles declarandi ad alia possidenda donec manifeste emendentur. Tandem statuit ut qui iterum ad vomitum redit, gladio excommunicationis plectatur; et Clerici beneficia non habentes puniantur ab episcopo juxta delicti ac contumaciæ qualitatem. (*Sess.* 25, *cap.* 14.) « Præstat etiam, ut singulis annis famulæ salarium usque ad assem persolvatur, ne ipsa in superbiam efferatur, aut ne (mortuo Clerico) ab hæredibus, ut evenit nonnunquam, mercede sua injuste fraudetur (V. *Metodo per la direzione delle anime*, p. 290. Milano, 1846). Ad rem item Synodus Novariensis. p. 167: *Sacerdotes et Clerici nostri districte vetantur fœminas per vias deducere, aut quod indignius esset, porrecto brachio incedentes regere, aut sese comites illis et assectas in deambulationibus et itineribus adjungere, nisi vere rationabilis hujus comitatus ratio aliquando appareret*, etc.

« (*b*) *Quoad spectacula* hæc Synodus Novariensis: *Nec ea spectare audeant, aut in Ecclesiasticis ædibus fieri permittunt, quamvis propinquorum laicorum nomine agerentur, sub pœna suspensionis.* Attamen quædam sunt publica spectacula, quæ ita Clericos dedecere non videntur, ut cursus equorum, ferarum septa, gesticulatorum prestigia, extraordinarii conventus musici, etc. Hic res tota est dijudicanda ex motivo determinante, ex usu regionis, ex loco, periculo, scandalo, ex frequentia ac qualitate personæ et similibus. Hic satis sit hæc Synodi Novariensis verba proferre: *Absit, ut in plateis immorentur, mimos, mimasve, eorumque lascivos cantus audiendi, aut indecoros gestus spectandi causa, aut noctu fidibus canendo canentesve comitando vagentur* (pag. 168). Item si proprii officii ratio aliter non expostulat, congruentius est ut Ecclesiasticus, quoad potest, ab omnibus sæcularibus conventibus abstineat, ne illud

sibi contingat? *Quorum inter homines fui, minor homo redii* (Imitat. l. I, c. II). Quod vero speciatim pertinet ad sæcularia convivia, scribit Hieronymus ad Nepotianum : *Nunquam petentes, raro accipiamus rogati : facile contemnitur Clericus qui sæpe vocatus ad prandium, non recusat.* — V. *Conc. Agat. in Can.* 19, dist. 34. *Conc. Laodic.* can. 35, can. *Non licet* 42, dist. 44.

« c) *Quoad ludos* observamus : dedecet ut clerici pila publice ludant, veste exuti, sæculari libertate procaces, bibentes, perstrepentes, etc. Nostrum levamen modum, locum et tempus habere debet; atque ita semper ut neminem offendat.

« Ludus alearum proprie dictus, uti docent latinæ linguæ magistri, totus est in pura sorte. Unde illius exitus pendet a simplici casu, quin ullam in eo partem habeat ars et industria ludentis. Talis est ludus taxillorum, vulgo *dés*, etc. Juxta S. Isidorum *alea inventa est a Græcis in otio Trojani belli a quodam milite nomine Alea, a quo et ars nomen accepit* (V Rosignoli, *Il giuoco di fortuna*).

« Etsi præstet ut Ecclesiastici generatim valedicant omnibus negotiis sæcularibus, id tamen per se non impedit, ut justa interveniente causa, etiam aliquod publicum munus ac politicum officium aliquando obire possint. Hinc Tridentinum, sess. 23, c. I, de R. dum vult residere Prælatos, excipit inter cetera, *nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus et Reipublicæ officium.* Sane ex historia plane constat, rem civilem sæpius prudentia Ecclesiasticorum, qui erant a publicis consiliis, stetisse. Adde id non parum conferre ad Religionis tutelam, cum videlicet et consilio et voto injusta decernentibus efficaciter obstare valeant; melius autem profecto est prohibere ab initio, ne iniquæ condantur leges, quam jam conditis mederi. *Dernier discours de Talleyrand à l'Académie des sciences morales et politiques, dans lequel est démontrée à merveille la supériorité des théologiens dans la diplomatie et dans la politique.* — Peraldi, *Del civile principato della Chiesa romana*, p. III, c. LXXII, l'aperta inabilità dei preti a reggere lo Stato è un'assurdità. — Margotti, *Le vittorie della Chiesa nel primo decennio del Pontificato di Pio IX.*

« Verum pro praxi, quia id non de facili evenire potest sine proprii officii vel ministerii læsione, ne Clerici publicum ac civile munus sumant proprio marte, sed audiant Provinciæ Vercellensis Episcopos, qui Litt. 18 nov. 1849 : *Monendum Clerum censuerunt, non posse quemquam absque Episcopi venia civilia officia acceptare : quam veniam Ordinarii libenter indulgebunt, ubi peculiaria rerum adjuncta suadeant; notissima sane sunt Apostoli verba :* Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus (II Tim. 2). *Concinunt sacri canones, quos inter cap.* 3, *dist.* 88 : Episcopus aut presbyter aut diaconus nequaquam sæculares curas assumat. *Hanc veniam similiter impetrabant qui ad præceptoris ac magistri munus assumuntur.* Sane superioris esse debet videre, an Clerico nocumenti esse possit munus quod exorbitat ab ejus vocatione; nemo enim facile judex in causa propria. » (T. I. n. 602 ad 605.)

DUBIUM I.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

ARTICULUS I.

Quid et quotuplex beneficium ecclesiasticum?

83 Quid est beneficium ?
84 Quotuplex est ?

83. — « Resp. 1. Beneficium ecclesias-
» ticum est jus perpetuum percipiendi
» fructus ex bonis Ecclesiæ, propter offi-
» cium aliquod spirituale, auctoritate
» Ecclesiæ constitutum. Ita *Laymann l.*
» *4. t. 2. c. 1. Less. l. 2. c. 34.* d, 1.

Dicitur 1. *jus perpetuum*: ad excludendam vicariam et commendam temporalem: quæ non sunt beneficia, de quibus canones loquuntur.

« Dicitur 2. *jus perpetuum*: quia in
» beneficio duo jura a se mutuo separa-
» bilia distinguuntur: 1. Est jus seu po-
» testas exercendi muneris spiritualis,
» estque simpliciter spirituale. Alterum
» est jus percipiendi reditus ecclesias-
» ticos: quod etsi secundum se sit tem-
» porale, quatenus tamen fundatur in
» officio spirituali, eique annexum est,
» spiritualitatem aliquam participat.

« Dicitur 3. *auctoritate Ecclesiæ etc.*,
» quia solius prælati est officia in Ec-
« clesia instituere, eisque proventus ec-
» clesiasticos annectere: ipsiusque est
» respicere, quot, et qualibus ministris
» Ecclesia egeat.

84. — « Resp. 2. Beneficium dividitur
» 1. in sæculare, quod pro sæcularibus
» et regulare, quod pro regnlaribus est
» institutum. Unde sine dispensatione
» nec sæculare, regulari nec contra
» conferri potest. Porro omne bene-
» ficium præsumitur esse sæculare,
» nisi probetur esse regulare, vel ex
» prima sui institutione, vel per pos-
» sessionem pacificam 40 annorum,
» per eam enim ex sæcularifit regulare,
» et contra.

» 2. Beneficium aliud est duplex, aliud
» simplex. Duplex dicitur, quod est cum
» administratione, ut Papatus, Episcopa-
» tus, et omnia quæ dicuntur dignitatis,

» hoc est, quæ habent præeminentiam,
» cum jurisdictione in foro externo, ut
» præpositura, decanatus, archidiacona-
» tus, abbatia sive sæcularis sive regularis
» prioratus claustralis. Item personatus,
» qui est eminentia in Ecclesia sine
» jurisdictione, v. gr. locus honorificus
» in choro, in processionibus, suffragiis
» ferendis, ut cantoria et similes. Item
» beneficia, quæ dicuntur officia, ha-
» bentque administrationem rerum ec-
» clesiasticarum sine jurisdictione, ut cu-
» stos, thesaurarius, primicerius, archi-
» presbyter. Denique duplicia dicuntur
» beneficia curata; hæc enim omnia
» duplici onere, et cura constricta cen-
» sentur, cum præter recitationem pre-
» cum omnibus communem, habeant
» aliquam administrationem, et emi-
» nentiam. Simplicia dicuntur, quæ
» tantum sunt instituta ad officia divina
» obeunda, neque administrationem,
» vel eminentiam singularem habent ;
» ut canonicatus sive sæculares, sive
» regulares, capellaniæ. *Vide Laym. c.*
» *4. n. 4. et Less. l. 2. c.* 33. *d.*

ARTICULUS II.

Quomodo acquirantur, et conferantur beneficia?

85 Quibus modis acquirantur beneficia?
86 Quinam sint proprii collatores beneficiorum?
87 Quid, et quotuplex sit jus patronatus?
88 Quando patronus teneatur præsentare?
89 An pendente lite currat tempus præsentationis?
90 Quid faciendum, si multi præsententur?
91 An peccent graviter non præsentantes digniores ad beneficia? Certum est de promoventibus ad cardinalatus, et episcopatus.
92 Id certum est etiam de Episcopis non eligentibus digniores ad parochias.
93 Quid, si electio fit ad beneficia simplicia? *usque ad* 96.
97 An patroni non præsentantes digniores peccent graviter?
98 An ad idem teneantur resignantes?
99 Verior sententia.
100 An eligendi digniores ad prælaturas regulares?
101 Vera sententia.
102 An electio digni, omisso digniori, sit valida?
103 Probabilior sententia.
104 An Episcopi digniores sint transferendi ad majores Ecclesias? Et quæritur hic, an translatio Episcoporum vetetur jure divino?
105 Quid, si adsit justa causa?
106 An eligentes minus dignum teneantur ad restitutionem? Et cur?
106 An sententia negativa sit probablis?
108 An teneantur ad restitutionem id suadentes?
109 Quid, si beneficium conferatur per concursum?
110 An eo casu minus dignus electus teneatur resarcire damnum Ecclesiæ, vel digniori?
111 An examinatores teneantur denuntiare digniores?

85. — « Resp. 1. Beneficia ecclesias-
» tica uno ex tribus modis communiter
» acquiruntur ; 1. Per *Electionem*, v. gr.
» canonicorum ; vel etiam postulatio-
» nem (quæ est electio ejus, qui non
» erat de capitulo, vel de jure non erat
» capax), et confirmationem superioris,
» si electum, vel postulatum idoneum esse
» intelligat. 2. Per *præsentationem* pa-
» troni præviam, et institutionem sub-
» secutam a prælato Ecclesiæ factam, si
» præsentatus sit idoneus. Etsi vero pa-
» tronus præsentato jus ad rem conferat,
» ita ut beneficium alteri conferri ne-
» queat, jus tamen in re, et collatio be-
» neficii per institutionem datur 3. Per
» *collationem liberam*, quando beneficium
» solo jure prælati datur, nec patrona-
» tus juri subest. Unde etiam beneficia
» ex modo conferendi dividuntur in elec-
» tiva, patronata, et libera.

86. — «*Resp.* 2. In qualibet diœcesi
» Episcopus est proprius collator be-
» neficiorum, nisi ex legitima præs-
» criptione hoc jus alteri competat:
» supremus autem, et universalis colla-
» tor omnium beneficiorum, non patro-
» natorum est Papa. *Less. l.* 2. *c.* 34. *d.*
» 10. Ratio prioris est, quia Episcopus
» in sua diœcesi est moderator sacrorum:
» ergo ipsius est officia sacra conferre.
» Ratio posterioris est, quia Papa est
» supremus dispensator bonorum eccle-
» siasticorum, et Ordinarius Ordinario-
» rum. Potest autem Papa tribus modis
» beneficia conferre : 1. Jure præventio-
» nis. 2. Jure consursus. 3. Jure devolutio-
» nis *De quibus vide Less. l. c.* ubi notat,
» jure præventionis, et concursus ad
» vitandas lites rarius Papam uti, imo
» per concordata Germaniæ inter Sedem
» apostolicam, et *Fredericum* Imperato-
» rem, per constitutionem *Nicolai V*. quæ
» incipit, *Ad sacra, etc.*, alterni tantum
» menses Papæ collationi reservantur,
» scilicet Januarius, Martius, etc. ; re-
» liqui vero Ordinariis collatoribus relin-
» quuntur. Imo, si per tres menses, a
» die notæ vacationis, in loco beneficii
» nulla dispositio, vel gratia Papæ ap-
» pareat, Ordinarius conferre potest. Si-
» militer, mortuo Papa, quamdiu Sedes
» vacat. *Less. l. c. Laym. c.* 10. Quod
» si autem Pontifex, et Ordinarius eodem
» die idem beneficium diversis contu-
» lerint, et neutrius collationis prioritas
» appareat, præferendus est, qui inve-
» nitur in possessione, quia pro eo jus
» præsumit. Si neuter est in posses-
» sione, præfertur provisus a Pontifice,
» ob dignitatem provisoris. *Barb. et Bard.*

» *d.* 6. *c.* 6. § 10. *ex c. Si a Sede.* Denique, si ultima nocte mensis episcopalis beneficium cœperit vacare, in dubio, utrum ante, an post mediam noctem, qua incipit mensis papalis, si nemo sit in possessione, nec ulla provisio, præsumptio juris est pro Ordinario. *Gonzal. Barbos. Bard. d.* 6. § 11.

87. —« Quæres 1. Quid, et quotuplex » sit jus patronatus ?

« *Resp.* 1. Esse potestatem præsentandi ad beneficium ecclesiasticum vacans. Resp. 2. Esse duplex, scilicet jus patronatus ecclesiastici, quod alicui competit, quia ex bonis ecclesiasticis ; et jus patronatus laici quod alicui competit quia ex bonis patrimonialibus Ecclesiam fundavit, vel dotavit, vel erexit. *Laym. l.* 4. *tr.* 2. *c.* 13. *n. et* 4.

88. — « Quæres 2. Quando patronus teneatur præsentare, beneficio vacante ? Respond. Si patronatus sit laicus, teneri intra 4 menses : » (*Exc. Quoniam de jure patron.*) » Si ecclesiasticus, intra » 6. » (*Ex c. unico.* § *Verum, de jure patron. in* 6. *Si mixtus, etiam intra* 6. *ut Salm. tr.* 28. *de benef. eccl. c. unic. punct.* 8. § 5. *num.* 275.) « in tra quos nisi fiat præsentatio, beneficium fit liberum, ejusque dispositio pro ea vice devolvitur ad eum, cujus est instituere » præsentatum.

89. — Quæritur hic, an currat tempus præsentationis, quando vertitur lis super jure patronatus ? Negat, si lis sit inter Episcopum, et patronum, vel inter ipsos præsentatos. Secus, si lis sit inter patronos, verbi gratia si non conveniunt in præsentando ; vel si contenditur, cui competat jus præsentandi. *Salm. ibid. n.* 277. *cum Azor, Zer. etc. ex c. Quoniam, de jure patron.* Notant tamen *Salm. ib. cum Barb.* Episcopum tempus designatum posse per alios 6 menses prorogare, sed non amplius, ex *c.* 2. *de Conces. præb.*

90. — « Quæres 3. Quid faciendum, » si multi præsententur ?

« *Resp.* 1. Si patronus, qui antea præsentavit Petrum, præsentet postea Paulum, velitque hunc præferri, poterit prælatus instituere utrum maluerit, si patronatus sit laicus : quia tunc præsentatio secunda non facit irritam primam, nec contra. Si tamen patronatus sit ecclesiasticus, prior tempore erit potior jure, ex *cap. Cum autem, de jure patronatus.* Resp. 2. Si ex duobus patronis, alter Petrum, alter Joannem præsentet, potest collator conferre utri maluerit. » (*Sed præferre debet digniorem, etsi a minore parte patronorum præsentatum, ex cap. Quoniam, de jure patr. Vide alia infra ex n. seq.*) « Imo juxta *Sylv.* Episcopus tunc tertio conferre potest, eo quod patroni non conveniant. Resp. 3. Si multi patroni inter se sint discordes, is instituendus, in quem plures conveniunt, » *Vide Less. l. c. d.* 8. *Laym. l. c.* »

91. — Hic oportet plures quæstiones discutere scitu maxime necessarias circa collationem beneficiorum.

Quær. 1. An sit obligatio eligendi digniores ad beneficia ? Certum est 1. nullo modo excusari a peccato mortali eos, qui promovent minus dignos ad episcopatus, et cardinalatus. Habetur hoc ex *Trid. sess.* 24. *c.* 1. *de Ref.* ubi declaratur : *Omnes vero et singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcunque jus, quacumque ratione a Sede apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant..... in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, et populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores, et Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant ; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, et Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed, eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.* Ex quo patet peccare quidem graviter Pontifices, et reges, qui ad præfatas dignitates non digniores promovent. Ratio, quia cum beneficia, seu dignitates prædictæ, sint instituta ad commune bonum Ecclesiæ, multum ipsi detrahunt, qui prætermittunt eligere magis idoneos ad Ecclesiarum regimen. Confirmatur ex proposit. 47. damn. ab *Innocent. XI.* quæ dicebat : *Cum dicit concilium Tridentinum alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, et Ecclesiæ magis utiles judicaverint, ad Ecclesias promovent, concilium vel primo videtur per hoc* digniores, *non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo : vel secundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos : vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.*

92. — Certum est 2. quod Episcopi ad beneficia curata pariter tenentur digniores eligere. Ratio est eadem quæ supra declarata est, cum ad parochos etiam pertineat salus animarum. Et hoc pari-

ter constat ex *c.* 18. *Trident. ejusdem sess.* 24. ubi dicitur : *Ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit.* Ex verbis autem Tridentini primo loco relatis *quos Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint*, recte inferunt cum *S. Thom.* 2. 2. *p.* 63. *art.* 2. *Salm. tr.* 28. *de benefic. eccl. c. unic. punct.* 8. § 5. *n.* 307. *in med. cum Soto, Cajet. etc.* quod major dignitas eligendorum non accipienda est absolute, sed respective ad utilitatem Ecclesiæ, et fidelium. Cæteris autem paribus, dicunt *Salm. l. c. cum. Barb. Hurt. etc.* censendum esse digniorem 1. Qui est senior. 2. Qui de suis bonis fundavit Ecclesiam. 3. Sacerdos in concursu non sacerdotis. 4. Originarius respectu extranei. 5. Graduatus in aliqua scientia. 6. Qui præditus est majori sanctitate, aut prudentia, præferendus est ei qui sola scientia præeminet. 7. Potens et nobilis, quia hæc solent non parum conducere ad Ecclesiæ bonum. 8. Pauper præferendus est diviti. Ultimo notant *Pass. Leur. et Sigism. apud Croix l.* 4. *n,* 594. quod si quis sit probabiliter dignior, sed dubie minus dignus altero qui est certe dignus, potest hic certe dignus præferri.

93. — Dubitatur 1. an peccent mortaliter Episcopi eligentes minus dignos ad beneficia simplicia omissis dignioribus ? Adest duplex sententia.

Prima sententia probabilis negat, quia, cum beneficia non sint instituta (saltem primario) in bonum singulorum, sed in utilitatem communitatis, modicum ei damnum infertur, si illa conferantur dignis, prætermissis dignioribus. Ita tenent *Nav. l.* 2. *de rest. c.* 2. *nu.* 172. *Sa, verb. Beneficium, n.* 42. *Sotus l.* 3. *de just. q.* 6. *ar.* 2. *Elbel t.* 2. *p.* 507. *a.* 2. *Sanch. Cons. l.* 2. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 20. *cum Salon. Gabr. Ales. et Abul.* item *Dic. Hurt. Vega, et Diana apud Salm. loc. cit. n.* 312. et probabilem putant *Salm. ibid. n.* 324. *in med. et Card. in dict. prop.* 47. *damn. ab Innoc. XI. n.* 9. Ad textum autem, qui adducitur ab adversariis in *c. un. Ut eccles. ben. sine dim.* Ubi dicitur : *Debuisti beneficium in persona magis idonea dispensare*, respondent cum *Lugo de just. d.* 35. *n.* 11 ibi reprehendi à Pontifice Episcopum, non quia non dispensavit digniori, sed quia dispensavit non idoneo, ut colligitur, jedicio *Lugonis* ex ejusdem canonis initio. Ad alios textus vero, qui opponuntur, respondent in illis non haberi præceptum, sed tantum instructionem. Non desunt qui asserunt nullum esse peccatum eligere ad beneficia simplicia etiam minus dignos, ut *P. Nav. Led. Gutt. Garc. Nav. et Diana. apud Carden. d. n.* 9. qui adhuc probabile putat; sed puto in hoc non recedendum a communi sententia, quæ saltem a veniali id non excusat : quinimo recte *Sanch. n.* 21. *et Cont. Tourn. de Beneficiis cap.* 2. *art.* 1. *sect.* 2. *cum communi*, damnat de mortali eligere minus dignum ad canonicatus, quibus annexum est munus pœnitentiariæ, vel concionandi, aut docendi.

Secunda sententia tamen communior et probabilior docet sub gravi obligatione etiam ad beneficia simplicia eligendos esse digniores. Ratio I. quia, ut ait *S. Th.* 2. 2. *qu.* 63. *a.* 2. *ad.* 1. *Prælatus ecclesiasticus non est dominus* (beneficiorum), *ut ea possit dare pro libito, sed dispensator, etc.* Unde peccat, qui aliis beneficia distribuit, quam dignioribus, qui ad illa jus fortius habent; si enim verum est (ut DD. communiter fatentur), quod beneficia non solum sint instituta in bonum commune, sed etiam) licet minus principaliter) in præmia meritorum, patet inde ad illa majus habere jus, qui commune bonum magis promovent; saltem beneficia sunt bona communia, et ut talia etiam debentur iis, qui meritis præstant. Ratio 2. potior mihi, et *Lugoni* (qui prædictæ primæ rationi minime acquiescit) ea est, quia ipsa utilitas Ecclesiæ, ob quam sunt beneficia instituta, postulat de se, ut digniores promoveantur; alioquin clerici parum incumberent ad digniores se reddendos, et sic valde deficeret Ecclesiæ utilitas; hoc autem damnum non leve, sed satis notabile videtur. Ita *Less, l.* 2. *c.* 33. *dub.* 14. *Lugo de justit. d.* 35. *n.* 10. *Pal. tr.* 13. *disp* 2. *p.* 11. *n.* 8. *Holzm. t.* 1. *p.* 432. *n.* 419. *Croix l.* 4. *n.* 588. *Viva in prop.* 47 *Innoc. XI. n.* 6. *et* 9. *Ronc. de beneficiis c.* 5. *qu.* 8. qui, spectata ratione, putat contrariam carere probabilitate, item *Salm. de benefic. eccl. c. unic. punct.* 8. § 5. *n.* 314. *et sepp. cum S. Anton. Caj. Az. Fill. Garcia, et aliis plurimis.*

94. — Limitant tamen DD. et dicunt non esse peccatum mortale, I. Si prætermittatur dignior non passim, sed semel, vel bis, ut *Lugo l. c. n.* 21. *Nav. Azor, et Fill. apud Croix d. n.* 588. item *Less. l. c. n.* 66. *cum Ales. Soto, Sa, Gabr. Angel. P. Nav. et Arag.* loquendo de beneficiis mere simplicibus, ut capellaniis, et etiam canonicatibus, non autem de iis quibus

annexa est jurisdictio vel functio magni momenti, ut supra; ratio, quia tunc parum damni infertur Ecclesiæ. Hoc tamen nullo modo admittendum in beneficiis curatis, pro quibus damnum Ecclesiæ, communiter loquendo, esset notabile. Imo *Vasq. Cov. et Caj.* tenent hoc esse mortale etiam in omnibus beneficiis simplicibus, quia etiam violaretur in re gravi justitia distributiva. E converso, ait *Less. cum aliis n.* 65. quod dignior in his beneficiis non habet tale jus strictum ut illud violare sit mortale, cum violatio justitiæ distributivæ, ut asserit cum *Soto*, non sit semper mortale, nisi redundet etiam in violationem justitiæ commutativæ.

95. — Limitant II. Si excessus dignitatis sit parvus, quia tunc damnum leve censetur. Ita *Less. n.* 64. *Lugo n.* 21. qui vocat commune *Nav. Sot. Gers. P. Nav. et Sylvest. Sanch. d. dub.* 2. *num.* 326. *cum Arag. Pal. Prado, etc.* et in hoc casu dicunt electionem non excedere culpam venialem, etiamsi electores præstiterint juramentum eligendi digniores, ut *Salm. cum Soto, Sanch. Pal. et Lugo, n.* 23. qui hoc admittit in his duabus, et sequenti limitatione. Hæc tamen limitatio nequaquam admittenda est quoad beneficia curata.

96. — Limitant III. Si beneficia sint parvi momenti, ut *Lugo ex num.* 21. *communiter cum Nav. Sylv. Gers. Arag. Salon. Viva l. c. n.* 6. item *Less. Reg. Reb. Mald. apud Croix n.* 588. Item *Sotus, Valent. Bann. Rodr. ap. Dian. p.* 5. *tr.* 5. *r.* 13. Limitant IV. Si ex lege fundationis debeat eligi aliquis de aliqua familia, collegio, vel oppido, ut *Cont. Tourn. loc. cit. cum Sylvio.* Limitant V. Si prævidetur dignior brevi dimissurus beneficium, ut *Holzm. p.* 432. *n.* 421. *cum Pichler.*

97. — Dub. 2. an patroni teneantur sub mortali præsentare digniores ad beneficia? Distinguendum inter beneficia curata, et simplicia. Si sint curata, certum est, 1. quod patroni Episcopatuum, ut sunt reges, ad id tenentur ex relato c. 1. *Trident. sess.* 24. *de Ref.* ut supra ubi hoc declaravit concilium de omnibus promoventibus, ut vidimus *n.* 91 Certum est 2. quod si patroni sunt ecclesiastici, tenentur etiam digniores præsentare, ut sancivit concilium c. 18. *dict. sess.* 24. Sed dubium est, si patroni sint laici?

Prima sententia quam tenent *Pal. tr.* 13. *disp.* 2. *p.* 7 *n.* 6. *ac Garcias, P. Nav. et alii apud Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. § 2. *n.* 281. negat teneri ad præsentandos digniores, sive beneficium sit simplex, sive curatum. Probant ex *Trid. d. c.* 18. ubi dicitur: *Quod si juris patronatus laicorum fuerit; debeat, qui a patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis examinari, et non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti.* Ergo concilium, ait *Palaus*, non aliud onus imponit laico, quam idoneum præsentare. Confirmat ex *can. Monasterium* 33. *caus.* 16. *quæst.*7. ubi dicitur: *Liceat illi presbytero cui voluerit pro sacro officio illius diœcesis cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare.* In quibus verbis *ne malus*, commentat Glossa: *Sufficit aliquem non malum esse*; ut notat etiam Glossa *in cap. Licet, cas.* 8. *q.* 1.

Sed omnino tenendum cum *secunda sententia*, quod in beneficiis curatis teneatur sub gravi patronus adhuc laicus præsentare digniorem. Hoc mihi certum videtur, quia in his beneficiis eadem utique ratio currit, quæ in Episcopatibus, pro quibus jam declaravit Tridentinum, ut supra vidimus, a quibuscumque patronis promovendos esse digniores. Idque videtur clare confirmari ex *prop, dam.* 47. ut supra (ut bene advertit *Croix n* 583.), quæ intelligenda est ex verbis, *quando fit concursus*, non solum de Episcopatibus, in quibus non fit concursus, sed etiam de beneficiis curatis, quæ per concursum conferantur. Si vero beneficia sint simplicia, prout probabile est, Episcopos non teneri sub gravi ea dignioribus conferre, ita probabile etiam est ad hoc non teneri patronos; sed quia probabilius est, ut diximus, illa dignioribus conferenda esse; ita etiam probabilius censemus patronos teneri sub gravi digniores præsentare, Ratio potissima, ut bene ait *Sanch. d. lib.* 2. *c.* 1. *dub.* 5. *n.* 3. quia alias evenirent eadem inconvenientia, quæ sequuntur ex hoc quod electores non eligant digniorem, prout supra animadvertimus, cum Episcopus non possit alioquin repellere præsentatum, si sit idoneus, etiamsi dignior omittatur, Nostram sententiam tenent *Sanch. l. c. Croix n.* 584. *Viva. l. c. q.* 4. *et Salm. cum. Mol. Ban. Vasq. Azor, Less.* et eamdem tenet *Lugo dict. dub.* 35. *n.* 39. quamvis excipiat capellanias, quas quis pro libito in aliqua capella suæ familiæ instituit, contra *Molin. Azor et Vasq. apud. Viva Opusc. de benefic. q.* 4. *a.* 2. *num.* 5. quia hoc concedunt tantum

fundatoribus, non autem successoribus.

98. — Dub. 3. an resignantes beneficia etiam debeant digniorem quærere? In hoc plures diversæ adsunt sententiæ.

Prima negat cum *Sanch. Consil. l.* 2. *c.* 1. *dub*, 7. *n.* 4. *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 61. *cum. Caj. Pal. tract.* 13. *disp.* 2. *p.* 11. § 2. *num.* 11. item *Azor Hurtad. Mercad. Salon. apud Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. §. 6. *n.* 330. *et Lugo dict. d.* 35. *n.* 49. vocat communem *cum Malder. Sa, et Diana*, et ipse *Lugo cum Vasq.* probabilem vocat. Ratio, quia resignans sive commutans beneficium non est dispensator boni communis, sed boni sui; undeBon peccat contra justitiam distributivam: nec peccat Episcopus tunc conferens beneficium resignatario idoneo, quia tunc non tenetur digniorem quærere, decreta enim de eligendo digniore loquuntur de collatione per vacationem, non autem per resignationem. Sentit tamen *Less. l. c.* quod si offeratur resignanti persona multo dignior, tenebitur ex charitate erga commune bonum illum præferre.

Secunda sententia omnino opposita absolute affirmat teneri resignantem quærere digniorem. Hanc tenent *Sotus de just. l.* 3. *qu.* 6. *art.* 2. *Viva l. c. n.* 13. *Cont. Tourn. ibid.* item *Vasq. et Palac. apud Salm. loc. cit. n.* 329. Ratio, quia resignans, licet non peccaret tanquam collator beneficii, peccaret tamen, quia esset causa illicitæ collationis: cum alioquin collator, qui certe non tenetur acceptare hujusmodi resignationem, non excusaretur a peccato, si eam acceptaret in aliquem qui vix est dignus, dum aliunde de facili inveniri posset magis idoneus, cui beneficium conferatur; unde peccat etiam resignans, cooperando peccato collatoris.

Tertia sententia, quam tenent *Nav. l.* 2. *de rest. c.* 2. *n.* 173, *et Salm. ibid. n.* 331. *cum Vasq.* tum tantum admittit posse resignationem fieri non digniori, cum resignatarius sit æque dignus ac resignans, quia tunc nullum Ecclesiæ damnum irrogatur.

99. — Sed de his omnibus sententiis æquior mihi videtur sententia doctissimi *Lugonis*, nempe quod tota ratio culpæ in hoc puncto sumenda est a ratione damni, quod Ecclesiæ obveniret. Ratio, quia, cum finis intrinsecus principalis institutionis beneficiorum sit bonum commune, compertum est apud omnes (juxta dicta *n.* 93. *et l.* 3 (IV). *n.* 492.), Ecclesa illai conferendo, sub hoc onere confert, ut casu quo beneficiarii velint ea a se abdicare, nonnisi in bonum commune resignent; finis autem hic intrinsecus non potest negligi sine culpa. Hinc recte infert hujusmodi resignationes præsertim in beneficiis curatis, et præcipue in Episcopatibus, raro esse licitas; tum quia raro fiunt sine gravi boni communis detrimento; tum quia istæ electiones non fiunt cum ea diligenti inquisitione meritorum, qua conferuntur beneficia præfata per vacationem; item quia ut plurimum fiunt cum retentione pensionis, quæ in damnum pauperum vergit; tandem quia sæpe fiunt a senibus in adolescentes, ex quo deinde provenit, quod ubi digniores in beneficiis post resignantium mortem electi fuissent, sint tantum electi minus digni : omnia autem hæc utique vergunt in grave damnum commune. Si autem ex circumstantiis censeri posset in aliquo casu nullum, aut modicum detrimentum Ecclesiæ inferri ob resignationem factam in aliquem minus dignum alio, qui inveniri posset; tunc bene ait *Lugo* excusari posse resignantem, et collatorem a culpa, saltem gravi. Et huic sententiæ adhæret etiam *Croix l.* 4. *n.* 586.

100. — Quær. II. An ad prælaturas regulares eligendi sint etiam digniores?

Prima sententia negat cum *Hurt. Rodr. et Valer apud. Salm. de benec. eccl. c. unic. p.* 8. § 9. *n.* 332. nisi agatur de generalatu, aut prælatura perpetua; quod tamen prælaturas amovibiles, dicunt non esse obligationem eligendi digniores; tum quia in religione jam adsunt regulæ, quapropter sufficit, ut juxta eas subditi regantur, quod bene potest præstare prælatus dignus quin dignior existat; tum quia, si hic damnum aliquod afferret, facile amoveri potest. Huicque sententiæ adhæret *Lugo d.* 35. *n.* 56. casu quo subditi essent adeo observantes, ut prælatus non dignior, sed dignus, possit sine ullo periculos eis præfici.

101. — Sed omnino affirmandum cum *sententia communi*, ut asserit idem *Lugo* et hanc tenent *Sotus l.* 3. *qu.* 6. *art.* 2. *concl.* 9 *Nav. l.* 2. *c.* 2. *n.* 159. *Card. l. cit. n*, 5. ubi id prænotat ut certum, *Viva in dict. prop.* 47. *n.* 10. *Ronc. c.* 5. *q.* 7. *Sanch. dub.* 2. *n.* 27. et etiam habent tanquam certum *Croix. l.* 4. *n.* 582. *et* 589. *Salm. ibid. n.* 333. *cum Vasq. Peyrin. Pillal. Fernand. et aliis.* Ratio, quia eadem valet ratio in prælatis regularibus, quam in Episcopis, incumbendi bono

communitatis, et subditorum, erga quos prælati sunt quasi Episcopi. Nec penitus valet dicere, quod, cum adsint regulæ, sufficiet quod prælatus attendat dumtaxat ad ipsarum observantiam retinendam; nam hæc observantia difficillime vigebit, si minus digni eligantur; quia minus digni facile tepescunt, et indigni evadunt, aut saltem minus diligenter observantiæ incumbunt, et deinde ex imperfecta observantia facile ac cito regularum relaxatio succedet cum damno irreparabili; nam experientia constat, quod ubi in aliqua religione abusus aliquis vel semel intruditur, difficillime postmodum avertitur. Et hujus gravissimi damni profecto sunt causa prælati minus diligentes, et ii qui tales prælatos eligunt. Utinam hujusmodi detrimentum ex hoc capite derivatum in pluribus monasteriis sæpe non lugeretur! Ideo nunquam auderem absolvere religiosum, qui minus dignum prælatum eligere vellet. Atque recte *Salm. cum Anton. de Spirit. Sanct.* hanc doctrinam extendunt ad electionem diffinitorum, consiliariorum, procuratoris generalis, et similium.

102. — Quær. III. An electio digni in beneficiis, omisso digniori, sit valida? Si beneficium est simplex, certum est valere ex communi DD. *Vide Salm. de benef. eccl, c. unic. p.* 8. § 7. *n.* 342. Dubium est, si sit curatum. Negant probabiliter *Pal. l. c. p.* 11. § 3. *n.* 3. *Sanch. l.* 1. *c.* 1. *dub.* 6. *et Salm. ibid. n.* 345, *cum Gonzal. Arag. Hurt. etc.* Ratio, quia in *cap. cit.* 18. *Trid.* circa beneficia parochialia, postquam præcipitur eligere digniores, sic additur: *Provisiones, seu institutiones, præter supradictas formas factæ, subreptitiæ esse censeantur*: inter autem has formas (dicunt), quænam magis præcipua forma est, quam ut dignior eligatur, prout expresse concilium jubet? Confirmant ex bulla *S. Pii V* anno 1566, quæ incipit: *In conferendis*, ubi declarantur nullæ omnes collationes factæ præter formam Tridentini, præsertim in examine; et insuper conceditur appelatio digniori præterito.

103. — Affirmant vero probabilius collationem valere *Lugo dict.* 35. *n.* 71. *cum Garcia, Ugolin. Fill. Vasq. Mol. Gutt. Led.* et idem tenent *Holz. pag.* 432. *n.* 422. *cum Anacl. et Angel. Croix lib.* 4. *n.* 626. *cum Gonz. Leur, et Soto.* Ratio, quia *forma* revera non significat nisi modum, seu ritum externum in hujusmodi collationibus a concilio præscriptum, nempe edictum, concursum, examen, etc. Quod autem alter dignior judicetur ab Episcopo, non pertinet ad formam, sed ad internum Episcopi judicium, a quo non debet pendere validitas collationis; nam alias, si Episcopus elegerit eum quem minus dignum judicaverit, etiamsi ille revera sit dignior, electio erit nulla. Præterea *S. Pius* in sua bulla præscripsit appellationem interpositam non impedire, quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim executioni mandatur, et provisus, causa pendente, ab eadem Ecclesia *non amoveatur.* Ergo (bene arguit *Lugo*) electio facta erit valida donec judex appellationis eam revocet; alioquin etiam appellatione non facta, electio nulla dicenda esset. Omnes autem conveniunt in dicendo, quod difficillime poterit in eo casu judicari pro appellante, cum major dignitas electi non tantum pendeat a scientia, sed etiam ab aliis requisitis prudentiæ, integritatis, aptitudinis, etc. Et ideo præsumptio semper est pro electione Ordinarii, nisi evidenter injusta, et dolosa probetur, ut aiunt *Lugo l. c. et Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. § 7. *n.* 347.

104. — Quær. IV. An obligatio eligendi digniores ad beneficia curata, præsertim ad Episcopatus, ita urgeat, ut debeat Episcopus dignior ab una Ecclesia ad alteram majorem transferri. Hæc quæstio tota pendet ab alia, nimirum, an translatio Episcoporum sit prohibita jure divino, vel humano? Quapropter hanc discutere oportet.

Prima sententia tenet translationem Episcoporum esse tantum vetitam de jure ecclesiastico, ut disponunt *Leo I. Ep.* 82. *Gelasius Epist.* 9. *etc.* Ratio, quia alias, si esset vetita de jure divino, non sufficeret quælibet utilis, et honesta causa ad dispensandum; sed in *cap. Nisi, de renunt.* Pontifex loquens de renuntiatione Episcopatus, expresse dixit: *Ut si propter aliquam causam utilem et honestam in hujusmodi proposito perseveres, de licentia nostra cedas.* Ex quo infertur, Papam sine causa valide dispensare, et cum aliqua causa etiam licite. Ita mordicus tuetur *Suar. de relig. l.* 1. *c.* 16. *cum Hostiens. et Major.* ac sequuntur *Barbos. etc. apud Salm. ibid p.* 9. *n,* 379, *et* 380.

Secunda sententia vero communior, et mihi longe probabilior, docet Episcopos teneri jure divino permanere in suis Epicopatibus; ideo nec licite nec valide posse Papam cum eis dispensare sine valde gravi causa. Probatur ex *cap. Inter corporalia, de transl. Ep.* ubi expresse

declaravit *Innocentius III.* quod sicut Deus dissolutionem carnalis conjugii sibi reservavit, sic etiam conjugii spiritualis inter Episcopum et Ecclesiam, et addidit: *Non enim humana sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem... auctoritate Romani Pontificis* (*quem constat esse vicarium Jesu Christi*) *ab Ecclesia removetur.* Ratio autem hujus naturalis indissolutionis est, quia alias innumerabilia inconvenientia evenirent; præsertim quia Episcopi multum deficerent in dilectione suarum Ecclesiarum, et ipsæ Ecclesiæ parum bene regerentur, si sæpe mutarentur Episcopi. Ita *Vasq. in* 3. *p.* 3. *d.* 241. *Caj.* 2. 2. *q.* 184. *art.* 6. *Sanch. Consil. l.* 2. *c.* 1. *dub.* 3. *cum Salon. et Sot. item Ban. Arag. cum Salm.* qui *tr.* 28. *c. unic. p.* 8. § 9. *n.* 384. recte addunt cum *Carthusiano, Soto, Hurtado, etc.* Episcopis esse etiam vetitum suas deserere Ecclesias, propter votum quod ipsi emittunt, dum Ecclesiis præficiuntur, curam habendi ovium ipsarum; quod votum perpetuum est, et in eo solus Papa dispensare potest, ut docet *S. Thomas* 2. 2. *qu.* 185. *art.* 4. *in corp.* et clarius *qu.* 189. *art.* 7 ubi ait: *Presbyteri autem curati non obligantur voto perpetuo, et solemni ad curam animarum, sicut obligantur Episcopi. Unde Episcopi præsulatum non possunt deserere absque auctoritate Romani Pontificis.*

105. — Advertendum hic vero, quod, licet Episcopatus comparetur matrimonio carnali, non tamen id ita verum est, ut non possit dissolvi hoc conjugium spirituale per dispensationem Pontificis, justa et valde gravi causa interveniente, ut omnes fatentur; *vide Salm. ibid. n.* 382. Et ita respondetur ad textum oppositum a *P. Suarez.* Causæ autem justæ communiter a DD censentur esse, nimirum magna utilitas Ecclesiæ universalis, vel particularis, vel ab alio non supplebilis; vel necessitas Episcopi, propter infirmitatem, aut aeris malitiam: vel quia in sua diœcesi ob plebis iniquitatem, aut ob aliam causam non potest bene suum munus exercere. Ita *Salm. ibid. n.* 388. *Sanch. l. c. cum Soto, et Vasquez.* Hinc respondetur ad quæsitum, quod si translatio sit vetita tantum de jure ecclesiastico, juxta primam sententiam, minor sufficit causa ad translationem, et adest obligatio eligendi Episcopum digniorem, etiam ex iis qui aliis Ecclesiis præsunt. Si vero translatio sit vetita de jure divino, juxta nostram sententiam, nulla erit obligatio eligendi digniorem ex Episcopis qui actualem curam habent suarum Ecclesiarum; et si Episcopus nolit transferri, ad id nequit Papa eum cogere: nisi interveniat causa valde urgens, quo casu potest etiam cogi Episcopus, ut ad aliam Ecclesiam se transferat, ut dicit *Sanch. dict. dub.* 3. *n.* 2. *cum Arag.* Et idem censent *Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 8. § 8. *n.* 390. *cum Hurtado* de translatione parochi.

106. — Quæritur V. An qui eligunt ad beneficia dignum, omisso digniore, teneantur restituere damnum illatum ipsi, aut Ecclesiæ.

Prima sententia, quam tenent *Caj.* 2. 2. *qu.* 62. *art.* 4. *Sylv. v. Restit.* 5. *qu. ult. Vasq. de benefic. dub.* 17. *n.* 117. *et Salm. ibid n.* 359. *cum. Bann. Salon. Aragon. Tapia. et Lop.* ait teneri compensare damnum digniori omisso: quia, ut dicunt, sicut si aliqua bona essent a fundatoribus relicta, ut distribuerentur magis benemeritis, aut indigentibus, aut propinquis, isti jus strictum quidem haberent ad illa bona; ita jus habent digniores ad beneficia, quæ hac lege universali instituuntur, ut sint non solum stipendia laborum, sed etiam præmia meritorum. Alii vero, ut *Salmant. ibid. n.* 367. *cum. Bannez. et Salon.* Putant damnum resarciendum non solum digniori, sed etiam Ecclesiæ; quia hoc confertur Electori jus eligendi ab Ecclesia, ut eligat meliores; unde dicunt teneri electorem ex justitia commutativa ad compensationem damni, quod ipsi Ecclesiæ obveniat ob electionem minus digni.

107. — *Secunda sententia* vero non minus probabilis, quam tuentur *Nav. in Man, c.* 17. *n.* 69. *Less. l.* 2. *c.* 34. *dub.* 15. *Sanch. l.* 2. *c.* 1. *d.* 45. *n.* 15. *Pal.* tr. 13. *disp.* 2. *p.* 11. §. 4. *n.* 5. *Lugo d.* 35. *n.* 83. *Tol. l.* 5. *c.* 4. *n.* 4. *Croix. l.* 4. *n.* 591. *et Canus cum Adrian. Penna, Cov. etc. apud Salm. ibid. n.* 354. qui probabilem vocant, docet electorem neque Ecclesiæ, neque digniori teneri aliquid restituere; non digniori, quia tunc digniores haberent jus strictum ad beneficia, quando principaliter, ut supra diximus, fundatores habuissent rationem meritorum; non vero quando minus principaliter, ut est in casu nostro, cum beneficia primario, prout omnes concedunt, imo etiam unice, prout tenet *Lugo*, sunt instituta in bonum commune,

ut Ecclesiæ inserviatur a bonis ministris; et licet secundario essent etiam instituta in præmia meritorum, ex hac tamen justitia nullum jus rigorosum ad illa acquirunt nec digni, nec digniores. Neque sub alio pacto, seu lege intelligit Ecclesia electores obligare; neque ipsi intendunt se obligare sub onere restitutionis ad amplius quam ad ministros non indignos eligendos. Unde neque Ecclesiæ tenentur aliquid restituere, ut pro certo vel fere certo habent *Pal. Mol. et Sanch. n.* 10. *cum Soto. et Arag.* Secus vero, si eligatur indignus, quia tunc tam ab electo, quam ab electore, deberetur Ecclesiæ restitutio damni. Utraque sententia est valde probabilis; sed reddit mihi probabiliorem secundam sententiam id, quod diximus *l.* 1. *num.* 35. *et l.* 4. *num.* 927., nempe quod nullus legitimus possessor sui ad restitutionem tenetur, qui pro se probabilem habet opinionem.

108. — Sic etiam resolvitur illa alia quæstio, quam retulimus *l.* 4. *n.* 585. scil. an qui suadet Episcopo conferre beneficium simplex, aut curatum digno, prætermisso digniore, teneatur ad restitutionem damni? Affirmant *Salm. in hoc tract. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. § 8. *n.* 371., consequenter ad secundam sententiam, quam ipsi tenent, ut supra; sed nos consequenter ad secundam sententiam, cui mox supra adhæsimus, dicimus cum *Laym. Nav. Sa, Less. Val. Fill. et aliis apud Salm. in tract. de rest. c.* 1. *p. n.* 106. ubi ipsi *Salm.* hoc probabile censent, eum qui Episcopo sine vi aut fraude suadet beneficium conferre minus digno, ad nullam restitutionem teneri. Secus vero, si vi vel fraude impediret beneficium conferri digniori; tunc enim certe tenetur damnum ipsi illatum restituere, cum quisque jus habeat, ne vi vel fraude impediatur a consecutione justi boni, ut dictum est *l.* 3 (IV). *n.* 582. Secus etiam, si beneficium conferendum esset per concursum, ut in sequenti quæstione dicitur. An autem teneatur ad restitutionem is, qui non vi vel fraude, sed tantum ex odio impediret aliquem dignum a consecutione beneficii? Probabilius negatur. *Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 584.

109. — Quær. VI. An quando beneficia conferuntur per concursum, eligens dignum, omisso digniore, teneatur huic damnum restituere?

Prima sententia communis affirmat, quam tenent *Pal. d. p.* 11. § 4. *n.* 6. *Cont. Tourn. de benefic. cap.* 2. *art.* 1. *sect.* 2. *Holzm. p.* 432. *n.* 419. *Sanch. l.* 2. *c.* 1. *dub.* 46. *cum Mol. et Metin. Croix. l.* 4. *n.* 628 *Lugo d.* 35. *cum P. Nav. Sess. Caj. Sylvest. Vasq. etc.* qui vocavit verissimam sententiam. Ratio, quia eo ipso quo dignior admittitur ad concursum, acquirit jus ad rem, cum in communi æstimatione adsit tunc pactum implicitum in edicto inter Episcopum, et oppositores, ut dignior præferatur. Quod procedit in omni præmio, quod promittitur vocatis per concursum ad luctam, ad jactum, etc. Imo, ait *Lugo*, quod, cum in edicto dicatur, quod cuique servabitur jus suum, digniores ex pacto explicito ad beneficium jus acquirunt. Tanto magis, quia in concursu ad beneficia curata datur ex Tridentino appellatio digniori, si prætermittatur; ergo dicit *Pal. loc. cit.* quod digniores habent jus strictum ad beneficia. Excipiunt tamen *Ronc. c.* 5. *q.* 2. *cum Garcia, Lugo n.* 21. *et Sanch. n.* 5. si excessus dignitatis sit parvus.

Secunda sententia tamen negat obligationem restitutionis, ut tenent *Sot. l.* 4. *de just. q* 6. *art.* 3. *sub fin. Nav. c.* 17. *in Summ. n.* 74. item *Led. Henr. et alii ap. Sanch. l. c. n.* 1. qui probabilem censent. Ratio istorum, quia prædictum pactum, quod supponitur, vel habetur in edicto non est pactum rigorosum obligans juxta leges justitiæ commutativæ, sed est tantum promissio, obligans dumtaxat ex fidelitate; imo potius est explicatio obligationis, quam per se habet Episcopus ex justitia distributiva, quæ non obligat ad restitutionem. Procul dubio sub gravi debentur, ut aiunt, præmia promissa concurrentibus ad luctam, etc. ut supra, quia illa principaliter sunt instituta ut præmia meritorum; sed idem non currit de beneficiis, quæ unice vel principaliter instituuntur in bonum commune. His non obstantibus, non audeo recedere a prima sententia communi, et valde probabiliori. Sed hanc secundam nec etiam audeo dicere improbabilem, quia revera non videtur constare, quod inter Episcopum et oppositores intercedat pactum illud obligans rigorose ex justitia commutativa; et non constando de tali pacto, non videtur constare de tali obligatione.

110. — Quær. VII. An dignus se opponens per concursum digniori peccet mortaliter, et teneatur ad restituendum illi damnum, si beneficium obtineat?

Nulli dubium, quod si concurrat indignus cum digno, peccet concurrendo, et acceptando beneficium tenetur resarcire damnum Ecclesiæ, illudque resignare; *vide Sanch. Cons. l.* 2. *c.* 1. *dub.* 4. *n.* 9. *et Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. § 8. *n.* 373. Si vero concurrat dignus cum digniore, duo dubia occurrent.

Dubium 1. est, an iste concurrendo peccet graviter?

Prima sententia negat, et hanc tenent *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 70. *Caj.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *c.* 15. *q.* 14. *Salm. ibid. n.* 374. *cum Soto, Bann. Led. etc.* item *Vasq. et Cov. apud Lugo. d.* 35. *n.* 88. Ratio, tum quia non pertinet ad ipsum merita discutere, sed ad electores; ideo si ipse beneficium petit, petit sub conditione, si dignior videatur; tum quia hoc est secudum mentem Ecclesiæ, ut omnes digni concurrant; alias, si non liceret dignis se opponere dignioribus, pauci concurrerent, et forte digniores a scrupulo territi se retraherent, idque in grave damnum Ecclesiæ utique vergeret.

Secunda sententia vero, quam tenent *Sanch. c.* 1. *d.* 48. *n.* 4. *Pal. d.* 2. *p.* 11. § 5. *n.* 1. *Nav. de Orat. Misc.* 45. *n.* 89. *et* 97. *ac Lugo. d.* 35. *n.* 94. *cum Turriano,* dicit, quod si talis concurrat gratia honoris, ut ad alios concursus gradum sibi faciat, et postea desistat petere, ut eligatur, certe non peccat. Secus si prætendat electionem, aperte cognoscens alterum esse digniorem. Ratio, quia, licet Episcopus non peccet ipsum eligendo ex errore inculpabili, peccet tamen ille cooperando ad talem electionem, saltem materialiter injustam, maxime quia injustitia illa vergeret in damnum dignioris, qui jus habet ad sui electionem. Hæc sententia, speculative loquendo, apparet probabilior; attamen in praxi nunquam videtur locum habere posse; nullo enim casu is qui est dignus, poterit esse certus, quod Episcopus bona fide eum eligendo, non habeat aliquod rationabile motivum, ipsi concurrenti occultum, excludendi alterum, quem ille pulat digniorem. Hoc innuit ipse *Lugo n.* 89.

Dubium 2. est, an hic dignus, manifeste cognoscens alterum se digniorem, peccet acceptando beneficium, et teneatur damnum illi resarcire?

Prima sententia affirmat, quam tenent *Nav. l.* 2. *de rest. c.* 2. *n.* 173. *Pal. d.* § 5. *n.* 1. item *Sylvius, et Tanner. apud Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 8. § 8. *n.* 373. Ratio, quia ipse acceptando beneficium, concurrit ad injustam electionem in damnum alterius.

Secunda sententia tamen, quam tenent *Sanch. c.* 1. *dub.* 13. *n.* 2. *Sot. de just. l.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *Diana t.* 2. *tr.* 5. *Misc. r.* 110. *cum Turr etc. ac Salm. l. c. n.* 374. dicit eum nec peccare, nec teneri ad restitutionem. Ratio cur non peccet, quia ex una parte, ut ait *D. Th.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. loquens de assumptione ad Episcopatum, ille qui debet assumere, *tenetur assumere meliorem quoad regimen Ecclesiæ*; pro eo vero qui assumitur, dicit quod *non requiritur, ut reputet se aliis meliorem, sed sufficit quod nihil in se inveniat, per quod illicitum ei reddatur assumere prælationis officium*. Ex alia parte non peccat cooperando peccato collatoris, cum per ipsam collationem jam Episcopus peccatum consummaverit, et per accidens se habet, quod ipse acceptet, vel non; juxta dicta in simili casu *l.* 3 (IV). *n.* 492. *quær.* 8. *v. Sed admissa.* Prout enim (ait *Sanch.*), si pater et extraneus sint in extrema necessitate, extraneus recipiendo panem a filio, licet filius peccet panem ei præbendo, ipse tamen non peccat acceptando : ita in casu nostro. Ratio autem cur iste neque tenetur ad restitutionem, est, quia cum beneficium jam est ei collatum, alter dignior nullum jus amplius ad illud habet, eo quod desinit tunc beneficium esse inter bona communia; prout, si res duobus vendita, tradatur secundo emptori, non tenetur iste rem emptam primo emptori restituere, cum per traditionem adeptus sit illius dominium, et extinctum sit jus ad rem primi emptoris. Licet autem in nostro casu concedatur digniori appellatio, collatio tamen in utroque foro valida est, et electus non potest a beneficio acquisito amoveri, nisi per sententiam judicis collatio invalidetur, ut diximus *n.* 102. Et hæc sententia mihi probabilior videtur; tanto magis, qui sicut dignus electus potest licite beneficium petere, juxta dicta in præcedenti dubio; sic etiam potest acceptare; eo quod nunquam potest esse certus collationem fuisse injustam. Hinc ait probabiliter *Lessius d. n.* 70. quod si certe existimes Episcopum non judicio, sed favore te prætulisse, hoc tibi non imputabitur, si beneficium tibi non sollicitanti fuerit oblatum, vel si bona fide sollicitasti; videtur enim Ecclesia ratas habere has collationes in favorem concur-

rentium, ne ipsi deinde perpetuo scrupulis angantur, ut eruitur ex *Trid. sess.* 7. *c.* 3. *de Ref.* ubi præcipitur beneficia conferre *dignis*, *aliter facta collatio omnino irritetur*. Ergo collationes dignis factas, pro assumptis jam ratas habet. Cæterum bene ait *Sanch. l. c. n.* 3. quod *communiter oppositores* excusantur a peccato, quia nullus se reputat minus dignum, et bona fide existimare valet, quod si alius excedit in uno, ipse excedat in alio.

111. — Quær. VIII. An examinatores teneantur Episcopo denuntiare digniores?

Prima sententia negat cum *Lugo d.* 35. *n.* 66. *Pal. l. c.* § 4. *n.* 9. *Croix l.* 4. *n.* 626. *et Barb. Garc. etc. apud Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 8. § 7. *n.* 337. *et* 338. Et probant ex *cit. c.* 18. *Trid. sess.* 24. ubi dicitur : *Peracto deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, etc.*; *ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit.* Ergo, ut dicunt, ex verbis concilii colligitur, quod solum ad examinatores pertinet denuntiare idoneos, ita ut Episcopus invalide eligeret eum, quem ipsi reprobarent; sed contra ad Episcopum unice pertinet judicare, quis eorum sit dignior. Hoc confirmat *Lugo* ex declaratione S. C. concilii, quam refert, ubi dicitur : *S. Congregatio declaravit non pertinere ad examinatores, sed solum ad Episcopum judicare, quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem sit magis idoneus.* Et in *Conc. Trid. loc. cit.* tantum habetur, ut examinatores peracto examine renuntient Episcopo quotcumque ab his idonei judicati fuerint. Hæc sententia est quidem probabilis, sed probabilior mihi est.

Secunda sententia opposita, quam tenent communius *Nav. lib.* 2. *de rest. c.* 2. *num.* 187. *Ronc. c.* 5. *q.* 9. *r.* 1. *et Salm. cit. c. unic. num.* 339. *cum Azor, Led. Med. Vill. Lop. Dian. Tap. etc.* Ratio, quia ideo, et præcipue concilium præscripsit concursum, et examinatores, ut Episcopus facilius, et tutius digniorem agnoscere ac eligere valeret; unde quamvis ex verbis concilii non inferatur obligatio examinatorum denuntiandi digniorem, infertur tamen ex mente concilii. Nec obstat declaratio allata S. C. ut supra, quia ibi nil aliud decernitur, nisi quod ad Episcopum pertinet judicare de majori dignitate oppositorum, et hoc est certum; sed ibi non excluduntur examinatores teneri ad exponendum Episcopo, quem ipsi censeant magis idoneum, ut mens concilii servetur. Demum hic notandum, quod examinatores debent præstare juramentum de fidelitate in eorum officio, ut præcipitur in Trident. *sess.* 24. *c.* 18. *de Ref.* alioquin concursus est nullus, ut declaravit Sacr. Congr. conc. die 2 Decembris 1628.

ARTICULUS III.

Quæ intentio, et qualitates requirantur ad beneficium accipiendum?

112 Quænam qualitas requiratur in eo, cui beneficium confertur?
113 An requiratur in eo voluntas clericandi? Quomodo peccet recipiens beneficium simplex cum animo ducendi postea uxorem?
114 An peccet graviter recipiens beneficium curatum cum animo dubio suscipiendi sacerdotium intra annum?

112. — « Resp. 1. Ut beneficium ali-
» quod valide, et licite obtineatur, requi-
» ritur, ut sit persona capax, et habilis,
» hoc est, ut sit clericus, non illegitimus
» (cum quo tamen Episcopus dispensare
» potest ad ordines minores, et benefi-
» cium simplex, cui ordo major non est
» annexus), non irregularis, non excom-
» municatus, non improbus, aut facino-
» rosus, ut habeat scientiam competen-
» tem ad munus beneficio annexum, et
» ætatem legitimam, nisi dispensetur,
» scilicet pro beneficio simplici annos 14.
» (sufficere tamen 14 inchoatum, docet
» *Dian. p.* 3. *tr.* 6. *r.* 64. *ex Azor et*
» *aliis* 5) » (*Cum Gonzal. Pal. Vill. Barb. et Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 7. §. 1. *num.* 160. *communiter.*) « Pro eo, quod
» subdiaconatum requirit, vigesimum
» primum. Pro eo, quod diaconatum,
» vigesimum secundum. Pro eo, quod
» sacerdotium, vigesimum quartum in-
» choatum [1]. » (*Ut probabiliter Less. et Azor apud Salm. ibid. n.* 157. *Quæ ætas sufficit, si ordinem suscipiat intra annum, juxta Trid. sess.* 23. *c.* 12, *de Ref. Nota, quod, ætate deficiente, etiam quoad unam horam, provisio beneficii est nulla : est commune cum Sanch. Pal. Azor, et Salmant. ibid. n.* 162.) « Colligitur ex *Trid.*
» *sess.* 22. *de Ref. c.* 4. *in fin. etc.* In his
» tamen, et similibus casibus multi ex-

[1] « Pro beneficio curato habeat annos 25 inceptos... » pro episcopatu denique requiritur ætas 30 annorum completorum. » *Hom. Ap. tr.* 13. *n.* 42.

» cusantur, vel quia illud jus ubique » non est receptum, vel quia bona fide » tres annos fuerunt in possessione, quæ » veluti usucapionem, et dominium pa- » rit. *Less. dub.* 20.

113. — « RESP. 2. Qui recipit benefi- » cium quodcunque habens annexum or- » dinem sacrum, tenetur habere volun- » tatem saltem conditionatam clericandi » et sacrum ordinem accipiendi intra » tempus a jure requisitum. *Laym. c.* 14. » *Less. l.* 2. *c.* 34. *dist.* 26. Ratio est, » quia suscipiens officium, cui obligatio » est annexa, omni modo se habilitare » tenetur. Imo, si curatum seu parochiale » est, habetque intentionem sacerdotium » intra annum non suscipiendi, sed pa- » rochiam dimittendi, non tantum mor- » taliter peccat, sed etiam ipso jure est » privatus, et ad fructuum restitutionem » tenetur, ut patet ex *cap. Commissa* 35. » *de elect. in* 6. Quod si tamen, mutata » voluntate, ante finem anni sacerdos » fiat, fructus retinere potest ; » (*Idem docent Nav. Less. Sanch. etc. cum Salm. de benef. eccl. p.* 7. §. 3. *num.* 190. *Et sic tenendum contra Soto et Tol. ut probatur ex dict. cap. Commissa, ubi dicitur, quod recipiens beneficium curatum animo non suscipiendi sacerdotium, tenetur fructus restituere, nisi voluntate mutata promotus fuerit. Vide omnia verba textus citati infra n.* 114) « Imo et Episcopus » dispensare potest, ut, vicario substi- » tuto, studiis per septennium vacet.

« Dixi 1. *habens annexum ordinem sa-* » *crum* : quia, si is non sit annexus, et » beneficium sit simplex, licet illud accep- » tet animo fructus lucrandi, et deinde » uxorem ducendi, non nisi venialiter » peccat, si alias officio suo satisfaciat, » ut docent *Laym.* 14 *c. Sanch. l.* 7 *de* » *matrim. dist.* 45. Ratio est, quia illa » perversio ordinis non videtur gravis, » nec ullo jure vetatur, ideoque ad nul- » lam fructuum restitutionem tenetur. » Unde *Garcias p.* 3. *c.* 4. *n.* 42. talem ab » omni culpa excusat.

« Dixi 2. *voluntatem saltem conditiona-* » *tam* : quia, si ex justa causa postmodum » status clericalis minus illi convenire » videatur, potest animum mutare, etiam- » si beneficium sit curatum, v. gr., si » primogenitus familiæ, aut frater uni- » cus sine liberis decedat ; si optimum » matrimonium ad conversationem fa- » miliæ nobilis vel ad lites graves so- » piendas necessarium offeratur. Ratio » est, quia non est mens Ecclesiæ, ita ad » ecclesiasticum statum obligare, ut hæc » et similia bona impediantur. *Laym.* » *loc. cit.* »

Quær. hic I. Quomodo peccet, qui recipit beneficium simplex, animo deinde uxorem ducendi, beneficio dimisso? Certum est peccare graviter si beneficium habeat annexum ordinem sacrum, ut communiter docent *Bus. ut supra, et Sanch. l.* 7. *de matrim. d.* 45. *n.* 14. *Pal. tract.* 13. *dub.* 4. *d.* 7. *n.* 14. *Salm. loc. cit. n.* 200. *cum Soto, Tol. etc.* Si vero ordinem sacrum annexum non habeat, tres sunt sententiæ.

Prima, quam tenent *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 132. *Tol. l.* 5. *c.* 5. *et Salm. ibid. num.* 199. *cum Soto, et Gutt.*, dicit adhuc peccare mortaliter, quia similis intentio est perversio ordinis naturalis et divini, statuentis beneficia recipienda esse tantum ad obsequium Deo præstandum.

Secunda sententia, quam sequuntur *Palaus l. c, et Garcias ap. Buss supra*, censet talem ne leviter quidem peccare, quia nullum apparet præceptum hoc prohibens.

Tertia sententia media, quam tuentur cum *Buss. Sanch. l. c. n.* 19. *et Laym. l.* 4. *tr.* 2. *c.* 14. *n.* 11. *cum Nav. et Vasq.* tenet hunc quidem non excusari ab aliqua culpa, cum talis animus aliquam involvat inordinationem ; sed non peccare graviter, cum hujusmodi inordinatio non sit tanta, ut damnari debeat de mortali ; nullo enim jure constat ipsam esse gravem. Nullum autem præceptum (ut recte docent *S Antoninus, et P Concina*, quorum verba retulimus *l.* 3. (IV) *n* 547. *v. Cæterum*) est hominibus sub gravi imponendum, nisi evidens ratio id suadeat. Et ex hoc principio, tradito prius etiam a *D. Thom. Quodlibet.* 9. *art.* 15. præfata tertia sententia probabilior mihi redditur.

114. — Quær. II. An peccet graviter et teneatur restituere fructus, qui recipit beneficium curatum cum animo dubio, vel conditionato suscipiendi sacerdotium intra annum? Affirmant *Conc. t.* 10. *pag.* 152. *Sotus, et Azorius apud Salm. de benef eccl. c. unic. p.* 7. § 3. *n.* 185., quia lex exigit veram intentionem suscipiendi, etc. Sic enim habetur in *cap Commissa de elect. in* 6. *Cæterum, si promoveri ad sacerdotium non intenderis, parochialem receperis Ecclesiam, ut fructus ex ea per annum recipias, ipsam postea dimissurus, (nisi voluntate mutata promotus fueris) teneris ad restitutionem*

fructuum eorumdem, cum eos receperis fraudulenter. Negant vero *Nav. Barb. Suar. Graff, ibid. apud Salm. n.* 186., quia textus loquitur de eo, qui accipit fraudulenter beneficium ; non autem dicunt accipere fraudulenter, qui cum animo dubio, aut conditionali accipit. Verumtamen alii opinantur, ut *Buss. Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 131. *et* 133. *Sanch. d. c.* 45. *n.* 10. *Pal. n.* 5. *et Salm. ibid. n.* 188. qui citant *Lop. Man. Bardi, etc.* accipientem cum dubio peccare mortaliter, et teneri ad fructus perceptos restituendos, quia dubitans revera non habet intentionem ; non vero accipientem sub conditione, quia hic veram habet intentionem, quamvis conditionatam. Sed prima sententia est mihi probabilior, quia intentio, ut non sit fraudulenta, debet esse determinata absolute ad ordinem suscipiendum.

Hic dare possumus plura quæ reperimus, apud Scavini quoad seminaria et tyrones ecclesiasticos.

« Ad optimos ecclesiasticos habendos opportuna, ne dicam (hac temporum calamitate) necessaria, sunt ecclesiastica Seminaria. Sane cum omni tempore *adolescentium ætas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas ; et nisi a teneris annis ad pietatem et Religionem informetur (antequam vitiorum habitus totos homines possideat) nunquam perfecte, ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseveret* (Trident. Sess. XXIII, *c.* XVIII, de R.); quid hac nostra tempestate dicendum foret, in qua tot tantaque sunt ad malum incitamenta, si juvenes Clerici sibi ipsis relicti essent? nonne mundus totus in maligno positus est? Recte ergo Pius Papa IX hortatur Episcopos : *Pergite igitur, Venerabiles Fratres, omnem impendere industriam atque operam, quo sacræ militiæ tyrones a teneris annis, quoad fieri poterit, in ecclesiastica Seminaria recipiantur : atque inibi tanquam novellæ plantationes succrescentes in circuitu tabernaculi Domini, ad vitæ innocentiam, religionem, modestiam et ecclesiasticum spiritum conformentur : simulque litteras, et minores majoresque disciplinas, præsertim sacras, addiscant a selectissimis magistris, qui scilicet doctrinam se teneant ab omni cujusque erroris periculo alienam* (Encycl. 8 dec. 1849; et 9 nov. 1846). Hinc male de illis Clericis ordinari loquimur, qui Seminarium habent uti terram devorantem habitatores suos, regulas aspernantur, atque in terra Sanctorum iniqua agentes infinitos prætextus congerunt, ut a Moderatorum oculis se subducant, liberius domi conviventes.

Seminariorum erectionem tanti fecit Tridentinum l. cit. supra, ut facultatem dederit Episcopis certa beneficia Seminario uniendi, atque ex omnibus beneficiis et ipsa episcopali mensa partem decerpendi, si redditus deficerent. Et addit : *In ecclesiis amplas diœceses habentibus, possit episcopus unum vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria; quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum et constitutum fuerit, in omnibus dependeant... Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes vel aliter, Seminarium ipsum in totum vel in partem dotatum reperiatur; tunc portio ex singulis beneficiis ut supra detracta et incorporata ab episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel in parte remittatur.* Quod tamen hodie in tanta rerum calamitate non de facili locum habere potest, cum undique urgeant angustiæ, et opus sit omnes fere alumnos alere gratuito, nisi velimus ministris ecclesiam deficere. » (t. I, n. 636.)

Quomodo, quærit Scavini, *se gerere debet Confessarius cum Clerico in occulti peccatis lasciviæ habituato* [1], *qui ad sacros Ordine aspirat, quin prius sufficiens exhibuerit emendationis experimentum? ac respondet :*

« Ex communi sententia Clerico in peccatis luxuriæ habituato *regulariter loquendo* absolutio deneganda est (licet ad Confessionem sit dispositus per cordis dolorem ac propositi firmitatem), si velit ordinari ante sufficientem probationem. Quare? quia clamat recta ratio, clamat Pontificum ac peritorum auctoritas, quod Clericus iste non tantum a culpa mortali debet esse immunis, sed etiam bonitatem positivam, non ordinariam et habitualem præ se ferre ; atqui talem bonitatem non habet pœnitens, qui pravo illo habitu etiam post absolutionem irretitus existit. Ergo absolutionis ejusdem prorsus est judicandus indignus, si tali sit animo comparatus, ut velit ad sacros Ordines ascendere, quin prius sufficienti probetur experimento. — Aliud profecto est magnam possidere bonitatem, aliud simpliciter esse in statu gratiæ : magna videlicet illa vitæ bonitas haberi non potest, nisi longo temporis spatio juxta illud vulgare proverbium : *Nemo repente fit summus.* Adde prudentem timorem, ne is se iterum peccato commaculet; cum adeo illum habitus proclivem fecerit, cujus quidem ratio omnino habenda est in re tanti momenti, maxime cum hoc probet experientia.

« Diximus *regulariter loquendo;* quia potest casus contingere, in quo talis Clericus tanta compunctionis gratia a Deo donetur, ut dignus statim sacri Ordinis existimetur ;

[1] Ponimus, notat auctor citatus, quod talis habitus sit occultus : si enim publicus esset, Clericus esset omnino repellendus ob publicum scandalum, ex S. Alphonso.

nam gratia non ligatur tempore. Tempus enim ideo creditur signum sufficiens, quia creditur signum firmæ voluntatis : at Deus unico instanti voluntatem nostram libere mutare potest omnipotenti gratia sua, atque de sui abundantia supplere bonitatem, quæ Clerico deest. Hoc tamen non ita facile credendum est; sed potius est præsumendum, Deum gratiam suam conferre modo ordinario; unde si quod citatur exemplum, ex D. Bernardo, *non tam exemplum dicendum est, quam miraculum.*

« Quare concludimus quoad praxim, quod magna semper cautela est adhibenda in istis Clericis absolvendis, quorum frequenter malus exitus deploratur cum maximo Ecclesiæ detrimento. Ideoque cum ipsis potius rigorosius agendum [1] : et sane deliberandum est diu quidquid statuendum est semel. *Utinam, qui contineri non valent,* ait rem D. Bernardus, *perfectionem temere profiteri, aut celibatui dare nomina vererentur : sumptuosa siquidem turris est, et verbum grande, quod non omnes capere possunt. Esset autem sine dubio melius nubere quam uri; et salvari in humili gradu fidelis populi, quam in Cleri sublimitate et deterius vivere et districtius judicari* [2].

« *Sed* (inquies) *quanto temporis spatio extra casum extraordinarium probandi sunt recidivi ?*

« R. Non una regula est, uti notat Benedictus XIV [3] : id quippe a multis pendet circumstantiis, a frequentia relapsus, ab inclinatione, indole, a conatibus, etc. Sanctus noster generatim requirit *longi temporis, saltem plurium mensium, probationem* [4]. B. Leonardus de rigore minime suspectus, requirit *unius anni, vel duorum* spatium [5]. Imo quoad illum, qui in secretas incontinentias secum ipse quandoque relabitur sive in Seminario sive tempore feriarum, etiamsi antea non adeo inveteratam relabendi consuetudinem habuerit, sunt qui arbitrantur spatium duorum annorum perfectæ continentiæ communius nimium non esse; infausta enim experientia constat, juvenes peccato incontinentiæ olim habituatos, in illud facillime iterum atque iterum prolabi, etiam post notabilia intervalla [1].

« Quid [illegible] tandem sit, Clericum qui [illegible]cris proximus Ordinibus in [illegible] labitur, non satis emendari sentio; [illegible] eo dubitarem, an bonus futurus sit [illegible]ris; quomodo igitur bonus erit Clericus, Sacerdos, Parochus? Utinam Confessarius pie severus illi aperte ac fortiter diceret : *Non licet tibi.* Sed proh dolor! Clerici hujusmodi quærunt et tandem nanciscuntur Confessarios tantæ rei ignaros, vel loquentes sibi placentia, qui ad sacros ipsos Ordines admittunt sub spe futuræ emendationis; at nonne dixerim cum certitudine pejoris depravationis? ita est, in Domino fratres, luctuosissima experientia teste.

« *An* (addes) *quod dicitur de vitio turpi, idem sit affirmandum de aliis vitiis sanctitati clericali oppositis?*

« R. Affirmative, servata proportione; nam et per alia vitia semper illa positiva bonitas excluditur, quæ Ordinibus prærequiritur : Juvenes igitur (omnia notentur) *ebriosi, superbi, elati, iracundi, susurrones, qui divisiones excitant, qui disciplinam oderunt, qui nulli parent, leves, rebus externis dediti, raro bene recollecti, circa pietatem indifferentes, in studiis negligentes, scientias ecclesiasticas fastidientes, libros profanos magis amantes,* sæpe moniti et non emendati, nunquam sancti erunt Sacerdotes : ab Ordinibus perpetuo maneant exclusi.

« Ideo Seminariorum Directores ac confessarii omnes enixe a Deo petere debent *auxilium*, quo in re tanti momenti recte judicent : item *fortitudinem*, qua indignos perseveranter repellant, eos in antecessum monentes, ut sibi opportune ac tempestive provideant, de Ordinationum tempore adventante, taliter indigni in quamdam desperationem conjiciantur; cum ex una parte nullimode possint accedere, ex alia nec recedere sciant, dicteria hominum suspicionesque nimium timentes. Ne confessarii credant verbis, quæ transeunt; sed inquirant facta, quæ permanent : en peritorum consilium. Credant ergo expertis, et falsa eos pietas non decipiat cum tanto fidelium scandalo atque catholicæ Ecclesiæ damno.

« *Quid vero* (quæres) *si Clericus affirmet se ab Ordine Sacro abstinere non posse sine gravi scandalo et sine infamia; quia jam*

[1] *V.* Liguori, *Dissertatio hac de re* (a Benedicto XIV commendata *De syn.* l. XI, c. II et III), in *Opere Morali,* l. VI, nn. 63 et seq. — Rolfus. *Male assueti congruo virtutis experimento nondum probati ad SS. Ordines, et Clericalem militiam inepti, Dissertatio,* Taurini 1787.

[2] De conversione ad clericos cap. XX.

[3] *De Syn.,* I. XI, c. II. — [4] *Homo Apost.,* tract. ult., n. 16.

[5] *V.* Discorso mistico, morale, ecc., n. 6. ubi de istis habituatis habet : Avant d'être promu au sous-diaconat, et surtout avant de recevoir le caractère sacerdotal, exercez-vous une année ou deux à vivre chaste. Écoutez-moi. Si vous n'avez pas le courage de vivre chaste, la vie ecclésiastique n'est pas faite pour vous, et ce petit collet que vous portez au cou sera pour vous un un petit collier de fer enflammé pour toute l'éternité dans l'enfer. Pensez-y bien.

[1] *De hoc præciso casu* hæc scribit cardinalis Gousset (*De l'ordre,* n. 658) : « Si le sujet n'est retombé qu'une fois ou deux plutôt par faiblesse que de propos dé[illegible]ré, et qu'il soit vivement touché de sa faute, nous [illegible]sons que l'espace de six mois, entre la dernière rechute et le sous-diaconat, peut absolument s[illegible]. généralement il faudrait au moins un an [illegible] tombé facilement, sans avoir fait d'efforts pour [illegible]. Diximus *de hoc præciso casu* ; si enim ag[illegible] qui inveteratam habuit consuetudinem [illegible] maxime si cum aliis peccata luxuriæ consummata[illegible], vel omnino eam a sacro ministerio excludit, vel non admittit nisi post longissimam probationem omni cautione majore ».

probatus, jam domo receptus ad exercitia spiritualia et instat dies ordinationis, et jam omnia parata sunt? — Si non viderem extraordinaria signa, non absolverem; nam nulla infamia, scandalum nullum, si dicat se velle maturius de tanto statu perpetuo eligendo cogitare, et melius se disponere, ut vel ipsi optimi faciunt. Si non acquiescat, ipse videat; sibi provideat per contritionem perfectam: quantum ad me est, adhuc non absolverem (ex dicendis *De Eucharistia*, de dispositionibus; tom. III, n. 287). (t. I. p. 496 et 497.)

ARTICULUS IV.

An liceat habere plura beneficia? Et quinam beneficiarii teneantur ad residentiam?

115 An et quando liceat habere plura beneficia?
116 Quotuplicia sint beneficia? Et quæ sint incompatibilia? Et an, obtento secundo beneficio quomodocumque incompatibili, vacet primum?
117 An pluralitas beneficiorum sit vetita de jure divino, vel positivo?
118 Quæ causæ cohonestent pluralitatem beneficiorum?
119 De obligatione *residentiæ*.
120 Quinam beneficiarii ad residentiam obligentur?
121 De residentia pastorum. Qu. I. An curati teneantur residere de jure divino?
122 Quid notandum circa residentiam Episcoporum?
123 Quid circa residentiam parochorum? Dub 1. An parochi indigeant licentia in scriptis? Dub. 2. An parochi habentes justam causam possint abesse per duos menses sine licentia? Quid si urgeat aliqua necessitas? Quid si absint per modicum tempus?
124 Qu. II. Quo in loco beneficiarii teneantur residere? Et præsertim ubi Episcopi? Et ubi parochi?
125 Qu. III. Quænam causæ excusent pastores a residentia? Et I. de causa *charitatis*. II. De causa *necessitatis*. III. De causa *obedientiæ*. IV. De causa *utilitatis*.
126 Qu. IV. Quando et quomodo pastores non residentes teneantur restituere fructus beneficiorum?
127 Dub. 1. Quid, si absint cum justa causa, sed sine licentia? Dub 2. Quid, si eorum absentia sit sine culpa? Dub. 3 Quid, si resideant inutiliter? Et an parochi teneantur per se exercere munia principaliora? Dub. 4. An non residentes teneantur integros fructus restituere?
128 Quibus debent restitui fructus a non residentibus?
129 Plura hic de *residentia canonicorum*.
130 Quænam causæ excusent canonicos ab assistentia chori? Et I. De causa *infirmitatis*. Dub. 1. An per se excusentur septuagenarii? Dub. 2. An cœci, et surdi? II. De causa *necessitatis*. Quid, si quis abest a choro ob excommunicationem incursam? Quid, si Ecclesia sit interdicta? Quid si polluta? An canonici irregulares amittant distributiones, et fructus præbendæ? III. De causa *utilitatis*.
131 Quid de canonico pœnitentiario? Quid de theologo, de examinatoribus, visitatoribus, etc.
132 Quid de canonici docentibus? An parochi docentes gaudeant eodem privilegio? Quid de canonicis, et parochis studentibus?

115. —« RESP. Plura beneficia possidere, non est res simpliciter intrinsece » mala, nec omnino indifferens, sed » speciem mali præ se ferens, imo ordinarie illicita, et naturali juri repu- » gnans (si talia sint, quorum unum ad » honestam sustentationem sufficiat), » nisi justa causa ex circumstan- » tia cohonestetur. Ita fere *Laym.* » l. 4. t. 2 c. 8. n. 1. *ex S. Th. Less.* » *Azor. etc. comm.* Quia, ut docet *Trid.* » *sess.* 24. *de Ref* c 17. pluralitas hu- » jusmodi magnam inordinationem » involvit, dum minuitur cultus divinus, » Ecclesia operariis, fundator pia inten- » tione, pauperes utiliores Ecclesiæ futuri » sustentatione privantur. Hinc beneficia » distinguuntur in incompatibilia primi » generis, in quibus, accepta pacifica » possessione secundi, vacat prius, qualia » sunt plura beneficia curata; item » plures dignitates personatus, duo » beneficia uniformia sub eodem tacto: » et in incompatibilia secundi generis, » quæ, etsi sine peccato, citra dispensa- » tionem obtineri nequeant, primum » tamen, altero obtento, non vacat: qualia » sunt beneficia reliqua residentiam pos- » tulantia, v. g. canonicatus duo diversa- » rum Ecclesiarum, in quibus recepta » est constitutio *Trident. sess.* 24. *c.* 12. » *de Reform.* ut non liceat ultra tres » menses canonicis ab Ecclesia abesse. » Unde *Laym. c.* 8. *n.* 6. docet canonicatus » in cathedralibus Ecclesiis Germaniæ, » qui ex immemorabili consuetudine re- » quirunt tantum residentiam medii » anni, vel 3 mensium, inter compati- » bilia beneficia numerandos. » (*Vide num. seq.* 116. *v Notandum*).

« Dixi, *nisi justa causa cohonestetur*; » quia qui per dispensationem plura » beneficia obtinuit, nisi justa causa » subsit, in conscientia non erit tutus, » sed tenebitur alterum resignare, ut » docet *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 151.

« Porro justa causa dispensandi erit » evidens necessitas, et utilitas Ecclesiæ, » et quandoque etiam prærogativæ, et » merita personæ, v. gr. insignis no- » bilitas, dignitas, scientia, auctoritas, » virtus, etc. modo caveatur, ne bene- » ficiorum coacervatio, facta etiam ob » prærogativam personæ, ad privatum » tantum, et non ad commune bonum » referatur. Imo sine dispensatione » plura beneficia sequentibus casibus » haberi possunt.

« 1 Si utrumque adeo sit tenue, ut » neutrum sufficiat ad sustentationem, » modo utrumque sit simplex, nec resi- » dentiam requirat. » (*Secus igitur, si* » *beneficia residentiam requirant, licet* » *sint tenuia. Croix lib.* 4. *n.* 918. *cum* » *communi.*)

« 2. Quando parochia est annexa ca-
» nonicatui, eique accessoria; tunc
» enim utrumque per modum unius
» possidetur, ita tamen, ut teneatur vi-
» carium perpetuum in Ecclesia alere.
« 3. Quando beneficia legitime sunt
» unita.
« 4. Quando alius idoneus, et dignus
» non reperitur.
» 5. Quando unum beneficium ha-
» betur in titulum, alterum in commen-
» dam non perpetuam, sed ad aliquot
» menses, donec de idoneo provideatur.
» Ita *Regin. ex Sylv.*

116. — Beneficia alia sunt *simplicia*, prout sunt ea quæ instituuntur tantum ad preces Deo persolvendas, et ad altaris servitium, nimirum canonicatus, capelloniæ auctoritate pontificia vel episcopali erectæ, præstimonia quæ dantur clericis ad studia prosequenda et similia. Alia sunt *duplicia*, scil. quæ habent aliquam jurisdictionem, præeminentiam, vel administrationem, ut sunt dignitates, etc. ut infra. Item alia beneficia sunt *compatibilia*, alia *incompatibilia*. Et horum alia sunt incompatibilia *primi generis*, prout sunt beneficia curata, vel uniformia sub eodem tecto, nempe quæ ad easdem functiones concurrunt eodem loco et tempore; item dignitates, personatus, et officia. *Dignitates* sunt quibus est annexa aliqua jurisdictio supra clerum, aut populum, ut sunt episcopatus, abbatiæ, decanatus, præposituræ, archipresbyteratus, archidiaconatus. *Personatus* autem sunt qui habent præeminentiam aliquam supra clerum, sed sine jurisdictione, ut sunt munera primicerii, præcentoris sive cantoris, et sacristæ primarii. *Officia* demum sunt munera thesaurarii, præceptoris, custodis, seu sacristæ inferioris, œconomi, etc., quorum aliquibus est annexa quædam administratio, sine tamen jurisdictione, aut præeminentia. Alia vero sunt incompatibilia *secundi generis*, ut sunt canonicatus, et omnia quæ residentiam requirunt.

Notandum autem, quod si quis obtinet duo beneficia incompatibilia, obtento secundo, vacat ipso jure primum; et si ille utrumque retinere præsumat, ipso pariter jure utroque beneficio privatur. Hæc certa sunt quoad beneficia incompatibilia primi generis, ex Tridentino *sess.* 7. *c.* 2. *et sess.* 24. *c.* 17. *de Ref* item ex *c. De multa, de præb.*, *Extrav. Execrabilis, de præb. et dign. cap. Litteras, de concess. præb.*, *ac Clement. cap. unic. eod. tit.* Sed dubium fit, an idem procedat in beneficiis incompatibilibus secundi generis, nempe quod, obtento secundo, vacet primum? Affirmant *Contin. Sporerii in fine tomi* 3. *de statu clericor. p.* 76. *n.* 48. *ad num.* 9. *Salm. tr.* 28. *de benef. eccl. c. unic. p.* 16. §. 5. *n.* 664. *cum Gonz. Azor, et Garcia, ac Fagn. in. c. De multa, de præd.* ex declaratione S. C. idemque dicunt *Salm.* probari ex locis citatis Tridentini. Sed negat *Busemb.* ut supra *n. anteced.* 115. *ac. Holz. t.* 1. *p.* 431. *n.* 415. *cum aliis*; et idem sentit *Nav. l.* 3. *Consil.* 24. *de præb.* dicens, quod si constaret S. C. declarasse, quod Tridentinum ita sit intelligendum, talis declaratio a Pontifice fuisset confirmata, et tunc sic foret tenendum; sed quia id non constat, et alias ex verbis concilii id non videtur efficaciter probari, non est quod ad primam sententiam nos adstringat. Revera enim concilium in priori loco citato, nempe *sess.* 7. *c.* 2., loquitur quidem de præsumentibus retinere duo beneficia quomodocumque incompatibilia, scil. quæ residentiam requirunt, et eos dicit ipso jure privari utroque beneficio sed nullum facit verbum de vacatione primi ob consecutionem secundi. In posteriori autem loco, nempe *sess.* 24. *c.* 17., ubi præscribit vacare primum beneficium, obtento secundo, loquitur tantum de beneficiis curatis, nimirum episcopalibus, et parochialibus. Hoc tamen non obstante propter prælaudatam declarat. S. C. cum ipsa a pluribus referatur, et præsertim a *Fagnano*, qui hujusmodi declarationum fuit diligens inquisitor, placet nobis potius primæ sententiæ adhærere, sed secundam non improbamus. Notat *Laymann l.* 4. *tom.* 2. *c.* 8. *n.* 4. *in fine*, quod habens personatum cum cura in Ecclesia, bene potest etiam habere ibidem canonicatum, cui parochialis Ecclesia annexa est, et quam per vicarium administrare debet, ex *c. Super eo, de præb. in* 6.

Præterea notandum cum *Salm. ibid. n.* 666. *et Abelly App. de statu cler. p.* 448. *n.* 2. quod in aliquo casu evidentis necessitatis, sive utilitatis Ecclesiæ posset Papa dispensare, ut aliquis obtineat plura hujusmodi beneficia incompatibilia, etiam curata, prout *Gregorius Magnus* fertur præfecisse *Martinum, Paulinum, et alios* duobus episcopatibus. Idque patet ex Trid. *sess.* 7. *cap.* 5. Diximus *casu evidentis necessitatis, vel*

utilitatis, nam alias habens plura hujusmodi beneficia, etiam cum dispensatione Pontificis, non erit tutus in conscientia, ut recte dicunt *Salm. loc. cit. cum Bellarm. Panorm. Wig. et Tolet.*

117. — Hic autem magna vertitur quæstio, an pluralitas beneficiorum sit vetita non solum de jure canonico, sed etiam naturali?

Prima sententia negat cum *Innoc. in. c. Finali, de cler. non resid. n. 1. et in c. Cum jam dudum, de præbendis*, item *Filliuc. Lugo apud Salm. de benef. eccl. c. unic. p. 16. §. 5. n. 656. et 657 et Val. Led. Tusch. Rebuff. etc. ap. Croix l. 4. n. 902.* Quia, ut dicunt, si hoc esset contra jus naturæ, Papa non dispensaret ita frequenter in hac pluralitate, ut videmus esse in consuetudine.

Secunda sententia vero, quam tenent *Cont. Tourn. de benefic. cap. 4. art. 2. et Azor, Panorm. ac Hostiens. ap. Salm. ibid. n. 655.* absolute affirmat tam de beneficiis duplicibus, quam simplicibus. Ratio, tum quia nequit unus duabus Ecclesiis satis bene deservire, tum quia intentio fundatorum talis est, ut plures sint, qui Ecclesiis inserviant; et ideo pluralitatem beneficiorum dicunt fuisse expresse damnatam ex Trid. sess. 24 de Ref. c. 17. ubi sic sancitum fuit : *Cum ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat clericorum, sancte sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis adscribi. Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu seipsos, non Deum decipientes, ea quæ bene constituta sunt, variis artibus illudere, et plura simul beneficia obtinere non erubescunt, sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis quocumque titulo, etiamsi cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, statuit, ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem si ad vitam ejus cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam sæcularia, quam regularia quæcumque, etiam commendata pertinent, cujuscumque tituli, ac qualitatis existant.*

Tertia sententia autem communis, et tenenda (etsi olim primam probabilem censui) docet pluralitatem beneficiorum sive duplicium, sive simplicium modo unum sufficiat ad congruam sustentationem, secundum se esse contra jus naturæ ob rationes mox allatas, et alia plura inconvenientia, quæ oriuntur a pluralitate beneficiorum, enumerata a *Joanne XXII. in Extrav. Execrabilis, de præb. et dign.*, ita ut plura beneficia nec etiam cum dispensatione Pontificis valeant retineri sine peccato mortali; sed non taliter quod id non possit ex aliquibus circumstantiis cohonestari. Ita *S. Th. Quodlib. 9. a. 15.* quem sequuntur *Less. l. 2. c. 34. n. 137. Laym. l. 4. tr. 2. c. 8. n. 2. Pal. tr. 13. d. 6. p. 4. n. 26. Azor 2. p. lib. 6. c. 12. q. 7. Abel. App. de statu cleric. art. 3. q. 4. n. 4. Holzm. tom. 1. p. 431. n. 417. Salm. de benef. eccl. c. unic. p. 16. § 5. n. 658. et 659.* ubi nostram sententiam ut certam habent cum aliis communiter, item *Bellarm. apud Cont. Tourn. l. c.* qui ait dispensationem Pontificis neminem tutum reddere, nisi adsit urgentissima causa, et Ecclesiæ necessaria.

118. — Causæ autem cohonestantes pluralitatem beneficiorum, ex communi DD. sententia, sunt I. *Necessitas Ecclesiæ*, nempe si desint alii ministri idonei, ita *P. Concin. t. 10, p. 171. n. 7. Anacl. pag. 417. n. 16, et Salm. ibid. n. 661. et alii, ex D. Thoma*, qui docet *cit. a. 15.* tunc posse alicui conferri plura beneficia, *si sit necessitas in pluribus Ecclesiis ejus obsequio, et ipse possit plus deservire Ecclesiæ, vel tantumdem absens, quam alius præsens*, verba S. Doctoris. II. *Utilitas Ecclesiæ*, nempe si unus solus, licet absens, magis censetur profuturus sua auctoritate, doctrina, et prudentia, quam alter sua præsentia. Ita *Holzmann tom. 1. pag. 431, n. 418. Conc. l. cit. et Anacl. n. 17. cum Pirhing.* Hinc aiunt *Holzm. et Anacl.* hac de causa conferri aliquando filiis principum plures episcopatus, etiam ante ætatem, ut Ecclesiæ contra hæreticos potentius defendantur. III. *Evidens meritorum prærogativa* scilicet si aliquis præstaret doctrina, consilio, instructione, aut scriptione. Ita *Laym. l. 4. tr. 5. cap. 3. n. 2. Anacl. l. cit. n. 18. et Holzm. d. n. 418. ex c. fin. De multa, de præb.* ubi dicitur : *Nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum; circa sublimes tamen. et litteratas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem apostolicam poterit dispensari.* Et hoc est conforme

doctrinæ Apostoli, 1. *ad Tim. c.* 5. *v.* 17. ubi ait: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore* (id est *munerum largitione*, ut explicat S. *Hieronymus* c. 15. *Matth.*) *digni habeantur; maxime qui laborant in verbo, et doctrina.*

Quæritur autem circa beneficia simplicia, an si quis habens unum beneficium, jam sufficiens ad suam congruam sustentationem, accipiat secundum sine causa cohonestante, primum ipso jure vacet? Negant *Holzm. t.* 1. *p.* 431. *n.* 415. item *Gonzalez, et Flaminius ap. Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 16. § 5. *n* 669. dicentes hunc beneficio non privari, sed esse cogendum per sententiam judicis, ut alterum dimittat. Sed melius et communius affirmant *Barbos. de Pot. Ep. all.* 62. *n* 3. *Fagnan. in c. De multa, de præb. et Salm. cit. n.* 669. *cum Garcia*, ex quadam declar. S. C. quam iidem *Fagn. et Garcias* referunt, hoc enim conformius videtur verbis aut saltem menti Tridentini.

119. — « Quæres, an, et quomodo » clerici teneantur ad residentiam?

« Resp. 1. Episcopos, parochos, eos» que, qui curatum beneficium habent, » jure divino teneri. Nec sufficit, si per » alios administrent, nisi majus bonum » urgeat, quia contra rationem est, ut » hic officium, et fructus, alter onus » habeat. *Bon. tr.* 1. *d.* 5. *de oblig.* » *benef. p.* 1.

« Resp. 2. Ita teneri ad residentiam, » ut si Episcopi intra annum ultra tres, » et parochi ultra duos menses absque » legitima causa, per Episcopum cognita » et approbata, absint, mortaliter pec» cent, et fructus non faciant suos. Ita » *Trid. sess.* 23. *de Reform. cap.* 1. *Vide.* » *Bonac. l. c.* Notat autem *Dian. p.* 9. *tom.* » 7, *r.* 53. *ex Bard.* supradicta etiam » habere locum in superioribus, sive » prælatis regularibus; ideoque eos te» neri tempore pestis etiam cum peri» culo suis assistere.

« Resp. 3. Qui in Ecclesiis cathedra» libus, vel collegiatis obtinent dignitates, » canonicatus, præbendas, vel portiones, » *item omnes mansionarii, et cæteri, qui* » *habent in collegiatis beneficium perpe*» *tuum cum servitio annexo in choro, ut* *dicunt Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 6. *n.* 142. *ex declar, S C. contra Azorium,* » *qui eos excusant, si alii sint qui Ecclesiæ* » *inserviant*) « si intra annum ultra 3 » menses absint, primo anno media parte » fructuum, secundo vero anno omnibus » fructibus, quos illo anno lucrati sunt, » privandos. Quæ tamen pœna est sen» tentiæ ferendæ, non latæ: ut constat » ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. *de Ref.*

« Resp. 4. Causas a residentia excu» santes esse, 1. Lectionem theologiæ, » vel juris canonici; neque ad hoc licen» tiam prælati, aut Episcopi requiri; re» quiri autem ad lectiones litterarum hu» manarum, et philosophiæ, nisi contra» rium habeat consuetudo. 2. Studium » theologiæ, vel juris canonici; id enim » per 5 annos etiam excusat. 3. Obse» quium Papæ, vel Episcopi, ad Ecclesiæ » utilitatem. 4. Licentiam legitimam ex » quavis alia justa causa. 5. Honestam » consuetudinem, ubi dispositio conci» lii non est recepta. *Vide Bon. l. c.*

» Resp. 5. Qui absque justa causa » abest, peccat mortaliter, non tamen » tenetur ad restitutionem fructuum, si » officio satisfecerit, nisi ad eam con» demnetur, vel nisi id aliquo jure sit » expressum.

« Resp. 6. Eos qui ex legitima causa » absunt, non lucrari distributiones, » juxta Trid. nisi tamen absint ad cu» randa negotia Ecclesiæ, ex commis» sione capituli, vel omnino involun» tarie; ob morbum, captivitatem, » injustam excommunicationem, etc. » *Vide Less. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29.

120. — Plura hic scitu et ad praxim necessaria sunt ad trutinam vocanda circa hanc materiam *residentiæ*, cujus nomine intelligitur commoratio in loco beneficii, ad obsequia ecclesiastica personaliter reddenda. Unde bene infert *Sylvester*, quod ii qui in loco beneficii degunt, sed debita officia non præstant, non reputantur residere, ut infra melius explicatur. Ut certum autem sciendum, quod olim de jure communi omnia beneficia simplicia residentiam exigebant, ut patet ex *can. Clericus, dist.* 91. *et cap. Ex parte* 8. *de cler. non resid.* Sed hodie ex generali totius Ecclesiæ consuetudine ipsa talem residentiam non requirunt, cum sufficiat per vicarium servitium præstare, nisi fundatores aliud expresserint. Ita communiter *Cont. Tourn. de beneficiis cap.* 4. *art.* 1. *v. Sed contraria. Holzm. de præc. partic. p.* 433. *n.* 425. *Barb. in. Trident. sess.* 24. *c.* 17. *nu.* 18. *cum. Sanch. Azor. Reg. et Sporer tom.* 3. *de statu clericor pag.* 73. *n.* 22. qui de hoc refert decretum S. C. Tantum hodie ad residentiam obligantur omnes pastores curam animarum habentes, et omnes

canonici sive præbendati, etc. cathedralium sive collegiatarum, de quibus infra postea agemus.

121. — Quæritur I. An omnes curam animarum habentes teneantur ad residentiam de jure divino? Negant *Ambrosius Catharinus, Valerius, etc. apud Salmant. tr.* 28. *de benef. eccl. c. unic. p.* 6. §. 1. *n.* 91. qui dicunt teneri tantum de jure positivo. Sed omnino tenendum ad id obligari de jure divino, ut communiter cum *Busemb.* docent *Less. l.* 2. c. 34. *n.* 153. *Cont. Tourn. loc. cit. v. Dico* 2. *Petrocor. tom.* 4. *p.* 503. *Anacl. de benef. p.* 414. *n.* 68. *Roncaglia eod. tit. cap.* 2. *qu.* 3. *r.* 2. *Spor. l. c. pag.* 73. *num.* 23. *cum Nav. Fagnan. Garc. Barb. et Salm. l. c. n.* 92. *et* 94. *cum aliis innumeris.* Et probatur ex Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 1. *de Ref.* ubi, licet hoc non fuerit expresse definitum, fuit vero tanquam certum suppositum, his verbis : *Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in cætera pastoralia munia incumbere ; quæ omnia ab iis nequaquam præstari, et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt, etc. Decl. S. Synodus, omnes cathedralibus Ecclesiis... præfectos, etiamsi S. Rom. Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur, etc.* Si ergo de jure divino est, ut pastores oves agnoscant et pascant exemplo, de jure etiam divino est consequenter, ut resideant ubi oves morantur ; alias ea nequaquam ab iis præstari et impleri possunt, qui *gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt.* Idque clare declaravit *Benedictus XIV.* in sua bulla, *Ubi primum edita* 3. *Dec.* 1740. Postquam enim dixit ibi teneri pastores de jure divino suis ovibus assistere, ut eas pascant verbo et exemplo, mox subdit : *Itaque in statione vestra maneatis oportet, et personalem in Ecclesia vestra, vel diœcesi, servetis residentiam, ad quam ex vi muneris vestri* (nota) *obligati estis.* Hinc bene aiunt *Cont. Tourn. ibid. obj.* 2. *et Croix l.* 4. *n.* 865. *cum Lugo,* non posse Pontificem in hoc dispensare, sed tantum posse aliquo casu declarare, quod jus divinum non obliget, justis intervenientibus causis, *de quibus vide infra num.* 125.

122. — Hinc autem notandum I. ab eodem concilio *dict. cap.* 1. concessum esse Episcopis per duos vel tres menses abesse a suis Ecclesiis, his verbis : *Quoniam, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt; sacrosancta Synodus vult illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere.* Unde opinantur *Roncag. c.* 2. *q.* 3. *r.* 2. *Elbel p.* 526. *num.* 360. *et Anacl. p.* 415. *n.* 73. *cum Barbos. et Sot. et aliis,* sufficere pro tali absentia excusanda causam etiam relaxandi animum, vel consanguineos aut amicos invisendi. Attamen *Palaus. d.* 5. *p.* 4. *n.* 1. *Vasq. Op. de benef. cap.* 4. §. 2. *n.* 147. *et Mazzot. t.* 2. *p.* 441. *n.* 2. *cum aliis,* dicunt præfatas causas non sufficere, nisi forte ad mensem, qui revera bene satis est ad animum relaxandum ; dum e converso concilium judicium pro sufficientia causæ æquæ (id est proportionatæ ad talem absentiam) remittit conscientiis Episcoporum, et sedulo monet, ne salutis periculo ob hoc se committant : sic enim in *eodem cap.* 1. *Trident.* immediate ad relata verba subditur : *Et haberi rationem ut id æqua ex causa fiat, et absque ullo gregis detrimento; quod an ita sit, abscedentium conscientia relinquit, quam sperat religiosam et timoratam fore, cum Deo corda pateant, cujus opus non fraudulenter agere, suo periculo tenentur* Notandum autem, quod concilium *ibidem* monet Episcopos, ne absint a suis ecclesiis cathedralibus tempore Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, ac Resurrectionis Domini, necnon Pentecostes, et festi Corporis Christi. An vero causæ supra allatæ sufficiant ad excusandam absentiam Episcoporum pro tribus mensibus a Tridentino concessis, vel causæ majores his requirantur ? Perpende id quod in duplici loco de hoc puncto dixit noster SS. *P. Benedict. XIV* Nam in uno videtur causam absolute gravem requirere ad excusandum; in altero vero solas causas futiles excludit. En verba Pontificis in bulla quæ incipit *Grave,* etc. edita die 15 August. 1741. scribens ibi ad Episcopos Hibernos, et conquerens quod aliqui ipsorum vix per mensem in suis diœcesibus residebant ; deinde sic ait : *Episcopi*

sane residendi debito satis nequaquam faciunt, qui per alium a se substitutum seu vicarium Ecclesiam regunt, nisi foret ad breve tempus, et gravi de causa id fieret. In alia autem bulla, quæ incipit : *Ad universæ*, edita die 3. Septembris 1746. declarans, qualis sit causa æqua requisita a Tridentino, pro trimestri absentia Episcoporum, dicit : *Animi levitas, oblectationum cupiditas, aliæque futiles causæ penitus excluduntur.*

Insuper quoad hanc Episcoporum residentiam plura alia hic sedulo oportet adnotare, quæ habentur in bulla *Ad Universæ*, mox supra citata. In ea ante omnia confirmantur, et præcipiuntur servari in virtute sanctæ obedientiæ Decreta hac de re edita per *Pium IV Greg. XIII. Clem. VIII.* et præsertim innovantur Decreta *Urbani VIII.* ubi præscriptum fuerat. 1. Quod in curia possunt Episcopi manere Romæ per mensem (qui tamen ex concessione *Benedict. XIII.* prorogari potest per alios 40 dies a vicario Pontificis). 2. Quod Episcopi accedentes ad limina Apostolorum juxta tempora statuta abesse possunt per quatuor menses, et per septem, si ipsorum Ecclesiæ sint ultra mare vel montes positæ. 3. Quod si Episcopi occupari debeant in conciliis provincialibus, aut congregationibus ecclesiasticorum, vel in officiis reipublicæ, quæ ipsorum episcopatibus sint adjuncta, possunt abesse pro tempore ad ea necessario. 4. Quod Episcopi non possunt trimestrem absentiam a Tridentino concessam conjungere cum eo tempore, quo ipsi commorari debent : sive cum eo, quod ipsis conceditur ad sacra limina visitanda; sive cum eo, quo propter aeris insalubritatem ipsis extra diœcesim degere permittitur; nec possunt trimestres unius anni conjungere cum trimestri anni sequentis.

Deinde idem *Benedict. XIV.* in præfata bulla renovat pœnas Episcopis non residentibus impositas a Tridentino, *sess.* 6. *cap.* 1 *et sess.* 23. *cap.* 1. Item innovat pœnam amissionis facultatis testandi, et disponendi, si quæ transgressoribus ejusmodi competat, a *Pio IV.* impositam, necnon pœnam inhabilitatis ad majores dignitates, et Ecclesias obtinendas indictam a *Clem. VIII.* quibus addit privationem omnium privilegiorum, quæ transgressoribus tanquam pontificio solio assistentibus concessa fuerint. Præterea declarat, quinam comprehendantur nomine *transgressorum,* his verbis : *Decernentes, sub transgressorum nomine comprehendi non solum eos, qui præter tres menses a concilio toleratos, absque legitima causa et expressa Romani Pontificis licentia extra proprias diœceses commorantur; sed eos etiam qui hujusmodi licentiam falsis simulatisve causis dolose extorquere non dubitaverint, vel, ea semel rite recteque obtenta, præscriptos in eadem limites ac præfinitum tempus prætergressi fuerint.* Vide alia infra, quæ in hac bulla sanciuntur.

123. — Notandum II. quod sic pariter non excusantur a gravi culpa, et a restitutione fructuum parochi non residentes, ut declaravit idem Tridentinum *dict. sess.* 23. *cap.* 1. Et hi tenentur residere, quantumcumque modicum sit beneficium, ut dicunt *Salmant. tract.* 28. *c. unic. p.* 6. § 3 *num.* 109. *cum Barbos. et Reg. ex cap. Conquerente, de cler. non res.* Statuit autem idem Tridentin. *loc. cit.* parochos non posse discedere a suis Ecclesiis ultra bimestre, nisi ex gravi causa, et cum licentia Episcopi in scriptis, nec infra bimestre, nisi idem ipsorum Episcopus causam, et vicarium substitutum approbaverit. Verba concilii : *Eadem, omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, et pœnas de curatis inferioribus... Sacrosancta Synodus declarat et decernit : ita tamen ut quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita et probata, abesse contingerit, vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam, in scriptis gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant.*

Hic autem dubitatur 1. an præfata licentia in scriptis omnino requiratur, ita ut non valeat, si oretenus habeatur? Negant *Less. l.* 2. *c.* 34. *num.* 158. *et alii apud. Bonac. de benef. d.* 5. *p.* 5. *num.* 17. dicentes scripturam requiri tantum pro foro externo, non autem ad valorem concessionis : affirmant vero *Sanch. Dec. l.* 6. *cap.* 16. *n.* 31. *Palaus tract.* 13. *d.* 5. *n.* 8. *et Nav. apud Bonac. loc. cit.*; nam esto de jure naturæ scriptura non sit necessaria ad valorem concessionis, hic tamen est necessaria, cum a Tridentino licentia in scriptis pro forma expostuletur At cum hoc non constet, non puto improbabilem opinionem *Lessii*, quam tenet etiam *Viva Op.* 3. *q.* 3. *a.* 3. *n.* 7. *in fine*, et probabilem censet *Croix l.* 3. *p.* 1. *n.* 739. imo *Coninchius, et Reg. ibid.* dicunt sufficere licentiam tacitam, saltem

si talia concurrant signa ut constet Episcopum actu consentire. Dicit autem *Mazzotta* sufficere etiam licentiam præsumptam; sed ait *Croix loc. cit.* hanc licentiam præsumptam sive interpretativam a nullo admitti. *Vide dicta n.* 18. *v. Secunda.* Imo S. C. concilii (ut notat *P. Zacharia ap. Croix d. num.* 739.) declaravit talem licentiam oportere esse expressam.

Dubitatur 2. an parochus habens justam discedendi causam, possit per dictos duos menses abesse sine licentia Episcopi?

Prima sententia affirmat, eamque tenent *Nav. Man. c.* 25. *num.* 121. *Cabass. T. J. l.* 5. *c.* 1. *num.* 4. item *Bon. Rodr Lop. etc. apud Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 3. *n.* 116. probabilemque putant *Less. l.* 2. *c.* 34. *num.* 159. *Croix l.* 3. *p.* 1. *num.* 142. *Azor. p.* 2. *l.* 7. *cap.* 4. *q.* 10. *et Pal. tract.* 13. *d.* 5. *n.* 3. *cum Sa, Zerol. etc.* Ratio, quia (ut dicunt) hoc jam permissum erat ante concilium, ut patet ex *cap. Præsentium, quæst.* 1. ubi sacerdos, qui causa infirmitatis aberat a sua Ecclesia per bimestre, ultra tamen tempus ei ab Episcopo præfixum, et ideo fuerat a suo Episcopo remotus, præcipitur a Pontifice in locum suum restitui. Ad absentiam autem duorum mensium quælibet causa honesta sufficit, ut patet ex verbis Tridentini supra relatis; ergo licentia et probatio Episcopi non requiritur pro tali absentia, sed tantum pro absentia ultra bimestre, pro qua Episcopus debet causæ gravitatem approbare.

Secunda sententia tamen, quam sequimur, negat, eamque tenent *Barbos. de Potest. Episc. alleg.* 53. *n.* 96. *Elbel tom.* 2. *pag.* 527 *n* 362. qui oppositam vocat vix probabilem, *Roncag. de benefic. c.* 2. *q.* 4. *r.* 2. *Holzm. tom.* 1. *p.* 433. *n.* 427. *et Salm. l. c. n.* 117 *cum Vasq. Garc. Com. Fil. etc.* ex quadam declaratione S. C. apud *Garciam*. Ratio, quia, licet ex concilio non exigatur gravis causa ad discedendum per bimestre, absolute tamen requiritur, ut causa ab Episcopo agnoscatur, et probetur, ex illis verbis, *quandocumque eos abesse contingerit, causa prius per Episcopum cognita et probata.* Tanto magis quod parochus a concilio prohibetur discedere, nisi prius ab Episcopo approbetur vicarius, qui relinquitur. Dicit tamen *Anacl. p.* 416. *n.* 77. in hoc servandum esse usum diœcesium; et an rigor iste sit usu receptus, ait *Less. d. n.* 159., *credo tamen non esse usu receptum.* Si autem Episcopus jam causam, et vicarium approbaverit, nulla alia licentia requiritur ad discedendum, ut patet ex verbis concilii supra relatis *n.* 123.

Cæterum licite potuerit parochus abesse per breve tempus sine licentia, si aliqua occurrat necessitas quæ moram non patiatur Episcopum adeundi modo idoneum vicarium relinquat, ut recte aiunt *Sporer tom.* 3. *p.* 74. *n.* 30. *Elbel p.* 534. *n.* 379. *cum communi, et Anacl. p.* 416. *num.* 78. qui hoc ut certum habet; et approbavit S. C. concil. ut notat *P. Zachar. ap. Croix l.* 3. *p.* 1. *ad n.* 740. Debet vero Episcopum certiorare de suo discessu et causa, ut ille causam agnoscat, et licentiam saltem postea præbeat, nisi brevi fiat reditus. *Elbel cum Garcia, Sporer ll. cc. cum Fag. Abb. Anacl. etc.*

Item ex parvitate materiæ poterit parochus excusari saltem a mortali si discedat per modicum tempus, ut communiter dicunt DD., modo non relinquat infirmos in articulo mortis. Quantum autem sit hoc modicum tempus? S. C. concilii apud *Garciam*, ut referunt *Salm. tr.* 18. *c. unic. p.* 6. § 3. *n.* 113 : sic declaravit : *Parochum non posse abesse absque licentia per hebdomadam, etiam relicto vicario idoneo ab Ordinario approbato.* Verumtamen communiter admittunt *Holzm. p.* 433. *num.* 427. *Ronc. quæst.* 3. *r.* 2. *et Spor. num.* 31. *pag.* 74. *cum Barbosa et Anacl.* non peccare graviter parochum, qui absit sine licentia per sex vel septem dies, relicto tamen vicario idoneo; immo *Cont. Tourn. de beneficiis cap.* 4. *art.* 1. *in fin. Cabas. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 4. *Sanch. de matrim. lib.* 7 *d.* 71. *num.* 11. *et Reg. Valer. apud Salm. ibid. n.* 113. id extendunt usque ad 15 et 30 dies. Verum per Synodum Romanam sub *Benedict. XIII. tit.* 15. *c.* 6. vetitum fuit parochis discedere a cura ultra biduum sine Episcopi vel vicarii generalis licentia in scriptis : sed per aliquos viros probos tanquam certum mihi fuit affirmatum, præfatam Synodum non fuisse in nostro regno receptam. Cæterum non acquiesco opinioni, quam tenet *La Croix l.* 3. *p.* 1. *n.* 741. ubi ait non peccare graviter parochum, si absit per bimestre sine licentia, sed cum causa, et sine gravi damno ovium : quia (ut ait) id non est per se malum, alioquin concilium nunquam admisisset absentiam per bimestre etiam prævia licentia : quod autem non petatur eo casu licentia, censet non esse materiam gra-

vem. Imo affert *ibid. Nav. Garc. Bonac. Barbos. et alios*, qui excusant parochum a mortali, etiamsi abesset sine causa, quia talis absentia per se censetur modica; unde *Navar Azor, Castrop. Bonac. et alii ap. Croix num.* 743. cum tali casu non obligant ad restitutionem fructuum. Quidquid tamen sit de his, bene poterit Episcopus prohibere, ne parochi omnino discedant a suis Ecclesiis, esto nequeat eos obstringere per excommunicationem, ne per biduum quidem absint, ut dicunt *Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 3. *num.* 113. *circa med. Ronc. q.* 4. *r.* 2. *Bon. d.* 5. *p.* 3. *n.* 8. Decreto S. C. *apud Garc. et Barbos.*

Audiendus hic Eminentissimus Card. Gousset :

« Il ne suffit pas d'être présent dans sa paroisse les jours de dimanche et de fête de précepte, il faut y être tous les jours, moralement parlant, parce que tous les jours il y a quelque chose à faire pour les paroissiens; tous les jours le ministère du prêtre peut-être utile à quelque fidèle. Il ne suffit pas même d'y passer la nuit et une partie de la matinée; celui qui s'éloigne tous les jours ou presque tous les jours, ou trois ou quatre fois la semaine, en partant le matin pour ne revenir que le soir, n'est pas en sûreté de conscience; en outre du danger de laisser mourir des malades sans sacrement, il perd le temps, il se met hors d'état de remplir exactement ses devoirs et il scandalise le peuple. Une vie si dissipée est incompatible avec l'esprit ecclésiastique, l'amour de la retraite, de la prière et de l'étude nécessaire à chaque prêtre et en particulier à ceux qui sont chargés de la direction des âmes.
(*Théol. mor. de l'ordre.* N° 725.)

124. — Quæritur II. Quo in loco beneficiarii teneantur residere? Papa tenetur residere Romæ, prout etiam Cardinales; ita *Ronc. de benef. c.* 2. *q.* 3. *r.* 2. *Salm. ibid.* § 1. *n.* 96 *et* 97 Episcopos autem alii dicunt teneri ad residendum in sua cathedrali, nec satis esse si resideant in diœcesi, ut *Salm. ibid. n.* 98. *Fagnan. in c.* 34. *de cler. non resid. Roncaglia l. c. cum Barbos. et Sporer. pag.* 73. *n.* 25. *ex c. Placuit, ut nemini, caus.* 7. *quæst.* 1. ubi ex concilio Carthag. *can.* 5. sic statutum fuit : *Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam Ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quam oportet constitutum, curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.* Si vero Episcopus habeat duas cathedrales, potest ubi mavult residere, ut *Salm. cit. n.* 98. *in fin.* ex bulla *Urbani VIII.* Alii tamen verius, ut *Holz. tom.* 1. *pag.* 433. *n.* 426. *Cabass. T J. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 2. eisque adhæret *Bonac. t.* 1. *d.* 5. *p.* 3. *n.* 5. dicunt posse residere Episcopum in quocumque loco suæ diœcesis; et de hoc videtur non posse dubitari, cum in Tridentino expresse dicantur Episcopi *obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel diœcesi residentiam.* Idemque declaravit N. P. in bulla, quæ incipit, *Ubi primum*, edita 3. Decemb. 1740. dicens : *personalem in Ecclesia vestra, vel diœcesi servatis residentiam.*

Parochi autem debent habitare in domo suæ Ecclesiæ, si ibi adest; si vero non adest, debent residere in alia domo, quæ sit intra limites parochiæ, saltem moraliter, nempe quæ sit ita propinqua Ecclesiæ parochiali, ut commode possit ei inservire : et quo parochiani facile queant ad ipsum recurrere pro sacramentis suscipiendis; ita *Palaus tr.* 13. *d.* 5. *part.* 2. *n.* 1. *Bon. de benef d.* 5. *p.* 1. *n.* 4. *et Salm. tr.* 28. *c. unic. p* 6. § 3. *n.* 110. *cum Nav. Bard. Hurt. et Garcia*; hinc recte dicunt *Bon. et Salm. ll. cc.* nequaquam residentem censeri parochum, qui habitaret procul a sua Ecclesia per tria, aut quatuor milliaria; imo etiam per duo, ut non irrationabiliter sentit *Croix l.* 3. *p.* 2. *n.* 745. Imo *ibid.* addit cum *Luca, Leur. Sot. etc.* non satis residere parochum, etiamsi habitet intra fines parochiæ, si oves non facile ad eum accedere possint. Parochus vero qui haberet duas parochias perpetuo unitas, quarum nulla sit dignior, aut frequentior, aut existens in civitate, hic poterit habitare in ea, qua velit : ut *Salm. ibid. cum Nav. Pal. Lart. Bard. et Garcia*, qui refert hæc fuisse decisa ex variis declarationibus S. C.

123. — Quær. III. Quæ sunt causæ excusantes Episcopos, et parochos a residentia? Quatuor ex Tridentin. *sess.* 23. *c.* 1. *de Ref.* assignantur causæ, nempe *christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, et evidens Ecclesiæ, aut reip. utilitas.* Has tamen causas decernit concilium, quoad Episcopos excusandos pertinet, approbandas esse in scriptis vel a Pontifice, vel a Metropolitano, vel eo absente a suffraganeo Episcopo antiquiore residente, qui Metropolitani absentiam probare debebit. Sec nunc semper ad Papam recurrendum, ut *n.* 122.

in fine. Quoad parochos vero, causæ approbari debent a suis Ordinariis, ut jam supra diximus. Sed de præfatis causis sigillatim agendum.

Et I. Ratione *christianæ charitatis* excusantur pastores animarum, si abesse debeant ad componendas inimicitias, præsertim personarum potentium; ut *Ronc. c.* 2. *q.* 4. *Barb. all.* 53. *Holzm. pag.* 434. *num.* 428. *Elbel tom.* 1. *pag.* 527. *n.* 363. *Cont. Tourn. loc. cit. num.* 1. *Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 2. *n.* 101. *cum Sot, Vasq. etc.* Vel ad opitulandum alteri Ecclesiæ, quæ indigeat eorum prædicatione, ut liberetur ab hæresi, vel aliis gravibus flagitiis. *Palaus tr.* 13. *d.* 5. *p.* 4. *n.* 4. item *Ronc. Holz. et Elbel ll.* cc. modo, advertit *Palaus cum Tol. et Barb.*, non fiat cum notabili detrimento propriæ Ecclesiæ.

II. Ratione *urgentis necessitatis* excusantur pastores, quando eis imminet periculum extrinsecum mortis ab inimicis (vel gravis damni in bonis, ut ait *Petrocor. l. c.*) dummodo præsentia pastoris non sit necessaria ad salutem subditorum; nempe ad confirmandos eos in fide, vel ad sacramenta eis ministranda, et alias sufficienter ipsis per vicarios provideatur, ut docent communiter DD. cum *S. Thom.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. cujus verba retulimus *l.* 4. *num.* 360. *v. Dubitatur III.* Dicit autem *Ronc. c.* 2. *q.* 4. cum *Fagn. in c. Clericos, de cler non resid. n.* 25. *et* 26. ex decr. S. C. quod si aliquis parochus gravem haberet inimicitiam, posset discedere per sex menses, constituto idoneo vicario, et licentia obtenta; quæ posset prorogari, si inimicitia perduraret; sed transacto anno debet parochus induci omnino ad resignandam vel permutandam Ecclesiam. Insuper animadvertendum, quod talis absentia tum tantum permittitur, cum periculum est particulare ipsius pastoris, non vero quando est commune totius populi, prout accidit tempore pestis, ut docent communiter *Fagn. l. c. n.* 38. *Cont. Tourn. ibid. num.* 2. *Ronc. c.* 2. *quæst.* 4. *Sporer p.* 74. *n.* 32. *et Elbel t.* 1. *p.* 529. *n.* 170. et sic referunt *Fagnanus, et Sporer* declarasse S. C. ann. 1576, die 11 Octobris, instante *S. Carolo Borromæo.* Et idem dicendum ait *Spor.* de tempore incursionis hostium.

Sic pariter excusantur pastores a residentia ob periculum intrinsecum infirmitatis, puta si eis oporteat abesse a suis Ecclesiis propter insalubritatem aeris, ut communiter docent *Caj.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. *Petr. de benef. t.* 4. *pag.* 505. *Cont. Tourn. loc. supra cit. Holz. pag.* 433. *n.* 428. *Salm. tr.* 28 *c. unic. p.* 6. § 2. *n.* 102. *in fin. et Laym. l.* 2. *tr.* 2. *c.* 6. *n.* 5. *ex c. Præsentium* 7. *qu.* 1. *et c. Ad audientiam, de cler non res.*, modo tamen, ut bene advertunt *Cont. Tourn. et Salm. ll. cc. cum Bellarm. Vasq. Hurtado*, infirmitas non sit perpetua, et absentia non sit ovibus graviter nocitura; nam tunc deberet pastor vel residere, vel curam resignare. Hic autem advertendæ sunt regulæ, quas super hac causa infirmitatis præscripsit *Bened. XIV* in bulla, *Ad universæ*, supra relata; et quas mandavit servari ab iis ad quos spectat; in ea sic loquitur : *Qui vero licentiam abessendi petierint ratione infirmitatis extra diœcesim contractæ, dum vacatione a concilio indulta uterentur, asserentes ea de causa regressum ad propriam diœcesim sibi prohiberi, exponere debebunt contractæ infirmitatis qualitatem, et super ea testimonium medici juramento firmatum exhibere. Atque ubi petita licentia ipsis indulgeatur, ea semper ad certum ac definitum tempus concedi debebit, adjecta quoque clausula, si tamdiu infirmitas duraverit.*

Ab iis autem, qui hujusmodi licentiam postulaverint, eo quod aeris mutatione opus sibi esse dicant ad convalescendum ex morbis quos in suis Ecclesiis residendo contraxerunt, exprimendum erit in precibus, quo morbi genere, et quam graviter laborent, ac proferendum testimonium medici, qui jurejurando testetur, utile ac necessarium oratori esse, ut in aliam regionem atque aerem per aliquod tempus se transferat. Nec illud silentio prætereundum, an scilicet orator, antequam morbo corriperetur, trimestri licentia a concilio permissa usus fuerit: si enim id nondum fecerit, et tempus a concilio indultum sufficiens ipsi non reputetur, poterit eidem concedi, ut per quatuor menses, in quibus tamen conciliares menses comprehendantur, a residentia absens permaneat : at si prædictos conciliares menses, remoto omni dolo et fraude, jam extra diœcesim transegerit, tantum temporis ipsi indulgeatur, quantum ad confirmandam ipsius valetudinem vere necessarium esse prudenter judicabitur.

Qui tandem licentiam commorandi extra diœcesim postulabit propter malignitatem aeris, quem in sua diœcesi aliquo anni tempore insalubrem esse affirmet; is vi-

eat etiam atque etiam quid agat : et quiem pro veritate exponat, quibus anni iensibus perniciosus sit regionis aer : em an eadem cœli temperies totam comrehendat diœcesim, ita ut nullus intra ius tractum locus existat, in quo suspecum illud tempus absque salutis detriiento transigere valeat; postremo, an conliaribus mensibus usus fuerit. Etenim si ondum eos sibi sumpserit, non ægre obnebit Indultum abessendi per quatuor ienses (quatenus periculum ab aere tamdiu urare censeatur), in quibus tamen tres li a concilio permissi numerandi erunt : autem hujusmodi concilii indulgentia im usus fuerit, frustra novum Indultum rædicta de causa ab apostolica Sede posdabit : sibique imputare debebit, quod, im sciret certo anni tempore in sua diœsi aerem insalubrem fore, concessos vaitionis menses in tempus illud non reervaverit. In omnibus autem absentiæ idultis, quæ ratione aeris insalubris nposterum concedentur, hanc clausulam djici volumus : dummodo intra diœcesim liquis locus non adsit, in quo aer saluris sit, et in quo Episcopus commorari ossit.

III. Ratione *debitæ obedientiæ* excuantur Episcopi, vel parochi, si absunt t obediant Pontifici vel suis Ordinariis b bonum Ecclesiæ, vel reipublicæ, ut icunt *Elbel pag.* 527. *n.* 363. *Salm. tr.* 28. *unic. p.* 6. § 2. *n.* 103. *et Holz. pag.* 433. .428 vel ob quamcumque aliam gravem ausam, ut ait *Cont. Tourn. de benef. ap.* 4. *art.* 1. *n.* 3. dummodo absentia t ad breve tempus, nam alias requiritur bsoluta necessitas boni communis, ut *alm. ibid. cum. Caj. Gonz. Soto, Vasq. etc.*

An autem Episcopus possit retinere arochum, ut sit suus vicarius, visitator, ut secretarius? Affirmant *Nav. Sylv. xeda, et alii apud Salm. de benef. eccl. unic. p.* 6. § 4. *n.* 121 Sed melius id egant *Bon. d.* 5. *q.* 2. *n.* 4. *Cont. Tourn. ol. cit. Ronc. c.* 2. *q.* 4. *Salm. ibid. um.* 122. *cum Gonzal. Garcia, etc. ac ira Opusc.* 3. *q.* 3. *art.* 2. *n.* 8. qui efert S. Congregationem sic declarasse : *piscopus non potest uti opera parochi in isitatione, vel in alio servitio suæ diœcesis, isi pro tempore illi permisso duorum menium.* Excipit *Palaus d.* 5. *p.* 4. *n.* 9. *cum. Vasq. Azor, et Barb.* si talis sit ingentia, ut non sit alius, qui hujusmodi egitime præstare possit.

IV. Ratione *evidentis Ecclesiæ, aut reip. tilitatis* excusantur pastores, si absunt causa assistendi Synodis provincialibus vel diœcesanis; vel ut defendant se, el suos, aut Ecclesiam apud curiam regiam in gravi negotio, ut dicunt *Salm. ibid.* § 2. *n.* 105. *cum Soto, et Vasq. Ronc. c.* 2. *q* 4. *et Bonac. d.* 5. *p.* 5. *n.* 12. (*contra Nav.*) cum quadam decisione Rotæ Rom. ex *c. Ex parte* 13. *de cler. non res.*, ubi dicitur : *Quod si, non absentando in fraudem, præpositura tuæ jura fideliter prosequeris, ex hoc censeri debeas residens.* Hoc tamen intelligendum (bene advertit *Ronc. l. c.*), modo non sit alius, qui æque utiliter id implere possit. Insuper præscribit *Bened. XIV.* in bulla supra cit. quod in hujusmodi litibus pro Ecclesia vel clero tuendo Episcopus exponere debebit gravitatem litis et causas per quas necessaria creditur ejus assistentia; et an mensibus conciliaribus usus fuerit : nam si nondum usus sit, rescribere debebit, ut iis ad hunc effectum utatur : si vero usus fuerit, concedatur illi licentia, ut absit non usque ad exitum causæ, sed quamdiu necesse erit ad advocatos et judices instruendos. Si autem lis pertineat ad suam familiam, alia licentia ipsi non concedetur, nisi pro mensibus conciliaribus.

Nullo autem modo poterunt abesse, etiam cum licentia Pontificis, ad fungendum officio proregis, consiliarii, etc. nisi id exigat bonum commune, ut dicunt *Az. Sotus, Barbi. Diana, etc. apud Salm. cit. n.* 105. *circa fin.* Sed melius id intelligendum, ut docent *Vasq. Bard. Garcia,* et *Molf. apud Bon. d.* 5. *p.* 5. *n.* 9. si non sint alii qui æque utiliter, et fideliter talia officia exercere valeant.

126. — Quæritur IV. Quando et quomodo Episcopi, ac parochi teneantur ad restitutionem fructuum suorum beneficiorum. Ante omnia advertere oportet, quæ super hoc puncto statuit Tridentinum, nam in *sess.* 6. *c.* 1. *de Ref.* sic præscripsit : *Si quis a patriarchali, metropolitana, aut cathedrali sibi quocumque titulo commissa.... rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ, et pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso jure incurrat. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit; aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat.* Deinde in *sess.* 23. *c.* 1. declaravit, Episcopum ultra tres menses, et sine justa causa absentem a

sua Ecclesia, *Præter alias pœnas adversus non residentes sub Paulo III. impositas et innovatas, ac peccati mortalis reatum, cum pro rata temporis absentiæ non facere fructus suos, alia etiam declaratione non secuta, sed teneri per superiorem ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, vel pauperibus loci erogare, prohibita quacumque compositione.* Deinde respectu parochorum hæc subdit : *Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, et pœnas, de Curatis inferioribus, etc. sacrosancta Synodus declarat et decernit.*

127. — Sed dubitatur 1. an pastores animarum teneantur ad restitutionem fructuum, si absint sine licentia, sed cum justa causa? Negat *Viva Op.* 3. *q.* 3. *a.* 3. *n.* 7 et dicit quod si causa absentiæ sit evidenter justa, non tenentur restituere fructus, nisi post sententiam judicis, modo per alios suis ovibus sufficienter providerint. Ratio, quia talis restitutio non debetur, nisi quando violatur jus naturale contractus, quod hic non violatur; non vero quando læditur solum jus positivum; tunc enim requiritur sententia, ut pœna incurratur. Sed quoad Episcopos aliter hodie dicendum ex bulla supra relata *N. SS P. Bened. XIV. Ad universæ*, ubi sancitur, quod si Episcopus ultra menses conciliares absit *sine licentia expressa Romani Pontificis*, habetur ut transgressor, et fructus non facit suos, et alias incurrit pœnas in transgressores impositas. *Vide num.* 122. *in fin.*

Dubitatur 2. an restituendi sint fructus, si absentia sit inculpabilis, quia scilicet facta fuit bona fide, et cum existimatione causæ excusantis a residentia? Negant *Viva dict. art.* 3. *n.* 9. *et Garcia apud Bonac. d.* 5. *p.* 4. *n.* 10. Ratio, quia obligatio restitutionis vel est de jure positivo tamquam pœna, et hæc non debetur nisi post sententiam; vel est de jure naturali, et ex benignitate Ecclesiæ præsumitur nolle ipsam damnare ad talem restitutionem beneficiarium, qui inculpabiliter suæ obligationi non satisfacit; prout beneficiarius inculpabiliter omittens recitationem officii probabilius non tenetur restituere fructus beneficii, ut communissime docent DD. (*vide dicta libro* 3 (IV). *n.* 665.) esto plures auctores sentiant beneficiarios de jure naturali ad officium teneri; sed huic opinioni minime acquiesco, nam ut certum habendum puto, quod hæc obligatio non est de jure positivo, sed de jure naturali et divino, cum de jure naturali divino teneantur pastores residere ut ex Tridentino probavimus supra *n.* 121. Posito igitur quod pastores teneantur de jure naturali ad residentiam, ad eam quidem non alia ratione tenentur, quam contractus initi inter ipsos et Ecclesiam, ex quo dantur eis fructus beneficiorum sub conditione residentiæ; qua non impleta, etiam sine culpa, nullo modo pastores tales fructus acquirunt. Præsumptio autem illa quod Ecclesia fructus remittat illis, qui sine culpa non resident, valde dubia est; imo potius præsumitur Ecclesia oppositum velle ne pateat via ad eludendam hanc residentiam tuam rigorose ab ipsa Ecclesia requisitam : tanto magis quod *N. P. Benedict XIV* in citata bulla *Ad universæ*, expresse declaravit haberi tamquam transgressores, et fructus non facere suos, Episcopos qui *sine legitima causa* a suis Ecclesiis absunt. Nec obstat paritas allata beneficiariorum inculpabiliter omittentium officium, nam (ut diximus *l.* 3. *d.* (IV). *n.* 665. et dicemus *infra n.* 145. *Q. I.*) communiter DD. docent, prout fatetur *Covarr.*, contrariæ sententiæ fautor, quod beneficiarii non jam tenentur ad restitutionem fructuum de jure naturali, sed positivo ex concilio Lateran. et ex bulla *S. Pii V.* ubi talis restitutio omittentibus præcipitur.

Dubitatur 3. an teneantur restituere fructus pastores, qui inutiliter in suis Ecclesiis resident? Negant *Garc. et Led. apud Viva cit. Opusc.* 3. *qu.* 3. *art.* 3. *num.* 8. quia (ut dicunt absentia est rigorose explicanda, unde semper ac non absunt, possunt fructus lucrari, satisfaciendo per alios suis obligationibus. Sed verius affirmat *Viva loc. cit.*, tum quia restitutio fructuum revera, ut diximus, ab his non tantum debetur de jure positivo ratione pœnæ, sed etiam de jure naturali ratione contractus, sive conditionis residentiæ in contractu appositæ non impletæ, quæ conditio quidem non potest intelligi de sola residentia corporali : tum quia, etiamsi restitutio fructuum non deberetur de jure naturali, sed ex sola lege pœnali Tridentini, adhuc pastores inutiliter residentes tenerentur fructus restituere; dum concilium in *cit. sess.* 23. *c.* 1. postquam declaravit ipsos obligari ad personalem residentiam, addit : *Ubi injuncto sibi officio defungi teneantur*. Atque in bulla *Grave, Bened. XIV*, declaratur residentia non esse vera, nisi sit formalis.

Hinc communiter dicunt DD. ut *Salm.*

tr. 28. *c. unic. p.* 6. § 3. *n.* 144. *cum Vasq. Barbos. et Garc.* ex declarat. S. C. quod parochus non reputatur residere, si per se ipsum non exerceat principaliora munera, nempe administrationem verbi divini, Sacramentorum, etc. Et quoad Episcopos, ait *Sporer tom.* 3. *pag.* 73. *num.* 27. quod licet ipsi regulariter, juxta consuetudinem, non teneantur per se prædicare, et Sacramenta ministrare, debent tamen personaliter invigilare, ut per alios id præstent, et insuper gregem bono exemplo instruere, ac pauperibus subvenire. Dictum est *regulariter*, nam puto saltem aliquando Episcopos teneri ad concionandum, dum ipsi (ut declarat Tridentinum *d. c.* 1. *sess.* 23.) de jure divino tenentur oves suas verbi divini prædicatione pascere. Hocque per idem Concilium *sess.* 5. *c.* 2. *de Ref.* declaratur : *Omnes Episcopos et prælatos teneri per seipsos, si legitime impediti non fuerint ad prædicandum... Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni.* Circa autem obligationem parachorum concionandi, et Sacramenta ministrandi, *vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 269. *v. Hic. obiter*, *et n.* 358.

Sentit autem *Hurtadus l.* 3. *de resid. Paroch. resp.* 9. *contra Sancium,* non esse tutum in conscientia parochum, qui degens in parochia, per duos menses Sacramenta per seipsum non ministraret, nisi in beneficio constitutus esset alius vicarius perpetuus, ut dicunt *Salm. cit. num.* 114. *cum Gonzal. Barbos. et Garc.* Censet tamen *Viva cit. art.* 3. *num.* 9. *cum Sancio* esse valde probabile, quod Episcopus vel parochus absens cum justa causa, et tanto magis inutiliter residens in sua Ecclesia per tres menses, vel duos, ipsis respective a Trident. concessos, non teneatur ad restitutionem fructuum. Idque non omnino improbabile videtur, cum ex concilio *dict. cap.* 1. præfatum spatium non reputetur gravis materia ; nam pro trimestri Episcoporum absentia utitur verbo illo *aliquantisper*, et pro bimestri parochorum gravem non requirit causam. Dicunt vero *Bon. et Barb. ap. Croix l.* 3. *p.* 1. *n.* 752. quod parochi qui tantum habitu sunt curati, possunt totam curam sacellanis committere. Curati autem etiam actu peccant mortaliter, si semper per alios ministrent, cum ipsi commode possint; secus, si aliquando ministrent per se, præsertim Sacramentum pœnitentiæ; et alias per sacellanos.

Dubitatur 4. an Episcopus vel parochus non residens teneatur ad integram restitutionem fructuum, tempori absentiæ respondentium? Affirmat *Laym. apud Bonac. de benef. d.* 5. *p.* 4. *n.* 3. (qui ait) Tridentinum indefinite absentes privat eos fructibus; propositio enim indefinita æquivalet universali. Negant vero probabiliter *Bon. loc. cit. Barbos. de pot. Ep. pag.* 3. *alleg.* 43. *n.* 10. *Croix l.* 3. *p.* 1. *num.* 737. *et Viva Opusc.* 3. *qu.* 3. *art.* 3. *n.* 3. *et* 4. *cum Vasq. et communi*, ut asserit; idemque ait *Viva* de omnibus aliis beneficiariis ad residentiam obstrictis. Ac ejusdem sententiæ, ait *Bonac.* debere esse omnes DD. qui excusant ab integra restitutione fructuum beneficiatos omittentes recitationem horarum, ut retulimus *lib.* 3 (IV). *num.* 673. *v. Quæritur* 10. Ratio, quia fructus non solum dantur pastoribus pro oneribus residentiæ, sed etiam pro recitatione divini officii, et aliis muneribus; unde concilium Tridentinum, cum oppositum non expresserit, benigne interpretandum velle, quod præfati pastores teneantur restituere fructus tantum residentiæ respondentes, juxta rationem naturalem, quæ dictat, quod, si quis duplici onere gravatur, non est privandus integra mercede, cum unum adimplet.

128. — Quæritur V. Quibus restitui debent fructus a non residentibus? Hic notanda est differentia inter restitutionem faciendam a beneficiario ob omissionem horarum et ob omissionem residentiæ. Illa enim potest fieri quibusque pauperibus, et in fabricam domus beneficii, sive in emendis, aut meliorandis agris beneficii ; quia omnia hæc veniunt nomine *fabricæ beneficii*, ut dicitur in bulla S. *Pii V. vide dicta lib.* 3 (IV). *n.* 672. Ob omissionem autem residentiæ, restitutio debet omnino erogari vel in *fabricam Ecclesiæ*, vel *in pauperes illius loci*, ut sancitur in Trid. *sess.* 23. *c.* 1. *de Ref. Vide Bon. q.* 5. *p.* 4. *et Viva Opusc.* 3. *q.* 3. *a.* 4. *n.* 1. Nec satisfacit pastor non residens, applicando restitutionem in missis vel aliis suffragiis pro animabus purgatorii illius loci, quia revera animæ defunctorum non possunt amplius dici pauperes loci illius.

Dicit autem *Viva loc. cit. cum Less. et communi*, ut asserit, quod bene posset beneficiarius sibi restitutionem applicare, casu quo ipse vere esset pauper, cum non debeat inferioris esse conditionis, quam alii pauperes ; modo id non faciat in fraudem. nempe si non resideat eo

animo, ut postea applicet deinde sibi fructus ratione paupertatis; fraus enim nulli debet patrocinari, ut diximus *lib.* 3. (IV) *n.* 672. et sic dicit *Viva n.* 4. qui tamen excipit, si forte beneficiarius in gravem necessitatem postea incideret, et pœnitentia ductus proponeret se emendare in futurum. Insuper *Viva n.* 5. *et Bon. de hor can. d.* 1. *q.* 5. *p.* 4. *n.* 10. *cum Suar. Nav. Az. Men. etc.* communiter docent, quod si pauperes donarent beneficiario fructus restituendos post ipsorum traditionem, tunc bene posset ille retinere; secus vero, si donarent ante traditionem; quia tunc donatio est nulla : pauperes enim nullum jus certum et firmum habent ad illos fructus, sed tantum vagum et incertum, cum sit in potestate beneficarii eligere pauperes, quos velit.

Ad vero obligationes prædicationis et catechizationis apud parochos, sic habet Scavini :

« Maxima profecto est obligatio in Parochis prædicandi Verbi Dei; deducitur ex Tridentino : *Mandat Sancta Synodus pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis quæ in Missa leguntur, aliquid exponant; atque inter cetera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim dominicis et festis.*[1] Et merito sane : *Fides ex auditu*[2] Unde Apostolus Timotheum suum monebat[3] : *Prædica verbum, insta opportune, importune.*

« Hinc commune est atque receptum a mortali non excusari :

« 1. Qui per tres menses etiam discontinuatos vel per se vel per alios non prædicant. Imo rationabiliter dicunt Barbosa, Roncaglia et Salmanticences, eum quoque graviter peccare qui per integrum mensem non concionatur [4]: imo minus temporis spatium sufficit ad mortale, si populus prædicatione graviter egeat. Hinc patet, quam absurda sit et Canonum dispositione contraria illa quorumdam consuetudo, qui ferias sibi sumunt certa anni parte (vulgo *vacances*) etiam a prædicatione [1].

2. Qui prædicationem agunt capacitati audientium minime proportionatam, adhibendo nempe conciones ita ornatas, ut major audientium pars eas non valeat intelligere. Hinc Tridentinum Parochis expresse præcipit, ut plebes pascant *pro earum capacitate.* Hinc Pontifex Pius IX (Encyclica *Qui pluribus* 1846) *ne Dei sermo,* qui vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti [2] *ad animarum salutem est institutus, hoc vitio infructuosus evadat,* vult ut omnes divini Verbi præcones iterum atque iterum commoneantur. Hac de re quot damnabuntur Parochi! Hos Avila proditores vocat animarum, qui se ipsos prædicant, et quorum prædicatio non pascit fidem [3].

« 3. Qui nullam aut fere nullam præparationem præmittentes ita loquuntur, ut omnia sine ordine, multa inutilia, alia falsa proferentes in auditoribus fastidium, in sanctum ministerium contemptum excitent. *De his, ut plurimum, verificatur,* ait Acquensis Episcopus, *quod quidam de suo Parocho aiebat, referente perdocto Riccardi : Curatus noster, dum super ambonem ascendit, nescit quid erit dicturus; dum dicit, nescit quid dicat; et finita oratione, ignorat quid dixerit* [4]. Sane requiritur studiosus labor ut perspicuitatem, ordinem et Evangelicam simplicitatem conciones nostræ præ se ferant ac fructus faciant. Eleganter dotes prædicatoris numerat Augustinus : *Oportet igitur eloquentem ecclesiasticum quando suadet aliquid quod agendum est non solum docere, ut instruat, et declarare ut teneat, verum etiam flectere ut vincat* [5]. Et D. Bernardus vult, ut prædicatio nostra sit *deliciosa ad saporem, solida ad nutrimentum, efficax ad medicinam* [6].

« Parochi omnes sub gravi tenentur catechizare. Habet Tridentinum : *Archipresbyteri quoque, Plebani, et quicumque Parochiales vel alias curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent per se vel per alios idoneos (si legitime impediti fuerint) diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas*

[1] Sess. XXII, c. VIII. — Hoc iterum exprimitur sess. XXIV, c. IV, de R. ubi habetur prædicandum esse etiam tempore Quadragesimæ et Adventus, si ita oportere duxerit Episcopus. De concionatoribus Quadragesimalibus *vid.* Benedictus XIV, *Notificatione* XXVII; et *Synodus Novariensis*, p. 52 et seqq.

[2] Hom. X. — [3] I Tim. II. — V. Liguori, *Op. Mor.*, l. III, n. 269

[4] Si Parochus transitorie infirmatur, excusari potest. Si vero infirmitas videat r perpetua, officio cedere, vel coadjutorem ab Episcopo petere debet. Habenda est ratio majoris vel minoris necessitatis juxta omnium vel quorumdam ignorantiam, aut vitia. At ubi non repeiuntur qui in tali sint spirituali indigentia? — Ferraris, *Bibliotheca*, etc., v° Prædicator, Prædicare.

[1] Synodus Novariensis Parochum prohibet accedere ad solemnitatem, si inde concio vel catechesis omittenda sit Hac de re nullam feriam permittit : p. 102 et 42. — Et notat Gury, Parochum, qui pias lectiones habet, non obire munus suum; quia lectio non est prædicatio, nisi aliter facere non possit. Tunc vero identidem per alium debet populo sermones habere vel Episcopum de impedimento monere.

[2] Hebr. IV.

[3] V. Liguori, *Istruzione sulla predica.* — Muratori, *l'Eloquenza popolare.*

[4] Hæc habet in *Encyclica præfixa kalendario,* anni 1847. — V. Audisio, *Lezioni di sacra eloquenza.* — Avvisi interessanti sulla predicazione della parola di Dio. Roma, 1843, tip. della Propag. — Lezioni di sacra predicazione per la scuola del Seminario d'Oristano. Galiari, 1841.

[5] De *Doct. Christ.* — [6] Serm. LXVII *in Cantica.*

pro sui et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quæ omnibus scire necessarium est ad salutem, annuntiando quoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, et virtutes quos sectari oportet, ut pœnam æternam evaderent cœlestem gloriam consequi valeant [1]. Signanter quod puerorum instructionem habet, quoad Episcopi *saltem diebus dominicis et aliis festis diebus pueros in singulis Parochiis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt : et si opus fuerit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent, non obstantibus privilegiis et consuetudinibus* [2].

« Imo hoc munere Parochis omnibus nil sanctius, nil inviolabilius esse potest : semel enim hoc despecto, nulli in Parœcia mores, nulla religio, nulla fides ; cum sine tali instructione neque ipsa christiana vita institui possit. Illud *opus sanctissimum* appellat S. Pius V Constitutione *Ex debito ;* et Benedictus XIV Const. *Etsi nemine* vocat opus *maximi momenti, maxime necessarium*, requirens *omnem curam et diligentiam.* Tandem Pius Papa IX Encyclica *Nostis*, 8 dec. 1849, ut impiorum fraudes, quibus vel ipsam catholicam fidem funditus evertere conantur, in irritum cadant, hoc præcipue inter cetera commendat et præcipit, ut omnes Ecclesiastici, præsertim qui sunt in cura animarum, *majori usque alacritate, prout temp... ...um ratio postulat, in christianæ pleb... ...structionem incumbant.*

« Huic ergo assidue insistendum est maxime quia fidei veritates et multæ et intellectu difficiles sunt, quæ nisi sæpissime inculcentur, repetantur, satis animo non imprimuntur. Quilibet ergo Parochus illud Pauli sibi aptare debet : *Necessitas enim mihi incumbit : væ enim mihi est, si non evangelizavero* [3] !

« *Quid* (dices) *si adsint rudes, qui nequeant Ecclesiam adire, quia custodiunt domum aut greges, si in gravi necessitate spirituali reperiuntur?* R. Si Parocho maxime molestiæ futurum foret eos adire ob talium rudium multiplicitatem, curet saltem eos instruere per alios, vel per se (si aliter nequeat) tempore præcepti paschalis, aut cum accedunt ad confirmationem, aut matrimonium. Studeat autem omni modo eos avertere a peccatis, quæ non raro a talibus rudibus, maxime juvenibus ad invicem committi solent.

« *Quid* (subjunges) *si parochus habeat in parœcia surdos-mutos?* Parochus tenetur ipsis providere, imo quo miserior est illorum conditio, eo industrior sit oportet pastoris charitas et industria. Ad rem Careno : « Le pasteur est obligé de prendre soin de ces infortunés. Il doit s'attacher à trouver le meilleur moyen de leur faire concevoir l'idée des vérités principales à croire, relativement aux articles de nécessité de moyen. Ainsi doit-il procéder pour les Commandements de Dieu ; mais sur le sixième il doit agir avec la plus grande circonspection, pour ne pas enseigner le mal. Il s'informera auprès de leurs parents ou de leurs domestiques des péchés dans lesquels ils tombent ordinairement, pour avoir une sorte de mesure qui lui serve à juger de la sincérité de leurs confessions faites par signes [1]. Si ce sont des femmes, il les confessera dans une pièce attenant à la sacristie, ou dans la sacristie même, en laissant la porte ouverte, et en faisant éloigner le monde, non pas cependant de manière qu'on ne les voie plus, surtout si la pénitente est jeune. Lorsque l'on est sûr que les sourds-muets distinguent l'hostie consacrée d'un pain ordinaire, il ne faut pas hésiter à les admettre à la communion, en ayant soin de s'assurer auparavant qu'ils sont à jeun [2].»(t. I. 473 ad 376.)

Quoad frequentationem sacramentorum a parochianis audiatur cardinalis Archiepiscopus Gousset :

« Un curé, et même un vicaire, ne doit pas oublier qu'il répondra devant Dieu des âmes qui lui sont confiées. Il mettra donc la plus grande diligence afin que ses paroissiens s'approchent des sacrements le plus fréquemment qu'il est possible ; la fréquentation des sacrements est le moyen le plus efficace pour conserver la crainte de Dieu, la piété et la foi chez les chrétiens. Il veillera en particulier à ce qu'ils les reçoivent dans leur maladie. Il exhortera les peuples dont il est chargé à recourir à son ministère en les avertissant qu'ils ne peuvent l'affliger davantage qu'en se conduisant de

[1] Sess. v, cap. ii, de R. Dicente Concilio, *si legitime impediti fuerint*, docet cl. Alasia, curam animarum habentem teneri per se ipsum ad explicandam Doctrinam christianam, et solo legitimo impedimento superveniente, excusari. Quod ait non ita rigorose currere de explicatione Evangelii ; nam de hac Concilium simpliciter dicit *per se, vel per alios.*

[2] Sess. xxiv, c. iv, de R. Proprie loquendo triplex est Parochorum obligatio circa verbum Dei : una prædicandi, ie pe divinam legem populis enuntiandi ; altera pueros instruendi ; tertia fideles in christiana Doctrina erudiendi. De prima loquitur Tridentinum, sess. xxii, c. viii ; de secunda, sess, c. iv, de R. ; de tertia, sess. xxiv, c., i, de R. — V. *Miroir du clergé.*

[3] I Corinth. ix. — Liguori, *Homo Apost.*, tr. VII, n. 35.

[1] Ad rem Alphonsus noster, *Homo Apost.*, trac. ult., n. 44 : « Cum (confessarius) aliquod jam perceperit ejus (nempe muti et surdi) particulare peccatum, cum signo doloris, illum debet absolvere ; sed ego semper eum sub conditione absolverem, nisi quamdam moralem certitudinem haberem de sua dispositione ; » quæ quidem certitudo de facili haberi potest, si surdus-mutus instructus sit in aliquo ex tot institutis quæ ideo aperta sunt quod quidem curandum est.

[2] *Delle regole a rettamente amministrare e ricevere i sacramenti*, Esame xx.

manière à ne pas penser à leurs intérêts spirituels. »

Et quoad obligationem parochi applicandi missam pro populo, sic habet Scavini :

« Speciatim vi præcepti divini, ut Tridentinum docet, omnes qui curam animarum habent, tenentur pro populo Sacrificium offerre : *Omnis namque pontifex... pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* [1]. Quoties autem id debeant, controversiam definivit Benedictus XIV Bulla *Cum semper* 19 aug. 1744, ubi sancitum est omnes Parochos, sive sæculares sive regulares, etsi sint Vicarii curati (qui nempe curæ actualis exercitium habeant, remanente penes alium habituali cura) : imo etsi ad nutum amovibiles, vel deputati sint ad tempus tantum (Vice Parochi), teneri applicare Missam pro populo omnibus dominicis ac ceteris festis de præcepto, *licet* congruis reditibus destituantur, *licet* adsit immemorabilis consuetudo contraria, imo *licet* ipsis diebus permissum sit opera servilia exercere.

« Verum tunc temporis præter eos qui nunc celebrantur dies, alii festi erant (ut constat ex Constitutione Urbani VIII *Universa* anno 1626 data ad totum orbem), qui postea, impellentibus circumstantiis, ab aliis RR. Pontificibus suppressi fuerunt. Hinc quæstio ; an adhuc pro hisce festis *reductis* vigeat obligatio Missam populo applicandi. Pluries interrogata S. Congregatio tum Concilii, tum Rituum, tum ipsa Pœnitentiaria respondit obligationem adhuc vigere. Quia tamen hisce responsionibus non omnes acquiescere videbantur, vel etiam contrariam adducentes consuetudinem, dubium omne sustulit Pius Papa IX Encyclica *Amantissimi* 3 mai. 1858 hisce verbis decretoriis : *Declaramus, statuimus atque decernimus, parochos aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum Missæ sacrificium pro populo sibi commisso celebrare et applicare debere tum omnibus Dominicis aliisque diebus, qui ex præcepto adhuc servantur, tum aliis etiam qui ex hujus Apostolicæ Sedis indulgentia ex dierum de præcepto festorum numero sublati ac translati sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII Constitutio in pleno suo robore vigebat, antequam festivi de præcepto dies imminuerentur et transferrentur. Quod vero attinet ad festos translatos dies, id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum Officium translatum fuerit in Dominicam diem, una tantum Missa pro populo sit a Parochis applicanda, quandoquidem Missa, quæ præcipua divini Officii pars est, una simul cum ipso Officio translata existimari debet* [1].

« *Quid* (quæres) *si Parochus infirmetur, et nequeat per se Missam pro populo in festis celebrare ; tenebiturne per alium?* — Nos censemus affirmandum ; nam ista obligatio applicandi populo Missæ fructum est tum *personalis* (quia si potest per se, nequit celebrare per alium, cum sit ipse Parochus), tum *realis*, cum sit una ex suis obligationibus a Tridentino indicatis. Sicut ergo Parochus impeditus prædicare vel Sacramenta administrare per se, tenetur hæc agere per alium ; ita impeditus Missam per se ipsum applicare, tenetur par alium (et quidem præscripta die) applicare Sacrificii fructum, qui est pabulum utilius, quod fideles juvare potest [2]. Debet autem applicare Missam in parœcia : unde si extra moretur, celebret per alium Missam pro populo in ipsa parœcia ; quacumque consuetudine in contrarium non obstante [3].

« *Quid* (addes) *si Parocho exhibeatur eleemosyna pro Missæ applicatione in festo?* — Si Parochus ita pauper est, ut congruos ad sustentationem fructus non habeat, potest cum Episcopi consensu eleemosynam acceptare, celebrando pro populo intra eamdem hebdomadam (et tunc etiam anticipando, cum jam sit dispensata dies). Ita citata Encyclica Benedicti XIV, et Rescriptum S. C.C., 28 nov 1761. » (t. I. n. 482 ad 485.)

De eadem questione practica dat etiam Scavini adnotationes longas sequentes:

« Missæ sacrificium a pastoribus animarum applicari debere pro populo ipsorum curæ commisso, uti ex divino præcepto descendens, a Tridentino diserte exprimitur (sess. XXIII, c. I *de Ref.*) per hæc notabilia verba : *Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas cognoscere, pro iis sacrificium offerre.* Circa hæc nulla un-

[1] Hebr. v. Etiam Episcopus, et quidem plus quam Parochus, tenetur in festis et dominicis omnibus pro totius Diœcesis ovibus Missam applicare uti principalior pastor ; non tamen tenetur quotidie. — V. Liguori, *Homo Apost.*, tract. VII, n. 65.

[1] Id est quando una cum Officii recitatione simul transfertur celebratio festi, ut evenit in Gallia ex Indulto Pii VII, 9 apr. 1802. Non vero quando tantum Officium translatum est, ut ordinarie evenit : in hoc ultimo casu, Missa applicanda est die quo currit festum (etsi non eadem die qua recitatur illius officium). Dein Pontifex : 1. parochos qui ob assertam consuetudinem festis reductis Missam omiserunt, plenissime absolvit ; 2. concedit ut qui hac de re indultum aliquod obtinuerint, illo adhuc fruantur juxta conditiones indulti et donec parochi officium tenuerint in parœciis quas in præsentiarum regunt ; 3. ut si hac de re sit impetranda aliqua remissio, unice fiat recursus ad S. Concilii Congregationem, iis exceptis qui a Congregatione fidei propagandæ pendent ; cum opportunas utrique Congregationi contulerit facultates ipse Pontifex.

[2] V. Bergier, *Dictionnaire*, Append. v° Messe. — Liguori, *Op. Mor.*, l. VI, n. 325.

[3] Ita S. C. C. penes Ferraris et Bouix. Sufficit autem etiam Missa lecta. Quod si parochus sit simul canonicus atque ad eum spectet Missam conventualem celebrare, tenetur alium substituere, qui missam applicet pro populo, in parochiali ecclesia, festo eos die.

quam difficultas mota fuerat : dubium erat tantum, quoties ad id tenerentur Parochi : in quo olim non una erat sententia. Alii docebant ad hoc toties teneri Parochos quoties celebrant; alii omnibus festis diebus, alii diebus singulis, si divites essent (V A. Montazo, *De causis piis*, l. II, c. IV). Benedictus XIV Bulla *Cum semper* 19 maii 1774, omne dubium sustulit decretorie declarando, illud divinum præceptum bene impleri applicando Sacrum omnibus, qui tunc erant festis diebus; idque observandum mandavit. *V.* Lucius Ferraris, *Bibl. canonic.*, v° Missæ sacrificium, art. 3. — Hisce prænotatis :

« Dicimus quia populus in aliquo festo dispensatur ab audiendo, non ideo etiam dispensari Parochum a Sacro applicando : neque enim hæc duo sunt correlata, ut unum includatur in alio; et uno relaxato, et aliud per se dispensatum sit. Sane *præceptum applicandi* est a Deo, qui illud reliquit determinandum ab Ecclesia; cum porro Ecclesia per Benedictum XIV declaraverit satis illud impleri per applicationem quæ fit diebus festis (qui tunc erant de præcepto); ideo etiam nunc satis impletur per hujusmodi applicationem talibus diebus factam; non autem satis impleretur, si hodie nunc Parachorum applicatio se restringeret ad dies festos, qui nunc vigent. *Præceptum vero audiendi* est immediate ab Ecclesia, quæ illud protulit ut melius diem festum fideles sanctificarent : cum vero alia media sint, quibus id possit a fidelibus præstari, ideo illud præceptum temperavit, injungendo, uti apud nos, alia pietatis exercitia, jejunium scilicet tempore Adventus.

« Illud autem *toties tenentur Parochi applicare, quoties tenetur populus audire* regula erat tunc merito sane inducta communi usu ac loquendi modo, cum tunc illi dies sibi essent correspondentes : hodie vero cum amplius non sibi correspondeant, sed aliter statutum sit a legitima auctoritate, vulgaris illa regula non amplius locum habere potest. Ergo Parochus tenetur Sacrum pro populo applicare etiam illis festis diebus qui post Benedictum XIV supressi fuerunt; nam hæc suppressio liberat tantum fideles ab audiendo. Et ita pluries pro variis orbis partibus declaravit S. C. Congregatio, specialiter ad id a Pontifice deputata, nempe 28 martii 1801; 10 sept. 1818; 18 maii et 27 aug. 1824; 14 junii 1841.

«Neque obstat, quod nonnulli Episcopi, quibus demandatum fuit Breve Pontificium pro festorum reductione ut illud publicarent, ab applicatione illa deobligaverint Parochos; cum evidenter dicendi sint non bene intellexisse et explanasse mentem Pontificis, utpote qui de sola festorum observantia loqueretur, ac dispensaret fideles a Sacro audiendo, sed ne verbum quidem faceret de applicatione Parochis injuncta : imo expresse decerneret *nihil quoad Chorum esse innovandum relate ad functiones ecclesiasticas :* quæ verba hanc Parochorum obligationem includunt, ut ipsimet Pontifices declararunt per organum S. Congregationis Concilii. Hinc cum Episcopus Novariensis Romæ quæreret, an Parochi suæ Diœcesis ad hanc applicationem adhuc in festis suppressis tenerentur, humiliter exponebat ad R. Pontificem, *quod jamdudum in sua Diœcesi invaluit opinio eos, qui curam habent animarum, non teneri Missam pro populo applicare diebus festorum, quæ supressa aut translata fuerunt vigore Indulti Apostolici Pii VI* 1786, *et Pii VII* 1814. *Eo magis prædicta opinio vim habuit, quod Cardinalis Costa, Archiep. Taurinensis, cui executio primæ reductionis commissa fuerat, aperte declaravit sub die* 21 *junii* 1786 *dictam obligationem in diebus festis, suppressis in regno Pedemontano, non vigere.* S. C. C. de expresso Pontificis mandato declaravit 9 junii 1848, Parachos ad illam applicationem teneri.

« Sed cum ex mente multorum hæc responsio non omnes difficultates auferre videretur pro Novariensi Diœcesi, ut ipsorum votis annueret Episcopus, novo ad R. Sedem recursu exposuit : « 1. quod non pauci ex suis Parochis tenues habent reditus; 2. quod Episcopus antecessor Vict. Philippus Melano, edict. 21 dec. 1793 notificando reductionem festorum Apostolica Auctoritate qua se præditum declarat, conceptis verbis ait, quod in festis, quibus populus dispensatur a Sacro audiendo, etiam Parochus remanet solutus ab eo applicando : 3. quod ab eo tempore, spatio annorum circiter quinquaginta, ea semper viguit in Parochis consuetudo scilicet non applicandi, quin ullus reclamaverit Episcopus, vel dubium de obligatione in illis exurgeret; 4. quod in Novariensi Diœcesi nulla est obligatio audiendi Missam in festis suppressis; 5. quod die 9 nov. 1814, Sede Episcopali vacante, Vicarius Capitularis, publicans Breve Pii VII datum 9 nov. ejusdem anni, quo scilicet nonnulla festa reducta in pristinum vigorem restituebantur, expresse declarat in iis festis restitutis de novo exurgere obligationem Sacrum applicandi pro populo : ergo pro adhuc suppressis ea obligatio non est. « Quid ad hæc S. C. ? — En responsum, cujus quidem autographum extant in Secreteria Episcopali datum 7 dec. 1849 :

« S. Congregatio Em. S. H. E. Cardina-
» lium Concilii Tridentini Interpretum,
» vigore facultatum a SS. Domino Nostro
» ipsi specialiter tributarum Episcopi Ora-
» toris precibus annuens facultatem Eidem
» impertita est, ut, firmo remanente Paro-
» chis onere applicandi Missas pro populo
» diebus festis reductis, ad quatuor tantum
» in singulos annos et pro iis Parochis dumta-
» xat, quos congruæ tenuitate laborare cen-
» suerit, pur triennium proximum tantum
» pro suo arbitrio et conscientia gratis re-
» ducere possit et valeat. » — *Subscriptus*
» A. Card. Majus Præfectus. »

« Habemus item responsum S. C. C. datum in *Mechliniensi* 25 sept. 1847 : quæsitum fuit 1. an Parochi debeant sanctissimum Missæ sacrificium pro populo offerre diebus dominicis et iis etiam festis diebus qui per Indultum Apostolicum 9 apr. 1802 suppressi sunt, licet hujus obligationis nova promulgatio ab Episcopo Diœcesano non fiat ; 2. an consuetudo unquam legitima haberi possit, vi cujus Parochi non applicant pro populo Missæ sacrificium aut dominicis aut saltem prædictis festis diebus suppressis ? S. C. C. respondit ad 1 *affirmative* ; ad 2 *negative* (Bouix, *de Parocho*, parte 5a). Tandem habemus rem certo definitam per Encyclicam Pianam supra memoratam in textu ; adeo ut hodie huic disputationi non amplius fiat locus.

« Quæres 1 : *An possit Parochus, accedente justa et legitima causa, adimplementum Missæ pro populo applicandæ alii Sacerdoti committere seu per alium Sacerdotem hanc Missam celebrare facere?* Affirmative respondit S. Rituum Congregatio 22 jul. 1848. Attamen advertendum, quod non omnes causæ, etsi videantur tales, sunt habendæ ut justæ ac legitimæ. Hinc S. Congregatio Concilii in Fesulana, 26 jan. 1771, ad dubium : 1. *An Parochi in dominicis aliisque festis diebus, præsente cadavere, possint celebrare Missam pro defuncto, et ad alium diem transferre Missam pro populo applicandam, in casu.* Et quatenus negative ; 2. *An saltem applicationi Missæ pro populo supplere possint per alium Sacerdotem, in casu*, etc. Respondit : ad 1. *negative ;* ad 2. *negative*. Hoc iterum non est accipiendum absolute; nam Benedictus XIV, Indulto *Quod expensis* 26 aug. 1748, habet, quod *juxta hodiernam disciplinam liceat presbytero, relicta Missa de die, Missam pro defuncto, si præsens sit corpus, cum cantu celebrare, nisi tanta fuerit diei solemnitas quæ Missam pro defunctis omni modo excludat.* Unde responsio S. Congregationis videtur intelligenda de casu, quo Parochus Missam pro defuncto non possit per alium celebrare ; si enim potest Parochus, Missam pro populo applicet, et alio Sacerdoti Missam pro defuncto decantandam committat, cui quidem tribuat eleemosynam, quæ solet pro manualibus, et aliquid amplius pro incommodo. Non enim stricto jure totum quod accipit, tenetur dare Parochus : cum et ipse gaudere possit privilegio ceterorum Beneficiatorum, dum Missas proprii beneficii alteri tribuunt celebrandas, ex dicendis *De Sacrificio*.

« Quares 2 : *An etiam Cappellani, Beneficiati, Canonici*, etc., *qui ex lege fundationis tenentur applicare Missam diebus festis, debeant adhuc applicare in festis reductis, uti Parochi ?* — Alii negant, nisi in fundatione expresse cautum sit, vel aliud clarius eruatur ; nam ratio diversa est : Parochi obligantur divino præcepto ad celebrandum, quod quidem non præscribitur, sed ab Ecclesia tantum explicatur. At Beneficiati obligantur a fundatore cujus mens est, ut celebrent ad hoc, ut populus præcepto Missæ faciat satis : cum igitur non amplius teneatur populus audire, ideo nec simplex beneficiatus celebrare. Sed alii merito affirmant, tum quia supressionem nihil est immutatum quoad officia in Ecclesia, et adhuc habentur festa suppressa uti de præcepto quoad res ecclesiasticas ; tum quia in Brevibus reductionis expresse cautum est, ut omnia peragantur uti prius in liturgia ; et hoc maxime currit de festis ultimo suppressis a Pio IX in Regno Sabaudiæ 6 sept. 1853 ; nam conceptis verbis Pontifex declarat, omnia in futurum (quæ ad sacram liturgiam pertinent) esse similiter agenda; tum *quoad chori servitium et Missarum celebrationes, tum quoad alias functiones ecclesiasticas.*

« Res resoluta fuit a S. C. C. per responsum Novariensi Episcopo ; quæsitum nempe fuit : *Cum plura beneficia a fundatione onus habeant Missæ in omnibus festis diebus applicandæ, dubium emergit, utrum singuli beneficiati ad id obligentur etiam in festis hucusque ab Apostolica Sede suppressis ?* Die 15 decembr. 1856 responsum fuit, *juxta resolutiones alias in similibus editas, teneri.* Quod quidem, paritate rationis, videtur dicendum de Cappellanis et Legatariis; nam festa reducta semper habentur in Ecclesia ut festa de præcepto : hinc prima sententia in praxi nequit amplius sustineri ; neque appellari privilegio aut consuetudini. » (t. I, n. 644 ad. 647.)

Denique idem Scavini parochis dat monita varia quæ sequuntur :

« *An* (quæres) *Parocho liceat in templum inducere vexilla profana, ibique celebrare solemnitates clamorosas ad solum finem celebrandi festa sæcularia, atque in rebus pure politicis?* — R. Sacra Congregatio episcopor. respondit *negative* (15 jan. 1848) ad Vicarium Capitularem Januensem, eumdemque admonuit, ut prudenter suis Ecclesiasticis persuasum faceret : *Combien il est indigne de la sainteté du temple de Dieu de laisser s'y produire des fêtes tumultueuses dans le seul but de solenniser des événements de l'ordre politique, en arborant des bannières profanes là où ne furent jamais placées que celles qui, conquises sur les ennemis de l'Église, y furent apportées comme un témoignage de reconnaissance envers Dieu !*

« Item maxime dedecet, ut sæcularis homo in Ecclesia laudationes funebres vel publicas conciones habeat ; prædicatio enim quæ fit in domo dominica, sacra sit oportet, quæ ideo et personam sacram reposcit et peritiam in divina scientia supponit et Ecclesiæ mandatum exigit. In concilio provinciali III habet D. Carolus : *Nullo modo concionandi potestatem faciat* (*episcopus*) *permittetve ei qui diaconus non sit.* At poterit per-

mitti, ut tentet laicus quod nullimode debet clericus? impossibile etiam est, ut ille servet modum, atque sanctitudinem curet quæ decet domum Dei. Pugnat sane, neque sine gravi scandalo ac sacrilegio esse potest, ut laicus ecclesiasticorum munia peragat, ut profanus personam sacram publice usurpet, et in Ecclesia ex suggestu prædicet quasi magister, quem Dominus fecit tantummodo auditorem atque factorem verbi. (A. Ferraris *bibliothec.*, v° Laicus).

« Ne tamen hocce extendas ad pios illos viros atque mulieres, qui rudimenta fidei ex Parochi delegatione in Ecclesia juvenes docent; hæc enim non est nisi privata instructio circa ea quæ omnibus adultis obvia sunt; neque proprie instructio, imo potius experimentum quo exerceantur et exercitantur præcipue pueri puellæque ad res fidei ediscendas retinendasque; ideo opus laudadile, quod etiam Romani Pontifices indulgentiis cumularunt. — V. Ferraris, v° *Prædicator*, n. 17 et 1099.

« *Quomodo* (quæres) *se gerere debet Parochus circa publicas preces ab auctoritate civili præscriptas* (v. g. Te Deum, processiones solemnes *et similia*) *ob habitam a principe victoriam, vel aliam publicam popularis lætitiæ causam?* — R. Benedictus XIV Bulla *Quemadmodum* anno 1743, expresse prohibuit, ne iis per Parochum fiat locus sine Episcopi consensu, declarans nullius ponderis esse hac in re Magistratuum Civilium ordinationes; quia Deus *imperium Principi commisit, Episcopis autem quæ sunt Ecclesiæ concredidit.*

« Quæres : *Quomodo se gerere debeant Clerici in rebus publicis, quæ inconditos clamores, et strepitum in populo excitant?* — R. Id. 15 jan. 1848 declaravit S. Congregatio Episcoporum et Regularium sic inquiens : *Bien que le clergé doive se réjouir des institutions utiles et sages qui sont introduites dans l'administration de la chose publique, il ne convient pas toutefois aux ecclésiastiques de prendre part aux démonstrations populaires et tumultueuses qui en sont la suite, et encore moins de les faire pénétrer jusque dans le sanctuaire destiné à la prière et à l'accomplissement des fonctions sacrées.*

« Episcopi Provinciæ Vercellensis Lit. 18 nov. 1849 monenda censuerunt hac de re :

1. non licere Parochis quidpiam ad res ecclesiasticas non pertinens publice populo in Ecclesia denuntiare absque Episcopi venia, exceptis casibus extraordinariis, in quibus ejusdem impetrandæ tempus non suppetat, quod prudenti Parochorum judicio tunc relinquitur; 2. nec posse illos ob causas mere civiles religiosa officia extraordinaria celebrare absque impetrata simili venia, nisi forte de solemnibus officiis agatur, quæ ob eamdam causam jam fuerint in Ecclesia Cathedrali celebrata; 3. nec etiam posse indulgere, ut in Ecclesiis Parochialibus aliisve in quibus SS. Eucharistiæ Sacramentum asservatur, qualescumque civiles conventus congregentur sine prævia Ordinarii facultate. Sacri tamen Præsules congregati iisdem annuere permittunt ob gravem et urgentem causam, si agatur de aliis Ecclesiis et Oratoriis, dummodo cum primum licuerit totius rei certiorem Episcopum faciant. »

« Hic habent omnes Ecclesiastici quomodo sese gerere debeant : neque enim licet diverticula quærere, quando agitur de re ordinis publici; secus hierarchicus ordo, membrorum cum capite unio, debita superioribus obedientia disrumperentur, et risui ac contemptui doctrina Ecclesiæ subjiceretur.

« In Opusculo, *Monsignor Vescovo Caccia ed una Commissione di sacerdoti milanesi, Osservazioni del Sac. Felice Vittadini Professore di Dogmatica nel Seminario maggiore di Milano;* Mil. 1861, ad rem nostram legitur : « La prière est sans doute une partie du culte sacré; mais à qui appartient-il de régler le culte sacré et tout ce qui s'y rapporte? A l'Eglise, et seulement à l'Eglise, c'est-à-dire aux supérieurs ecclésiastiques... C'est à l'Eglise que N.-S. Jésus-Christ a réservé le droit de régler et d'ordonner les fonctions sacrées, et en particulier les prières publiques; et c'est avec raison que l'Église a veillé avec un soin jaloux à la conservation de ce droit, et au besoin l'a revendiqué... On ne peut ignorer par quel lien étroit la prière est unie au dogme. En effet, la prière, telle qu'elle a été toujours pratiquée dans l'Église depuis les temps apostoliques jusqu'à nous, est un fait vivant, parlant, constant, universel, dont on infère avec certitude ce qui est nécessaire ou utile au salut éternel, ce qui peut être obtenu et par qui ou en faveur de qui les choses demandées peuvent être obtenues... »

« Valde tandem præstat, ut Ecclesiastici (præsertim Parochi) aliquam catholicam ephemeridem sibi procurent, tum ut sciant novas impiorum machinationes et se ac suos muniant; tum ut ad evulgandam sanam doctrinam cum ceteris concurrant (*V.* Riccardi, *De'mezzi di promuovere l' educazione religiosa*, c. XXIII : dei giornali). Audiatur Episcopus Parisis, *Cas de conscience* : « Le journalisme, voilà la première, la souveraine puissance sociale, parce que c'est lui qui popularise le plus les idées, et que ce sont les idées populaires qui font l'opinion, et l'opinion gouverne le monde. Y en a-t-il encore qui doutent du besoin que nous avons du journalisme catholique? Il faut donc laisser le champ de la parole à nos ennemis seuls; l'erreur aura seule le droit de se faire entendre, et l'Église qui doit élever la voix, selon saint Paul, *opportune, importune*, l'Église devra se taire, et parler à ce petit nombre qui vient encore dans nos cathédrales; que l'Église abandonne ce noble genre de prédication, le journalisme, et qu'elle abandonne à eux-mêmes ses enfants à qui elle

pourrait se faire entendre par cette voie ! O conseil insensé !

« Ad rem etiam Perrone : *Cum ea vivamus ætate in qua ingens est collectionum periodicarum et ephemeridum usus, quæ spectari possunt uti publica scientiarum opinionumque vehicula, non sine detrimento ea penitus negligere theologus poterit ; earum enim ope jugiter præsentem controversiarum statum, sicque facilius valebit de statione in stationem errorem dejicere, donec contritus ac dissipatus conticescat suique pudeat* (Prælect. Theol. Compendium, Tract. *De locis theolog.* in fine).

« Ad rem autem faciunt optimorum librorum collectiones, quæ in dies evulgantur, quarum quidem unam vel alteram quisque de Clero sine gravi dispendio vel etiam solummodo parcendo inanibus ac superfluis sibi procurare potest. Sunt præcipuæ :

« *Opuscoli interno alle dottrine del giorno*, ecc., Venezia. — *Raccolta di scienza e fede*. Napoli. — *Opuscoli religiosi modenesi*. Modena. — *Il vero amico*. Bologna. — *Societa Toscana*. Firenze. — *Nuova collezione di Opere religiose*. Venezia. — *La Biblioteca Eccles*, Torino. — *Civilta Cattol.*, ser. I, t. V *il giornalismo all' ingrosso e al minuto* t. VII : *servilita ed audacia del giornalis* ser. III. t. II : *calma negli affetti ; possibilita della libera stampa* : t. III t. XII : *gli indifferenti per la buona stampa ;* ser. VI, t. I : *della vita e della morte dei giornali.* » (t. I. n. 623 ad 629.)

129. — Hinc ultimo plura adnotare oportet circa residentiam canonicorum in loco beneficii. Ante omnia animadvertenda sunt verba Tridentini, quæ circa id habentur in *sess.* 24. *c.* 12. *de Ref* ibi : *Præterea, obtinentibus in eisdem cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus,.... non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. Alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac residentiæ fecit suos. Quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente vero contumacia, contra eos, juxta sacrorum Canonum Constitutiones, procedatur.* Insuper ex Diplomate *N. SS. P. Benedicti XIV.* (quod retulimus *l.* 3 (IV). *num.* 675. *vers. Dubitatur* 3.) habetur, quod canonici choro non interessentes, sive non canentes, psallentesve, non solum amittunt distributiones, ut jam statutum erat in *eod. can.* 12. concilii (cujus verba retulimus *eod. l. c.*), sed etiam fructus omnes præbendarum, cum non faciant suos. Si ergo non faciunt fructus suos non canentes, tanto magis non faciunt non residentes. Præterquam quod id clare eruitur ex eodem Tridentini loco mox supra citato (quidquid dicat *Bon. t.* 1. *d.* 3. *de Onere Benef ad resid. p* 4. *n.* 16.), dum ibi dicitur, quod canonicus non residens ultra tres menses, *privetur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ* (nota) *fecit suos.* Ergo si canonicus *ratione residentiæ* facit fructus suos, non residendo suos non facit. Dicit autem *Bonanica* (et hoc valde probabile est *l. c. cum Macigno*), ex quadam declar. S. C. canonicos non privari fructibus, si tantum per paucos dies ultra tres menses absint, hujusmodi enim transgressio non videtur talis, ut prædictam gravem pœnam privationis medietatis fructuum mereatur.

Canonici autem tribus mensibus, in quibus absunt, non lucrantur distributiones, sed bene lucrantur fructus præbendæ : modo (ut bene ait *Concina tom.* 2. p. 535. *n.* 32. *cum Garcia*) reliquo tempore anni resederint, et chorum frequentaverint, contra *Palaum tr.* 7. *d.* 3. *p.* 9. *n.* 10. *et Bon. de hor. can. d.* 2. *q.* 5. *p.* 4. *n.* 22. *et* 25. qui dicunt canonicos absentes majori anni parte non ideo carere privilegio trium mensium ipsis concesso, quia privilegium non datum est residentibus, sed obligatis ad residendum ; alias canonici non possent eo privilegio frui, nisi prius per novem menses jam resedissent, quod certe non esset juxta usum receptum, dum in qualibet anni parte tres menses privilegii accipere solent. Sed huic opinioni non acquiesco, quia concilium præbendatos ultra tres menses absentes, absolute illos privat fructibus præbendæ ; atque etiam eos damnat ad restituendam medietatem fructuum, quos ratione residentiæ fecerant suos ; quapropter ipsi ex concilio post absentiam trium mensium privantur omnino præfato privilegio. An autem canonicus, qui inutiliter prodigit tres menses a Trid. concessos, teneatur restituere fructus beneficii ; affirmant *Palud. et Nav. apud Conc. pag.* 535. *n.* 32. sed probabilius negant *ibid. Sanch. Pelliz.*, *et Leand.* Ratio, quia concilium absolute concedit canonicis per tres menses abesse, nulla speciali causa requisita. Bene autem

possunt canonici conjungere tempus trimestre concessum cum trimestri anni sequentis, ut dicunt *Pell. et Leand.* nisi (excipit *Concina pag.* 535. *n.* 33.) scandalum obveniat, aut cultus divinus minuatur. Præterea refert *ibid. Concina*, sacram C. apud *Leand.* declarasse, quod non possint confici præfati tres menses ex horis, quibus canonici residentes absunt a choro; item declarasse non posse canonicos computare punctaturas pro tribus mensibus ipsis concessis, ita ut nihil teneantur restituere, si omnes punctaturæ anni non excederent quartam partem integræ residentiæ. Cæterum, regulariter absentes a choro ex justa causa lucrantur et fructus, et distributiones; ita communiter *Bonacina dist.* 2. *q* 7 *pag.* 1. *Salm. tr.* 16. *c.* 4. *p.* 2. *num.* 11. *Concina t.* 5. *pag.* 522. *n.* 2. *etc.* Quidquid sit, ut alii negant, de distributionibus, quæ ex absentia reliquorum canonicorum ipsis deberentur. Advertatur hic quod ex decr. S. C. Conc. apud *Jordanus. Pax (Elucubr. lib.* 10. *t.* 49. *n.* 73). canonici nequeunt in mensibus conciliariis abesse diœcesi, nisi de licentia Episcopi.

130. — Causæ autem excusantes canonicos ab assistentia chori tres sunt, ut constituit *Bonifacius VIII. in cap. unic. de cleric. non resid. in* 6., nempe *infirmitas, rationabilis corporis necessitas, et evidens Ecclesiæ utilitas.* Et hic expedit prænotare, quod ille qui non residet propter has tres causas in præfato textu expressas, non privatur neque fructibus præbendæ, neque distributionibus, ut patet ex *eodem cap. citato.* Quibus addenda est quarta causa (ut censet *Pichler in Candit. abrev. l.* 3. *tit.* 4. *n.* 8.) nempe consuetudo introducta post Tridentinum, nam concilium antegressas abolevit. Qui autem non residet propter causas diversas a tribus prædictis, sed etiam justas, puta ob studium, visitationem, et alias de quibus infra fiet sermo (ubi semper requiritur licentia Episcopi, vel prælati), is lucratur quidem fructus, sed non distributiones, ut *Anacl. l.* 3. *tit.* 4. *n.* 134. *et* 163. *ac Holzm. cum aliis communiter.* I. igitur excusat *infirmitas*, non quidem levis, sed tantum gravis, vel quæ gravis fieri potest per accessum ad Ecclesiam, ut communiter dicunt *Palaus d.* 3. *p.* 9. § 1. *n.* 2. *Bon. q.* 5. *p.* 1. *n.* 13. *Concina tom.* 2. *pag.* 522. *n.* 2. *et Salm. ibid. p.* 3. § 1. *n.* 15. *cum Pell. etc.* Excusantur autem etiam ii qui propria culpa infirmitatem contraxerint, ut pariter cum communi docent *Pal. n.* 3. *Bon. n.* 7. *Concina n.* 3. *cum Nav. Sanch. et Salm. de horis can. c.* 4. *p.* 3. § 1. *n.* 16. *cum Garc. Covarr. et Pell.* quia jus indistincte excusat infirmos. Et hoc, etiamsi quis data opera in morbum se conjecerit, ut absit a choro, prout probabiliter dicunt *Palaus, Salmant. ll. cc.* et probabilem putat *Concina n.* 4. *cum Bon.* Ratio, quia lex ad infirmitatem, non autem ad intentionem respicit; et hoc etiamsi iste ante infirmitatem consueverat abesse a choro, ut probabile putant *Nav. l.* 2. *de rest. c.* 11. *n.* 238. item *Conc. l. c. n.* 5. *et Salm. ibid. n.* 17. *circa fin. cum P Nav. et Pal.* qui id vocat satis probabile (*contra Bon. p.* 1. *n.* 10. *cum Covar. Az. etc.*), et merito, quia infirmitas hic et nunc de se excusat. Nec officit, quod ille nec vellet assistere, si esset sanus; nam leges non puniunt nisi culpabilem absentiam. Secus vero aiunt *Sanch. Cons. l.* 2. *c.* 2. *dub.* 90. *n.* 5. *Pal. n.* 6. *Salm. ibid. n.* 18. *et Concina pag.* 526. *n.* 6. *cum communi*, ut asserit, si canonicus sine legitima causa absit, et infirmetur, quia tunc pro toto tempore absentiæ reputatur culpabiliter absens. Contra hanc sententiam, quam audio vocari communem, nolo judicium ferre; sed durum mihi videtur, ut si quis, licet sine causa, alio accedat, et ibi contrahat perpetuum morbum, perpetuo debeat distributionibus, et fructibus præbendæ privari.

Dubitatur 1. an excusentur absolute septuagenarii ab assistentia chori? Affirmant *Leander, et alii:* sed verius negat *P. Conc. tom.* 2. *pag.* 526. *n.* 8. si ipsi robusti sint; et ad alia peragenda negotia ordinarie egrediuntur. Secus si sint debiles, et minus apti ad longum iter faciendum, ita ut commode interesse nequeant, ut ait *Bon. p.* 2. *n.* 6. *cum Azor, Men. et aliis.* Unde probabiliter dicunt *Salm. ibid.* § 2. *num.* 91. *in med.* quod hujusmodi senes regulariter non teneantur ad chorum, non autem quod numquam.

Dubitatur 2. an excusentur cæci et surdi, et lucrentur distributiones, si absunt a choro? Affirmant *Barb. Pelliz. Diana, etc. apud Salm. cit. n.* 18. *circa fin.* Idque inferunt, ex *l.* 1. *c. Qui morb. etc.* ubi dicitur : *Qui utriusque oculi aciem amisit, levamen sentit munerum personalium.* Sed melius negant *Sanch. Cons. l.* 2. *c.* 2. *dub.* 90. *et Salm. loc. cit. in fin. cum Suar. P. Nav. et Cov.* quia chorus istis

non nocet, et ipsi assistendo saltem auctoritatem præbent. Excusarem autem cæcum, qui sine notabili incommodo non posset ad Ecclesiam accedere.

II. Excusat *rationabilis corporis necessitas*, sub qua intelligitur timor cujuscumque gravis damni in vita, honore, aut bonis. Unde non privatur distributionibus, qui domi morantur ad medicinam sumendam, ad venam scindendam, vel proficiscuntur ad balnea, aut locum salubrioris aeris : item qui ab hostibus capiuntur, aut qui patiuntur injustum exilium, aut detinentur per vim, aut ob timorem gravis nocumenti ab inimicis ; ita *Bon. q. 5, p.* 2. *ex n.* 7. *Salm. tr.* 16. *c.* 4. *p.* 3. § 2. *n.* 19. *et Conc. t.* 2. *pag.* 526. *n.* 9. *cum commun.* Idem probabilius dicendum de absente ob metum belli, vel pestis grassantis in loco beneficii, ut tenent *Bon. p.* 7. *et* 8. *Pal. tr.* 7. *d.* 3. *p.* 9. § 2. *n.* 2. *et Salm. ibid. cum Vasq. Pell. Covarr. Garc. etc. contra Conc. l. c. Barb. etc.* qui concedunt posse quidem talem percipere fructus præbendæ, non vero distributiones.

Cum autem quis abest a choro ob excommunicationem, amittit distributiones, si juste sit excommunicatus; secus si injuste, et curet ab excommunicatione absolvi, *Concina p.* 527. *n.* 10. *et Salm. ibid. n.* 21. Item de canonico suspenso probabilius esset, censet *Concina n.* 12. Si vero quis sit juste excommunicatus, etiamsi choro assistat, putat *P. Conc. num.* 11, *cum. Abb. Palud. Innoc. Nan. Suar. Tolet. Fill. Sylv. et communi*, ut asserit, hunc amittere tam distributiones, quam fructus beneficii; sed probabiliter id negant *Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 51. *n.* 12. *Bon. p* 2. § 2. *Pal. p.* 9. § 2. *n.* 4. *cum Coninck, Vasq. et* Gloss. *in* c. *Pastorali*, § *Verum de appell. ac. Salm. cit. n.* 21. *cum P. Nav. Pellz. etc.* et dicunt, quod licet iste peccaret assistendo, et merito deberet privari a judice distributionibus, et fructibus: nullibi tamen constat hanc privationem ipso jure impositam esse. Qui autem esset juste excommunicatus, et resipiscens absolutionem peteret, non amitteret distributiones, si injuste absolutio ei negaretur, cum tunc per ipsum non fiat quominus assistat, Ita *Palaus p.* 9. § 2. *n.* 4. *cum Suar. Vasq. Sylvest. Armil. Sa, Henr Sayr. Lop. etc. communiter*

Quando autem Ecclesia est interdicta, canonici non assistentes non ideo amittunt distributiones, dummodo non dederint causam interdicto. *Conc. l. c. n.* 12. Secus est in cessatione divinorum officiorum, tunc enim etiam non dantes causam cessationi privantur distributionibus, ut *Conc. l. c. Pal n.* 11. *et Bon. p.* 1. § 5. *cum Suar. et Sayr. ex c. Si canonici v. Scituri, de Off. Ordin. in* 6. ubi statuitur, quod ii qui causam dederunt cessationi, debent restituere canonicis omne interesse, quod ipsi amittunt ex omissa assistentia divinis officiis. Sic pariter quando Ecclesia est polluta, non privantur distributionibus illi, qui causam pollutioni non dederunt. Ita *Palaus p.* 9. § 2. *n.* 10. *Conc. d. n.* 12. *cum Suar. Bon. Sayr. Trull. Henr. et communi.*

Quæritur autem hic, an canonici irregulares assistentes amittant distributiones, et fructus præbendæ? Si irregularitas est incursa post collationem beneficii, certum est et commune, quod neutrum amittunt: ita *Conc. t.* 2. *pag.* 527. *n.* 12. Sed dubium fit, quando irregularitas incursa est ante collationem. Hæc quæstio omnino pendet ab alia, an collatio præbendæ facta clerico irregulari sit per se invalida? Negant *Palaus de censur. tr.* 29. *d.* 6 *p.* 5. *n.* 7. *Elbel. t.* 2. *pag.* 457. *n.* 158. *Ronc. de censur. c* 1. *q.* 5. *r.* 1. *et Salm tr.* 10. *c.* 7. *punct.* 2. *n.* 34. *cum Sylvest. Felin. Leand. Laym. Less. Suar Conc. Hurt. etc.* hanc sententiam probabilem putant. Hi dicunt collationem istam illicitam quidem esse, et nullam in foro externo, sed validam in conscientia. Ratio, quia cum nulla irregularitas incurratur, nisi in jure sit expressa, tanto minus incurritur ejus effectus, qualis est inhabilitas ad beneficia obtinenda; hic autem effectus nullibi in jure reperitur expressus. Affirmant vero probabilius *Conc. l.* c. *Cont. Tourn. de irregularitatibus part.* 1. *cap.* 3. *v. Gravis hic. Holzm. t.* 1. *p.* 411. *n.* 320. *Bon. de irreg. d.* 5. *p.* 4. *n.* 6. *cum aliis*: et hanc sententiam ipsi *Salm.* fatentur esse communem. Probatur 1. *ex. c.* 2. *de cler. pugn. in duello,* ubi dicitur dispensari posse cum clerico irregulari, ut beneficium possideat; ergo sine dispensatione ipse est inhabilis ad recipienda beneficia. Probatur 2. et fortius ex Trid. *sess.* 22. c. 4. *de Ref.* ubi concilium loquens de præbendatis, sic ait : *Ne aliis in posterum fiat provisio, nisi iis qui jam ætatem, et cæteras habilitates integre habere dignoscantur, aliter irrita sit provisio.* Respondent *Salm. tr.* 10. *c.* 7. *p.* 2. *n.* 40. *et*

Ronc. ad præfatum textum (quem ipsi *Salm. ibid. n.* 39. fatentur difficilem esse solutione), et dicunt to *cæteras habilitates* intelligi de habilitatibus ex jure naturali, non autem positivo : sed hæc responsio non satisfacit; nam concilium, cum indistincte et integre habilitates requirat, sane intelligendum est de omnibus habilitatibus, tam de jure naturali, quam positivo necessariis; idque videtur expresse ibidem declarari, cum dicatur, *qui jam ætatem, etc.* id est ætatem requisitam ad ordines recipiendos, ut concilium præceperat, quæ quidem habilitas certe est de jure positivo. Hinc probabilius *P. Concina l. c.* sentit clericos, qui post irregularitatem præbendas recipiunt, privari ipso jure etiam in conscientia distributionibus, et fructibus beneficii.

III. Excusat *Ecclesiæ utilitas*, modo utilitas sit gravis judicio Episcopi, vel capituli, et sit Ecclesiæ propriæ, vel universalis, aut totius diœcesis, non vero alterius Ecclesiæ vel particularis, ut *Conc. t.* 2. *pag* 528. *n.* 14. *et Salm. tr.* 16. *c.* 4. *p.* 3. § 3. *n.* 23. An autem qui propter utilitatem Ecclesiæ abest a loco beneficii, lucretur distributiones : negant aliqui ex *cap. Cum non deceat, de elect. in* 6. ubi clerici ad Sedem apostolicam accedentes ob negotium suarum Ecclesiarum distributionibus privantur Sed probabilius affirmant *Salm l. c. n.* 24. *cum Pal. Pelliz. etc.* idque satis probabile putat *Concina n.* 15. *ex c. unic. de Cler. non resid. in* 6. ubi absolute conceditur privilegium absentibus in utilitatem evidentem Ecclesiæ. Alter autem textus intelligitur de solo casu, quo præbendatus accedit ad Sedem apostolicam ob instructionem electionis.

Item ex hac ratione excusatur canonicus, qui mittitur (nam unus tantum mitti potest) ab Episcopo ad visitanda limina Apostolorum, ut communiter omnes cum *Concina n.* 16. Item dicitur de canonico comitante suum Episcopum ad eadem limina. ex decreto *Sixti V apud Concina*, qui *ibid.* ait, Episcopum limina visitantem posse etiam duos canonicos secum ducere. Idem dicitur de canonico misso ad concilium provinciale tanquam theologo, canonista, aut procuratore, ut probabilius sentiunt *Concina pag.* 526. *num.* 17 *et Salm. de Hor. can. c.* 4. *p.* 3. § 3. *n.* 25. *cum Pal. Pell. etc.* Idem, si mittatur canonicus a capitulo ad Pontificem, aut principem tanquam legatus pro agendis negotiis Ecclesiæ. *Concina ib.* Idem, si eligatur vicarius capitularis. Sede vacante, ut communiter docent DD. quia hic incumbit totius diœcesis utilitati. Secus, si eligatur vicarius Episcopi, quia tunc Episcopo, non Ecclesiæ inservit Is enim lucratur quidem fructus præbendæ, sed non distributiones. *Pal. p.* 9. § 7. *n.* 2. *Salm. ibid. p.* 4. *n.* 34. *Conc. p.* 529. *num.* 18. *et* 24.

131. — Minime autem privatur distributionibus canonicus pœnitentiarius, qui tempore officii confessiones excipit, ex Trid. *sess.* 24. *c.* 8. *de Reform.* ubi dicitur : *Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur, qui magister sit, vel doctor, aut licentiatus in theologia, vel jure canonico, et annorum* 40; *seu alius qui aptior pro loci qualitater reperiatur; qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.* Sed hic dubitatur, an lucretur distributiones pœnitentiarius, qui tempore officii manet in confessionario expectans pœnitentes accessuros? Negat *Barbosa de Pot. Ep. alleg.* 65. *num.* 30. *cum Garcia, Ugolin. Sal. et Moneta*, qui referunt decisum, non habendum esse pro præsente in choro pœnitentiarium, qui residet in confessionario pro tempore, quo non audit confessiones, etiam ut opportunius confessiones audiat. Sed verius *Salm. ibid. n.* 31. *cum Barb. Bonac. Pell. Ronc. tr.* 5. *c.* 2. *q.* 6. *r.* 1. *et Concina, cum Pal. et Leand.* affirmant, si pœnitentes soleant accedere, et pœnitentiarius eo animo se detineat, ut promptiorem illis se exhibeat, ex decl. S. C. relata a *Barbosa.* in *Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 8. pro Ecclesia Abulensi, ubi mandatur pœnitentiario assistere in confessionario, ne pœnitentes perquirere eum cogantur, et ob verecundiam ejus inquisitionis confessiones omittant. Et idem dicitur de canonico subrogato pœnitentiario, modo subrogatio non fiat in fraudem; et de aliis qui pœnitentiarium adjuvant de mandato superioris in magno concursu. *Conc. ibid. et Castropal. l. c. n.* 3. *c.* 4. Præterea addunt *Barbosa in Trident. sess.* 24. *c.* 8. *n.* 29. *Castr. n.* 2 *et Bonacina t.* 1 *de hor. canonic. d.* 2. *qu.* 5. *pag.* 3. § 5. *num.* 3. *cum Pal. et Garcia* ex alia declarat. S. C. in *una Gienen.* 4. *Sept.* 1591. Pœnitentiarium censeri præsentem etiam processionibus, orationibus , et exequiis defunctorum, quæ fiunt tempore quo ipse confessiones audit. Quod autem dicunt de pœnitentiario, dicunt etiam de

canonico curato, qui tempore officii opera sui muneris exercet. *Pal. p.* 9. § 3 *n.* 8. *Salm. tr.* 16. *cap.* 4. *p.* 3. § 3. *n.* 26. *cum Barbos. Garc. Gutt. et Concina p.* 532. *n.* 22. qui sentit idem procedere etiamsi Ecclesia, de qua is curam habet, sit diversa ab Ecclesia, ubi est canonicus; dummodo illa sit intra propriam diœcesim; sed huic contradicit *Bonac. d.* 1. *qu.* 5. *p.* 3. § 6. *n.* 5. Non amittit autem distributiones is, qui abest ad tuenda jura sui beneficii : secus vero si defenda jus suum ad beneficium adversus alterum. *Concina, ib.*

Sic pariter lucratur distributiones canonicus theologus, qui tempore officii legit, aut concionatur, ut communiter docent omnes; et etiamsi in aliis horis ipsius diei (non vero præcedentis) se pararet ad legendum, vel concionandum, ut *Roncag. c.* 2 *q.* 6. *r.* 2. *cum communi*, ex concessione *Greg. XIII et Concina p.* 531. *n.* 21. *cum communiori* ex decl. S. C. *apud Garciam*, qui contradicit.

Sentiunt autem *Concina pag.* 532. *n.* 22. *Pal. p.* 9. § 7. *n.* 1. *Ronc. r.* 3. *Salm. ibid. p.* 4. *n.* 34. *cum Garc. Pell. etc. contra Barbos. et Zechium apud Pal.* quod canonici examinatores, dum absunt a choro (nisi alia sit alicubi consuetudo) non lucrentur distributiones. Idem aiunt de canonicis destinatis ab episcopo ad visitanda hospitalia et Ecclesias diocœsis, quia hi non occupantur in servitium propriæ Ecclesiæ. Episcopus autem potest duos canonicos in suo servitio occupare ex *cap. De cætero, et c. Ad audientiam, de cler. non res.* qui lucrantur fructus præbendæ, sed non distributiones; ut *Ronc. l. c. Salm. de benef. eccl. c. unic. p.* 6. § 4. *n.* 125. ex decl. S. C. Dicit tamen *P. Conc. n.* 23. quod canonici assistentes Episcopo solemniter celebranti lucrantur etiam distributiones. Canonici autem absentes a choro tempore officii, ut capitula celebrent, amittunt tam distributiones, quam fructus præbendæ, quia tempore officii vel missæ choralis ipsis vetitum est capitula celebrare, nisi urgeat grave negotium, quod moram non patiatur. *Conc. ib.*

132. — Ultimo notandum, quod præbendati docentes in scholis publicis (non autem privatis) sacram Scripturam, licet non lucrentur distributiones, acquirunt tamen fructus suorum beneficiorum, ex Trid. *sess.* 5. *c.* 1. *de Ref in fin.* Idem dicitur in *cap. fin. de Magistris*, de docentibus theologiam. Idque communiter extendunt DD. ad docentes jus canonicum, ut *Palaus p.* 9. § 9. *n.* 1. *Roncag. de benef. c.* 2. *q.* 6. *r.* 3. *Concina t.* 2. *p.* 533. *n.* 24. *et Salm. ibid. n.* 129. *et* 130. *cum Sanch. Fill. Garcia*, qui de hoc affert declarationem S. C. Idem dicunt de docentibus Grammaticam *Pal. n.* 3. *Conc. n.* 26. *Ronc. l. c. et Salm. tr.* 16. *c.* 4. *p.* 4. *num.* 37. necnon *Salm. ibid.* idem sentiunt de docentibus logicam, et philosophiam, quia (ut aiunt) omnia hæc sunt necessario præmittenda ad theologiam addiscendam.

An autem parochi docentes sacram Scripturam, theologiam, aut jus canonicum eodem privilegio gaudeant? Negat *P. Concina num.* 25. quia in Tridentino parochus absolute vetatur abesse ultra duos menses. Sed probabiliter admittunt *Palaus n.* 4. *Salm. dict. n.* 37. *et tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 4. *n.* 130. *in fin. et Ronc. l. cit. cum Gonzal. Barbos. etc.* Ratio, quia in *cit. cap. fin. de Magistris* indistincte omnibus facultatem theologicam docentibus conceditur privilegium, sive exemptio a residentia : hocque privilegium non habetur in Tridentino, quod ibi clare (ut oportebat) sit revocatum : verba autem textus præfati hæc sunt : *Docentes vero in theologica facultate, dum in scholis docuerint, et studentes in ipsa integre per annos quinque, percipiant de licentia* (nempe *generali, concessa auctoritate hujus constitutionis*, ut explicat ibi Glossa) *Sedis apostolicæ proventus præbendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua contraria consuetudine, aut statuto*; *cum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes.* Ratio, quia id redundat in bonum totius diœcesis, immo universalis Ecclesiæ.

Idem privilegium sane conceditur præbendatis studentibus in universitate ex Trident. *l. c. et ex cit. c. fin. de Magist. et cap.* 11. *de Privil. in* 6. *ac cap. Tuæ, de Cler. non resid.* modo ipsi studiis operam dent saltem per majorem anni partem, ut ait *Conc. num.* 27. *et Pal. n.* 5. *cum Bonac. Barbos. etc.* et modo habeant de hoc licentiam (quæ vero non requiritur pro docentibus), ut dicunt *Palaus part.* 9. § 9. *n.* 7. *Ronc. qu.* 6. *r.* 3. *Conc. n.* 28. *ex Salm. tr* 28. *c. unic. p.* 6. § 4. *n.* 130. *cum Barb. et Garc.* ex bulla *Pii IV. Ad aures*, edita 24. Novemb. 1564. Hæc autem licentia illis suffragatur pro quinquennio, si audiant sacros canones; pro septennio vero, si audiant sacram Scripturam, seu theolo-

giam. *Salmant. l. c. cum Garc. et Barb.* An autem parochi studentes theologiæ excusentur a residentia post duos menses ipsis a Trid. concessos? Affirmant *Nav. Tolet. Less. etc. apud Palaum num.* 9. idque probabile putant *Salaus ibid. et Palm. tr.*16.*c.*4.*p.*4.*n.* 39. quia in *cit.cap. fin. de Magistris* eodem privilegio gaudent docentes, quo studentes. Sed probabilius negant *Conc. pag.* 534. *n,* 29. *Ronc. qu.* 6. *r.* 3. *Palaus num.* 9. *Salm. l. c. cum Gonzal. Barbos. Garcia, etc.* Ratio, tum quia Tridentinum declaravit non posse parochos ultra duos menses abesse, nisi ex gravi causa ; et S. C. *apud Garciam* declaravit hujusmodi causam studiorum nequaquam esse gravem ; tum quia privilegium præfatum concessum est tantum addiscentibus, unde non concedendum parochis, qui jam edocti supponuntur. Dicunt vero *Salm. tr.* 28. *c. unic. p.* 6. § 4. *n.* 128. ex decl. S. *C.* quod si a Papa detur alicui licentia, ut absit causa studiorum, hæc non valet nisi consensus Ordinarii accedat. Et sic pariter referunt declarasse *Pium IV* de his qui studiis in curia Romana assistunt. Hic autem obiter notandum, quod in *c. fin. de Cler. vel Mon.* prohibentur *archidiaconi, decani, plebani, præpositi, cantores, et alii clerici personatus habentes, necnon presbyteri* studeres juri civili, vel medicinæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, si infra duos menses a tali studio non destiterint. (Dicit tamen *Bonac. de Censur. d.* 2, *qu.* 4. *p.* 9. *num.* 4. *cum communi,* hoc non intelligi de studio privato; nec si audiatur lector domi, ut probabile putat cum *Tol. Calderin. etc.* neque intelligi de docentibus, ut sentiunt *Sanch. l.* 6. *cap.* 8. *n.* 9. et idem *Bon. cum Tab. et aliis*). Unde tales studentes, privantur fructibus suarum præbendarum, ut dicunt *Palaus l. c. p.* 9. *num.* 6. *Salm. tr* 16. *c.* 4. *p.* 4. *n.* 38. *cum Bonac. et Barbosa.*

Diximus autem præfatos magistros, aut scholares excusatos, lucrari quidem fructus beneficiorum, non vero distributiones: si tamen beneficium constaret ex solis distributionibus, has etiam lucrari dicit *Conc. pag.* 533 *n.* 27. *cum communi* ex decl. S. C. *apud Garciam* (*contra Bon.*) quia tunc distributiones succedunt loco fructuum. Et idem ait *Conc. pag.* 536. *n.* 35. de dispensatis a choro, quando beneficium tantum ex distributionibus conflatur. Excipit tamen *Conc. contra alios*, si sint distributiones minutæ pro anniversariis, quia testatores nolunt has dari nisi assistentibus.

Sic repetit Scavini officia propria Vicariorum Foraneorum et Parochorum :

« Vicarii Foranei sunt Presbyteri illi quos in oppidis Diœcesis Episcopi solent constituere ad certos actus certasque vices pro bono Diœcesis regimine. *Foranei* autem dicti sunt, quasi *foris* constituti ; at in Gallia Vicarii Foranei vocantur *decani*. De iis D. Carolus hæc habet : *Ut Episcopus in urbe etiam externum gregem facilius quasi præsens intueri et curare possit, deligat aliquot probatos Sacerdotes, quibus singulis, imposito Vicarii Foranei nomine, tribuat certas regiones Diœcesis suæ* [1]. Ex actis Ecclesiæ Mediolanensis, ex Conciliis Provincialibus, ex Synodis Diœcesanis atque ex natura rei obligationes Vicariorum Foraneorum graves et præcipuæ sunt :

« 1. Ut diligenter in omnes Clericos Vicariatus inquirant, utrum ea quæ de vita et honestate Clericorum præscripta sunt, observentur? Utrum Parochi muneri suo satisfaciant? Utrum altaria et Ecclesiæ rite ac decore ubique teneantur? Bona Ecclesiastica beneficia et legata bene administrentur, et onera impleantur? etc. Quotannis vero (omni posthabito respectu) Episcopum certiorem faciant de omnibus.

« 2. Ut delinquentes, si quos invenerint, admoneant et corrigant [2] ; ac si de re gravi agatur, neque monitiones et correctiones profuerint, Episcopo vel ejus Vicario Generali rem totam significent.

« 3. Ut Sacerdotes ac Clericos inferiores Vicariatus fato functos Curiæ Episcopali denuntient. Et ubi Parochus aliquis supremum diem expleverit, cito Vicarius Foraneus in eam Parœciam se conferat ; ejus curam committat idoneo Sacerdoti audiendis Confessionibus approbato, donec rei certior efficiatur Episcopus. Dein inventarium bonorum ac rerum Ecclesiæ mobilium rite conficiat ; scripturas, libros et alia ad Parœcium pertinentia in tuto reponat.

« 4. Ut dissidia, si quæ sint in Vicariatu, maxime si inter viros Ecclesiasticos, componere studeant si possint. Si nequeant judicis personam agant, servatis limitibus, quibus coercetur eorum potestas [3].

[1] Acta Med. Eccl., p. 1, h. t. — Synodus Novariensis, p 181. — Ferraris, *Biblioth. Can.*, vº Archipresbyter.

[2] S Alphonsus, inquit Ballerini, in *Hom. apost.* tract. 7. 30 et seq. non dubitat affirmare, Parochos ac multo magis Episcopos ad correptionis officium etiam cum vitæ periculo teneri. At correctionem D D. hic non usurpant presso sensu pro *admonitione de delictorum emendatione*, sed latius pro cura arcendi seu impediendi quamlibet spiritualem ovium sibi commissarum ruinam...

[3] Ubi notandum ex c. III *De Appell.*, in 6, a Vicario Foraneo ad Episcopum dari appellationem, cum sit aliud tribunal ; at *ordinarie* non datur appellatio a Vicario Generali. Diximus *ordinarie*, nam aliquando potest etiam Vicarius Generalis Episcopi recusari ob aliquam

« 5. Ut suo tempore Congregationes indicant, iis præsint, atque omnia præscripta adimpleant, *tum* quoad functiones celebrandas, *tum* quoad casus resolvendos, *tum* quoad refectionem sumendam, etc.

« 6. Denique ut cum ad octiduum abesse voluerint a Vicariatu, si animarum curam gerant, discessum et absentiam Pro-Vicario, vel antiquiori Vicariatus Parocho significent.

« Parachorum autem obligationes[1] sic enumerantur et dividuntur, ut aliquæ respiciant proprios et personales eorum mores, aliæ residentiam in parœcia servandam, aliæ referantur ad Ecclesiam parochialem et functiones sacras, aliæ tandem ad populum et gregem ipsis commissum. De Parochis sic Episcopos omnes alloquitur Pius PP. IX, Encyclica *Qui pluribus* : « Neque vero ignoratis majori diligentia Vobis in illorum præcipue mores et scientiam esse inquirendum, quibus animarum cura et regimen committitur, ut ipsi tanquam fideles multiformis gratiæ Dei dispensatores plebem sibi concreditam Sacramentorum administratione, divini Verbi prædicatione ac bonorum operum exemplo continenter pascere, juvare, eamque ad omnia religionis instituta ac documenta informare, atque ad salutis semitam, perducere studeant. Intelligitis nimirum, Parochis officii sui ignaris vel negligentibus, continuo et populorum mores prolabi et christianam laxari disciplinam et Religionis cultum exsolvi atque convelli, ac vitia omnia et corruptelas in Ecclesiam facile invehi. »

« Ex quibus patet, tantum onus a nemine inconsiderate sumendum, quippe quod tot scateat obligationibus, totque consectariis : ne tauro se oneret qui non potest portare vitellum; ne quis majora conetur, quam patitur sua facultas[2]. — Etsi tamen Parochorum officium salebrosum sit; non ideo eos nimium terrere debet, quia recta intentione, sufficienter instructi ac superiorum consilio illud suscipiunt. Et putamus æque culpandam et illorum temeritatem, qui indebite, ac suis tantum viribus nixi, ad hoc munus se accingunt, et illorum, nimiam timiditatem, qui satis apti prudentum judicio, pedem subducunt; hi animum addant ; dabit enim virtutem qui imposuit onus. Neque sane Christus illum deserere vult, qui ita proprius ejus personam gerit, et diu noctuque insudat in dominico campo, tot adversa in Dei gloriam continuo sustinens. Ac ipsumque crebrius clamat : *Et nunc, Domine Deus, tu pastorem fecisti servum tuum ; ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum; en servus tuus in medio est populi quem eligisti; dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum.* (T. I, n. 459 et 460.)

specialem qualitatem illi inhærentem, ob quam videatur suspectus, et tunc causa probanda est coram Episcopo, ex cap. *Si contra offic deleg.*, in 6. — V. Sanchez, *Concilia moralia*, l. VI, c. VIII, dub. 3.

[1] Quod disputatur de Parochis, idem fere valet de aliis omnibus in cura animarum, ut de vicariis perpetuis, item coadjutoribus titularibus, qui utique animarum habent curam, cum dependentia tamen a Parocho. Si plures sint in uno loco Parochi, vid. Conc. Provinc. Mediol. IV.

[2] V. Ricardi. *Dei dovari e dello spirito degli Eclesiastici*, c. II : necessita di una vocazione speciale per entrare nel ministero pastorale. — Segneri, *Il Parroco istruito*, c. IV, — Liguori. *Op Mor.*, l. VI, n. 804.

ARTICULUS V.

Quibus modis beneficia amittuntur?

133. — « Resp. 1. Beneficia quatuor » modis amittuntur : 1. Per mortem beneficiati. 2. Ex dispensatione juris, » idque vel propter alterius beneficii incompossibilis consecutionem, vel per » professionem religiosam, vel per contractum matrimonii, vel per commissionem criminis (v. gr. hæresis, schismatis, sodomiæ sæpius exercitæ), cui » amissio beneficii ipso facto est annexa, » *ut vide apud* Less. *l.* 2. *cap.* 34. *d.* 34. 3. » Per sententiam judicis. 4. Per liberam resignationem, de qua.

134. — « Resp. 2. Resignatio est spontanea proprii beneficii dimissio, facta » coram legitimo superiore id acceptante. Estque duplex, scilicet tacita, quæ » fit ex juris dispositione; ut dum quis » religionem profitetur : et expressa quæ » rursus est duplex, scilicet pura, quæ fit » sine conditione et pacto apposito, coram Ordinario, qui beneficium cuilibet » alteri conferre potest : et conditionata, seu in favorem : eaque vel est simplex in favorem, ut quando fit absque » reservatione; vel est qualificata, quando » scilicet fit reservato sibi jure regressus, » vel pensione vel fructibus aliquibus, » quæ ob simoniam juris humani, nonnisi in Pontificis manibus fieri potest. » Et quamvis verius sit, etiam resignationem simplicem in Pontificis manibus » faciendam, cum alioqui periculum sit, » ne beneficiorum resignationes speciem » quamdam hæreditariæ successionis acquirant, quod jura canonica detestantur : probabile tamen est, in manu » Ordinarii fieri posse, eo quod permutio » in ejus manibus fieri possit. » (*Sed omnino contradicunt Salm. de simon. c.* 3. *p.* 4. *n.* 52. *cum communi. Vide dicta de si*

mon. l. 3 (IV). *n.* 81.) « Idque a fortiori verum est, si fiat sine modo obligatorio, » quamvis addita deprecatione, ut per- » sonæ certæ conferatur. Idque observari » potest, ubi non est recepta bulla *Pii V.* » quamlibet personæ successuræ desi- » gnationem prohibens, quam citat *Laym.* » *l.* 3 (IV). *t.* 2. *cap.* 17.

135. — « Porro, ut resignatio condi- » tionata valida sit, requiritur 1. Ut be- » neficium sit resignantis, cum resignatio » sit juris sui dimissio. 2. Ut fiat libere 3. » Ut fiat in manibus ejus qui potest ad- » mittere, scilicet Pontificis, Ordinarii, » collatoris, vel institutoris, juxta dicta. » 4. Ut acceptetur a prælato, in cujus » manibus fit, quia sine acceptatione jus » suum resignans non perdit. 5. Ut con- » feratur illi, in cujus favorem, cum clau- » sula consueta, *non aliter*, *nec alias*, est » resignatum. 6. Ut is, cui confertur, ac- » ceptet; alias enim resignans non per- » dit beneficium, propter clausulam *non* » *aliter*. 7. Requiritur consensus patroni, » vel electorum, prout beneficium est pa- » tronatum, vel electivum. 8. Si resi- » gnans sit infirmus, ut a resignatione » supervivat 20 dies, alias enim per obi- » tum vacare censebitur. 9. Ut si resi- » gnatio fiat in curia Romana, intra 6 » menses a supplicatione oblata compu- » tandos, in loco beneficii publicetur : » sin autem extra curiam, intra men- » sem : alioqui, si contingat resignantem » mori antequam resignatarius ceperit » possessionem, beneficium vacare cen- » sebitur. *Less. et Laym. c.* 17.

136. — « Resp. 3. Permutatio benefi- » ciorum, quæ est quædam species con- » ditionalis resignationis, fit, cum duo » beneficiati unum, vel plura sua bene- » ficia Pontifici non reservata, in manus » Ordinarii, alteriusve episcopali aucto- » ritate præditi resignant, cum condi- » tione, ut postea vicissim alteri alterius » beneficium conferat. Quod quandoque » Episcopus instituere potest, si necessi- » tas ita exigat; vocatis tamen iis quo- » rum interest, scilicet patrono, et col- » latore inferiore. Ad hanc autem omnia » requiruntur, quæ ad resignationem in » favorem. *Vide Less. c.* 31. *d.* 35. *et* 36. » *Laym. cap.* 17. *Bon. de sim. d.* 1. *qu.* 4. » § 12. » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 72.)

« Quæres 1. An licitæ sint permuta- » tiones coram Ordinariis, in mensibus » reservatis per concordata Germaniæ? » Resp. affirmative, quia per reservatio- » nem concordatorum non censetur Pon- » tifex voluisse conditionem Ordinario- » rum Germaniæ deteriorem facere » quam Episcoporum extra Germaniam, » coram quibus id simpliciter licet.

» Quæres 2. An licitum sit permutare » beneficia, compensata fructuum æqua- » litate?

» Resp. 1. non licere, si beneficium » copiosius, non separatis proventibus à » titulo, permutetur cum tenui. Ratio » est, quia excessus ille, eo ipso, quo » manet annexus titulo, est debitus ti- » tulo, ideoque pro eo nihil exigi potest, » quin etiam exigatur pro titulo.

» Resp. 2. posse peti compensationem » ob hujusmodi permutationem a Ponti- » fice pro incommodo temporali, quod » alter subit, spoliando se proventibus » sui beneficii, ideoque talis compensa- » tio non est pretium beneficii, aut pro- » ventuum annexorum, sed conditio, ut » se indemnem servet, sine qua condi- » tione nollet se spoliare.

« Resp. 3. Jura proventuum posse se- » parari a titulis, et primo nudos titulos, » deinde alio contractu jura proventuum, » utpote temporalia, permutari, com- » pensato excessu opulentioris; idque » auctoritate solius Papæ. *Vide Less. l.* » *c. Bon. l. c.* § 12. *n.* 11. » (*Vide l.* 3 » (IV) *n.* 75. *et* 76.)

« Quæres. 3. An licite permutetur be- » neficium hac lege, ut expensæ litis vel » bullarum refundantur per recipien- » tem? Resp. Videri permutationem si- » moniacam, si impensæ sint causa im- » pulsiva permutationis, sine qua actus » non fuerit futurus. Idem de simili resi- » gnatione affirmarem. *Less. l. c. Bon.* » *l. c. n.* 6.

ARTICULUS VI.

Quid, et quotuplex sit pensio?

137. — « Resp. Pensio est jus perci- » piendi fructus ex alieno beneficio. Est- » que triplex : 1 *Temporalis*, quæ da- » tur propter ministerium temporale, » v. g. cantori, æedituo, patrono, et defen- » sori Ecclesiæ. 2. *Spiritualis*, quæ fun- » datur in titulo mere spirituali, ut quæ » datur concionatori, coadjutori Episcopi, » parocho, etc. 3. *Media*, quæ fundatur » in statu spirituali, non tamen officio » spirituali : ut quæ datur clerico pau-

» peri, vel parocho seni ad sustentatio» nem, vel quæ datur causa resignatio» nis, et litis componendæ. Duæ posteriores dicuntur clericales, quia clericis; » prima laicalis, quia laicis tantum da» tur.

138. — « Porro circa pensiones *Laym.* » *c.* 18. *et Less. c.* 35. docent hæc : I. » Etsi eam designare proprium sit Papæ, » id tamen etiam Episcopum posse in » causis specialibus, et necessariis : v. g. » propter paupertatem, et senium resi» gnantis, vel litis compositionem, vel » propter adæquandos fructus, in per» mutatione beneficiorum. » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 73.) « II. Debere esse moderatam, ita » ut beneficiato relinquatur sufficiens » sustentatio ; talis autem plerumque » censetur tertia pars fructuum. » (*Cum Salm. de benef. cap. unic. p.* 4. § 1. *n.* 46.) « III. Ad pensionem non requiri » consensum patroni, ut quidam volunt, » quia id nullo jure statutum est, neque » ullum fit præjudicium per impositio» nem pensionis, cum is fructus non per» cipiat ex beneficio, sed tantum habeat » jus instituendi, et præsentandi, quod » ei non adimitur. IV. Pensionarius post » constitutionem *Pii V.* ubi ea est re» cepta, tenetur recitare officium B. V » nec facit fructus suos, si omittat. » (*Intelligitur de pensione quam quis ut clericus percipit. Vide Salm. ibid.* § 3. *n.* 64. *Item ad tale onus non obligantur, qui dicunt officium majus, vel qui fiunt Equites Ordinis militaris, cum satisfaciant recitando preces a religione præceptas. Ita Azor. Pal. Bon. Led. cum. Salm. cit. n.* 64. *et de hor. can c.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 28.) « V. Pensionem extingui morte pensio» narii, sicut usufructus morte usufruc» tuarii. Posset tamen Papa facere per» petuam, ex plenitudine potestatis. De » venditione et redemptione pensionis. » » *Vide Laym. c.* 18. *et Less. l.* 2. *c.* 25. » *d.* 22. *Bon. loc. cit.* § 13.

139. — Quæritur, an pensionarius possit de reditibus pensionis pro libito disponere ? Affirmant *Vasq. Azor, Covarr etc. apud Salm. de benef. eccl. cap. unic. p.* 4. §. 3 *n.* 63. quia pensio ut dicunt, est portio jam extracta ex fructibus beneficii. Et pro hac sententia adest decisio Rotæ Romanæ, quam affert *Azor p.* 2 *l.* 7. *c.* 9 *q.* 12. in qua definitum fuit, *pensiones decursas et non solutas non computari inter spolia* (sicut computantur fructus beneficiorum), *sed transire ad hæredes* ; *quia pensio non est beneficium, sed consistit in mera temporalitate.* Negant vero *Nav. Mol. Garcia,* quia pensio eisdem regulis beneficiorum metiri debet, cum illis æquiparetur. Verum *Salm. ibid. prope med.* distinguunt, et affirmant de pensione laicali, negant de ecclesiastica. Hæ tres sententiæ omnes sunt probabiles. *Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. *Qu. VI.*

DUBIUM II.

DE HORIS CANONICIS

ARTICULUS I.

Qui obligentur ad Horas?

140 Quinam clerici teneantur ad officium ? Qualem partem officii teneantur dicere subdiaconi ea die, qua ordinantur ? Et an subdiaconus, qui officium recitavit ante ordinationem, teneatur repetere ?

141 An teneantur ad Horas canonicas omnes religiosi, et moniales ?

142 An religiosi non constituti in sacris, et moniales non dicentes officium in choro, teneantur recitare privatim ? Dub. 1. An teneantur ad officium religios ejecti ? Dub. 2 An profugi ? Dub. 3. An ad triremes damnati ? An degentes extra claustra ?

143 Not. 1. An, et quando religiosi teneantur recitare in choro ? Quid si sint occupati ? Not. 2. An peccent graviter prælati negligentes officium recitare in choro ? An teneantur Episcopi recitare in choro ? Not. 3. An teneantur supplere omissa, qui plura non percipiunt, ut choro inserviant ? An ad peccandum graviter in choro sufficiat omissio minoris partis, quam in officio privato ?

144 De obligatione beneficiariorum circa officium. An beneficiarius ordinatus per metum gravem teneatur ad officium ?

145 Qu. I. Quod peccata committat sacerdos beneficiatus officium omittens ? Qu II. An beneficiarius graviter peccet omittendo officium, si velit fructus restituere ?

140. — « Resp. Clerici majorum ordi» num etiam suspensi, excommunicati, » degradati, tenentur tum jure eccle» siastico, tum generali consuetudine » Ecclesiæ.

« Dixi *majorum ordinum* quia mino» rum non tantum non ad horas, sed » neque ad psalmum *Miserere* tenentur, » quem, vel simile quid, cum Episcopus » primam tonsuram conferens injungit, » non videtur obligare, nisi ut vel tan» tum fiat aliquoties, vel per modum » consilii. *Less. l.* 2. *c.* 37 *d.* 9 *n.* 49.

Unde resolvuntur hi casus :

« 1. Tenetur ad horas, qui cum dis» pensationem Papæ duxit uxorem; » nisi in hoc ipso sit dispensatus : quia » dispensatio, utpote odiosa, stricte est » explicanda, et ipse caracterem retinet. » *Bon. et Az. l.* 10. *c.* 5. *contra alios.*

« 2. Clericus incipit obligari a puncto » subdiaconatus suscepti : et quidem ad » horas respondentes horæ, qua ordina-

» tur. *Bon. tr. de horis q. 1. punct. 5. ex* » *communi.*

Hinc dixit *Croix l. 4. n. 1187. cum Azor et Stoz* teneri subdiaconum die quo ordinatur ad horam, quæ tunc dicenda esset in choro. Unde, si ordinatur hora undecima, ait *Croix cum Bonart.* probabile esse teneri tantum ad Vesperas, cum eo tempore regulariter aliæ horæ jam persolutæ sint in choro. Sed huic opinioni non acquiesco, quia verius ordinatus tenetur ad horam, quæ respondet ad horam, in qua contrahit obligationem; quapropter regulariter tenetur recitare ab hora sexta, ut recte ait *P. Conc. t. 2. p. 397. n. 5* cui adhærent *Pal. et Gobatus.*

An autem subdiaconus qui recitaverit partem illam ante ordinationem, suæ obligationi satisfecerit? Negant *Cont. Tournely de virt. relig. cap. 2. de orat. art. 8. de hor. can. sect. 2. concl. 1. in fin. et Croix l. 4. n. 1187 cum Bon. Pal. etc.* tum quia debito nequit satisfieri antequam contrahatur; tum quia Ecclesia exigit officium a subdiaconis, ut nomine ejus illud persolvant; at qui non est adhuc subdiaconus, nequit nomine Ecclesiæ officium recitare. Affirmant vero *Tamb. Dec. l. 2. c. 5. n. 9. et Lugo, Trull. et Gob. ap. Dian. p 6. tr. 6. r 38.* et probabile putant *Croix l. c. et Viva q. 3. a. 1. n. 8.* quia bene potest debitum illud anticipate solvi, quod certo moraliter est contrahendum.

Prima sententia videtur probabilior, quia Ecclesia exigit officium a subdiacono, ut nomine ejus illud persolvat; at qui non est subdiaconus, neque ab Ecclesia ut publicus minister destinatus, non potest nomine Ecclesiæ recitare, neque orationem publicam efficere. Sed huic posset responderi, quod sacerdos excommunicatus nec etiam potest orare nomine Ecclesiæ, neque orationem publicam facere, et hic utique tenetur officium recitare, et recitando bene satisfacit; ergo ad satisfaciendum non est opus, ut recitans nomine Ecclesiæ oret: unde adhuc probabilem puto *secundam sententiam.*

141. — « Resp. 2. Omnes religiosi » professi, ad chorum destinati, utrius» que sexus, obligantur ad horas : idque » ex antiqua, et recepta consuetudine; » quam tamen quidam, ut *Aragonius,* » putant non obligare tam stricte, ut » peccent mortaliter, si bis, terve omit» tant. Et de monialibus dubitant *Caj.* » *Med. Arm. Dian. tr 12. r. 17.* Imo eas » (atque adeo omnes religiosos sacris non » initiatos) non teneri sub onere peccati » absolute, sed nimis laxe, docet *Petrus* » *March. apud Dian. p. 9. tr. 6. res. 7.* » contra aliorum communem, et veram » sententiam, quæ docet, teneri secun» dum suas regulas, et consuetudines. » *Bon. q. 2, p. 2. n. 5. ex Azor. Less.* » *Malder.*

Unde resolves :

« 1. Non tenentur ad horas 1. Novitii, » 2. conversi, 3. religiosi Societatis Jesu, » 4. militantes, hospitalarii, et cæteri » choro non destinati. *Trull. l. 1. c. 7.* » *d. 12. § 1. n. 5.*

« Is, qui ex una religione transit in aliam » in qua non est hæc consuetudo, non te» netur, quia consuetudo non obligat, ubi » non est recepta. Ita *Suar. et Laym.* Idem » dic de religioso ejecto, vel qui dispen» sationem obtinuit perpetuo vivendi » extra monasterium, quia, etsi maneat » religiosus, non tamen regularis. Ita » probabiliter *Sotus, Sanch. Bon. d. 1.* » *q. 2. p. 3. q. 4. etc. contra Suar.*

Hic confert aliqua prænotare de institutione divini officii. Horæ canonicæ, ut fertur, saltem quoad substantiam, institutæ fuerunt tempore apostolorum, ut indicatur *Actor. c. 2.* ℣ 42. ubi narratur, quod fideles erant *perseverantes in fractione panis et orationibus*; id est *in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus cantantes et psallentes, juxta Apost. ad Eph. c. 5.* ℣ 19. Idque clarius significavit *Clem. Papa. I. l. 8. Constit. apost. can. 34.* ubi suis clericis sic præcepit : *Precationes facite mane, hora tertia, sexta, et nona, et vespere, atque ad galli cantum. Gelasius* autem I. ut ferunt *Azorius et Fill.*, publicam legem constituit, qua clerici septies in die preces canonicas persolvere cogerentur. Quoad vero pertinet ad Breviarii formam, refert *Radulphus*, ineunte sæculo XIII. in æde pontificia illud breviatum fuisse, et ideo *Breviarium* appellari. *Vide alia apud Thomassin. Disc. eccl. p. 4. l. 1. c. 40.*

142. — Primo loco oportet hic plura adnotare de obligatione religiosorum recitandi officium, et deinde de recitatione in choro. Ante omnia illa magna quæstio occurrit, an religiosi non constituti in sacris, et moniales teneantur sub gravi recitare quotidie officium, saltem privatc?

Prima sententia negat, et bene tenent

Bordon. in Consil. r. 30. *Arm. v. Horæ, Sa, eod. verbo. n.* 1. item *Marchant. Martin. a S. Jos. Castrop. Anton. a Sp. S. Jo. Med. ap. Salm tr.* 16. *de hor. can.* c. 2. *punct.* 2. *n.* 13. *et seqq.* et probabilem putat *Less. res. cas. post. p.* 2. *D. Th. v. Horæ, casu* 14. Ratio quia, licet in hoc adsit consuetudo, non tamen constat, ut dicunt *Caj. Led. Palac. etc. ap. Sanch. Cons.* 7. *c.* 2. *d.* 3. *n.* 4. eam fuisse introductam a religiosis cum animo graviter se obligandi.

Secunda sententia censet non peccare graviter religiosos et moniales, quæ aliquoties tantum et non frequenter officium omittunt.

Tertia sententia vero communis, quam sequimur, et tenent *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 47. *Sanch. Cons. l.* 7. *c.* 2. *dub.* 3. *Anacl. pag.* 190. *n.* 18. *Salm. l. c. n.* 19. *et P. Conc. t.* 2. *p.* 399. *ex num.* 3. *cum S. Anton. Gonet. Pal. Tamb. Diana, Vasq. ac aliis*; item *Laym. tr.* 1. *c.* 4. *n.* 1 *et* 2. qui contrariam rejicit; *et Reg. apud. Tamb. l.* 2. *c.* 5. *Dec.* §. 1. *n.* 13. vocat temerariam, ac *Diana* prorsus improbandam, refertque *Cont. Tourn. loc. cit. concl.* 3 *P Mutium Vitteleschi* præp. gen. Soc. Jesu anno 1625, prohibuisse, ne quis suorum opinionem illam doceret ut probabilem ; et eamdem reprobatam fuisse ab universit tibus Hispalensi, Conimbricensi, etc. necnon jussu Pontificis ipsam erasam fuisse a libro *Emman. Sa.* Nostra autem sententia docet, quod ipsi tenentur sub gravi officium quotidie recitare, ex consuetudine jam præscrip a. Nec valet dicere, quod non constet ipsam introductam fuisse a religiosis animo se obligandi sub gravi; nam ex regula generali, pro eo stat possessio pro quo stat præsumptio : cum autem consuetudo hæc universe a religiosis, et monialibus cum magno incommodo constanter observata fuerit, et prælati graviter semper reprehenderint eam non servantes; id sufficientem præbet præsumptionem, quod ipsi recitantes talem consuetudinem vere introduxerint animo se obligandi: si igitur præsumptio stat pro obligatione, pro eo stat quidem etiam possessio. *Vide dicta in simili casu de abstinentia a lacticiniis l.* 3 (IV). *num.* 1009.

v *Dubitatur III.* Concedunt autem communiter DD. 1. quod prælati, etiam inferiores, possint ex causa, puta studiorum, et simili, dispensare sicut in aliis observantiis cum suis subditis, ut non recitent officium. Ita *Salm. tr.* 16. *c.* 2. *p.* 2. *n.* 20. *cum Less. Garc. Vill. Tamb.* Concedunt 2. quod, si in aliqua religione constaret non esse talem consuetudinem, talis obligatio in illa non esset. *Salm. ibid. in fin. cum bon Bon. Caj. Sanch. etc.* De privilegiis autem religiosorum circa divinum officium, *vide dicta num.* 63.

Dubitatur 1. an religiosi ejecti per sententiam, teneantur ad officium? Affirmant *Cabass. T. J. l.* 1. *c.* 21. *n.* 18. *Conc. t.* 2. *pag.* 403. *n.* 16. *Anacl. pag.* 191. *n.* 23. *cum Azor, et Nav.*, quia ipsi retinent statum, et adhuc religiosi reputantur. Sed non improbabiliter negant *cum Busemb. Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 8. *n.* 11. *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 50. *cum Soto, et Laym. l.* 4. *tr* 1. *c.* 4. *n.* 2. qui hanc tutam vocat sententiam. Ratio, quia in eis jam extincta est essentia status religiosi, cum non amplius teneantur ad vota, ut supponit *Sanch.* tanquam certum; nec sit in potestate eorum ad religionem redire.

Dubitatur 2. an religiosi profugi obligentur ad officium? Negat *Bon. de hor. can. d.* 1. *q.* 11. *p.* 2. *n.* 6. et probabile putat *Tamb. l. c.* quia (ut dicunt) isti constituuntur in statu, cui non convenit recitatio horarum. Sed melius *Less. l.* 2. *c.* 37 *n.* 50. *et Conc. p.* 403. *n.* 15 docent teneri. Ratio, quia, sicut ipsi non amittunt statum religiosum, ita ab illius oneribus non eximuntur.

Dubitatur 3. an religiosi ad triremes damnati teneantur horas recitare? Affirmat *Laym. c.* 4. *num.* 2. *cum Nav. Rodr. Suar. Azor*, saltem pro diebus quibus non remigant; quia hi manent religiosi. Sed communius negat *Cabass. l.* 1. *c.* 21. *n.* 18. qui tamen ait teneri clericos constitutos in sacris, sed de utrisque negant *Spor. p.* 60. *n.* 9. *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 45. *Sot. l.* 19. *q.* 5. *art.* 3. *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 8. *n.* 11. *Conc. t.* 2. *p.* 403 *n.* 17. *et Salm. ibid. p.* 1. *n.* 4. *cum Pelliz. Diana, etc.* Ratio, tum quia talis recitatio videretur cedere in dedecus ordinis religiosi, si in illa damnatorum turba statum suum ostenderent, tum quia in eo tam miserabili statu non videntur ipsi hoc onere gravandi. Religiosi autem ex licentia degentes extra claustra, ad officium tenentur, ut *Concina pag.* 403. *n.* 15. *cum Suar.* (*contra Bonac. p.* 2. *n.* 4. *etc. ap. Busemb.*) sicut etiam in carcere detenti, ut *Sporer, loc. cit.*

143. — Hic autem plura opus est adjicere, quæ pertinent ad recitationem religiosorum in choro. Notandum. 1.

quod nullus religiosus, aut monialis in particulari tenetur sub gravi horas dicere in choro; ut communiter docent *Conc. t.* 2. *p.* 377. *n.* 4. *Anacl. p.* 191. *n.* 21. *Viva. de.* 1. *pr. q.* 3. *art.* 1. *n.* 6. *et Salm. tr.* 16. *c.* 1. *p.* 1. *n.* 5. *cum Suar. Pal. Bonac. Pell. Tamb. etc.* modo tamen chorus non tollatur, ut bene advertunt *Viva et alii.* Paucitas autem religiosorum excusat totam communitatem a choro. Ideo nisi adsint ad minus quatuor expediti, non est obligatio chori, ut dicunt *Wigandt de hor. can. p.* 429. *n.* 84. *r.* 2. *Tamb. Dec. l.* 2. *c.* 5, § 1. *n.* 12. *Holz. t.* 1. *pag.* 448. *n.* 471. *Ronc. de hor can. p.* 144. *q.* 1. *Salm. ibid. n.* 6. *cum Pell. Bordon. etc.* Diximus *expediti*, nam si sint infirmi, vel legitime occupati, nec etiam si quatuor sint, ad chorum obligantur. Probabiliter autem putant *Viva d. n.* 6. *Salm. ibid. cum Pell. et Anton. a Sp. S.* (*contra Wigandt.*) sufficere ad satisfaciendum choro, ut soli novitii intersint, quia ipsi in favorabilibus reputantur ut religiosi. Hic obiter nota cum *Conc. p.* 337. *n.* 3. quod ex justa causa licet religiosis aliquando recitare horas in sacristia.

Notandum 2. quod graviter peccent prælati, qui ex negligentia permittunt, ut omittatur recitari pars notabilis in choro, uti communiter docent *Suar. de rel. lib.* 4. *c.* 10. *n.* 3. *Concina tom.* 2. *pag.* 385. *n.* 19. *Salm. ibid. p.* 3. *n.* 14. *cum Pal. Pelliz. etc. contra Bordon et alios*, quorum sententia non videtur mihi probabilis : quia, si non dubitatur de præcepto dicendi horas in choro, nec dubitari debet violari præceptum, si pars notabilis officii omittatur. Episcopi tenentur invigilare, ut officium a canonicis in choro persolvatur, et rite. Cæterum, per se loquendo, non tenentur Episcopi choro interesse ne festis quidem diebus; tum quia hæc est consuetudo, tum quia ipsi gravioribus negotiis vacare debent. Ita *Viva de rest. q.* 7. *art.* 9. *n.* 14. *vers. Dico tertio, cum Vall. Fill. et Bon. ex D. Th.*, qui 2. 2. *q.* 91. *art.* 2. *ad* 3. sic docet : *Prælati non debent cantibus insistere ne per hoc a majoribus retrahantur.*

Notandum 3. quod in choro non tenentur omissa supplere ii, qui, dum alii cantant, parant aut transferunt libros, perquirunt psalmos, pulsant organa aut campanas, vel alia choro necessaria peragunt; tunc enim per socios suppletur, quod ipsi forte non satis percipiunt. Ita communiter cum *Bus. infra n.* 155. *Azor lib.* 10. *c.* 13. *q.* 2. *Salm. tr.* 16. *cap.* 1. *p.* 3. *n.* 19. *Anacl. p.* 197. *n.* 52. *Laym. cap.* 5. *n.* 7. *cum Sot. Sylvest. et Henr. ac Croix lib.* 4. *n.* 1300. *cum Valent. Reg. Escob. et Gobat. contra Pal. p.* 4. *n.* 7. *Bonac. p.* 2. § 1. *n.* 13. *cum Nav. Vasq. Sa, Fill. etc.* qui dicunt, hos satisfacere quidem assistentiæ chori quoad distributiones lucrandas, sed teneri ad supplendum, si non attenderint ad ea, quæ interim sunt recitata. Et idem sentit *Holm. pag.* 448. *n.* 471. qui tamen excusat, si modica sit materia, puta quæ ad integrum psalmum non pertingat. Sed satis probabilis est prima sententia, eo quod, dum aliquis occupatur in rebus ad officii celebritatem pertinentibus, totus chorus pro eo supplet; prout qui missæ inservit, censetur eam audire, dum in re necessaria paranda attendit, ut dicunt *Tolet. et Rodr. apud Laym. l. c.* qui notat idem docere *Sotum, Nav. Arag. et Rodr.* de eo, qui choro alternatim respondet organum pulsando, quin versiculum suæ partis proferat : sed huic non acquiesco, cum recte doceat *Bon. l. c. cum Molfes.* officium tunc integre non recitari, quia organum verba non profert. Probabiliter vero satisfacit, qui, dum alii recitant, tussit, vel excreat, etiamsi integer psalmus interim dicatur, ut ait *Croix d. n.* 1300. *cum Sanch. et Gob.* Item probabiliter *ib. Sanch. Escob. et Diana* excusant eum qui in choro perlegit lectionem, ne erret, alioquin erraturus; hæc enim causa satis excusat ab illa levi omissione.

Sentiunt autem *Salm. ibid. n.* 17. *cum Suar. Pelliz. etc.* in omissione recitationis in choro minorem officii partem sufficere ad peccandum graviter, quam in recitatione privata. Sed probabiliter id negant *Bon. p.* 1. *n.* 3. *et Holzm. p.* 448. *n.* 471. *cum Tamb et Babenst.* qui dicunt illam tantum esse omissionem gravem in choro, quæ gravis est in officio privato.

Notandum 4. quod ex Bulla *S. Pii V. A Nobis*, omnes qui utuntur Breviario Romano deobligantur recitare in choro officium B. V. Mariæ, defunctorum, et psalmos pœnitentiales; præcipitur vero ibidem servari consuetudinem hæc officia recitandi in locis ubi viget. Hæc autem obligatio extra chorum non afficit singulos privatos, sed tantum communitatem; ut recte aiunt *Conc. pag.* 385. *n.* 21. *et Holzm. pag.* 450. *num.* 473. *cum aliis.*

144. — « Resp. 3. Beneficiati, quot» quot habent jus in re, et plenum do-

» minium beneficii, si fructus percipiant, » vel percepturi sint, tenentur ad horas. » *Less. et Laym. l. 4. tr. 2. c. 4. n. 1. ex* » *communi*, et *Conc. Later.* sub *Leone X.* » Ratio est, quia beneficium datur prop- » ter officium.

Unde resolves :

« 1. Non tenentur ante acceptam pos- » sessionem, nec si sine culpa fructus » nullos percipiant, nec percepturi sint. » *Laym. l. 4. tr 2. c. 4. n. 3. et 4.* quia » non habent beneficium secundum om- » nem effectum. » (*Hoc certum est. Vide dicta de rest. l.* 3 (IV). *n.* 664.) « Videntur » tamen pro ratione fructuum teneri ad » aliquoties legendum. *Trull. l. c.*

« 2. Tenetur is, qui etsi (sive sine, sive » cum sua culpa) non recipiat omnes » suos fructus, recipit tamen tantam par- » tem, quæ sufficit ad sustentionem. » *Bon. d. 1. q. 6. p. 3.*

« Tenentur ii, qui primo, aut etiam se- » cundo anno non percipiunt fructus, eo » quod assignentur fabricæ, vel præde- » cessori mortuo : quia etiam ipsi mor- » tui fruentur eodem privilegio, et sic » pro tota vita satisfaciunt fabricæ. *Bon.* » *p. 4. n. 22. Laym. c. 5. Suar. Regin.* » *etc.* Contraria tamen sententia non est » improbabilis. » (*Et probabilem vocant Salm. de hor can. c. 2. p. 3. § 4. num. 45. cum. Fill. Bon. Villal.*) « Et negat *Less.* » *cum Caj.* se talem damnaturum, eo » quod vel resignare, vel mori ante pos- » sit, et sic non frui anno gratiæ. *Laym.* » *l. c. Pal. Trull. dub.* 13. § 3.

« 4. Tenentur et ii, qui habent bene- » ficium tenue, octo v. gr. vel decem » Aureorum; quia jura omnibus indis- » tincte obligationem horarum imponunt, » sicut iis, qui sunt in majoribus ordini- » bus. Ita probabiliter *Sylv. Azor, Suar* » *Pal. Bon. d. 1. q. 2. p. 4. n. 17. et com-* » *munis contra Sot. Less. Rodr. et Dian.* » *r. 9. Mald.* qui dicunt, si habet bene- » ficium tam tenue, ut tertiam partem » mediocris sustentationis alicujus cle- » rici non adæquet, non teneri. *Vide* » *Dian. l. c. Escob. tr. 5. e. 6. c. 13.* » quorum sententiam non damno.» (*Vide dicta. l.* 3 (IV). *n.* 674.) « *Vide Trull.* l. 1. *c.* » 7 *dist.* 12. § 3. ubi notat, eum, qui » habet plura beneficia tenuia, ex quibus » competentiam habeat, teneri ad horas.

« 5. Non excusatur, qui primis annis » parum recipit, eo quod fructus expen- » dat in substitutum; quia horarum onus » beneficio annexum est, et personale, » cum quo sponte acceptatur. *Bon. l* » *c. ex Az. Vasq. Fill. etc.*

« 6. Si filius a patre coactus ad statum » ecclesiasticum, percipiat ipse fructus, » tenetur ad horas : secus, si percipiat » pater; hic vero ad restitutionem obliga- » tur. *Laym. c. 5. n. 2. ex Less. l. 2.* » *c. 34. d. 31.*

Idem tenent *Conc. Tourn. de hor. can. sect. 2. Q* 1° *et Conc. t. 2. p.* 440. modo metus sit gravis; quo cessante (*ait Tourn.*) tenetur iste clericus quamprimum beneficium renuntiare.

Quæritur autem hic, an qui per metum injuste incussum ordinem sacrum suscepit, teneatur officium recitare? Affirmant *Conc. pag.* 397. *num.* 4. *cum S. Anton. Sylv. Lesdem. Comit. et aliis*, quia metus non tollit voluntarium. Sed probabilius negant *Cont. Tourn. ibid. cum Suar. et Henr. a S. Ign. Sanch. de matr l. 7. d. 29. n. 7 Pal. tract. 7. d. 2. p. 1. § 1. n. 1. cum Nav. et Sa, Salm. tr. 8. c. 6. p. 1. n. 50. cum Bon. Azor, Dic. etc.* Ratio, quia licet metus non tollat voluntarium, Ecclesia tamen rationabiliter non censetur velle obligare ad onus officii, nisi eos, qui omnino sponte ordinem suscipiunt. Et ideo tales per metum gravem ordinati nec etiam ad castitatem tenentur, ut dicunt *Salm. cit. n. 46. cum AA. cit.* utque diximus *de voto lib.* 3 (IV). *n.* 197. *vers. Sed quæstio*, et dicemus *l.* 6 (V). *n.* 811.

« 7. Probabile est, eum, qui non resi- » det ex legitima licentia, vel dispensa- » tione, ideoque fructus non recipit, » non teneri ad horas; quia obligatio » hæc est propter sustentationem datam. » *Trull. l. 1. c. 7 d. 13. § 3. ex Sanch. etc.*

« 8. Non tenentur, qui habent præsti- » monia, quæ solent dari adolescentibus » in subsidium studiorum, eo quod non » sint proprie dicta beneficia. Ita *Med.* » *Garc. et Less. contra Nav. Sot. et Rodr* » Tamen recte monet *Laym. c. 5. n. 6.* » considerandum rationem præstimo- » niorum : si enim dentur in titulum » perpetuum, et habeant annexum ali- » quod obsequium spirituale, quod per » laicum expediri nequit, esse beneficia » ecclesiastica, proindeque obligare ad » horas; secus, si consistant in solo tem- » porali obsequio. Similiter non tenen- » tur pensionarii, cum pensiones non » sint proprie dicta beneficia, ut *dub.* » *præc.* videri potest. Quod limitat *Escob.* » *t. 5. e. 6. c. 4. ex Palao*, si fruantur » pensione ob sæcularia obsequia : secus » ... titulo clericali. » (*Vide num.* 138.)

« Denique neque tenetur coadjutor, si » non administrat; quia obligatio te- » net proprietarium. *Pal. Escob. l. c.* » *Vide Laym. c.* 5. *n.* 9. » (*Est commune cum Salm. tr.* 16. *c.* 2. *p.* 3. § 1. *num.* 29.

« Etsi habens plura beneficia satisfa- » ciat unica recitatione horarum, tene- » tur tamen tot facere commemorationes » quot sunt beneficia, seu patroni bene- » ficiorum; quia par est omnino ratio. » *Bon. Trull. l. c. n.* 27. »

145. — Quæritur I. An qui tenetur ad recitationem officii titulo beneficii, et titulo ordinis sacri, omittendo illud, committat duo peccata? Tria hic ut certa supponenda : Certum est 1. quod iste peccat utique contra religionem ratione ordinis sacri, propter quem Ecclesia eum obligat ex motivo religionis ad horas recitandas. Certum est 2. quod beneficiarius omittens officium semper peccat contra religionem, etiamsi non habeat ordinem sacrum, et etiamsi velit fructus restituere, ut dicemus mox infra in *quæst. seq.* Certum est 3. quod talis beneficiarius, si omittat officium, et nolit restituere fructus, peccabit non solum contra religionem, sed etiam contra justitiam, quia officium negligendo non potuit fructus acquirere, ut dicunt *Salm. tr.* 16. *c.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 32. juxta sententiam, quam tenent ut veram *Sotus, Suarez, Azor, etc. ac Croix l.* 4. *n.* 1216. (quidquid dicant alii *ib.*) Id enim patet ex concilio Lateran. relato *d. l* 3 (IV). *n.* 663. ubi dicitur : *Qui officium non dixerit, fructus suos non faciat.* Sed difficultas est, an beneficiarius volens fructus restituere, peccet contra justitiam, etiamsi officium omittat animo restituendi fructus?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Laym. l.* 4. *tr.* 1. *c.* 4. *n.* 5. *in fin. Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 15. *n.* 6. *in fin. Bonac. d.* 1. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 4. *et Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 52. Ratio, quia licet beneficium principaliter detur pro sustentatione beneficiarii, attamen datur cum pacto recitandi officium; morale enim axioma est, beneficium propter officium conferri; unde beneficiarius, omittendo officium, peccat contra justitiam, quia pactum non servat.

Secunda sententia vere probabilior, quam tenent *Pal. d.* 2. *p.* 5. *n.* 3. *cum Henriq. et Garc. Anacl. p.* 192. *n.* 30. *Holzm. pag.* 441. *n.* 457. *Diana. p.* 2. *tr* 12. *r* 22. *cum Salas, et Homobon. Salm. tract. cit. n.* 32. *cum Sal. Anton. a Spir. S. et Trull.* tenet peccare quidem beneficiarium contra religionem, cum Ecclesia, imponendo illi onus officii, imponit ex motivo religionis, non autem contra justitiam, nam ut posset dici beneficiarium peccare contra justitiam, probandum esset pactum inter beneficiatum et fundatorem, vel Ecclesiam. Sed hoc pactum neque habetur respectu fundatorum, ut recte dicunt *Filliuc. tract.* 23. *n.* 137. *et Holzm. l. c.* alias (ut ait idem *Holzm. pag.* 443. *n.* 462. *v. Instabis, cum Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 180.) non potuisset Ecclesia eximere beneficiarios non recitantes primo semestri ab obligatione restitutionis; neque habetur pactum respectu Ecclesiæ, cum illud nullo jure, aut ratione probetur. Donec igitur de hoc pacto non constet, nequit dici beneficiarium omittentem officium cum intentione restituendi fructus peccare contra justitiam. Nec obstat, beneficium dari propter officium; nam bene respondet *Palaus,* quod beneficium non datur ab Ecclesia sub obligatione justitiæ, sed religionis, cum obligatio officii non oriatur ex beneficio, sed ex præcepto Ecclesiæ ratione beneficii imposito ex motivo religionis.

Sed dices : si nullum intercedit pactum cum beneficiario, qua ratione ipse peccabit contra justitiam, si fructus non restituet, uti supra tanquam certum suppositum est? Respondetur : Peccabit contra justitiam non ratione pacti initi, sed ratione conditionis non impletæ : bene enim potuit Ecclesia beneficiariis imponere pensum officii ob motivum religionis, vel sub conditione non faciendi fructus suos, si non recitaverint, vel sub pœna negativa non acquirendi fructus; si officium omiserint, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 665. et ut tenent *Viva ibid. et Lugo Resp. mor. l.* 5. *dub.* 6. *num.* 6. *Holzm. d. pag.* 443. *n.* 462. quod valde probabile putat *Azor p.* 2. *l.* 10. *c.* 14. *qu.* 7. Ideo enim (ait *Holzmann*) beneficiarii non recitantes ante sententiam tenentur ad fructuum restitutionem, quia hæc, licet sit pœna, non est tamen pœna positiva, aut privativa, scil. quæ privet fructibus acquisitis, et ad quam sententia requiratur, sed est pœna negativa, nempe quæ negat posse acquiri fructus a non recitantibus, prout si Ecclesia dicat, non concedo tibi fructus nisi officium recitaveris (hoc tamen intelligitur, si culpabiliter officium omittatur; secus vero, si sine culpa gravi, docet *Lugo loc. cit.*, utque diximus *l.* 3 (IV). *n.* 665. *cum*

Less. Sanch. Concina, et communiori). Unde concluditur, respondendo ad quæsitum, quod si sacerdos beneficiarius omittit officium nolens fructus restituere, peccat contra religionem, et contra justitiam, cum retineat alienum, quod acquirere non poterat omittendo officium : si vero omittit volens fructus restituere, tunc peccat tantum contra religionem, non vero contra justitiam, quia tunc alienum non retinet.

Quæritur II. An beneficiarius omittens officium peccet graviter, si alias habeat animum restituendi fructus beneficii. Affirmandum utique cum *Lugo Resp. mor. lib.* 3. *dub.* 6. *n.* 2. Ratio, quia datur duplex præceptum, unum antiquum, quo obligantur beneficiati ad officium; hic enim fuit finis primarius Ecclesiæ in institutione beneficiorum, scilicet servitium Ecclesiæ præstandum; aliud novum, ut omittens officium, fructus restituat. Beneficiatus igitur, etsi fructus restituat, non liberatur obligatione recitationis; quare, qui officium omittit sex primis mensibus a receptione beneficii, non tenetur fructus restituere, sed utique graviter peccat, ut declaravit S. *Pius* V. in bulla relata *lib.* 3 (IV). *n.* 663.

ARTICULUS II.

Quanto sit hæc obligatio?

146. — « Resp. 1. Est tanta, ut peccet » mortaliter quisquis habens hoc onus, horas, vel notabilem earum partem omittit. Ita communiter omnes, contra *Angelum, v. Horæ, et Richardum.* qui dicunt » non esse mortale, nisi quis habeat » consuetudinem omittendi : quam sententiam *Less.* non audet dicere probabilem, quod sit contra torrentem Doctorum. Ratio est, quia violat præceptum in re gravi pertinente ad virtutem » religionis. » (*Et hæc est omnino tenenda cum communi : vide Salm. de hor. can. cap* 2. *p.* 1. *n.* 3. *Verius autem est, hanc obligationem magis provenire ex recepta consuetudine, quam ex jure positivo. Ita Salm. l. c. cum Less. Pal. Suar. etc.*)

Ex dictis resolvuntur hi casus :

« 1. Non est mortale omittere unum » psalmum, lectionem, vel quid simile, » ut habet communis, contra *Nav.*, nec » tertiam partem parvæ horæ, contra » *Azor, et Mald.*, quia non censetur pars » notabilis. Talem autem dicit *Palaus* » *l.* 1 *p.* 5. esse in Matutino, quod est » æquale uni parvæ horæ. *Sanch. in* » *Sum. t.* 1. *l.* 1. *c.* 18. *n.* 18. dicit tres » lectiones cum responsoriis in feriali » officio esse materiam parvam. In parvis horis dicunt *Fern. Fill. et Laym.* » dimidium esse notabilem quantitatem. » *Vide Escob. l. c. c.* 13. *n.* 107 ubi docet unam parvam horam non esse » partem notabilem, respectu totius » officii, quod per modum unius est » præceptum. Verum hoc merito rejicitur ab aliis.

« 2. Est mortale, si omittas vel unam » integram ex horis, quæ sunt septem : » Matutinum cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, et Completorium : vel dimidiam etiam ex brevioribus, docent *Fern. Regin. Suar.* » *Laym. contra Bon. et Less.* vel ex Matutino 9. lectiones cum responsoriis, » ut *Sanch.* 1 *mor. c.* 18. aut partem » æquivalentem hori unæ minimæ, ut » *Suar. de rel. l.* 5. *c.* 25. *et Gavantus*, » vel, ut alii, unum nocturnum. *Vide* » *Bon. d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. *Dian. p.* 2. *t.* 12. » *r.* 26 *et* 41. »

147. — Quæritur I. quænam sit parva materia in omissione officii? *Azor, Nav. Vill. etc. apud Conc. t.* 2. *pag.* 447. *n.* 4. tenent peccare mortaliter, qui omittit dimidiam, vel, ut alii dicunt, tertiam partem horæ etiam parvæ, quia talis pars respectu illius horæ jam est notabilis materia. Sed probabilius id negant *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 52. *Bon. d.* 1. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 2. *Cont. Tourn. de hor can. sect.* 6. *v. Dico* 2° *cum Suar. Pontas, Van Roy, item Pal. Garc. Trull. Pell. Led. etc. apud Conc. l. c.* Ratio, quia, licet illa pars sit notabilis respectu horæ parvæ, est tamen levis in se, et respectu totius officii; unde circa gravitatem materiæ, totius officii quantitas respicienda est; non autem cujuslibet horæ. Verius enim est præceptum officii non esse septuplex ex septem horis dicendis, sed unum præcipiens unicum officium constans septem partibus, ut patet ex c. *Dolentes, de celebr.*

miss. ubi præcipitur sub uno præcepto officium recitari his verbis : *Præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium, nocturnum pariter et diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter et devote.* Propter quod *Pal. d.* 2. *p.* 5. *n.* 1. *Bon. d.* 1. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 6. *Ronc. q.* 5. *r.* 2. *Spor. tom.* 3. *pag.* 73. *num.* 94. *Tamb. c.* 5. § 2. *num.* 11. *Elbel. t.* 2. *pag.* 537. *n.* 397. *Holz. tom.* 1. *pag.* 441. *n.* 455. *Salm. tr* 16. *c.* 3. *p.* 4. *n.* 23. *cum Trull. Pell. Leand. etc. Croix l.* 4. *n.* 1220. *cum Laym. et Fill.* probabiliter dicunt esse levem materiam omittere minus, quam integram horam parvam. Sic etiam *Elbel. l. c. et Croix n.* 1204. *cum March. Pell. Tamb. et aliis*, ratione parvitatis materiæ, probabiliter dicunt non peccare graviter, qui omitteret totas Vesperas Sabbati sancti. Cæterum, ut recte aiunt *Bus. ut supra, et Mazzotta* (*contra Sot. Escob. Phil. etc. apud Salm. cit. n.* 23. improbabilis est opinio, quod una parva hora, prout Tertia, Sexta, etc. sit levis materia.

Ita etiam tenendum peccare graviter, qui omittit unum nocturnum integrum, ut bene censent *Wigandt. pag.* 423. *Holzm. p.* 441. *n.* 455. *Elbel. pag.* 539. *n.* 397. *Croix l.* 4. *n.* 1202. *et Concina pag.* 468. *n.* 5. *cum communi, contra Leand. Vercell. etc. apud Conc.* qui putat etiam esse gravem materiam omittere tres lectiones cum responsoriis, sed probabiliter huic contradicunt *Sanch. l.* 1. *Dec. c.* 19. *n.* 7. *et Diana p.* 2. *tr.* 12. *r.* 41. Intellige, si lectiones cum responsoriis sint tales, ut parvam horam non adæquent. Unde bene concludunt *Sanch. dub.* 11. *n.* 2. *Pal. p.* 5. *n.* 2. *Less. c.* 37. *n.* 57. *Bon. p.* 1. *num.* 2. *et Salm. d. n.* 23. *circa fin. cum Trull. Pell. etc.* illam universe censeri parvam materiam, quæ non pertingit ad quantitatem unius integræ horæ. Immo *Salm. ibid. in fin.* admittunt in officio longiori, puta Dominicæ, adhuc majorem materiam posse esse levem ; sed huic non acquiesco, nam sic etiam omissio horæ parvæ respectu totius officii dominicalis posset dici parva materia, quod minime est admittendum, cum hora etiam parva ex communi DD. sensu videatur materia absolute gravis respectu cujuscumque officii. Necnon bene addunt *Holzm. et Croix* censeri gravem omissionem, si de hora parva aliquid nimis modicum diceretur.

148. — « 3. Sive omissio horarum (abs» trahendo a multiplicatione actuum » voluntatis) sit unum numero peccatum, » ut vult *Bon.*, sive sint plura formaliter, » ut docet *Less.*, sive unum multiplex, » ut *Suarez*, sive unum pluribus æqui» valens, ut *Fill.* loquitur : probabile » tamen est in confessione explicandum, » quot horæ sint omissæ, eo quod sit cir» cumstantia tenens se ex parte objecti, et » constituens actum in ratione sua indivi» duali. *Bonac. l. c. n.* 9. *Less. Suar. Fill.* »

Hic igitur quæritur I. Quot peccata committat, qui totum omittit officium ? Alii dicunt committere septem peccata ; quia pro singulis horis diversum adest præceptum ; hancque opinionem probabilem putant *Salm tr.* 16. *c.* 3. *p.* 4. *n.* 22. Sed verius dicendum unum tantum peccatum committere. Ita communiter *Less. c.* 37. *n.* 53. *Sanch. c.* 2. *dub.* 12. *n.* 2. *Pal. d.* 2. *p.* 5. *n.* 1. *Bon. q.* 5. *p.* 1. *n.* 8. *Ronc. p.* 154. *q.* 5. *r.* 3. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 6. *r. Quær.* 2° *Conc. p.* 483. *n.* 18. *Elb. pag.* 540. *n.* 398. Idemque expresse docet *S. Anton.* 3. *p. tit.* 13. c. 4. ubi de hoc veram rationem assignat, dicens : *Qui omittit omnes horas unius diei, non propterea committere septem peccata mortalia, sed unum, et tanto gravius, quanto plus de officio omittit ; quia totum officium unius diei cadit sub uno præcepto.* Bene tamen advertet *Elbel l. c.* quod si quis omitteret plures horas ex intentionibus moraliter interruptis, tunc plura committeret peccata.

149. — Quæritur II. Quot committat peccata, qui officium in mare projiciens redditur impotens ad recitandum ? Hæc quidem quæstio pendet ab alia, an omissio volita in causa sit in sese peccatum ?

Prima sententia in ea quæstione negat, eamque tenent *Laym. tr.* 2. c. 3. *num.* 5. *Azor. tom.* 1. *l.* 4. c. 3. *qu.* 4. *p.* 4. item *apud Salm. tr.* 20. *de princip. moral. c.* 10. *p.* 3. § 2. *n.* 25. *S. Bonav. Pal. Vasq. Fill. Cov. Sayr. Gran. etc.* Ratio, quia talis omissio dum accidit non est voluntaria in se, sed in causa, ideo tantum in causa erit peccatum. Unde juxta hanc sententiam talis committit unum peccatum tantum, nempe cum projicit Breviarium.

Secunda sententia tamen verior affirmat, et hanc tenet *S. Thom.* 1. 2. *q.* 76. *a.* 3. *ad.* 3. *et. q.* 77. *a.* 7 *et* 2. 2. *q.* 150. *a.* 4. ubi ait : *Si autem actus præcedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusatur a peccato sequenti, quod scil. redditur voluntarium ex voluntate præcedentis actus, in quantum scil. aliquis dans operam rei illicitæ incidit*

in sequens peccatum. Et eum sequuntur *Cajet. ib. Nav. Man. c.* 16. *n.* 8. *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 45. *n.* 27. *Pal. tr.* 2. *d.* 1. *p.* 3. *n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 26. *cum. Abul. Sot. Med. Lop. Vill. et aliis.* Ratio quia, licet ad omissionem peccaminosam requiratur, ut adsit voluntarium, sufficit tamen voluntarium in causa, ut patet ex *c. Mulieres, de sent. excom.* ubi dicitur quod si quis voluntarie se inebriat prævidens occisurum clericum, incurrit excommunicationem secuta occisione. Ergo occisio illa est vere peccatum, alias sine peccato externo non posset occisor excommunicationem contrahere. Propterea quoad casum nostrum respondetur, projicientem officium tot peccata committere, quot sunt omissiones quas prævidet, nisi pœniteat primi peccati, nam alioquin perseverat voluntarium positum in causa. Ita *Sanch. Cons. l.* 7. *c.* 2. *dub.* 51. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 7. *in fin. et Elbel pag.* 556. *n.* 42. cum communissima. *Vide dicta. l.* 5 (II). *n.* 49.

150. — Quæritur III. Utrum, si quis dubitat, an aliquid omiserit de officio, teneatur id recitare ? Resp. Scrupulosi non sunt obligandi ad repetendum, quia in his ut plurimum dubia, non sunt vera dubia, sed inanes apprehensiones. Quoad alios vero distinguendum : Si dubium est mere negativum, utique tenentur, quia in dubio possessio stat pro præcepto, ita *Pal. d.* 2. *p.* 6. *n.* 1. *Salm. de hor. can. cap.* 3. *p.* 3. *n.* 12. *et alii communiter.* Si vero dubium est positivum, ita ut probiliter judices dixisse, non teneris repetere, prout docent communissime *Pal. l. c. Sanch. Cons. l.* 7 *c.* 2. *dub.* 34. *n.* 3. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 6. *v. Sed quid. et Salm. dict. num.* 12. *cum Pelliz. Trull. Diana, etc.* item *Laym. Lugo, Ronc. et Viva,* quos adduximus *l.* 1. *n.* 29. Item dicit *Croix l.* 4. *n.* 1255. *cum Sanch. l. c. Laym. et Illsung,* male facere, qui habens conjecturam quod aliquam partem dixerit, eam repetit, quia viam scrupulis aperit; et docet *Nav.* (*apud Concin. t.* 2. *pag.* 463. *n.* 12.) sic dicens : *Non solum non tenetur repetere id quod probabiliter credit se dixisse, verum etiam male ageret id faciendo, eo quod habitum concipiendi scrupulos superfluos sibi quæreret.*

Unde docent *Sanch. l. cit. cum Nav. Major. et Angles, Croix d. n.* 1255. *cum Azor. Suar. Fill. Bon. Tamb. ac Salm. l. c. Ang. Trull. et Pell.* quod bene excusaris a repetendo, si non memineris dixisse aliquid, et habens justam conjectura credendi quod dixeris ; puta (ut aiunt *Sa chez cum aliis citatis, et Salm. tr.* 20. 7. *p.* 1. *n.* 7. *cum Nav. Suarez, Bardi, et* si recordaris te incœpisse psalmum, le tionem, vel horam, et postea non da opera distractus, vel non interruptus invenias in fine horæ, legendo, v memoriter recitando ea in quibus ord narie non soles errare ; et hoc locu habere dicunt *Gobat. et Tamb. apud Cro num.* 1235. etiamsi habeas ratione probabilem omissionis, quia præsumpt quod soleas perficere quod incœpis efficit ut nihil tenearis repetere, nisi s moraliter certus quod non dixeris. vero dubites an totam horam dixeris, v non, censent *Salm. dict. n.* 7. *in med.* qu si sæpius tali dubio labores, non tene repetere, quia tunc facile præsumit tale dubium oriri a scrupulis ; secus, raro. Cæterum bene ait *Croix d. n.* 125 *cum Nav. Az. Suar. Bon. etc.* quod ordinarie non soleas dicere horam po teriorem nisi post priorem, prudent potes credere te nihil omisisse [1].

151. — « Resp. 2. Tanta est obligati » ut inducat ei onus restitutionis fru » tuum, pro rata omissionis officii, q » titulo beneficii ad horas tenetur, » elapsis sex mensibus post adepta » possessionem (is enim, etsi gravit » peccet omittendo, non tamen teneti » ad restitutionem) culpabiliter officiu » non recitaverit. Patet ex concil. Lat » ranensi sub *Leone X.* Sed quia dubiu » fuit, utrum hoc concilium esset rece » tum, *Pius V* bullam edidit, quæ e » apud *Navarr. c.* 25. qua hoc decretu » confirmat, ac declarat sic, ut qui u » die totum officium omiserit, teneat » restituere omnes fructus illi diei re » pondentes : v. g., qui accipit annue 3 » florenos, teneatur pro uno die restitue » unum florenum ; qui autem omise » Matutinum tantum, mediam parte » fructuum unius diei ; qui reliquas h » ras, etiam mediam partem : qui ve » unam ex illis, sextam partem : eaq » restitutio facienda est vel fabricæ, v » pauperibus. *Laym. Fill. Bonac. d.* » q. 5. p. 2. *etc. contra de la Crux, et Lope* » *apud Dian. p.* 2. *t.* 12. *res.* 34. qui d » cunt, si beneficiatus intra annum per » vel 10 dies tantum omittat, non tene » ad restitutionem, eo quod sit serv » liberalissimi Domini, qui multo minu

[1] Confer notam ad l. 1. n. 29 positam.

» quam domini temporales, ad pauca » attendat. » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 663.)

Unde resolves :

« 1. Clerici majorum ordinum, qui » solo titulo ordinis, et quotquot alio » titulo, quam beneficii, ad horas tenen- » tur, non obligantur ad dictam restitu- » tionem, quia nullos percipiunt fructus » propter onus recitandi officium. *Bon.* » *l. c. p.* 2. *num.* 3.

« 2. Nec ii obligantur, qui ex naturali » oblivione, justo impedimento, bona » fide, invincibili ignorantia, aut aliter » absque culpa omiserunt. Ratio est, quia » in conscientia non debetur pœna, ubi » non est culpa. *Less. Suar. Bon. n.* 4. » (*Ita etiam Viva cum Sanch. Vide l.* 3 (IV). *n.* 665.)

« 3. Valde probabile est, quod qui alia » onera habent, quam precum, verbi » gratia pastores, Episcopi, etc. omitten- » tes horas, possint retinere majorem » partem fructuum istius diei, ratione » dictorum onerum ; sufficiatque dare » tertiam partem, vel quartam fructuum ; » eo quod tantum obligentur ad restitu- » tionem fructuum respondentium oneri » divini officii. *Nav. Fill. Bon. p.* 3. » *Dian. p.* 2. *tom.* 12. *res.* 8. citans alios » multos. » (*Ita etiam probabiliter tenet Croix l.* 4. *num.* 1214. *cum Sanch. et Gob. Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 673.)

« 4. Si talis pastor habeat tenues re- » ditus ad sustentationem, videtur ad ni- » hil obligandus ; cum ob alia onera illi » debeatur sustentatio. *Laym. l.* 4. *tr.* 2. » *cap.* 5. Imo *Dian. pag.* 2. *tract.* 12. » *resp.* 9. *Mald. tr.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. » dicunt eum, qui habet beneficium valde » tenue, v. gr. cujus reditus tertiam par- » tem mediocris sustentationis non adæ- » quent, non teneri, ob horas aliquoties » neglectas, ad restitutionem. » (*Et est* » *probabile cum Less. Sanchez. Pell. Led. Rodr. Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 674.)

152. — « 5. Restitutio hæc fieri potest » vel pauperibus amicis, vel aliis, vel ipsi » etiam beneficiato, si pauper est. Item » impendi potest in fabricam domus, » vel meliorandos agros beneficii ; quia » hæc nomine fabricæ etiam intelligun- » tur apud *Suar., et Bonac.* » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 672). « Denique aliquando com- » pensari potest, offerendo suffragia pro » defunctis, aliisque precibus, ut *vide* » *Bon. l. cit. p.* 4. » (*Idem dicunt Salm. tr.* 16. *c.* 2. *n.* 60. *Sed vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 667. *et* 672. *ubi huic non acquievimus*) « et sic etiam per alium, seu per officium, » aut preces ab alio ad tuam intentionem » recitatas, et a te defunctis applicatas, » satisfieri posse, docet *Quintan. t.* 8. » *sect.* 6. Nec continuo damnandum, qui » ordinarie recitare solitus, semel, verbi » gratia, vel bis in anno omisit, etsi nihil » restituat, docent *Sot. Med. Fill. c.* 10. *num.* 316. *et* 317 » (*Sed hoc non videtur posse sustineri, ut merito dicunt Salm. d. c.* 2. *n.* 55. *cum S. Pius in sua bulla dicat : Ut qui omnes horas uno, vel pluribus diebus intermiserit.*)

« 6. Qui pecuniam, quam ob neglectas » horas tenetur restituere, sive erogare » in usus pios, impendit in alios, quam » vel in pauperes, vel fabricam beneficii, » non satisfacit (secundum jus com- » mune, ubi concilium Lateranense, vel » Bulla *Pii V.* est recepta) obligationi » suæ ; nisi aliud conferat consuetudo, » vel statutum alicubi receptum ; quia » diserte præcipitur restitui pauperibus, » vel fabricæ beneficii. *Vide Bon. qu.* 2. » *p.* 2 *et* 4. » (*Vide d. l.* 3 (IV). *n.* 672.)

153. — « 7. Posse aliquando benefi- » ciatum excusari a restitutione ob horas » neglectas, titulo pecuniæ expensæ ; » intellige post omissionem horarum. » (*Nam si ante omissionem, non excusantur, cum damnata sit propos.* 33. *ab Alex.* VII. *dicens : Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.*) « Etsi non » isto intuitu, in pauperes vel alios usus » pios, censet *Dian. p.* 3. *r.* 57. *ex* » *Laym. l.* 3. *t.* 2. *c.* 12. *n.* 9. esse pro- » babile, tum quod quidam auctores ita » sentiant ; tum quod videatur esse vir- » tualis intentio omnium dantium elee- » mosynas, satisfacere per illas omnibus » obligationibus, quas suis peccatis con- » traxerunt : tum quod leges ecclesias- » ticæ benigne debent explicari. » (*Et probabile est juxta sententiam, quam tenent Sanch. Cons. l.* 2. *c.* 3. *dub.* 121. *Lugo d.* 4. *n.* 46. *Laym. l.* 2. *tr.* 2. *c.* 12. *n.* 9. *Salm. tr.* 16. *c.* 2. *p.* 4. *n.* 63. *cum Pelliz. et Croix. l.* 4. *n.* 1215. *cum Suar. Gob. et aliis. Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 700. *v. Limitant.*) « Addunt *Jo. de Salas de leg.* » *d.* 15. *sess.* 2. *n.* 27. *et Vasq.* : si ca- » nonicus grossam, seu corpus sui cano- » nicatus vere, et absolute lucretur, prius » quam omittat officium, non teneri ad » restitutionem propter omissionem se- » quentem, eo quod pœna non sit, ut » fructus jam suos factos restituat, sed

» et fructus non faciat suos. Sic ille » apud *Dian. p.* 2. *t.* 12. *r.* 8. *ut infra* » *art.* 4. § 6. *in fine.*

«. 8. Ubi bulla *Pii V.* non est recepta, » potest videri probabile, beneficiatum » ad dictam restitutionem non obligari, » ut habet *Sylv. v. Clericus.* »

ARTICULUS III.

Quæ excusent a recitatione horarum.

154 Quomodo excuset *infirmitas*? Not. I. An excuset gravis molestia? Not. II. An excuset convalescentia? Not. III. Quid in dubio an infirmitas sufficiat ad excusandum? Not. IV. Quid si dubites, an possis recitare partem?

155 An excusentur laborantes febri tertiana, vel quartana?

156 Quomodo excuset *justum impedimentum*? Et an ideo excusentur concionatores, confessarii, peragentes necessaria in choro?

157 Quomodo excuset *cæcitas*, et *carentia Breviarii?*

158 An impotens recitare totum officium, teneatur ad partem? Quid, si non habeas officium proprium? An tenearis recitare cum socio, si nequis solus? An beneficiarius teneatur conducere socium, si non possit solus recitare?

159 Quomodo excuset *dispensatio.*

154. — « Resp. — Hæc sequentia : I. » *Infirmitas* gravis, v. g. dolor notabilis » capitis, ita ut sine incommodo, vel » incremento morbi legi non possit : » dixi, *gravis*, quia levis, v. gr. dolor » stomachi, aut pectoris, vel etiam ali» quando febris tertiana, aut quartana » non excusat, cum toto die non affligat. » (*Vel majore diei parte, ut Sanchez, Trull. Tamb. Pell. etc. cum Salm. de hor. can. c.* 3. *p.* 6. § 1. *num.* 35.) « Ita *Nav. Fill.* » *Laym. Bon. d.* 1. *q.* 6. *p.* 1. Porro to» taliter excusatus non tenetur, ut qui» dam volunt, audire alium legentem, » nec alium substituere. » (*Nec alias preces; est commune apud Salm. ib. n.* 33.) « ut habent *Fill. et Sa, v. Horæ.* » Si tamen commode potest, et solet le» gere cum socio, tenetur, ut habent » *Less. et Bon. Vide Dian. p.* 2. 12. » *r.* 43. » (*Ita verius tenendum cum Sanch. Spor. Croix. etc. contra alios. Vide infra n.* 158. *vers.* Item.)

Plura hic sunt notanda scitu necessaria. Notandum I. ratione infirmitatis excusari ab officio non solum qui gravi laborant morbo, sed etiam qui non possunt recitare nisi cum gravi incommodo, aut probabili talis incommodi periculo. Unde satis excusantur, qui prudenter credunt vel timent ob officii recitationem eis fore proventuram notabilem gravedinem capitis, vel cruditatem stomachi aut virium lassitudinem, vel si credant febrim tardius esse remittendam. Ita *Sanch. cap.* 2. *dub.* 45. *n.* 4. *Holzm. tom.* 1. *pag.* 450. *n.* 477. *Anacl. de hor. can. n.* 77. *Conc. tom.* 2. *p.* 507 *n.* 23. *et Salm. de hor. can. c.* 3. *p.* 6. § 1. *n.* 35. *in med. cum Trull. et Pell. ex c. Clericus* 3. *dist.* 91. ubi dicitur, quod excusat ab officio *inæqualitas corporis*, quod non significat morbum gravem, ut bene advertit *Croix l.* 4. *n.* 1224. Et hoc probabiliter admittitur, etiamsi infirmus per magnam diei partem aliquem legeret librum ad animum solandum, ut dicunt *Sanch. l. c. num.* 4. *Holzm. pag.* 450. *n.* 477. *Spor. n.* 158. *Elbel pag.* 564. *n.* 462. *et Salm. l. c. in fine cum Trull. Pell. Dian., etc.* Ratio, quia licet iste posset legere librum recreationis, non tamen sequitur quod possit, et teneatur officium recitare, ad quod alia quidem major attentio requiritur, quæ majorem affert difficultatem.

Notandum II. non solum actu ægrotantes, sed etiam convalescentes ex gravi morbo excusari ab officio per aliquot dies ad arbitrium prudentis, donec vires reficiantur. Ita communiter *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 7. *v. Quær.* 1. *Conc. p.* 497. *n.* 5. *Elbel p.* 564. *n.* 561. *et alii AA. supra cit.* Et hoc admittendum, etiamsi isti missam celebrarent, ut *Salm. dict. n.* 35. *cum aliis.*

Notandum III. quod in dubio, an infirmitas sufficiat vel ne ad excusandum, potest se committere judicio medici, ex *c. Fraternitatis, de frig. et mal.* aut judicio superioris acquiescere, qui in tali dubio etiam dispensare potest; vel denique potest se remittere judicio probabili viri prudentis. Ita *Sotus, Sylvest. Sanch. Tamb. etc. cum Salm. de hor. can. c.* 3. *p.* 6. § 1. *n.* 36. Et etiam stare potest judicio proprio, si tale judicium ipsemet prudenter ferre possit, ut probabiliter ait *Gobat. ap. Croix n.* 1225.

Sed quid, si his præmissis, adhuc dubium perseveret? Respondetur, si dubium sit, quod recitatio graviter læderet, tunc certe non tenetur immo nequit recitare, quia præferendum est jus naturale servandæ valetudinis præcepto Ecclesiæ, ut dicunt *Viva de* 1. *præc. q.* 3. *a.* 6. *n.* 3. *et Salm. cit. n.* 36. *cum aliis*: nisi id faceret amore virtutis, secluso periculo mortis, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 371. *cum Lugo, Salm. Vill. etc.* Si vero dubium tantum sit, an indispositio pertingat ad excusandum, ut supra : tunc, cum lex recitationis possideat, et dubium sit de

exemptione, utique lex est implenda. Hoc tamen currit, quando sit purum dubium; secus, si sit probabile judicium: ita *Cont. Tourn. loc. cit. Ronc. c. 6. q. 2. Elbel. t. 2. p. 556. n. 443. Anacl. n. 77. Holz. pag. 461. n. 480. Viva l. c. et Salm. loc. cit. in fin. cum Sanch. Pell. Trull. et Diana.*

Notandum IV. quod, si quis ob suam infirmitatem certus est non posse totum officium recitare, et dubitat, an possit partem, probabiliter ad nihil tenetur, ut docent *Laym. l. 4. tr. 1. c. 6. n. 2. Sanch. c. 2. dub. 47. n. 4. cum Nav. Viva in propos. 54. Innoc. IX. n. 16. Ronc. cap. 6. q. 2.* item *Suar. Sanch. Card. et alii apud Croix n. 1223.* nam rationabiliter iste a toto officio excusatur, ne valde scrupulis angatur, nesciens quousque possit et teneatur recitare; hæc enim anxietas magnum illi incommodum afferret; maxime si ex recitatione verisimiliter crederet contrahere capitis gravedinem, virium lassitudinem, aut tardiorem febris remissionem.

155. — Quæritur hic, an excusentur ab officio laborantes febri tertiana, vel quartana? Absolute excusat *Leander*; sed verius dicunt *Sporer t. 3. pag. 84. n. 195. et Conc. t. 2. pag. 496. n. 2. et 4. cum. Nav. Azor, Bon. et Trull.* in hoc spectandas esse circumstantias; quando enim infirmus posset recitare sine gravi incommodo diebus, quibus est immunis ab infirmitate, non apparet causa cur excusetur. An autem talis infirmus teneatur horas anticipare, vel postponere? Negant *Canus in Prælect. de pœnit. p. 5. dub. 31.* atque *Henr. et alii apud Salm. de hor. can. c. 3. p. 6. § 2. n. 49.* et probabile id putant *Sanch. dub. 55. n. 6. Less. c. 37. n. 43. et Viva q. 3. art. 6. n. 4.* Ratio, tum quia quælibet hora suo correspondet tempori, extra quod non currit obligatio; tum quia anticipatio vel postpositio est privilegium favoris, quo nemo tenetur. Sed melius affirmant *Conc. pag. 502. n. 10. Cont. Tourn. de hor. can. sect. 7. v. Quær. 2.° Less. l. c. Croix l. 4. n. 1226. Ronc. pag. 157. q. 3. v. Cæterum, et Salm. ibid. n. 50. cum Trull. Sanch. Azor, Villal. et Pell.* Ratio, quia officium præcipitur recitari intra latitudinem totius diei, unde, cum præceptum jam urgeat, tenetur infirmus illud implere tempore quo potest: sicut si in die festo non potes circa meridiem missam audire, teneris anticipare, ut ait *Concina;* recte enim regulam assignat *Busemb. l. 1. num. 157* quod, cum quis manente vi præcepti est impediendus, tenetur prævenire. Hinc merito *Salm. l. c.* contrariam opinionem laxam vocat. Veruntamen valde probabile est cum *Holz. pag. 451, n. 478. vers. Confirmatur, Sporer tom. 3. pag. 86. n. 172. et Elbel pag. 437. n. 444.* quod ille, qui non potest recitare Matutinum die sequenti, non tenetur in præcedenti anticipare; tunc enim est obligatio anticipandi officium, quando obligatio præcepti jam est incœpta; quod autem Matutinum possit dici præcedenti die, non est ex præcepto, sed ex privilegio a consuetudine introducto, quo nemo tenetur uti.

156. — « 2. *Justum impedimentum,* v. » gr. metus proditionis inter hæreticos. » Item gravis, vel repentina occupatio, » vel opera charitatis majoris momenti, » quam horæ, quæ sine scandalo, vel » gravi incommodo tuo, vel alterius » omitti non possint. Quo modo, etsi » concionatores, vel confessarii ali» quando excusari possint, idque ex be» nigna Ecclesiæ intentione, ut docent » *Sylv. Suar. et Laym. etc.* tenentur ta» men anticipare, si possint, v. gr. si » mane prævideas, te tota die confessio» nibus occupandum, quæ differri non » possint. Ita *ex Suar. et Azor, Bonac. l. » c. p. 2. n. 1. et 2. etc. communiter.*

Excusantur ab horis, qui occupantur tota die in officiis religionis, aut charitatis, quæ sine scandalo, aut magno detrimento proprio vel alieno omitti non possunt; ita communissime *Salm. tr. 16. c. 3. p. 6. § 1. n. 37. Ronc. c. 6. qu. 3. Elbel t. 2. pag. 557. n. 444. Wigandt pag. 432. n. 96. Holz. t. 1. pag. 450. n. 477. et Spor. tom. 3. pag. 85. n. 161. cum. Sylv. Nav. Tolet. etc.* Hinc excusantur concionatores, si nequeunt omittere concionem sine scandalo, aut nota, ut dicunt *Laym. l. 4.* tr. 1. c. n. 1. *Salm. cit. n. 37 Viva qu. 3. a. 6. n. 6. et Wigandt l. c.* Item excusantur confessarii, qui per totum diem confessiones excipiunt, quas differre non possint, ut *Concina t. 2. pag. 500. n. 5. Laym. Wigandt et Salm. ibid.* Item qui occupantur in sedandis jurgiis, aut assistendis infirmis. *Sanch. dub. 52. Ronc. tr. 5. q. 2.* Item qui ex officio attendere debent publicis thesibus. *Sanch. Salm. et Ronc.* Item habentes publicam lectionem ad cathedram, aut lauream acquirendam, si occupatio esset totius diei, nec possit differri sine damno proprio, aut aliorum. *Wigandt l. c. Conc.* p. 498. *n.* 2. cum

Suar Item scholares, qui debeant in aliquo die actum defendere. *Sanch d. dub.* 52. Super autem hac materia advertenda est propos. 21 damnata ab *Alexand. VII.* quæ dicebat: *Habens capellaniam collativam, vel quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.* Bene autem advertunt *Laym. c. 6. num. 1. Bonc. et Wigandt ll. cc.* quod si omnes isti sine magna difficultate possint recitationem anticipare vel postponere, ad id utique tenentur, unde bene concludit *P. Wigandt*, quod rarissime accidit casus, quod tale officium sine culpa omittere poterunt.

« Ex hoc capite dicunt etiam aliqui, » non teneri te repetere quod neglexisti » (nec recitando, nec audiendo), dum » thurificando ad Magnificat, vel Bene- » dictus, vel libros necessarios circum- » ferendo, vel lectionem mox cantandam » prævidendo, vel alia in choro neces- » saria peragendo occupatus fuisti, quia » chorus totus pro eo, qui in re ad officii » celebritatem pertinente occupatur, vi- » detur supplere et non tantum suo, sed » etiam aliorum ministrantium nomine » recitare, aut canere. Ita *Laym. l. 4.* » *tr. 1. c. 6. n. 7. Henr. Sylv. Azor, Sot.* » *Molf Nald. Arag. Regin.* citati a *Dian.* » *p. 2. t. 12. res.* 3. Idem de eo, qui » choro, organis, musicis alternis versi- » bus respondet, dicunt *Nav. Sanc. Arag.* » *et Rodr. apud Laym. l. c.*, scilicet eum » non esse obligatum, ut etiam voce » proferat; sed negat *Escob. t. 5. et 6.* » *Vide Trull. d. 16.* » (*Vide dicta de his n. 143. vers.* Notandum 3.)

157. — « 3. *Cæcitas, Bon. p. 2. num. 4.* » *etc. communiter.*

« 4. *Carentia Breviarii* inculpata. Quod » si tamen memoriter possis dicere, vel » totum officium, vel unam horam, te- » neris. Si vero tantum scias psalmos, » vel lectiones, vel capitula, dicunt *Fill.* » *t. 2. tr. 23. c. 9. n. 187. Nav. et Suarez,* » item *Escob. e. 6. ar.* 149. probabile » esse, non teneri : quia psalmi, ut sic, » non sunt hora canonica, ad quam te- » netur clericus. Idem dicunt *Garc. de* » *benef. l. I. par. 2. c. 1. n. 221. Mald. in* » *2. 2. t. 10. c. 2. d. 5. et Jo. Sancius in* » *select. d. 15. n. 1.* citati a *Dian.*, eo » quod lectiones et capitula sint partes, » licet minor, maxime principalis, ita » ut absque illis non sit officium cano- » nicum. Idem concedit *Sanch. l. 1. c. 19.* » in Matutino festi duplicis, vel semidu- » plicis. *Vide Bonac. p. 2. n. 6. Dian* » *par. 2. tr. 12. r. 30. et 43.* Verum hæc » probare non ausim ; sed potius, quod » docet *Bonac. d. 1. art. 6. part. 2.* im- » peditum ex aliqua dictarum causarum, » si possit dicere partem notabilem, ad » id teneri, alias ad nihil. Denique si » quis careret Breviario, quo uti solet, » v. gr. Romano, tenetur legere aliud, » quod habere potest, quia per utrumvis » impletur substantia præcepti. *Creus.* » *Escob. Dian. p. 9. t. 9. r. 25.* »

158. — Hinc primo advertenda est propos. 54. damnata ab *Innoc. XI.* quæ dicebat : *Qui non potest recitare Matutinum, et Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.* Hinc certum est, quod is qui caret Breviario, et nihil aliud scit memoriter, quam Laudes aut Completorium, illud sub gravi tenetur recitare, ut contra aliquos docent communiter *Sporer t. 3. pag. 87. n. 177 Pal. p. 6. n. 11. cum Nav. Suar. Valent. etc. Wigandt pag. 431. n. 90. et Croix l. 4. n. 1230. cum Sanch. Bon. et Carden.* Unde secus tenetur recitare partem, quam scit memoriter, non vero tenetur memoriæ mandare quod nescit. *Concina pag. 494. n. 6.* Dicunt autem *Palaus d. 6. num. 7. cum Torre et Sanctio, ac Fill. Garc. Tamb. etc. apud Sporer l. c.* quod si haberes psalmos, sed non lectiones Matutini, nihil teneris dicere, quia tunc deficit forma præscripta a *S. Pio. V.* At merito *Busemb. ut supra*, id non approbat, et *Sporer. d. n. 177.* ait omnino in praxi amplectendam sententiam contrariam, quam tenent *Croix n. 1220. et Bon. Gob. ac Leand. apud ipsum Sporer.* Ratio, quia cum possis notabilem partem officii recitare, non est cur ab ea excusaris. Unde *Bus. cum Bon. Holzm. p. 451. n. 459. cum Ills. et Croix l. c. cum Laym. ac Fill.* recte hanc regulam assignant, quod si potes recitare quantum est parva hora teneris sub gravi eam dicere, si vero minus, ne sub veniali quidem aliquid recitare obligaris, quia talis modica pars, seorsim sumpta, non censetur æstimabilis ad finem a lege intentum.

Præterea, si haberes officium commune, et non proprium illius diei, teneris ex communi horas recitare, ut verius sentit *Croix l. 4. n. 1221. cum Sporer et Gob. contra aliquos.* Idem tenent *Conc. p. 89. n. 3. et Wigandt p. 430 num. 88.* si careres Breviario Romano, et haberes aliud, puta Benedictinum, aut simile,

teneris ex illo recitare. Ratio, quia duplex est præceptum officii, unum universale de horis persolvendis, aliud de servanda formula cujuscumque diei; unde, si non potes servare unum, teneris ad aliud. Huic vero contradicunt *Salm. de hor. can. c.* 1. *p.* 4. *n.* 28. dicentes non teneri, quia (ut aiunt) præceptum officii est indivisibile, id est illud recitandi, et recitandi sub una formula; idque inferunt ex verbis bullæ *S. Pii V.* ubi dicitur: *nisi hac sola forma satisfacere posse.* Hoc tamen non obstante, prima opinio ut magis pia et rationabilis, mihi sequenda videtur. Certum est autem, quod religiosus factus Episcopus bene potest uti Breviario suæ diœcesis. *Concina pag.* 392. *n.* 9.

Item, qui non potest solus recitare, tenetur adhibere socium gratuitum, si potest sine magno incommodo, ut verius censent cum *Bus. ut supra n.* 154. *Sanch. c.* 2. *dub.* 48. *Ronc. c.* 6. *q.* 4. *Holzm. p.* 451. *n.* 478. *Sporer n.* 181. *Croix l.* 4. *n.* 1231. *cum Bonac. et Suar. Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 6. § 2. *n.* 44. *Concina t.* 2. *p.* 493. *n.* 5. *cum Nav. Azor, Less. Pal. Laym. Valent. etc.* (*contra Leand. Jo. Sanch. Dian. etc. ap. eumdem Conc.*) Ratio, quia quodcumque præceptum impleri debet, quod mediis ordinariis impleri potest. Diximus *gratuitum*, quia non tenetur socium adhibere stipendio soluto, ut dicunt *Salm. c.* 3. *n.* 42. *et Bon. p.* 2. *num* 8. *cum Suar. Nav. Vill. etc.*

An autem beneficiarius teneatur socium conducere ex fructibus beneficii? Affirmant *Bonac. d.* 1. *q.* 6. *p.* 2. *n.* 7 *cum Suar. Laym. Molf. etc. Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 7. *v. Hic quædam, Holz. p.* 451. *n.* 478. *Palaus p.* 6. *n.* 14. et consentit *Sporer t.* 3. *p.* 88. *n.* 183. si beneficium sit pingue. Ratio, quia fructus beneficii dantur propter officium; unde beneficiarius debet illos erogare, ut officium persolvat. Sed contradicunt *Gobat. Tamb. Diana, etc. apud eumdem Spor.* qui merito id probabile putat. Ratio, quia (ut diximus *l.* 3 (IV). *num.* 665. *cum Less. Innoc. Panorm. Sylvest. Palud. etc.*) obligatio horarum probabilius non est de jure naturali, seu ex justitia, sed de jure positivo Ecclesiæ illam præcipientis ex motivo religionis (ut diximus supra *n.* 145. *vers. Quær. I.*), fructusque beneficii non dantur pro mercede recitationis, sed pro sustentatione beneficiarii. Quapropter ipse non tenetur officium persolvere medio extraordinario, quale esset conductio socii, tanto magis quia concilium Lateranense (ut videre potes *d. l.* 3 (IV). *n.* 665.) absolute excusat ab onere officii *legitime impeditos.* Utraque sententia est probabilis; hinc dico, quod si talis beneficiarius omisit officium, eo quod non adhibuit socium, et in bona fide fructus perceperit, potest eos retinere, quia melior est conditio possidentis. Secus, si ille non adhuc perceperit, sed innixus probabilitati hujus secundæ sententiæ velit percipere: quia non potest inchoari possessio cujuscumque rei, nisi cum certitudine juris, ut pluries diximus. *Vide. l.* 3 (IV). *n.* 669. *et* 761. *v. Quær. II.* Propterea dico, quod si hic velit percipere fructus, tenetur socium adhibere.

159. — « 5. *Dispensatio*, quam sine » causa solus Papa dat valide, cum causa » Episcopi. Et sic subdiaconum, qui ex » dispensatione pontificia ducit uxorem, » hoc ipso liberari ab onere horarum, » contra *Bon. et Azor*, docent *Sanch. de* » *matr. l.* 8. *Dian. p.* 8. *tr.* 3. *r.* 34. »

Papa potest dispensare in officio, etiam cum beneficiario, ut recte ait *Croix l.* 4. *n.* 1233. asserens esse commune. Probabilius enim, ut diximus mox supra cum *Sylv. Less. Panorm.* onus officii non est de jure naturali, sed de præcepto Ecclesiæ; et ideo potest Papa adhuc sine causa valide dispensare. Episcopus autem non potest dispensare, nisi cum causa, et cum aliquo particulari, necnon ad breve tempus, ut dicunt *Wigandt p.* 431. *n.* 94. *Holz. p.* 451. *n.* 477. *Conc. p.* 398. *n.* 6. *et Croix. ibid.*, qui cum *Tamb.* inquit sic esse usu receptum. Causa autem dispensandi est, si dubitatur de morali impotentia clerici, ut *Croix l. c. ex D. Thom.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. Dicit autem *Gobatus apud Croix*, idem posse vicarium generalem; sed hoc intelligendum, si habeat speciale mandatum ab Episcopo, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 1032.

ARTICULUS IV.

Quomodo recitandæ sint horæ?

160 Requiritur **I. Ut recitentur juxta** *præscriptum Breviarii Romani.*

161 Qu. I. An sit obligatio recitandi litanias? Qu. II. An officium defunctorum? Qu. III. An liceat officium in brevius permutare? Qu. IV. An possis te conformare cum clerico privilegiato? Qu. V. An errans in officio teneatur repetere?

162 Requiritur II. *Pronuntiatio vocalis.*

163 Qu. I. An satisfaciat legens, si se non audiat? An autem satisfaciat submisse recitans in choro? Qu. II. An si recites officium in choro, vel cum socio, tenearis re-

petere quæ non percipis ? Qu. III. An satisfaciat surdus, vel surdaster recitans in choro ?

164 Requiritur III. *Pronuntiatio integra.*

165 Quomodo peccet mutilans verba ? Quid, si recitas cum socio mutilante ?

166 Requiritur IV. *Pronuntiatio continuata.*

167 An Matutinum possit separari a Laudibus ? Et an tunc sit obligatio terminare horas et Matutinum cum *Pater*, et oratione officii currentis ? Et an nocturni possint ab invicem separari?

168 An sit repetenda hora, si magna intercedat interruptio ? Quæ sint causæ justæ interrumpendi ?

169 Requiritur V. Ne invertatur *ordo.*

170 Causæ invertendi ordinem.

171 An in choro sit gravis obligatio recitandi horas ordine debito, et statis horis ?

172 Requiritur VI. Ut dicantur horæ *tempore suo.*

173 Quæ sint causæ justæ anticipandi, vel postponendi ? Quo tempore dicendæ sint horæ ?

174 Qu. I. Quando possit dici Matutinum ? Qu. II. An Matutinum defunctorum possit pridie recitari ? Qu. III. An in Vespera dici antecedentis possint recitari litaniæ?

175 Requiritur VII. Ut horæ recitentur *attente* et *devote.*

176 Quænam *intentio* requiratur ? Et quænam *attentio* ? Et I. de attentione externa. An dormitans in officio vel recitans dum alii fabulantur, vel in platea, etc. satisfaciat ? II. de attentione interna.

177 An attentio interna sit necessaria ad satisfaciendum ? Et an beneficiarius recitans sine attentione interna teneatur ad restitutionem ? Regula ad scrupulos abjiciendos.

178 An et quomodo peccet recitans officium existens in peccato mortali ?

179 An liceat officium dicere in loco indecenti ? An extra chorum situs recitandi sit de præcepto ?

160. — « RESP. In recitatione horarum » sequentes circumstantiæ sunt servandæ : I. ut recitentur *juxta præscriptum* » *Breviarii Romani*, jussu *Pii V* editi, » saltem publice. Excipe religiosos, qui » habent peculiare Breviarium ordinis, » et ecclesias, quæ 200 annis ante institutionem Breviarii per *Pium V* peculiare habuerunt : eæ enim sine consensu Episcopi illud mutare non possunt. Privatim tamen omnibus etiam » regularibus probabile est, licere ex » consuetudine uti Romano, ut docent » *Less. c.* 37. *d.* 12. *Rodr. et Sa, v. Horæ,* » *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 1. Adde, quod qui » eo utitur, ne in choro quidem obligetur ad psalmos pœnitentiales, graduales, officium defunctorum, excepto die » animarum. Officium tamen B. V. in » choro recitari debet, ubi est consuetudo. Ita *Fil. et Bon.* ex bulla *Pii V* et » *Clem. VIII.* Item tenetur ad litanias » diebus rogationum, tum qui sunt pars » officii eo die; tum quia peculiaris de ea » re est constitutio. Ita *Bon. l. c. ex Fil.* » etsi contrarium probabile esse dicat » *Diana p.* 2. *t.* 12. *r* 42. *ex Vasq.* item » *Escob. t.* 5. *e.* 6. Quod si ex inadvertentia, vel necessitate, v. g. quia lectiones de festo nullas habes, officium » mutes, ita ut dicas de feria, quando » erat dicendum de Sancto, vel contra, » nullum erit peccatum, nec obligatio » repetendi, licet consultum sit repetere » ea, quæ ad proprium officium pertinent : si vero studio idem mutes, aliud » sentiendum videtur cum ratio non sit » eadem. Quamquam, quod eo casu venialiter tantum pecces, nec tenearis » repetere, vel restituere quidquam, eo » quod substantia præcepti sit impleta, » probabile esse censent *Escob. t.* 5. *e.* 6. » *c.* 5. *Dian. p.* 3. *t.* 12. *r.* 3. item *Caj.* » *Sylv. Binsfeld. Az. Valent. Less. Fill. etc.* » citati a *Bon. d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 17. *et* » *Dian. l. c. contra alios multos* quos citat, et sequitur *Barb. Laym.* vero *l.* 4. » *t.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. *cum Suar.* limitat, nisi » per fraudem, ut si multo longius in » multo brevius, v. g. paschale, mutetur » (licet *Caram. apud Dian. p.* 7 *t.* 11. *r.* 16. » contra communem sentiat, etiam sic » præceptum impleri, et venialiter tantum peccari); aut idem pro libito toto » anno dicatur; quia est gravis inordinatio. *Vide Trull. d.* 14. *n.* 11. ubi docet, » eum qui per errorem legit hodie de » Sancto, qui cras v. g. colitur, posse cras » legere de Sancto, qui hodie celebratur, » ne is hoc anno omittatur; ita faciendum » esse vult *Quintan. t.* 8. *sing.* 10. Verum » contrariam rectius tenet *Vill.* eo quod » præstat semel, quam bis, errare; idque » multis bene confirmat *C. Lugo resp.m.* » *l.* 5. *d.* 8. Similiter eum, qui per errorem vel oblivionem in festo duplici vel » semiduplici non recitavit de proprio, » posse de eo legere primo die non impedito 9 lectionum officio, docet idem » *Quintan. t.* 9. *s.* 9. esse probabile. Verum et hoc merito rejicit *C. Lugo. l. c.* » et ipse *Quintan.* contrariam sententiam » agnoscit probabiliorem. Denique, qui » in aliquibus horis erravit, legendo v. g. » de feria, quando erat de festo, vel » contra, agnoscens errorem non debet » eum continuare, sed reliquas horas legere juxta officium eo die currens, ut » in his saltem conformet se toti Ecclesiæ, vel communitati, cujus est pars, » et observet legem quantum potest. » *C. Lugo. l. c.* »

Post hunc articulum Busembai a S. Alphonso talem conservatum, locus inducendi nobis videtur sectionem sequentem D. Martinet *de breviariis*, tempore nostro, *canonica forma carentibus* :

« Cum ordinatio rei liturgicæ, nominatim officii Deo persolvendi nomine totius Eccle-

siæ, evidenter pertineat ad supremam in Ecclesia potestatem, illa tantum Breviaria pro canonicis habenda sunt, quorum forma expresse, aut saltem tacite, a Sede Apostolica approbata est. Atqui, in præcitata Constit. *Quod a nobis*, promulgando Breviarium Romanum, *nullo unquam tempore*, *vel totum vel ex parte*, *mutandum*, S. P. Pius V expressissime reprobavit et abolevit omnia Breviaria a Romano diversa, illis tantum exceptis quorum usus *ducentos annos antecederet*. Ergo, nisi constet dictam constitutionem obsolevisse, omnia Breviaria, sive anno 1568 antiquiora, non comprehensa in exceptione, sive recentius composita sine venia S. Sedis, non modo carent debita approbatione, sed merito pro improbatis habenda sunt. Tantum vero abest ut constitutio Pii V suum vigorem amiserit, ut contra non desierint SS. Pontifices, sive per se, sive per responsa et decreta S. Congregationis Rituum, ad strictam ejus observationem omnes provocare, et quascumque rei liturgicæ immutationes ei contrarias prohibere ut *detestabiles abusus et corruptelas* [1]. De Breviariis itaque particularibus, quæ non pauci antistites in Galliis, ab exeunte sec. XVI usque ad tempora nostra, reformarunt atque promulgarunt in suis diœcesibus, inconsulta S. Sede, et quorum idcirco canonicitas est plus quam dubia, merito quæsitum est : 1° utrum clerici utentes hisce Breviariis satisfaciant præcepto recitandi Horas canonicas ; 2° utrum possint, in privata recitatione, uti Breviario Romano, absque venia episcopi ; 3° utrum reapse teneantur uti Romano. Quæstio certe non est supervacua. Quamvis enim plerisque in locis hodierni Antistites singulari studio novitates liturgicas decessorum suorum felicissime reformaverint ad normam liturgiæ romanæ, sunt tamen diœceses in quibus hæc reformatio adhuc desideratur. Unde clericis, qui ibi utuntur Breviariis canonica forma carentibus, debetur responsio ad tria modo quæsita.

« Ad 1um, *satisfaciuntne canonico præcepto recitantes dicta Breviaria?* Resp. Dicendum esset eos non satisfacere, si *ad litteram* accipienda essent verba Constit. *Quod a nobis*, declarantis de Breviario Romano, *neminem*, *nisi hac sola formula*, *satisfacere posse*. Verum hic *littera* temperanda est *spiritu*. Nullo quippe modo nobis suadere possumus hanc fuisse mentem sanctissimi Pontificis, ut omnes clerici non recitantes formulam a se promulgatam, absque contemptu legis (quales sunt profecto clerici hic spectati), rei existerent omissæ recitationis Horarum, perinde ac si nullas recitassent. In casu præsenti adhibenda videtur distinctio, qua S. Alphonsus, cum Croix, Sporer et aliis, utitur in casu illius qui, carens Breviario Romano, aliud haberet : « Duplex est præceptum officii, unum universale de Horis persolvendis, aliud de servandâ formula cujuscumque diei ; unde si non potes servare unum, teneris ad aliud (lib. IV, n. 158). » Præceptum universale est vere primarium, substantiale, nunquam omittendum, ubi servari potest ; aliud vero, ut secundarium, admittit exceptionem *gravis incommodi*, communem omnibus præceptis secundariis. Hinc si prædicti clerici excusentur a formula Breviarii Romani, ob gravitatem incommodi (ut videbitur infra), et aliunde Breviarium habeant non substantialiter alienum a formula canonica, censendi sunt satisfacere præcepto universali.

« Ad 2um et 3um, *utrum possint*, *sine licentia episcopi*, *uti Breviario Romano in privata recitatione*, *et ad id teneantur*, ita respondet Suarez, agens de locis in quibus, ob negligentiam prælatorum, retentus est vel introductus ritus non approbatus : « Assero,.. posse licite omnes clericos privatim recitare juxta Romanum Breviarium, quia non possunt obligari ad imitandum ritum iniqua consuetudine retentum, et pontificia auctoritate efficaciter abrogatum. Imo assero clericos singulos ad hoc teneri, si commode possint, quia per se obligantur præcepto pontificio, quod non pendet ex episcopi vel matricis ecclesiæ acceptatione, nec ex nova promulgatione in partibus singulis facta, quia Romæ facta sufficit, cum ex ipsa expresse aliam non requirat, sed contrarium expresse decernat (*De Horis can.* cap. XXIII, n. 10). » Cui communi, extra Gallias, TT. Sententiæ, generatim consenserunt responsiones S. Congregationis Rituum, nominatim quæ facta est 10 jan. 1852, ad tria dubia canonici Cenomanensis : 1° Utrum *licita fuerit* an. 1748 *et* 1749 *innovatio Breviarii et Missalis Cenomanensium*, *sola episcopi et capituli auctoritate*, *facta* ? 2° Utrum hæc liturgia, *vi præscriptionis*, *seu consuetudinis secularis facta sit legitima*, *ita ut hodie quilibet sacerdos Cenomanensis possit eam tuta conscientia servare*? 3° *An quilibet sacerdos Cenomanensis*, *etiam canonicus et parochus*, *statim teneatur in conscientia horas canonicas persolvere Missamque celebrare juxta ritum romanum*, *quando scilicet privatim recitat et celebrat*? Responsum est ad I et II, *negative* ; ad III. *Consulat conjunctim utramque constitutionem S. Pii V. videlicet illam quæ incipit* quod a nobis, 7. id. *jul.* 1568, *et aliam quæ incipit* ex proximo, 12 *Kal. oct.* 1571 [1]. —

[1] Verba sunt Benedicti XIII, in concilio Romano, an. 1725, tit. XV, *De celebrat. Missarum* : « Episcopis districte præcipimus, ut contraria omnia quæ in ecclesiis seu secularibus, seu regularibus (iis exceptis qui proprio vel rituali, vel missali, vel breviario utuntur, a. S. Sede probato) contra præscriptum Pontificalis Romani, et cæremonialis episcoporum, vel rubricas Missalis, Breviarii et ritualis, irrepsisse compererint, *detestabiles tanquam abusus* et *corruptelas* prohibeant et omnino studeant removeri, quavis non obstante interposita appellatione, vel immemorabili allegata consuetudine. »

[1] Legitur in extenso apud Bouix, *Tractat. de Jure Liturg.* ad calcem, et Gury, *de Stat. particul.*, n. 57.

Porro, in prima constitutione præcipitur recitatio *formulæ* Romanæ sub pœna non satisfaciendi, ut diximus, et in altera beneficiati non recitantes Horas canonicas declarantur fructus non facere suos. Ad novum quæsitum, an. 1856, *An sacerdos licentia episcopi indigeat ad Breviarium Romanum recitandum, ubi aliud in usu habetur?* eadem S. Congregatio UNANIMI CONSENSU *negative* respondit (Gury, *de Stat. partic.* n. 59). — Quibus positis, nollemus profecto defendere implicatam sententiam RR. Theologi Cenomanensis, qui ad quær. *Quo utendum sit Breviario*, respondet clericum, « tuta conscientia et absque ullo examine, recitare posse Breviarium suæ diœcesis proprium, nisi forsan evidenter appareat illud esse graviter vitiosum... Melius esse ut in officio privato eum sequatur ritum a quo in officio publico recedere non debet... in opinionum conflictu, non probandum esse clericum qui, propria auctoritate, ritum diœcesanum relinqueret, et romanum adoptaret..; non damnandum, sed potius laudandum esse episcopum qui licentiam id faciendi recusaret (Tract. *De ordine*, cap. 6. art. 2, edit. 8, 1853). » Veruntamen, ne regula adeo urgeatur ut excludat exceptionem, aut exceptio pro regula statuatur, hæc duo nobis admittenda videntur: 1º Constitutio S. Pii V, necnon voluntas S. Sedis pro ejus observatione, satis hodie in omni loco innotuit, ut vim habeat obligandi, unde ubi deest Breviarium dictæ constitutioni conforme, quilibet clericus non modo potest privatim recitare Romanum, sed etiam tenetur, nisi excusetur incommodo vere gravi. — 2º Pro graviter incommoda, saltem parochis et vicariis, haberi potest difficultas sequendi duos ritus discordes, unum publice, alterum privatim. Hinc excusandi videntur a mutatione ritus, ante diem quo dabitur episcopis suas ecclesias revocare ab erratis liturgicis superioris ævi ad purissimum fontem liturgiæ catholicæ[1].

« Quod dictum est de Breviariis, tenendum quoque est de *officiis propriis* locorum, ex § 4 *Decretorum de libris prohibitis nec in Indice nominatim expressis*, ubi inter prohibita recensentur ; 5º *Officia B. M. Virginis, vel Sanctorum, aut Sanctarum, aliaque hujusmodi absque approbatione S. Rituum Congregationis edita vel edenda.* » (Theol. moral. lib. III. art. v. § 4.)

161. — Quær. hic I. An sit obligatio sub gravi recitandi litanias in diebus S. Marci, et rogationum?

Prima sententia communior affirmat, eamque tenent Glossa *in c.* 3. *de consecr. dist.* 3. *Pal. d.* 2 p.2.*n* 13. *Bon. q.*3. p.1. *n.* 13. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 3. *v. Quær.* 6. *Conc. t.* 2. *pag.* 387. *n.* 23. *Viva q.* 1. *art.* 2. *n.* 2. *Sporer t.* 3. *pag.* 74. *n.* 95. *Croix l.* 4. *n.* 1290. *Mazz. t.* 1. *p.* 301. *Holzm. p.* 450. *n.* 475. *et Salm. de hor. can. c.* 1. *p.* 3. §. 3. *n.* 23. *cum Suar. Bon. Trull. Leand. etc.* Ratio quia in rubrica (*post Fer.* 2. *Dom.* 5. *post. Pasch.*) sic dicitur : *Qui non intersunt processioni litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum, cum suis precibus et orationibus.* Verbum autem *dicant* importat grave præceptum, quando materia est gravis (qualis sine dubio est materia litaniarum), ut docet *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 4. *n.* 24. idque confirmatur ex declarat. S. C. (*apud Gavant. Rubr. Brev. sec.* 6. *c.* 16.) qua dictum fuit, eos qui interfuerunt processioni, at non cecinerunt, teneri litanias repetere, vel dicere privatim.

Secunda sententia vero negat, quam tenent *Diana p.* 4. *tr.* 4. *r.* 243. *cum Vasq. Graff et Homob. item. Machad. Pelliz. Molfes. Ant. a Spir. S. Philib. Tancredi, et Marchant. ap. Salm. l. c.* qui probabilem putant, sicut censet etiam *Mazzott. l. c.* Ratio istorum, quia nullibi adest de hoc præcisum præceptum obligans sub gravi. Nec obstare dicunt rubricam allatam, nam verbum *dicant*, inquiunt non continere præceptum, ut tenet *Cajet.* 2. 2. *q.* 166. *art.* 9. *in solut. ad* 2. ubi dicit : *De modo vero loquendi, puta, quia lex utitur imperativo modo, quod non inducit vinculum præcepti ; modus enim hujusmodi imperium grammatice denotat, non juridice.* Vel censent saltem non inducere præceptum grave, ut docet *Nav. Man. c.* 23. *n.* 49. dicens: *Leges autem canonicæ, quæ non habent præceptiva vel prohibitiva, sed solum ordinativa, vel constitutiva, etiamsi sint imperativi modi, qualia sunt illa* faciant, dicant, etc. *quæ secundum communem intellectum non significant præceptum.* Et hoc videtur esse juxta doctrinam *D. Thomæ*, qui 2. 2. *q.* 86. *a.* 9. *ad.* 2. dicit : *Nec in lege Ecclesiæ omnes ordinationes obligant ad mortale.* Et idem dicunt *Sa v. Lec. n.* 6. *et Sayr. l.* 3. *c.* 7. *n.* 16. ideo hanc secundam sententiam improbabilem dicere non audeo; sed prima mihi magis arridet, quia (ut asserunt *Conc. Tourn. loc. cit. et Anacl.*

[1] Ita card. Gousset, Théol. mor. *De l'Ordre*, n. 698 : quæ decisio consona videtur menti S. P. Gregorii XVI, in ep. ad eumdem, 6 aug. 1842, ubi de difficultate mutandi liturgias vitiosas, hæc leguntur : « Tu quoque probe intelligis quam difficile arduumque sit morem illum convellere, ubi longo apud vos temporis cursu inolevit : atque hinc nobis, graviora inde dissidia reformidantibus, abstinendum in præsens visum est *nedum a te plenius urgenda, sed etiam a peculiaribus ad dubia quæ proposueras, responsionibus edendis.* »

p. 194. n. 36.) ubique viget consuetudo recitandi litanias, quæ est optima legum interpres.

Quær. II. An sit obligatio gravis recitandi officium defunctorum? Negant aliqui, quorum opinionem putant probabilem *Mazzot. t. 1. p. 301. et Gob. ac Tamb. ap Croix.l. 4. n.* 1289. Sed verius affirmandum cum sententia communi, quam tenent *Conc. Tourn. de hor. can. sect.* 3. *q.* 6. *Conc. p.* 387. *n.* 23. *Pal. l. c. n.* 13. *Bonc. n.* 12. *Viva q.* 3. *art.* 2. *Spor. p.* 74. *n.* 95. *Holz. p.* 450. *n.* 475. *cum Anacl. Stoz etc. Salm. tr.* 16. *c.* 1. *p.* 3. § 3. *n.* 22.*cum Anton. a Sphir. S. et Pelliz.* qui ait oppositam opinionem non esse practice probabilem, at *Croix l. c. cum Suar. et Diana,* dicit non esse satis tutam. Ratio, quia hæc obligatio jam introducta est ex consuetudine, quæ cum universe et constanter cum gravi incommodo observetur, non est ab ea recedendum, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 1009. *v. Dub. III.* Et ob hanc rationem *Diana p.* 4. *tr.* 4. *r.* 243. licet oppositam sententiam conatus sit patrocinari, tandem dixit non audere a communi sententia recedere.

Quær. III. An sit peccatum mortale, officium diei in aliud brevius permutare? Ante omnia notanda est prop. 4. damnata ab *Alex. VII.* quæ dicebat: *In die Palmarum recitans officium paschale satisfacit præcepto.* Et sic pariter excluditur officium Pentecostes, ut bene aiunt *Salm. tr. cit. c.* 3. *p.* 4. *n.* 19. *et alii communiter.* E converso, qui ex inadvertentia dicit unum officium pro alio, nihil tenetur repetere, ut communiter docent *usemb. ut sup. n.* 160. *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 77. *Anacl. p.* 190. *n.* 62. *Viva art.* 2. *n.* 6. *Cont. Tourn. loc. cit. q.* 4. *Concina. t.* 2. *p.* 481. *n.* 13. *Laym. l.* 4. *tr* 1. *c.* 5. *n.* 5. *cum Syvl. Caj. Azor, et Less. Abelly Append. pag.* 456. *n.* 2. *Croix l.* 4. *n.* 1251. *et Salm. ibid. n.* 21. *cum Vill. Trull. etc.* Ratio, quia non præsumitur Ecclesia velle aliquem uno die bis ad tantum onus obligari. Dicit autem *Laym. d. n.* 5. consilium esse (non vero obligationem) subjungere propria officii omissi. Imo rationabiliter advertit *Tourn. l. c. cum eod. Laym. Bon. etc.* quod, si dictum fuerit officium notabiliter brevius, puta officium Sancti loco Dominicæ, debet fieri compensatio, recitando novem psalmos ex primo nocturno. Circa vero quæsitum quatuor sunt sententiæ :

Prima sententia absolute negat esse peccatum mortale, hancque tenent *Lessius l.* 2. *c.* 37. *n.* 77. *Caj. v. Horæ, c.* 2. *Sylvest. eod. v. n.* 15. *Az. p.* 1. *l.* 10. *c.* 10. *q.* 2. *item Vill. Dian. Anton. a Spir. S. etc. apud Salm. de hor. can. c.* 3. *p.* 4. *num.* 18. Ratio, quia ad implendum præceptum officii sufficit, ut in substantia impleatur, idque fit cum septem horæ dicuntur. Et hanc sententiam probabilem putant *Salm. ibid. et Carden. ac Gobat. apud Croix. l.* 4. *n.* 1250. Et hisce olim adhæsi; sed nunc verius censeo *cum Ronc. c.* 5. *q.* 6. eam sustineri non posse, quia cum recitatur officium notabiliter brevius, tum illud non impletur neque in ejus forma neque in substantia æquivalenti; juxta secundam sententiam, quam mox afferemus.

Secunda sententia igitur, quam tuentur *Bon. q.* 3. *p.* 1. *n.* 18. *cum Suar. et Fill. Laym. l.* 4. *tr.* 1. *c.* 5. *n.* 4. *et* 5. (quem male citant *Salm.* pro prima sententia) *Anacl. p.* 190. *n.* 61. et probabilem putant *Pal. d.* 2. *n.* 17. *ac Holzm. p.* 445. *v. Sed petes,* tenet non peccare graviter, qui mutat officium in æquale vel fere æquale. Ratio, quia, ut dicitur in *l. Fin. ff. Mandati* : *Forma reipsa servatur, si per æquivalens id fiat.* Hinc dicunt AA. citati, quod Pontifex in assignanda forma specifica pro recitatione Breviarii potius respexit ad quantitatem tanquam formam substantialem, quam ad qualitatem officii, quæ est forma accidentalis, sive modus recitandi. Dicitur non *peccare graviter*; nam mutans officium, adhuc in æquale, sine causa, nequit excusari a veniali. Causa autem excusans potest esse, v. gr. necessitas studendi, concionandi, docendi, itinerandi, ut dicunt *Viva qu.* 3. *art.* 3. *n.* 4. *et Sanch. Nav. ac Tamb. apud Croix l.* 4. *n.* 1252.

Tertia sententia, quam tenent *Palaus d.* 2. *p.* 2. *n.* 18. *Conc. t.* 2. *pag.* 480. *n.* 11. *Cont. Tourn. loc. cit. Quær.* 4. *v. Dices. Holz. pag.* 444. *n.* 466. *Salm. loc. cit. n.* 20. *cum Reg. Suar. Bell. Garc. Trull. Rodr. Fill. Led. Machad. etc.* docet esse mortale officium mutare, etiam in æquale, etsi semel. Ratio, quia *S. Pius V* in sua bulla *A nobis,* præcepit officium recitandum in specie, et in individuo sub forma unicuique diei assignata, dum dixit: *Hoc nostrum Breviarium præcipimus observare quoscumque, qui horas canonicas dicere debent, ad dicendum ex hujus Romani Breviarii præscripto et ratione omnino teneri, neminemque nisi hac sola formula satisfacere posse.* Unde dicunt auctores hujus sententiæ, præceptum officii

non esse de recitando in genere, sed secundum formam præscriptam, nimirum tali die, de tali Sancto, de tali Dominica, etc. quod ad substantiam pertinet.

Quarta sententia demum, quem tenent *Sporer p. 78. n.* 624. *Ronc. c.* 5. *q.* 6. *Viva q.* 1. *art.* 2. *n.* 4. *Elbelp.* 556. *n.* 433. *Tamb. c.* 5. § 2. *num.* 20. et probabilem putat *Laym. c.* 5. *n.* 4. *cum aliis apud Salm. tr. et c. cit. num.* 21. docet peccare graviter, qui frequenter officium mutat; venialiter vero qui mutat raro, puta ter vel quater in anno; modo mutatio non fiat in officium notabiliter brevius, atque sine causa; nam ex aliqua rationabili causa, nempe studii, itineris, infirmæ valetudinis, magnæ defatigationis, vel specialis devotionis erga aliquem Sanctum, nec etiam erit veniale, ut dicunt *Viva l. c. et Nav. Carden. ac Tamb. ap. Croix l.* 4. *n.* 1251. Rationem autem, cur frequens mutatio officii sit mortale, alii dicunt esse, quia talis mutata videtur virtualis contemptus ritus officii. Sed hæc ratio non convincit; nam verius negatur cum *D. Thom.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *ad* 3. (quem sequuntur *Sanch. Dec. l.* 1. c. 5. *n.* 8. *et alii*) quod frequentia transgressionum involvat contemptum legis : sic enim ait S. Doctor : *Dicendum, quod tunc aliquis transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis vel regulæ, et ex hoc procedit ad faciendum contra legem; quando autem e converso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis, non peccat ex contemptu*; *etiamsi frequenter peccatum iteret.* Ratio aptior est, quia ipsa frequens officii mutatio (ut ait *Laymann*) evaderet gravis perversio ordinis, nam, licet quælibet variatio, seorsim sumpta, sit venialis ratione parvitatis materiæ, omnes tamen intra annum coalescunt, et graviter perturbant ordinem Breviarii præcepti pro totius anni officiis, quæ simul sumptæ unum complexum faciunt. Ex his sententiis (ut meum proferam judicium) prima, pace tantorum DD. qui eam tuentur, vix (ut dixi) sustineri potest; secunda et tertia satis probabiles videntur, sed quartam æquiorem puto.

Juxta autem omnes præfatas sententias, probabiliter excusant a mutatione officii sequentes causæ, videlicet : I. Si alio pergis, potes recitare officium illius loci, ut dicunt *Laym. lib.* 4. *tr* 1. c. 5. **n.** 3. *Holzm. p.* 445. *n.* 466. *v.* ***Diximus,*** *cum Stoz. et Bon. ac Tamb. apud Croix l.* 4. *num.* 1253. Excipit vero *Holzm. cum Pal. Tamb. Cherub. etc.* religiosos, quia isti tenentur ad Breviarium sui ordinis ex vi professionis, cujus vinculo obligantur quocumque ierint. Probabiliter autem dicit *Croix n.* 1244. *cum Suar. Quintan. et Gobat* quod si sis alicubi tanquam advena, potes recitare officia tuæ patriæ. Additque *Gobat. ibid.* quod si mutes domicilium, potes compensare officia omissa in priori loco. II. Capellanus Episcopi potest illi se conformare in officio. *Holz, l. c. cum communi* ex Decr. S. C. Rituum ann. 1605. Idque magis firmatur ex *Clement. Dignum, de cel. miss.* ubi commensalibus et domesticis Cardinalium, et Episcoporum indulgetur uti officio et Breviario, quo hi utuntur. Idem dicitur de capellano monialium, qui cum possit legere missam de Sancto ordinis, ita etiam potest de eo dicere officium ; rubrica enim monet officium cum missa concordandum. *Holzm. l. c. et Croix num.* 1254. *cum Gob Stoz. Tamb. Quintanad.* Idem probabiliter dicunt *Laym l. c. et Gobat. apud Croix n.* 1253, de eo qui obit exercitia apud religiosos. III. Beneficiatus potest recitare sub ritu primæ classis cum octava officium sui tituli, ut *Lugo. Resp. Mor. l.* 5. *dub.* 8. *n.* 10. *et Holzm. l. c. cum Tamb. Gob. Clericato. etc.* beneficiarius autem, qui habet duo beneficia, debet recitare officium loci, ubi residet. *Conc. p.* 392. *n.* 10. IV. Si recites cum socio, cujus ritui potes te conformare ex causa, ut dicunt alii ; sed etiam sine causa, ut sentiunt *Viva q.* 3. *art.* 2. *num.* 8. *cum Quintanad. et Henr. Ronc. c.* 5. *qu.* 5. *cum Portell, ac Dian. p.* 2. *tr.* 12. *r* 35. Et hoc satis probabile mihi videtur, modo officium permutetur in æquale, vel quasi; juxta enim secundam sententiam circa permutationem officii, quam supra probabilem diximus, quælibet rationabilis causa sufficit ad mutandum officium in æquale ; satis autem rationabilis causa hic ipsa societas videtur, dum *Clemens Rom. lib.* 4. *Const. cap.* 34. (*apud Bon. p.* 2. §. 1 *n.* 7.) admonet fideles, ut *Saltem duo, vel tres orent*, juxta illud *Matth. c.* 18. ℣ 20. *Ubi... sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Quæritur IV. An possis te conformare cum clerico privilegiato in officio breviori? Absolute negat *P Conc. p.* 393. *num.* 12. Affirmant vero, adhuc nulla accedente causa, *Roncaglia l. c. Stoz apud*

Holzm p. 445. *v. Diximus, Diana p.* 2. *tr.* 12. *r.* 35. *cum Portell Tamb. dic. n.* 27. *cum Henr. et aliis*; item *Trull. Rodriq. et Leand. ap. Conc. loc. cit.* Ratio istorum, quia in correlativis eadem est habenda ratio unde privilegium unius extenditur ad alium, ex *l. fin. de Acceptis.* Præterea, cum quisque licite possit in officio socium adhibere, si non posset officium illud brevius cum socio recitare, videretur privilegium aliquo modo juri suo derogare. Alii autem dicunt, ut *Croix n.* 1256. *Holzm. l. cit. Sporer p.* 79. *n.* 123. *et Gob. de hor can. n.* 911. tunc posse socium conformari cum privilegiato saltem semel vel iterum, quando iste ob aliquam rationabilem causam, puta infirmitatem, debilitatem visus, et similem, difficulter posset suo privilegio uti, nisi juvetur a socio. Verumtamen harum opinionum neutra mihi satisfacit; ratio enim correlativorum, ut supra, non convincit, cum ipsa quidem valeat pro correlativis necessariis, ut sunt viri et uxores, non vero pro voluntariis, nimirum pro sociis, qui pro eorum libitu socii evadunt. Ratio autem sola infirmitatis, seu difficultatis privilegiati in recitando non videtur sufficiens, ut possit excusare socium ad officium permutandum in aliud notabiliter brevius.

Quæritur V. An qui hodie ex errore recitavit de Sancto, omisso proprio illius diei, possit alia die de officio prætermisso recitare ? Dicunt *Pell. tr.* 5. *c.* 8. *n.* 74. *Quintanad. Sing.* 9. *n.* 3. *et Salm. tr.* 16. *cap.* 3. *p.* 4. *n.* 21. *in fin.* melius facere se conformando cum communi ritu Ecclesiæ, sed probabiliter posse etiam recitare de officio omisso. Attamen *Lugo Respons. moral. l.* 5. *dub.* 8. *n.* 2. *et Villal. p.* 1. *tr* 22. *n.* 3. *cum Busemb. ut supra* tenent omnino recitandum officium diei currentis. Ratio, quia Ecclesia tum solum præscribit officium transferri, cum est impeditum a Dominica, vel officio majori. Hæc quidem sententia est probabilior, sed prima non videtur improbabilis *cum Felice Potesta p.* 53. *num.* 448. *et Tamb. cap.* 5. § 2. *num.* 29. Ratio, quia, sicut rite transfertur officium de Sancto ob impedimentum diei ad alium diem non impeditum, ita videtur rationabiliter posse officium transferri ob impedimentum morale, quale censetur error, vel ignorantia, ne Sanctus in illo anno suo honore privetur.

Si autem advertas errasse postquam multum processeris in officio indebito, puta si dixeris Matutinum; tunc potes vel prosequi, vel reliquum recitare de officio debito, ut dicunt *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 77. *Bonc. p.* 155. *q.* 6. *et Salm. cit. n.* 21. *in. med. cum Vill. Quintan. Trull. etc.* Sed puto cum *Croix l.* 4. *n.* 1255. *et Tamb. d.* § 2. *n.* 31. melius esse recitare de proprio, ne errorem prosequaris.

Si vero oblitus es aliquam partem horæ, sufficit illam recitare, quin aliud repetas, ut recte dicit *Croix lib.* 4. *n.* 1311. *cum Nav. Vasq. Sanch. Bon. Fill. Abelly, etc.* Secus tamen probabilius censent *Armilla, et alii ib.* (*contra Vasq.*) totam horam esse repetendam, si omiseris partem notabilem ex culpa, quia est obligatio (saltem sub levi) ut orationem continuatam secundum ritum præscriptum facias; *sed vide infra n.* 168.

162. — « II. *Pronuntiatio vocalis* exterior; ea enim est de substantia præcepti. Et si quidem cum socio legis (quod recte fit, et est conforme primæ institutioni Ecclesiæ, ac publico orandi ritui, estque licitum, etiamsi is ad horas non obligetur, nec interius attendat. *Bonac. qu.* 3. *p.* 2. § 1.), ea pronuntiatio adhibenda est, ut ab eo exaudiri possis, eumque audire vicissim. *Sa* tamen *v. Horæ*, putat satisfieri, etsi quædam non percipias, quæ a socio dicuntur : neque ideo aliquid scrupulose repetendum esse. Si vero solus legas, ita legendas esse, ut audire te ipsum possis, docent *Regin. et Suar.* Sed probabile est id non requiri, cum Ecclesia id non præcipiat, ut docent *Azor p.* 1. *l.* 10. *c.* 11. *q.* 4. *Bonac. et Dian. res.* 11. admittitque *Fill. tr.* 23. *c.* 3. *n.* 117. pro scrupulosis. Si plures duobus recitent officium simul, non debet unus unum, alter alterum, tertius tertium versum recitare, sed alternatim, facto duplici tantum choro, sive plures sint ex una parte, sive pauciores, quia sic habet usus et praxis Ecclesiæ : secus est de lectionibus, quarum primus primam, secundus secundam, tertius tertiam recitat, imo alicubi consuetudo permittit, ut omnes ab uno recitentur, aliis audientibus. *Bonac. in disp.* 1. *q.* 3. *part.* 2. § 1. *ex Suar. Azor, et Laymann,* addens etiam satisfacere eum, qui lectiones, vel orationes, vel capitula, vel responsoria tantum audit, et non recitat. » *Vide Bonac. l. cit. Trull. d.* 16. *n.* 17.

Communis est sententia, ut tradunt cum *Busemb.* mox supra *Salm. de hor. can.*

c. 3. p. 1. n. 6. *cum Suar. Pell. et Croix l. 4. nu. 1298. cum Bonac. Fil Reg. Stoz, Tamb. etc.* bene satisfacere, qui audit a socio lectiones, responsoria, capitula, et orationes, ac antiphonas, ut bene addit *Croix l. c. cum AA. citatis.* Et probabiliter sentiunt *Pelliz. et Anton. a Spir. S. apud Salm. l. cit. contra Croix loc. ut supra cum Gob. et Dian. ac Mazz.* adhuc satisfacere eum, qui solus dicit psalmos, et lectiones audit; vel qui partem psalmorum dicit solus, et partem cum socio, quia satis communicat in ea parte quam audit, et cui ex recepto usu jam satisfit per auditum.

163. — Quæritur autem I. An recitans officium debeat se audire, ut satisfaciat? Affirmant *Pal. p. 3. n. 6. Suar. l. 4. de rel. c. 7. n. 6.* item *Pelliz. Reg. et Ant. a Spir. S. apud Salm. ibid. n. 5.* quia (ut dicunt) ad hoc, ut oratio sit vocalis, debet voce proferri; verba autem, quæ tantum inter dentes modulantur, non sunt vox, sed potius inchoatio vocis. Sed satis probabiliter dicunt satisfacere *Laym. c. 5. n. 8. Azor p. 1. l. 10. c. 11.* q. 4. *Spor p. 76. n. 110. Cont. Tourn. de hor. can. sect. 6. in init. Diana p. 7. tr 11. r. 16. Salm. cit. n. 5. circa fin. cum Rodr. Trull. Leand etc.* et idem docet doctissimus *Sylvius (in Res. v. Horæ n. 3.)* cujus doctrinam noster SS. *P. Bened. XIV* in multis locis suarum bullarum magni æstimat; hic Auctor sic suam sententiam profert, et probat: *Sufficit etiam si te non audias, quia nullo jure probatur recitantem horas teneri ad se audiendum, cum præceptum obliget ad dicendum, non ad audiendum horas.* Quod autem sic recitans jam vocaliter oret, hanc rationem subdit: *Quia oratio potest ore et voce fieri etiamsi non audiatur ab ipso recitante et ex se sit sonus quidam formatus ex allisione aeris ad dentes et labia.* Ratio igitur est, quia ad satisfaciendum horis non præcipitur auditio, sed tantum recitatio sive pronuntiatio verborum, quæ dicitur vocalis; ut autem pronuntiatio hæc vocalis dicatur, et a mentali distinguatur, non certe requiritur elatio sive formatio vocis, alias non satisfaceret qui recitaret absque vocis sonitu, sed sufficit quod formetur aliquis sonitus verborum, licet modicus et vix sensibilis sit (recitando *a fiato*, ut vulgo dicitur), prout communiter recitant qui privatim officium persolvunt, et sicut dicenda sunt secreta missæ. Hic autem levis sonitus, quando verba proferunt (ut bene ait *Sylvius*) ex se semper fit, cum prolatio non po[test] fieri, quin per linguam et labia aeris compressio, ex qua necessario qualis sonitus formatur. Per accid[ens] vero se habet, quod sonitus ille audia[tur] vel non.

An autem satisfaciant choro, qui s[...] missæ recitant psalmos, alteram part[em] audiendo? Loquendo de choro in ge[ne]rali, probabiliter satisfaciunt, ut doc[ent] *Suarez t. 2 l. 4. c. 12. n. 8. Sanchez Co[ns.] t. 2. l. 7. c. 2. dub. 14. n. 2. Less. l. [...] c. 39. n. 184. Sot. de just. l. 10. q. 5. [...] 4. Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. § 1. n. 16 Salm. tr. 16. c. 1. p. 3. n. 25. cum [...] Arag. Trull. Villal. Philib. etc.* Ra[tio] quia non requiritur, ut recitantes in [u]no choro audiant voces omnium recitanti[um] in altero (quod supponitur ut certum *Quæst. II. seq. in fin.*), cum una p[ars] unum corpus cum altera constituat [et] invicem communicent. Secus vero dic[en]dum de canonicis, qui si non can[unt] amittunt tam distributiones, quam fr[uc]tus præbendæ, juxta dicta *l.* 3 (IV) 675. *v. Dub.* 4.

Quæritur II. An si recites officium [in] choro, vel cum sociis, tenearis repet[ere] ea quæ non satis percipis. Commun[iter] omnes dicunt, quod si propter strepit[um] aliorum non audis, bene satisfacis offi[cio]. Dubium est, an satisfacias, si non a[udis] propter culpam chori, vel socii?

Prima sententia negat, eamque ten[ent] *Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. § 1. n. 9. Cr[oix] l. 4. n. 1294. et Pal. d. 3. p. 4. n. 6.* ait te lucrari quidem distributiones ch[ori] sed teneri ad repetendum; modo (ut d[icit] *Bonac.*) pars non audita sit notabilis, [se]cus si modica. Ratio, quia audiens [non] potest communicare in iis, quæ non [per]cipit.

Secunda sententia vero affirmat, et h[anc] tenent *Sporer tom. 3. n. 107. Salmu[...] sua Luce Mor p. 2. tr. 54. n. 26. Ta[...] l. 2. c. 5. § 4. n. 12. Felix Pot. tom. [...] qu. 2. c. 3. n. 444. et Salm. tr. 16. c [...] p. 3. num. 24. cum Trull. Dian. Pasq[...] Pelliz* item *Sa, et Major apud La[ym.] c. 5. n. 8.* qui non reprobant, et pro[ba]bilem putat *Eibel p. 558. n. 447. [...] Pelliz. et Gob.* Idem censent *Ronc. p. 1 q. 8. et Trull.* loquens de recitatione [in] choro. Hi censent bene te satisfacere attendis quantum potes, et ob defect[um] chori, vel socii non percipis quæ dic[...] Favet non parum *S. Anton. qu 2. tit 9. c. 12.* sic docet. *Si quis lectionem aliud, quod in choro legitur, non intelli[git]*

propter legentis ineptitudinem, non peccat, dummodo conetur intelligere saltem verba. Ratio, quia tunc per societatem ipsam, et simul per illam tuam applicationem censeris moraliter communicare orationi, dum intendis Deo exhibere omnes laudes et preces, quas chorus vel socius profert. Hæcque opinio videtur satis probabilis; præceptum enim hoc officii ex benignitate Ecclesiæ benigne est interpretandum; tum e converso valde erit anxietatibus obnoxium, quod socii in officio semper solliciti esse debeant, ad quamnam quantitatem pervenerit omissio auditus ut teneantur vel non repetere. Certum autem est cum *Holzm. et Ronc. cum Az. et Reg.* quod non oportet in choro audire omnes, sed sufficit unum audire, et sufficit audire in confuso saltem partem alterius chori, licet distincte nequeas audire, ut *Salm. cit. num.* 24. qui testantur hoc docere fere DD. omnes. Sic pariter est certum ut docent *Innoc. IV cap.* 9. *de celeb. miss.* quod *si in choro omittas aliquod dicere verbum* (intellige non ultro), *non peccas, chorus enim supplet.*

Quæritur III. An satisfaciat officio surdus, qui ex obligatione choro assistit, et suam recitat partem? Affirmant *Suar. de rel. c.* 28. *n.* 18. *Escob. de hor. can. q.* 4. *n.* 6. *Ronc. c.* 5. *q.* 8. *et Sa, ac Rocafull. apud Dian. p.* 9. *tract. q. r.* 28. qui probabile putat. Ratio, quia hic ex una parte tenetur choro assistere, ex alia autem non stat per ipsum, quin audiat; unde sufficit, ut præstet assistentiam quam potest, partem suam recitando; conditio enim, quam aliquis ponere tenetur, censetur impleri, quando per eum non deest, quominus impleatur; et durum est talem ad duplex officium obligare. Magis tamen mihi placet sententia opposita cum *Palao d.* 3. *p.* 4. *n.* 6. *Sanch. c.* 1. *d.* 13. *Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 1. *n.* 5. *et Elbel n.* 448. qui dicunt surdum lucrari quidem distributiones, sed teneri ad repetendum non audita. Nec verum est quod ille sic obligabitur ad duplex officium, nam tenetur tantum ad supplendam partem non auditam. Ultra quam quod bene potest eodem tempore satisfacere, submisse dicendo partem alterius chori. Secus vero dicunt *Salm. tr. cit. c.* 1. *n.* 24. *Elbel l. c. Tamb. c.* 5. § 4. *n.* 13. *cum Suar.* de surdastro, qui possit aliquoties audire, et præstet attentionem quam potest. Et hoc probabile est, saltem si advertat in Breviario, quæ in confuso audit, ita ut bene percipiat quæ dicuntur

Quæritur IV. An devote audientes Horas, dum musici cantant, satisfaciant? Affirmant aliqui apud Pelliz. c. 8. n. 42; sed omnino negandum cum Croix l. 4. n. 1299 et Mazz. t. 1. p. 362[1].

164. — « III. *Pronuntiatio integra,* » sine syncope, et abbreviatione verbo- » rum et syllabarum, ad quae praecipi- » tantia. *Bonac. dist.* 1, *q.* 3. *p.* 1. § 1. Ex » hoc tamen defectu in publico facilius » peccari potest mortaliter, ratione scan- » dali, et severioris præcepti Ecclesiæ, » quam in privato. *Azor et Fill. t.* 2. *l.* 23. » *c.* 2. *n.* 208. 209. *Escob. Exam. p.* 2. » *tr.* 12. *res* 32. ubi addit 1. eum, qui » cum tali, qui ultimas syllabas abscin- » dit, recitat officium, satisfacere suo of- » ficio, nec teneri repetere. Quando in » cantu, propter nimiam celeritatem, et » abscissionem syllabarum (vel alia de » causa) audientes non possunt verba » percipere, et attendere, ordinarie tan- » tum esse peccatum veniale, neque » obligari ad iteratam recitationem offi- » cii; nisi adsit contemptus, vel grave » scandalum, seu notabilis corruptio, et » deformatio verborum, in toto cantu. » *Vide Diana l.* 4. *Sylv. et Trull. dist.* » 15. *n.* 4. ubi ex *Nav. Azor, Less. et* » *Palao,* negant satisfacere eos, qui » cum sociis recitant ita festinanter, ut, » nondum expletis a socio versiculis, » ipsi incipiant; quia pars, quæ anti- » cipatur, non communicatur cum socio » qui eam audire nequit. Excusant autem » ex *Nav. Sa, et Suar.* surdum, qui, alios » in choro canentes non intelligit, nec » sequi potest.

165. — Peccas tantum venialiter, si syllabas ita mutiles, vel syncopes, ut verborum sensus non corrumpatur, vel si mutiles in parva quantitate: imo nullo modo peccas, si hoc facias involuntarie ob inadvertentiam, vel balbutiem, vel inveteratam consuetudinem, quæ difficulter vinci possit. E converso non excusaris a mortali, si mutilatio esset magna, et sensus notabiliter varietur. Ita communiter *Lessius lib.* 2. *c.* 37. *n.* 32. *Palaus d.* 2. *p.* 4. *n.* 2. *Laym. c.* 5. *n.* 3. *Anacl. p.* 197. *n.* 30. *Spor. p.* 75. *n.* 133. *Croix l.* 4. *n.* 1307. *Salm. de hor. can. c.* 3. *p.* 1. *n.* 2. *cum Trull. Pelliz. et Viva qu.* 3. *art.* 2. *n.* 4. *cum Azor. Fill. etc.* quo casu teneris utique compensare per-

[1] Auctor id omiserat inserere in corpore, ac posuerat in indice rerum generali; hoc loco reponentes, ad mentem ejus agere putamus.

tem, in qua sensus est corruptus, recitando quantitatem æquivalentem, ut bene aiunt *Mazzotta et Croix num.* 1303. et hoc etiamsi involuntarie hoc feceris. Cæterum probabiliter dicunt communissime *Palaus l. c. Sporer n.* 102. (qui dicit hoc omnes fateri) *Anacl. l. cit. et Croix n.* 1302. *cum Suar. Garc. et Gobat.* ac probabile putant *Salm. d. n. 2. in fin. cum Fill. Vill. et Leand.* quod satis imples obligationem officii, etiamsi verba notabiliter mutiles, quando servatur aliqua significatio verborum.

Hinc probabile est, quod nec teneris repetere, si recites cum socio, qui obtruncat syllabas, sed ita ut sensus notabiliter non mutetur, ut ait *Viva l. c.* qui bene addit te non teneri ad repetendum, nisi tibi constet socium notabilem partem omisisse, quia præsumptio stat pro debita recitatione. Putarem tamen te non excusari a veniali, si ultro recitas cum tali socio mutilante, nisi adsit aliqua causa, nimirum si inviteris a superiore, vel persona valde gravi, aut simili causa. Certum autem est non satisfacere eos, qui alternatim recitando non expectant versus absolvi, si hoc fiat in magna quantitate. *Vide AA. apud Bus.*

166. — « IV. *Pronuntiatio continuata* » unius horæ : si autem interruptio no- » tabili tempore sine causa fiat, erit ta- » men veniale tantum, ut aiunt *Fern.* » *Laym. et Less. d.* 10. quia singuli psal- » mi suam completam significationem » habent. Si justa ex causa fiat, nulla » culpa erit, nec repetenda priora quod » verum est, etiamsi animo repetendi » interrupisses : consilii tamen est, si » interruptio longa esset, repetere ab » initio psalmi, vel nocturni : imo proba- » bile est, nocturnos singulos separatim, » saltem intra trium horarum spatium » dici posse (quod certum videtur, si justa » causa concurrat) ; quia secundum quos- » dam antiquitus ita fiebat, ut docent » *Vill. t.* 23. *c.* 6. *et Bon. q.* 5. *p.* 3. *Escob.* » *etc.* (*Idem tenent Salm. de hor. can. c.* 3. » *p.* 1 *n.* 4. *sine dubitatione*). Addit *Quin-* » *tanad. t.* 8. *sess.* 3. lectiones, sive tres » sint, sive novem, posse absque culpa » gravi sine causa, et cum hac, absque » ulla culpa dividi a psalmodia ejusdem » Matutini. Divisio autem Matutini a » Laudibus non dicit interruptionem of- » ficii, unde privatim fieri potest sine » causa. *Dian. p.* 5. *tract.* 14. *res.* 48. *ex* » *Bonac. Fill. Sanc. etc.* Item *Trull. l.* 1. » *c.* 7. *d.* 11. »

167. — Commune est, quod Matu num potest a Laudibus separari sine u causa, ut *Salm. dict. n.* 4. *Bon. p.* 3. 11. *Conc. p.* 368. *cum Suar. Sanch. N Fill. etc. Croix l.* 4. *n.* 1305. *cum Less. Abelly.* Sed cum separentur, debet adj *Pater noster*, ut bene ait *Croix* ex rubri quæ præcipit dici *Pater* post quamcu que horam, quando terminatur officiu An autem addenda sit etiam oratio? A firmant *Nav. Bon. Gavant. etc. ap. Cro ibid.* qui probabile putat, cum probal le sit Matutinum et Laudes esse du horas : et colligunt ex *Rubr. tit.* 31. *n.* ubi præscribitur, quod *Te Deum* dict *statim inchoantur Laudes, præterquam nocte Nativitatis Domini, quia tunc dicit oratio, postea celebratur missa, etc.* N gant vero etiam probabiliter *Salr tr.* 16. *c.* 3. *p.* 1. *n.* 4. *cum Sanch. et A Viva q.* 3. *a.* 9. *n.* 5. *Mazzot.* t. 1. *p.* 30 *et Croix n.* 1305. *cum Pelliz. Sloz, Go etc.*, quia probabile est Matutinum Laudes unam esse horam. Illud aute quod præcipitur in *Rubr cit.* currit ta tum pro officio illius noctis. An ve possint nocturni invicem separari? Neg *Thomassin. ap. Cont. Tourn. de hor. ca sect.* 4. *q.* 5. Sed affirmant probabilit *Bus. Bon. p.* 3. *n.* 13. *Salm. loc. cit. cu Pell. Fill. et Viva l. c.* saltem, ut aiu *Bus. et Viva*, si quilibet nocturnus n distet ab alio plus quam tribus hor juxta ritum antiquum, ut refert D. *Th mas*, idemque tenent *D. Th. Henr. a Ign. Durand. etc. apud Cont. Tourn. lc cit.* qui ait tutius esse oppositum, sed n reprehendendos, qui ob justam necessit tem dividunt nocturnos.

Quoad opinionem, contra *Gavanti, B nacin. Navar.* Matutinum et Laudes es unam horam moraliter, Salmant. Sanc Viva. Voit. adnotat Ballerini :

Hæc ad meram lectoris eruditionem, nil autem ad praxim conferunt. Obligatio em mere probabilis jam non est obligatio, s mera de obligatione opinio, quæ obligan vim non habet » (Gury. de stat. part. n *a* ad n. 89.)

168. — Quæritur autem, an si in e dem hora, vel psalmo magna fiat inte ruptio, tota hora sit repetenda? Affi mant *Vasq. Nav. Suar. Covar. etc. a Croix l.* 4. *n.* 1306. quia tollitur tunc un tas præscripta. Negant vero probabili et communius *Palaus d.* 2. *p.* 3 *n.* 3. *Bo q.* 3. *p.* 2. § 1. *n.* 27 *Less. c.* 37. *n.* 5

Sanch. c. 2. *d.* 19. *Laym. c.* 1. *n.* 6. *Salm. ibid. n.* 3. *cum Vill. Pell. Mach. et Croix loc. cit. cum Sporer, Barb. Tamb. Arriaga, Quintan. Tannero, Diana, et aliis.* Ratio, quia singuli psalmi, et singuli versus completam habent significationem et statis uniuntur vel per intentionem continuandi, vel per ipsam recitationem adjunctam. Hinc dicunt ibi *Tamb. Gob. Stoz ap. Croix ib.* posse eum, qui hodie incœpit Matutinum, illud complere in crastino sine peccato gravi, etsi differat sine causa.

Causæ autem justæ interrumpendi officium sunt (ut dicunt *Croix l.* 4. *n.* 1307. *Anacl. p.* 197. *n.* 54. *et Salm. tr* 16. *c.* 3. *p.* 1. *n.* 4. *cum Nav. Vill. etc.*) quælibet utilitas propria, vel aliena, quæ incommode differretur, item urbanitas, aut devotio, ut dicere missam, exequi mandata superiorum, si excipias confessionem alicujus qui non libenter expectaret, si velis aliquid agere, aut notare, ut tollas distractionem, sive sollicitudinem ne obliviscaris; modo (ut bene advertit *Gobatus*) hoc non fiat frequenter. Licite etiam potest intermitti aliqua brevis oratio inter orandum, vel affectus, ut dicunt *Anacl. ac Gob. etc. ap. Croix.*

169. — « V. Ne invertatur *ordo* hora» rum absque justa causa : quod si tamen » fiat, erit tantum veniale : quia ordo iste » (saltem extra chorum) non est sub » præcepto, nisi secundario, et tanquam » circumstantia minoris momenti. Quod » si autem per inadvertentiam, vel ex » justa causa mutes, verbi gratia, ut » amico, vel ægro, qui tecum legere cu» pit, satisfacias, nullum erit peccatum : » vel si in choro dicantur posteriores » horæ, cum tu necdum dixeris priores, » vel si inter orandum advertas te aliquid » omisisse, vel priorem horam nondum » dixisse; perges enim, et supplebis in » fine. Similiter, si causa, vel necessitas » instet horas dicendi, potes dicere Lau» des, dilatis lectionibus, vel aliquo si» mili, quod ad manus non est. *Vide Bon. l.* 3. *p.* 4.

170. — Justæ causæ igitur invertendi ordinem recitationis probabiliter sunt I. Si inviteris ab amico ad recitandum cum ipso, ut *Anacl. p.* 197, *num.* 57. *ac Suar. Pal. Bon. Pelliz. Bassœus, et Stoz ap. Croix l.* 4. *n.* 1309. II. Si non habeas prompte Breviarium, nec possis commode expectare, ut *Palaus, Gob. et Tamb. ib.* III. Si sero venias ad chorum, officio jam incœpto, ut *Sanch. Laym. et Gob. ib. ac Anacl. l. c.* Et sic etiam excusat a veniali quælibet rationabilis causa, ut *Conc. p.* 485. *n.* 5. *Salm. ibid. p.* 2. *n.* 8. *cum Suar. Pal. Trull. Reg. etc.* Et idem dicendum, si in eadem hora invertatur ordo. *Salm. tr* 16. *c.* 3. *p.* 2. *n.* 10. *cum Suar et Bon.*

Docet autem communis sententia, quod inversio ordinis non est mortale, ut testantur *Salm. ibid. n.* 8. *et Conc. p.* 485. *n.* 5. Ordo enim officii non cadit sub præcepto. Dicit vero *Conc. ib. cum Vasq.* (*contra Salm. l. c.*) non excusari a culpa gravi, qui frequenter ordinem inverteret, quia hæc frequens inversio videtur gravis inordinatio, juxta dicta *num.* 161. *v. Quarta.* Sed probabilius hoc videtur negandum, cum sit communis sententia, ut asserit ipse *Concina*, præfatum ordinem non cadere sub præcepto, prout alias cadit recitatio officii currentis in quolibet die, ut dictum est *loc. cit.*

171. Quæritur vero, an in choro sit gravis obligatio recitandi officium ordine debito, et statis horis? Affirmant *Conc. t.* 2. *p.* 382. *n.* 15. *et Salm. tr cit. c.* 1. *p.* 2. *n.* 11. *cum Suar. Azor, Sot. Pal. Fill. Vill. Reg. et Tamb.* modo anticipatio vel postpositio sit notabilis, et desit aliqua legitima causa excusans. Ratio, tum quia canones pluries repetunt horas recitandas esse statutis horis et temporibus, tum quia talis inversio gravem involvit deformitatem. Negant vero *Caj. v. Horæ, Laym. l.* 8. *tr.* 1. *c.* 3. *n.* 6. *Sanch. Cons. t.* 2. *l.* 7 *c.* 2. *dub.* 42. *num.* 3. *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 3. *n.* 7. *Gav. in Rubr. t.* 2. *c.* 5. *t.* 6. *n.* 9. *ac Trull. Tancr Diana, etc. ap. Salm. ibid. n.* 10. *in fin.* Ratio, quia hujusmodi circumstantia temporis, vel ordinis non pertinet ad substantiam præcepti, sed est quædam cæremonia accidentalis. Utraque est probabilis, sed hæc secunda videtur probabilior, eo quod non constat de gravi præcepto super hac re imposito.

An sit licitum celebrare missam ante recitationem Matutini? Probabilius est esse tantum veniale, si sit sine causa. *Concina, t.* 2. *p.* 490. *n* 11. *cum aliis communissime. Vide dicenda de sacrif. missæ l.* 6 (v). *n.* 347.

172. — « VI. Ut, nisi justa causa ex» cuset, dicantur *tempore præfixo* a jure, » vel consuetudine, quæ nunc obtinuit » ut Matutinum, et Laudes, absoluto » Completorio in Ecclesia, hora circiter » quarta, et secundum *Bonac.* etiam ter» tia dicantur : et hyeme quidem, media » hora ante solis occasum dici posse, ait

Ill. ex communi sententia, cum clare privilegium quibusdam conceditur, ut horas ante occasum dicant. Quod tamen non est signum id sine privilegio fieri non posse, quia talia sæpe dantur ad tollendos scrupulos, et dubia, quæ sequuntur ex varietate opinionum. Juxta camdem sententiam non peccabit, ait *Bonacina*, qui Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam duabus, vel tribus horis post ortum solis dicit; tum quia est moderata, et consueta propositio : tum quia tempus a jure præscriptum magnam latitudinem, teste consuetudine, habet : erit tamen veniale Matutinum sine causa ad vesperum differre, vel ante prandium sine causa Vesperas, et Completorium dicere : quia hæc est insueta inversio. In Quadragesima autem Vesperæ legi possunt privatim post prandium, cum rubrica Breviarii feria quarta Cinerum non imponat præceptum. *Nav. Sanch. Trull. dist.* 18. *n.* 6.

« Dixi *sine causa :* quia, si iter, aliave causa urgeat, secundum *Cajet. et alios*, omnes horæ mane dici possunt, usque ad Vesperas inclusive. Denique ad vitandum mortale, sufficit dici omnes a media nocte usque ad alteram mediam noctem, præterquam quod Matutinum pridie possit anticipari. » (*Nota hic prop.* 34. *damnatam ab Alex. VII. dicentem : unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, et crastino*). « Quod si intra dictum tempus quis horas non dixerit, peccavit quidem, non tamen tenetur postmodum dicere; quia sunt onus affixum diei; etsi supplendo possit secundum quosdam restitutionem subterfugere, eo quod rependat æquale. *Molfes. t.* 3. *tr.* 2. item *Major. Palud. Ledesmat, etc. apud Henriq. l.* 12. c. 13. *Pon. d.* 1. *q.* 5. *p.* 2. *n.* 5. ubi dicit, eam sententiam esse probabilem, citatque pro ea *Suar. et Fill.*, sed male, quia hi loquuntur tantum de primo medio anno, vel spectato solo jure naturæ, et secluso jure positivo. Expresse autem eam sequitur *Quintan. t.* 8. *s.* 6. vocatque veriorem contrariam. *Vide etiam Dian. p.* 2. *t.* 11. *res.* 24.» (*Sed huic opinioni non acquiesco. Vide dicta lib.* 3 (IV). *num.* 637. *ubi diximus cum teneri ad restitutionem.*)

173. — Ut quis licite possit anticipare vel postponere debitum tempus horarum, sufficit quævis causa utilis vel honesta, nimirum concio paranda vel a dienda, periculum supervenientis occ pationis sive laboris, major devotio si quies, tempus aptius ad studendum, simile. Ita communiter *P Conc. t. p.* 487. *n*, 5. *Anac. p.* 200. *n.* 72. *Cro l.* 4. *n.* 1313. *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 79. q admittit etiam pro causa justa amicoru interpellationem. Merito tamen ait *Co l. c.* non sufficere ad excusandum sola majorem commoditatem, sine alio m tivo honesto, contra *Pelliz.*, qui pro citat *Sanch.*, sed non bene; nam *Sanc Cons. l.* 7. c. 2. *dub.* 36. *n.* 3. id admit tantum gratia studendi, ut admittu etiam *Salm. tr* 16. *c.* 3. *p.* 3. *num.* 1

Tempus horarum incipit a puncto m diæ noctis antecedentis diei et termir tur ad punctum mediæ noctis diei s quentis. *Conc. t.* 2. *p.* 486. *n.* 3. *Ho t.* 1. *p.* 446. *vers. Dicitur* 6. *et alii co muniter.* Horæ autem parvæ licite re tantur a tempore auroræ usque ad m ridiem, ut *Salm. ibid. n.* 13. *Cont. Tou de hor. can. sect.* 4. *v. Dicendum* 3. *ci communi.* Nona vero potest dici etia post meridiem, ut ait *Croix l.* 4. *n.* 131 imo juxta alios etiam Sexta, ut asserit *Co Tournely.* Merito tamen *Conc. p.* 487. *n. et Salm. l. c. cum Nav.* rejiciunt opini nem *Molfesii, et aliorum* dicentium pos horas parvas recitari a Vesperis diei a tecedentis; hoc enim nullibi est consuet dine receptum. Vesperæ autem dici po sunt a meridie usque ad mediam no tem. *Holz. Cont. Tourn. et Croix ll.*

174. — Matutinum hodie ex consuet dine jam præscripta bene potest recita hora Vesperarum diei antecedentis, communiter *Salmant. cit. num.* 13. *Cro lib.* 4. *num.* 1314. *cum D. Thom. Quo lib.* 5. *art.* 28. *ad* 1. ubi ait : *Quant ad ecclesiasticum officium, et solemnit tem celebrandi, incipit dies a Vesperi unde si aliquis post dictas Vesperas, Completorium dicat Matutinas, jam h pertinet ad diem sequentem.* Juxta eni ritum veteris legis, ad novam transl tum, dies ecclesiasticus et omnia fes a Vesperis incipiebant, ut patet ex *L* c. 23. ℣ 32. ubi : *A vespera usque vesperam celebrabitis sabbata vestra.*

Hic quær. I. an possint recitari Mat tinum et Laudes hora secunda post m ridiem?

Prima sententia affirmat et hanc tene *Sanch. Cons. l.* 7. *c.* 3. *d.* 37. *n.* 3. *Dian. p. tr.* 4. *r.* 9. *et* 10. et probabilem put *Tamb. l.* 2. *c.* 5. § 5. *num.* 3. ac prob

bilissimam vocant *Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 3. *num.* 15. *cum Trull. Quintan. Led. Leand. Anton. a Sp. S.* Ratio, quia (ut dicunt jam in prædicta hora solent Vesperæ recitari; unde cum dies ecclesiasticus incipiat a primis Vesperis, pariter eo tempore Matutinum recitari potest.

Secunda sententia tamen mihi verior (licet olim oppositæ adhæsi) negat, et hanc tenent *Conc. t.* 1. *p.* 487. *n.* 6. *Holz. p.* 445. *n.* 476. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 4. *v. Dic.* 3. *et Croix l.* 4. *n.* 1314. *cum Pal. Fill. Comit. et Pell.* qui dicunt non posse recitari Matutinum, nisi cum sol proprior sit ad occasum, quam ad meridiem. Ratio, quia Matutinum, adhuc juxta hodiernam consuetudinem, non potest recitari, nisi hora Vesperarum; hora autem Vesperarum, ut communiter traditur, est illa quæ subsequitur horam nonam, quæ est media intra meridiem et occasum; estque diversa pro diversis temporibus; in æstate enim est hora quarta post meridiem, et in hieme non advenit nisi ad minus post duas horas cum quadrante a meridie. Ergo, nisi terminata sit hora nona, et incœpta hora Vesperarum, non potest dici Matutinum. Nec valet dicere, quod Vesperæ recitari soleant duabus horis post meridiem, ex quo fiat, ut jam incœptus sit posterus dies ecclesiasticus. Nam etiam posito quod Vesperæ tali hora soleant communiter dici (de quo adhuc dubito, et *Concina* id penitus negat), non recte necessario infertur, quod sit incœptus sequens dies ecclesiasticus; consuetudo enim potuit quidem introducere, ut in illa hora sine culpa dicerentur Vesperæ; sicut licite recitantur in Quadragesima ante meridiem; sed non potuit introducere, ut hora nona sit vespertina. Id autem quod contrarii supponunt, nempe quod consuetudo jam introduxerit, sequentem diem ecclesiasticum hora secunda post meridiem jam incipere, hoc probandum esset, cum omne factum sit probandum: sed usque dum id non certe probatur, possidet lex, quæ vetat recitari Matutinum priusquam incipiat dies ecclesiasticus, qui (ut ipsi adversarii fatentur) non incipit nisi ab hora Vesperarum.

Cæterum impune potest privatim recitari Matutinum juxta Directorium Romanum, quod tradunt *Cont. Tournely, et Croix ll. cc.* Hinc tabellæ nostrates dicunt sic posse privatim recitari Matutinum et Laudes, videlicet :

A die 1 Jan.	hora 21 1/4.
A die 1 Febr.	hora 21.
A die 25 Febr.	hora 20 3/4.
A die 17 Martii	hora 20 1/2.
A die 11 April.	hora 20 1/4.
A die 1 Maii	hora 20.
A die 1 Junii	hora 19 3/4.
A die 13 Julii	hora 20.
A die 16 Aug.	hora 20 1/4.
A die 6 Sept.	hora 20 1/2.
A die 28 Sept.	hora 20 3/4.
A die 11 Octobr.	hora 21.
A die 16 Nov. et Déc.	hora 21 1/4 [1].

Quæritur II. An Matutinum defunctorum possit pridie recitari? Quoad recitationem in choro publicam, omnino quidem negandum, ut bene ait *P. Concina t.* 2. *p.* 386. *n.* 22. et patebit ex infra dicendis. Dubium fit quoad recitationem privatam. Adsunt duæ sententiæ :

Prima negat, quam sequuntur *Holzm. de hor. can. t.* 1. *p.* 4[illegible]0. *n.* 47[illegible]. *et Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 2006. licet ipse prius *in l.* 4.

[1] Cum hæc tabella solum terris Neapolitanis conveniat, utile duximus tabellas ab ipsis dominis *Pet. Col et et La Croix*, quorum prior Parisus, alter Coloniæ A[illegible] scripsit, juxta Directorium Romanum anno 17[illegible] typis [illegible] Apostolicæ editum, confectas, et pro [illegible] accommodatas, referre :

Tabella D. Cont. Tournely

20 Jan.	Hora 2 cum 1/4
13 Feb.	Hora 2 cum 1/2
1 Martii.	Hora 3 cum 3/4
18 Martii.	Hora 3
4 April.	Hora 3 cum 1/4
20 April.	Hora 3 cum 1/2
10 Maii.	Hora 3 cum 3/4
8 Junii.	Hora 4
30 Julii.	Hora 3 cum 3/4
[illegible] August.	Hora 3 cum 1/2
7 Septem.	Hora 3 cum 1/4
24 Septemb.	Hora 3
13 Octob.	Hora 2 cum 3/4
20 Octob.	Hora 2 cum 1/2
18 Novemb.	Hora 2 cum 1/4
15 Decemb.	Hora 2

Tabella D. La Croix.

20 Jan.	Hora 2 cum 1/4
13 Feb.	Hora 2 cum 1/2
1 Martii.	Hora 2 cum 3/4
18 Martii.	Hora 3
4 April.	Hora 3 cum 1/4
20 April.	Hora 3 cum 1/2
10 Maii.	Hora 3 cum 3/4
8 Junii.	Hora 4
1 August.	Hora 3 cum 3/4
21 August.	Hora 3 cum 1/2
7 Septemb.	Hora 3 cum 1/4
24 Septemb.	Hora 3
11 Octob.	Hora 2 cum 3/4
20 Octob.	Hora 2 cum 1/2
18 Novemb.	Hora 2 cum 1/4
15 Decemb.	Hora 2

Éd. A. Leclère.

n. 1292. oppositum tenuerat. Citatur etiam pro hac prima sententia *Gavantus*, sed *Gavantus sect.* 9. *c.* 2. *n.* 16. videtur loqui de sola recitatione in choro, prout loqui videtur decretum mox afferendum. Hæc sententia nititur decreto S. C. Rituum edito 1. Septemb. 1607. in quo (ut refert *Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 2055. *Decr. ibi n.* 33.) sic dicitur : *Matutinum defunctorum pro generali eorum commemoratione recitandum est mane die secunda Novembris, non vero pridie vesperi.*

Secunda sententia tamen satis probabilis, quam tenent *Tamb. Dec. l.* 2. *cap.* 5. § 5 *n.* 7. item *Leand. Stoz etc. ap. Croix l.* 4. *n.* 1292. ac probabilem putat *Viva l c. q.* 3. affirmat; cum enim Rubrica dicat : *Dicto* Benedicamus Domino, *absolute incipit Matutinum defunctorum* : probabiliter infertur, quod sicut pridie undique ex consuetudine permittitur private recitare Matutinum diei sequentis, ita etiam Matutinum defunctorum. Ad decretum autem oppositum non immerito respondet *Tamb.* illud intelligi tantum pro choro, cum ibi S. Cong. prohibeat pridie Matutinum *cantari*, quo verbo videtur prohiberi dumtaxat publica recitatio, non autem privata. Et revera decretum relatum, ut habetur apud *Merati consultorem S. C. Rit. in Addit. ad Gav. t.* 2. p. 651. *Decr. n.* 28. (diverse ab eo quod affert *Croix*, ut supra) sic loquitur : *Matutinum defunctorum pro generali eorum commemoratione non debet cantari pridie vesperi in festo omnium Sanctorum, sed recitari mane die secunda Novembris post Laudes diei, die* 1. *Septemb.* 1607 Alterum simile decretum habetur apud eumdem *Merati l. c. p.* 650. *num* 7. prius editum die 23 Maji 1603, ubi pariter vetatur Matutinum *cantari.* Aliud simile affertur decr. *n.* 220. ubi expressa fit mentio de choro : *Matutinum diei commemorationis omnium fidelium defunctorum non potest recitari in choro in die festivitatis omnium Sanctorum post Completorium, sed servandæ sunt Rubricæ, die* 22. *Jan.* 1701. Certum est autem Rubricas præcipere, ut in choro mane ipsius diei recitetur Matutinum, non autem vesperis diei antecedentis.

Quæritur III. An autem is, qui recitat vesperi Matutinum cum Laudibus, possit etiam recitare litanias. Affirmant *Gavantus sect.* 6. c. 16. *num.* 6. *et Arnaud ac Lohn. apud Croix. l.* 4. *n.* 1292. et hanc sententiam olim tenuit *Gobatus tr* 5. *n.* 615. Ratio, quia rubrica conjungit litanias cum Laudibus in quibus ideo omittitur versiculus *Fidelium animæ*, et apponitur in fine litaniarum, ut habetur ex *Rubr. tit.* 30. *n.* 3. Ergo, cum faciant quid unum litaniæ cum Matutino, accessorium sequitur principale. Sed contrarium communius, et verius sentiunt *Viva, Tamb. Holzm. Croix ll. cc. in q. præc. et Merati l. supra cit. pag.* 467. *num.* 5. *cum Stoz, Holden, et Guyeto* : hancque sententiam *Gobatus* in posteriore editione *tract.* 5. *num.* 616. probabiliorem vocavit. Ratio, quia verum non est, quod litaniæ conjungantur cum Matutino, sed sunt quid distinctum : et hoc patet 1. ex eo quod ipsæ possunt dividi, et de facto separantur, præcipue in iis Ecclesiis, ubi litaniæ dicuntur vesperi : patet 2. quia illæ recitantur loco assistentiæ ad processionem, quæ assistentia ipsis diebus naturalibus est affixa, et ideo si officium S. Marci transfertur, non tranferuntur litaniæ, ut præscribitur in *Rubr. tit.* 30. *num.* 3. Obiter hic notandum cum *Salm. de hor. can. c.* 3. *p* 3. *n.* 17 *Viva a.* 5. *n.* 3. *et communi*, non esse audiendos *Leandrum. et alios* dicentes quod liceat incipere officium hodiernum paulo ante mediam noctem diei sequentis, et illud prosequi post mediam noctem; tunc enim jam transactum est tempus ad officium præfinitum; nam officium, cum sit pensum diurnum, cum die omnino terminatur.

175. — « VII. Ut *devote, et cum attentione interna*, virtuali saltem, recitentur, sive ea ad Deum sit, sive ad sensum verborum, sive (ut ait *Caj.*) ad verba solum. Quam postremam sufficere, recte notat *Less.* supposito tamen animo orandi, et vacandi Deo. Unde attentionem confusam » (*sive generalem, ut Salm. ib. p.* 5. *n.* 25. *in med. cum DD. cit.*) « saltem ad Deum, attentio ad verba includit, cum alioqui attentio præcise ad sola verba nihil ab externa attentione differre videatur. Ita communiter, contra *Nav. Sylv. et Con.* qui nullam attentionem internam requirunt, sed tantum externam, quæ excludat omnem actionem incompossibilem cum attentione interna, licet animo voluntarie interea distraharis. Quæ sententia, secundum *Laym. et Less.*, non est improbabilis, et utilis tum scrupulosis, tum confessariis, ne beneficiatis sine attentione horas recitantibus imperent restitutionem fruc-

» tuum, partim ob Doctorum auctorita» tem, partim quod hoc præcepto tantum » materiales quædam preces, earumque » externa pronuntiatio (per quam, sicut » per hymnos organo cantatos, a Deo ali» quid Ecclesia potest impetrare) præcipi » videantur; devotio vero tanquam finis » præcepti extrinsecus ad ejus substan» tiam non pertineat. Verum nostra sen» tentia est communior, et probabilior. » Et probatur; sine attentione enim in» terna nulla est oratio, ergo hoc ipso, » quod sub mortali ad orationem obli» garis, sub mortali item ad aliquam at» tentionem ex prædictis obligaberis. » Nec refert, quod Ecclesia non possit » per se actus internos præcipere; potest » enim eos præcipere ut sunt necessarii » ad actus externos debite præstandos » ut sunt actus virtutis : quo modo, cum » possit præcipere confessionem, potest » etiam contritionem. Dixi, *cum attentione* » *interna virtuali saltem*: etsi enim melior » sit actualis, sufficit tamen virtualis : » quam *Bon. et alii communiter* dicunt ma» nere ex actuali, quamdiu non revocatur » expresse, vel tacite per distractionem » voluntariam, vel actionem cum debita » attentione imcompossibilem. Unde licet » involuntarie distraharis, virtualiter ta» men attendis : 1. Si in genere intende» ris officium dicere modo consueto, vel » animo laudandi Deum, vel satisfaciendi » tuo muneri. 2. Si cum confusa aliqua » apprehensione, et proposito opus con» suetum faciendi recites. *Vide Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 3.

Ex dictis resolves :

« 1. Is, qui dubitat ob evagationem » mentis, an aliquid omiserit, si proba» bilem conjecturam habeat se dixisse, » vel quia proposuit initio attendere, vel » quia se reperit in fine, v. gr. psalmi, » præsumere potest se dixisse, si ex libro, » vel memoria, cæteroqui non errare » solita, dixit. » (*Idem Salm. tr* 16. *c.* 3. *p.* 3. *n.* 12. *cum Sanch. Trull. Pal. etc. Scrupulosos autem dicunt obligandos esse ad non repetendum in dubio. Salm ibid. cum AA. cit. Quoad cæteros autem aiunt quemquam habentem justam conjecturam, quod dixerit, non teneri aliquid repetere, nisi sciat se non dixisse*) : proindeque me» lius erit, si non repetat, ad vitandas » anxias consuetudines, et scrupulos, et » ut totum officium sine perturbatione » decurratur. Ita *Binsfeld. c.* 11. *d.* 13. » *Laym. c.* 5.

« 2. Qui sponte distractus nullam ha» rum attentionum habuit, graviter pec» cavit, teneturque secundum senten» tiam communem horas repetere ; nec » fructus facit suos, quia non fecit » opus præceptum, quod erat, ut devote » oraret. *Sot. Navar. Reg. Fern. Suar. Bon.* » *et Trull. l.* 1. *c.* 7. *d.* 17. *n.* 6. ubi ex » *Nav.* addit non excusari a mortali » eum, qui recitationem horarum ita dif» fert, vel ita se componit, ut advertat » se somno præocupandum, v. gr. si Com» pletorium vesperi reservet dicendum » in lecto, sciens se tunc in eo somno » solere obrui. Quidam tamen Doctores » paulo ante citati negant eo casu neces» sariam esse repetitionem, eo quod » substantia operis sit impleta, absque » circumstantia devotionis. Multoque ma» gis, ac probabilius iidem negant obli» gationem restitutionis ; eo quod ad » illam tantum teneantur, qui officium » omiserunt, non qui distracte dixerunt. » *Vide Bon. l. c. Less. Laym. et Dian.* » *tr. de horis, r.* 1. *et* 2. *Escob. t.* 5. *e.* 4. » *c.* 3. *n* 62. » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 669.)

« 3 Cum recitatione officii conjungere » actiones, quæ notabiliter non impe» diunt, v. gr. induendi, abluendi, venia» le est, si fiat sine causa, alias nullum. » *Escob. loc. cit. c.* 7. Qui vero adver» tenter occupat se in aliqua re incom» possibili cum attentione interna, v. g. » in scriptione, et lectione, etc. » (*Sive si attendat ad spectacula, vel ad fabulationes. Pal. Bon, Suar. etc. cum Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 5. *n.* 25. *in fin.*) « graviter » peccat et præcepto non satisfacit ; at» que adeo tenetur repetere. *Nav. Suar.* » *Bon. Trull. n.* 7

176. — Ad officium igitur persolvendum requiritur *intentio* et *attentio*. Circa *intentionem*, certum est non requiri intentionem actualem explicitam, sed sufficere virtualem implicitam, nimirum si de more Breviarium accipias, ut officium impleas, uti soles, ut communiter docent *Sanch. c.* 1 *dub.* 28. *cum Nav. Conc. t.* 2. *p.* 464. *n.* 2. *Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 6. *in medio. Bon. p.* 2. §. 2. *num.* 22. *Croix l.* 4. *n.* 1326. *Anacl. p.* 195. *n.* 41. *et alii passim.* Imo recte addit *Croix n.* 1329. non esse opus renovare intentionem ad singulas horas etsi aliqua interruptio intercedat, etiam sine causa ; quia illa resumptio fit ex prima intentione : imo puto semper adesse exercite intentionem actualem implendi officium. Dubitatur autem, an satisfaciat

officio, qui recitat sine intentione implendi? Negat probabiliter *Conc. l. c. n.* 5. *cum Nav. Azor, Sylv. Prado, Med. Rodriq. etc.* Ratio, quia ad implenda præcepta requiritur necessario intentio implendi; si enim tu deberes alteri centum, et conscius debiti centum illi dones, certe non liberaris a debito. Sed probabilius affirmant *Suarez in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 3. (licet ab aliquo citetur in contrarium) *Pal. tr.* 7. 2. *p.* 3. *Sanch. dec. t.* 1. *l.* 1. *c.* 13. *n.* 16. *Less. c.* 37. *n.* 59. *Croix n.* 1330. *cum communissima, Cont. Tourn. loc. cit. cum Vasq. Val. et Pontas, Salmant. de horis can. c.* 3. *p.* 5. 24. *cum Trull. Tamb. Pelliz. Garc. Henr. etc.* Licet enim utique is peccaret ob voluntatem non implendi præceptum, jam tamen actu satisfacit. Ratio, quia qui sponte implet opus præceptum vere exequitur id quod a superiore præcipitur; adimplendum enim præceptum non requiritur, ut quis habeat animum implendi, sed sufficit, ut actu præceptum ponat. Nec obstat paritas adducta, nam respondetur cum *P. Suarez*, quod ibi, cum obligatio pendeat a voluntate propria, bene potest debitor illam de novo sibi imponere, et non obstante solutione debiti, remanere obligatus; at cum obligatio officii pendeat a voluntate Ecclesiæ, non potest clericus eam sponte sibi imponere, quapropter dum illam implet, nequit velle non implere.

Circa autem *attentionem*, hæc potest esse externa, et interna: *Externa* habetur, cum non ponitur actio incompossibilis cum attentione interiori, ut esset fabulari, scribere, attente audire alios loquentes, celeriter se vestire, magna applicatione aliquid agere: secus, ait *Croix l.* 4. *n.* 1336. si actio non exigat magnam animi curam, et si sit aliqua difficultas attendendi cum tali actione, potest compensari per majorem curam attendendi. E converso bene satisfacit, qui ponit actionem satis compatibilem cum attentione interna, ut esset ambulare, se lavare, inducere non omnino properanter (cum sacerdotes imo teneantur orare, dum se induunt sacris vestibus); item colligere herbas, flores, aut uvas, instruere focum, sternere lectum, pectere caput, respicere collem, flumen etc. ita communiter *cum Bus. Bonac. d.* 2. *p.* 2. §. 2. *n.* 12. *cum Nav. Suar. Fill. etc. Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 6. *v. Quæritur* 1. *Conc. t.* 2. *p.* 460 *n.* 7. *Croix n.* 1337. *cum Nav. et Gob.* Idem *Sanch. ib.* de similibus actionibus, quæ non fiunt valde festinanter. Non permittit autem *Croix. l. c.* aptare calamum ad scribendum, sed non immerito id permittunt *ibid. Nav. Caj. et Beja*, si recitans possit in eo retinere attentionem; recte enim advertit *Bonac. l. c.* quod aliquæ actiones respectu alicujus forte sunt distractivæ, respectu alterius non. Communiter autem permittitur inter recitandum facere necessaria ad ipsam recitationem, ut perquirere psalmos, lectiones, etc. dum recitas memoriter, ut *Croix. l. c. cum Sanch. Nav. Sylv. et Gob.* Sic pariter satisfacis, si recitas, dum alii fabulantur, canunt, etc., modo his serio animum non applices, ut ait *Croix n.* 1338. Item notant *Sotus, Nav Tolet. Val. Dania, et Gob. apud eumdem Croix n.* 1339. quod si exerceas aliquam actionem externam et non advertas per illam impediri internam, non teneris postea repetere: hoc tamen intelligendum, si actio de se sit compossibilis cum attentione interna. Præterea notant *Palaus d.* 2. *p.* 4. *n.* 7. *et Bonac. d.* 1. *q.* 3. *p.* 5. *n.* 6. *cum aliis communiter apud Croix l. c.* non excusari saltem a culpa veniali, qui sine aliqua necessitate officium diceret in loco distractioni exposito, ut in foro, platea: imo addit *Bonac. cum Nav. Suar Molfes. etc.* ex concil. Basileensi *sess.* 21. hunc periculo se exponere non satisfaciendi præcepto: nisi is (adderem) magno conatu mentem applicet ad recitationem. Probabilissime autem satisfacit, qui recitat dummissam audit. *Conc.* 2 *t. p.* 462. *n.* 10. *cum Bus. Suar Pal. et communissima. Vide l.* 3 (IV). *n.* 309. Si quis autem vexetur a somno, sed adeo resistit ut pronuntiet suam partem, et distincte audiat versiculos alterius partis, bene satisfacit, ut *Sanch. Cons. l.* 7 *c.* 2. *dub.* 33. *n.* 1. *cum Nav. et* 1. *Leand. p.* 2. *q.* 14. cum pluribus theologis. Ait tamen *Sanch. cum eod. Nav.* non excusari a veniali: modo (intelligendum) possit recitationem differre ad tempus opportunius.

Attentio autem *interna* habetur, cum attenditur ad verba, ad sensum, et ad Deum. Attentio *ad Deum* est quidem omnibus perfectior, nimirum cum mens elevatur ad Deum, meditando v. gr. divinam bonitatem, justitiam, etc. aut mysteria Passionis, ut *Conc. p.* 457 *n.* 3. *Cont. Tourn. l. c. versus fin. et Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 5. *n.* 25. *Croix. l.* 4. *n.* 1333. *cum communi.* Sicut gesta B. Virginis Mariæ, aut Sanctorum (ut

aiunt *Concina, et Croix*), quia hæc proximam habent relationem ad Deum. Ad eam reduci etiam examen conscientiæ dicunt *Salm. ibid.* Sed huic non acquiesco. Attentio *ad sensum* habetur, cum attenditur ad percipiendam intelligentiam verborum. Attentio tandem *ad verba* est, cum attenditur ad recte illa proferenda, ne error fiat mutilando, transponendo, etc. Et hæc quidem, licet sit omnibus inferior, tamen bene sufficit, ut dicunt *Less. c.* 37 *n.* 69. *et* 70. *Salm. cit. n.* 25. *Anacl. p.* 195. *n.* 42. *Croix l.* 4. *n.* 1344. *Holzm. pag.* 218. *n.* 270. *Laym. c.* 5. *n.* 9. *et alii communiter* : quidquid dicat *Cont. Tourn.* qui ait cum attentione ad verba requiri etiam attentionem ad Deum; sed melius dicunt *Laym. et Salm.* sufficere attentionem ad verba una cum intentione generali colendi Deum : idque clare docet *D. Th.* 4. *dist.* 15. *q.* 4. *sol.* 5. ubi dicit : *Primo est attentio ad verba quibus petimus, deinde ad petitionem ipsam.. Et quæcumque earum attentionum adsit, non est reputanda inattenta oratio*; *unde etiam illi, qui non intelligunt petitionis verba, ad orationem attenti esse possunt.* Recteque addit *Croix d. n.* 1344. non requiri attentionem ad singula verba, sed sufficere moralem et generalem, qua quis curet bene omnia dicere cum intentione orandi.

177. — Quæritur I. An attentio interna sit necessaria ad implendam rationem divini officii? Adest triplex sententia :

Prima communior et probabilior affirmat omnino requiri, eamque tenent *Sanch. Cons. t.* 2. *l.* 7. *c.* 2. *d.* 28. *Sotus l.* 10. *q.* 5. *concl.* 6. *Caj. in* 2. 2. *q.* 83. *a.* 13. *Sa, v. Horæ, num.* 19. *Azor p.* 1. *l.* 10. *c.* 16. *q.* 6. *Ronc. c.* 9. *Wigandt tract.* 10. *ex.* 5. *q.* 7. *Anacl. de hor. can. p.* 195. *n.* 43. *P. Conc. t.* 2. *p.* 443. *n.* 26. qui fuse et perdocte hanc sententiam tuetur cum *Navar. Gav. Val. Mald. Led. Med. et aliis innumeris.* Diverse autem auctores hanc primam sententiam probant ex c. *Dolentes, de celebr. miss.* sed ex hoc textu, sapienter ait *Conc. cum Suar.* non bene hanc sententiam probari. Ibi enim nullum fit verbum de attentione interna, sed tantum præcipitur externa, opposita colloquiis ecclesiasticorum cum laicis in choro, quæ colloquia causam dederant constructioni hujus canonis : unde Pontifex præcepit, quod recitantes *officium nocturnum pariter et diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent, et devote.* Et hunc canonem explicans *S. Antoninus* 3. *p. tit.* 13. *c.* 4. § 7 dixit : *Præcipimus, ut unusquisque die ac nocte dicat horas suas; intentionem et devotionem in præcepto non ponimus, sed gratiæ Dei, secundum quod ipse dare voluerit, duximus relinquendum : et hunc intellectum teneas, quia benigniorem, et quia non debet Ecclesia alicui laqueum injicere.* Alii probant ex prop. 14. damnata ab *Alexandro VII.* quæ dicebat : *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.* Ergo (inferunt) bene potest Ecclesia actus internos præcipere. Sed neque præfata sententia hac ratione satis probatur, nam sic non probatur Ecclesia præcipere actus internos, sed tantum præcipere confessionem validam, sicut Christus præcepit. Ratio igitur potior est, quia sine attentione interna non constituitur oratio, quæ universe definitur : *Elevatio mentis ad Deum.* Unde, quamvis Ecclesia non imposuerit speciale præceptum positivum attentionis internæ, tamen præcipiendo recitationem officii per modum orationis ad Deum colendum, veram præcepit orationem, quæ sine attentione interna non est vera oratio, nec Deus colitur per solam recitationem externam ab iis, qui voluntarie se distrahunt; imo Deus de his conqueritur : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Matth. c.* 15. ℣ 8. Et e converso in *Joan. c.* 4. ℣ 23. dicitur : *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.*

Secunda sententia, quam tenent *Salm. tr.* 16. *cap.* 3. *p.* 5. *n.* 31. quærit conciliare prædictam primam sententiam cum tertia, quæ tenet (ut infra dicemus) non requiri attentionem internam; et dicit quod, posito ex una parte quod attentio ad sola verba sufficiat ad satisfaciendum officio; et posito ex alia quod omnino requiratur ad rectam recitationem attentio saltem ad verba cum animo (generali saltem seu confuso) Deum colendi, jam orabit qui tali modo ad verba attendet, cum non sit incompossibile aliquem ad alia distrahi, et simul attendere ad verba recte proferenda : unde is bene satisfaciet semper ac per contrariam voluntatem non retractabit propositum attendendi : sed juxta primam sententiam, quæ requirit attentionem formalem et explicitam, merito dicit *P. Concina*, quod qui voluntarie se distrahit, minime potest attendere ad rectam prolationem verborum; vel ejus attentio erit adeo

tenuis, ut nequaquam pertingat ad debitam attentionis rationem.

Tertia sententia tenet ad satisfaciendum substantialiter præcepto officii, non requiri attentionem internam, sed sufficere intentionem recitandi cum attentione externa; hanc tuentur *Lugo de Euch. d.* 22. *n.* 25. *cum Palud. Ang. Med. Durando, Rosell.* item *Coninch. de Sacr.* 3. *p. q.* 83. *n.* 291. *Sylvester, v. Missa. Ang. v. Horæ num.* 17. *Machad. tr.* 21. *docum.* 5. *Gob. tract.* 5. *n.* 821. *q.* 5. *Croix l.* 4. *n.* 1342. *Tamb. l.* 4. *c.* 2. § 1. *n.* 19. *Elbel. t.* 2. *pag.* 541. *n.* 403. et probabilem vocant *Less. l.* 2. *c.* 37. *n.* 63. *Laym. l.* 4. *tr.* 1. *c.* 5. *n.* 10. *Sporer de Sacram. n.* 75. *Pelliz. tom.* 2. *tr.* 10. *c.* 6. *num.* 17. *Viva de rest. q.* 7. *a.* 9. *n.* 6. *P. Zachar. l.* 4. *n.* 1341. *et* 1342. *et alii plures*, et hanc quoque expresse tenet *D Anton.*, ut infra afferetur. Ratio 1. quia oratio, ut definitur a *Damasceno l.* 3. *Fid. orth. c.* 24. *et a D. Thom. in* 4 *dist.* 15. *q.* 4. *art.* 2. *q.* 1. *n.* 1. est *petitio decentium a Deo* : non repugnat autem posse a nobis Deo repræsentari nostras petitiones etiam cum actuali mentis evagatione; sicut si quis recitaret coram rege orationem compositam ad aliquam gratiam impetrandam, certe quidem oraret, illam coram rege recitando, etiamsi esset tunc ad alia mente distractus; sic etiam recitans officium, non obstante interna et voluntaria distractione, adhuc potest Deum orare; attentio enim externa conjuncta cum intentione recitandi efficit, ut recitatio horarum fiat quoad substantiam vera oratio. Et ita non potest negari tenuisse *D. Antoninum. l. supra cit.* in explicando textum *in c. Dolentes.* Verba S. Doctoris opus est hic repetere : *Præcipimus, ut unusquisque die ac nocte dicat horas suas; intentionem, et devotionem in præcepto non ponimus, sed gratiæ Dei, secundum quod ipse dare voluerit, duximus relinquendum. Et hunc intellectum teneas quia benigniorem, et quia non debet Ecclesia alicui laqueum injicere.* Ex quibus verbis patet, quod Sanctus non tantum expressit textum intelligendum de sola externa attentione, sed ex generaliter adducta, etiam probare intendit Ecclesiam non requirere attentionem internam. Immo *D. Ant.* non solum asseruit Ecclesiam hanc attentionem internam non præcipere, sed deinde *eod. loc.* § 8. docuit nec etiam posse præcipere; ibi enim post relatam doctrinam *D. Thomæ*, quod attentio in oratione semper debeat manere secundum sui virtutem, sic subdit : *Non tamen requiritur quod intentio comitetur actualiter totam orationem... requiritur tamen quod orans scienter non distrahat mentem ab oratione; hoc enim non potest esse sine culpa mortali vel veniali.* Deinde explicat, quod recitans tunc peccaret mortaliter, quando per contemptum internæ attentionis voluntarie se distraheret, vel quando recitaret cum externa quoque distractione. En ejus verba : *Sed si evagatio est advertenter, et solum secundum actum interiorem, licet temeraria et gravis foret, non tamen mortalis, nisi per contemptum, quia Ecclesia non habet judicare de actibus mere interioribus, propter quod minister Ecclesiæ, licet dicendo orationem cogitet aliud, non videtur transgressor præcepti ex natura facti. Si autem evagatio mentis sit ex hoc quod aliquis scienter se occupat in actu exteriori, qui non secum patiatur attentionem, videtur esse mortalis, et directe contra præceptum Ecclesiæ, de celeb. miss. c. Dolentes, ubi præcipitur quod officium celebretur studiose pariter et devote. Hoc non observant, qui occupantes se in actu exteriori scienter sibi attentionem subtrahunt.* Ergo procul dubio supponit S. *Anton.*, attentionem internam neque ab Ecclesia esse præceptam, neque esse de essentia orationis : sed sufficere attentionem externam una cum intentione prius habita orandi; nam alias, si attentio interna esset de essentia orationis, illam Ecclesia non solum potuisset, sed etiam debuisset præcipere.

Et pro hac sententia clare videtur esse idem *S. Th. in* 4. *d.* 15. *q.* 4. *a.* 2. *solut.* 4. *ad.* 4. *q.* ubi prima fronte videtur stare pro sententia opposita, cum dicat : *Dicendum, quod attentio actualis requiritur ad orationem aliquo modo, vel ad evitandam transgressionem in illa oratione, quæ est in præcepto vel ad meritum in illa, quæ non est in præcepto.* Attamen inferius *ad.* 2. explicat, quod illa *attentio actualis*, omnino requisita ad orationem, intelligitur de sola attentione externa, en ejus verba : *Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc enim sine culpa non est, præcipue si in aliis sponte se occupat quæ mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera : et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.* Ubi nota S. Doctorem utique distinguere culpam in voluntaria distractione interna, quam ait non esse sine culpa (nempe veniali), ab illa culpa quæ est in distractione externa incompossibili

cum interna attentione, hancque culpam dicit esse mortalem. Et ita in hunc locum *D. Th.* exponit *S. Antonin. l. c.* dicens : *Unde S. Thomas* (*4. p. dist.* 15.) *dicit ibi quod in oratione, si in aliis sponte se quis occupat in his quæ mentem distrahunt, sicut sunt opera exteriora, et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit : exponit idem Petrus, et dicit quod loquendo de oratione, quæ est præcepti humani, illud verbum* contrarium *non refertur ad orationem, quia bona opera exteriora non sunt contraria orationi, sed est referendum ad attentionem, quando scilicet se exterius occupat circa aliquid incompossibile attentioni orationis.* Ergo (sicut *S. Antonius* explicat) Angelicus supponit tunc tantum deesse orationem, quando apponitur distractio externa per opus imcompossibile cum attentione interna, dum tunc solum in transgressione orationis præceptæ culpam mortalem agnoscit.

Ratio 2. quia, si attentio interna necessario requireretur ad essentiam orationis, ille qui involuntarie distrahitur, nec etiam officio satisfaceret. Certum autem est apud omnes, quod per distractionem involuntariam minime impeditur impletio præcepti recitandi officium ex *D. Thom.* 2. 2. *q.* 83. *art.* 13. *ad.* 3. ubi docet : *Evagatio mentis, quæ fit præter propositum, fructum non tollit.* Hoc concedunt adhuc auctores primæ sententiæ, sed dicunt quod ille qui sponte se distrahit, actu revocat primam attentionem, et ideo non satisfacit, cum amplius non oret ; qui vero involuntarie distrahitur, manet virtualiter attentus, et propterea orat, et satisfacit. Ego tamen fateor imbecillitatem meam, numquam potuisse intelligere, quomodo possit attentio virtualiter permanere in eo qui distrahitur, licet involuntarie ? Bene quidem intelligo, quod intentio, cum pertineat ad voluntatem, quando semel est habita, at non retractatur, virtualiter perseverat in affectu, seu in mediis susceptis, quia hæc media ex illa intentione procedunt : non intelligo autem, quomodo potest dici virtualiter attentus orationi, qui mentem alibi habet occupatam : recte dicetur, quod hic involuntarie distractus post intentionem habitam attendendi, et non retractatam, velit attendere; sed non poterit dici, quod attendat, quando alibi est omnino evagatus; sicut enim repugnat dici virtualiter intelligere, quod legit, eum qui actu non intelligit, licet habuisset intentionem intelligendi; ita repugnat dici virtualiter attendere, qui actu non attendit. Unde bene concludit *Lugo n.* 39. quod si ad orationem requireretur attentio interna, is qui esset involuntarie distractus non effective, sed tantum affective oraret. In tantum igitur dicit hunc vere orare, in quantum intentionem internam prius habitam orandi conjungit cum externa attentione.

Ratio 3. quia sacerdos conferens Extremam Unctionem (cujus forma est deprecatoria) cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, etsi actu mentem divertat, valide confert; ergo sine attentione interna bene stare potest oratio. Ad hanc difficilem objectionem diverse respondent fautores primæ sententiæ. Alii apud *Concinam* dicunt, quod eo casu invalide sacramentum conferretur, quia tunc sacerdos nullam haberet intentionem, nec attentionem ; cum enim quis alio mentem distrahit, utramque actu tractat. Sed hæc responsio nimis debilis videtur, quia ad rationem universalem sacramentorum exigitur sola prolatio formæ super debitam materiam a ministro habente potestatem, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, juxta illud celebre dictum *D. August. tr.* 80. *in Joan. Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum.* Et magis patet ex conc. Florent. in decreto fidei *Eugen. IV* § V ubi fuit sancitum : *Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.* Unde, cum hæc omnia concurrant, debet dici, ministrum verba formæ proferentem cum debita intentione in Extrema Unctione, sacramentum utique validum facere. Aliter respondet *P. Concina*, et ait, quod in sacramentis Deus elevat verba ministri, quamcumque ille perversam habeat intentionem, ad gratiam conferendam : sed huic opponit *Lugo n.* 30. quod, si attentio esset de essentia orationis, hac ablata, deesset oratio, et consequenter evanesceret forma sacramenti Extremæ Unctionis, quæ est deprecatoria. Replicat *Concina,* quod eo casu, licet destruatur oratio moralis, remanet tamen physica, scil. illa externa verborum prolatio, quam ex sententia aliquorum asserit sufficere : ad implendam autem obligationem officii, dicit requiri, ut oratio sit moralis, et ut oratio moralis sit, exigit essentialem attentionem. Sed huic respondetur 1. sen-

tentiam præfatam illorum improbabilem esse, ut probabimus *l.* 6 (v). *n.* 23. ubi dicemus ,omnino requiri ad valorem sacramentorum, ut minister saltem intendat facere quod facit Ecclesia. Respondetur 2. et petitur : Estne attentio de essentia orationis generice sumpta, vel tantum orationis moralis? Si dicis, est de essentia orationis moralis, non autem physicæ, conceditur, quia talis oratio non esset meritoria; at esset satisfactoria, cum esset vera oratio : ergo recitans officium voluntarie distractus, careret quidem merito, sed jam satisfaceret, cum Ecclesia præcipiat absolute orationem; non autem orationem meritoriam, saltem non constat hanc præcipere. Si vero dicis, quod attentio est de essentia cujuscumque orationis, debet concedi orationem sine attentione neque moraliter, neque physice posse dici orationem; attentio enim, si est de essentia cujuscumque orationis, oratio sine attentione erit mera prolatio verborum, non autem oratio, neque moralis, neque physica, cum deficiat constitutivum orationis. Quapropter cum de essentia formæ sacramenti Extremæ Unctionis requiratur, ut sit deprecatoria, juxta illud *S. Jacobi*, quod *Presbyteri orent super infirmum*, Sacramentum erit nullum, si formam sacerdos proferret sine attentione; etenim posito, quod forma hujus sacramenti debet esse vera oratio, et oratio sine attentione non est oratio, non potest Deus elevare ad conferendam gratiam sacramenti, nisi formam aptam, qualis non esset illa mera prolatio verborum; licet enim possit efficere Deus, quod res non apta ad producendum aliquem effectum, illud producat, non potest tamen efficere, quod sit oratio illa, quæ non est oratio.

His tamen non obstantibus, prima sententia probabilior videtur, saltem ob auctoritatem extrinsecam, et omnino ut tutior consulenda; sed secunda tum ob doctorum auctoritatem , quæ non est contemnenda, tum ob rationes non levibus fundamentis innixas , stais probabilis apparet; saltem quia non constat adesse præceptum de attentione interna in recitatione divini officii. Unde non auderem ad restitutionem damnare beneficiarium, qui bona fide officium recitasset cum distractione voluntaria, et bona fide pariter fructus percepisset, prout ab ea excusat *Croix l.* 4. *n.* 1213. *et apud ipsum Sotus, Tolet. Azor, B. Med. Garcia, Gobat. etc. Vide dicta l.* 3. (IV) *n.* 669.

Cæterum ad scrupulos abjiciendos, et ad animum levandum horas recitantium, valde refert hic advertere id quod communiter DD. adhuc primæ sententiæ fautores docent, nempe, quod ut dicatur aliquis officio non satisfacere, non solum requiritur, ut voluntarie se distrahat, sed etiam ut plene advertat, se distrahi; nam alias iste, licet sponte se divertat, non tamen sponte se divertit a recitatione. Ita *Sanch. c.* 1. *dub.* 28. *n.* 10 *et* 11 *cum Suar. Nav. Soto, et Arm. Conc. p.* 451. *Croix l.* 4. *n.* 1346. *cum Fill. Gob. et Salm. tr.* 16. *c.* 3. *n.* 5. *p.* 26 *et Cajet. Summa, v. Hora*, ubi ait : *Si quis advertit se cogitare extranea, sed non advertit quod ab officio divino distrahatur; quamvis voluntarie illa meditetur, non tamen voluntarie ab officio animus distrahitur.* Bene enim ait *Conc.* has distractiones esse hominibus impossibile omnes vitare, maxime studiosis, quia hujusmodi exercitia sunt intellectus, qui, cum sit necessaria facultas, ex assiduis occupationibus ita inflectitur, ut veluti calcaribus adjectis in suas controversias abjiciatur. Hinc notant *Sanch. n.* 13. *Salm. ibid. cum Nav. Caj et Croix. n.* 1346. *et alii communiter*, quod si quis advertens se distrahi, habeat mediocrem diligentiam ad attendendum, nullo modo peccat. Additque *Sanch. n.* 10 *cum Gers. Margar. et pluribus aliis*, non oportere, ut homo semper tota conetur sollicitudine, quin tolerari possit aliqua divagatio ad caput refocillandum.

Dictum est, *ut plene advertat*, quia licet recitans semiplene adverteret ad distractionem, et venialiter peccaret, adhuc tamen substantialiter officio satisfaceret, cum prima attentio sive intentio attendendi semper perseveret, donec cum plena advertentia non revocetur; intentio enim cum plena deliberatione prius concepta non desinit existere, nisi cum alia plena advertentia retractatur. Ita *Sanch. Salm. Croix. et Conc. ll. cc.* Unde infert *Sanch. n.* 14. *cum Nav. et aliis*, quod tunc recitans graviter peccaret, juxta sensum primæ sententiæ, quando ex contemptu, vel industria se diverteret: *Quamdiu ergo* (sic concludit *Cajet. loco citato*) *eis non constiterit evidenter se mutasse propositum, vel advertendo et sciendo circa alia vagatos fuisse, credere possunt suæ obligationi satisfecisse*; subditque *Croix cum Nav.* quod non recte faciunt, qui se occupant in cogitando, an advertant, nec ne; nam hoc ipsum est distrahi.

Remedia autem opportuniora ad repellendas animi distractiones sunt : I. Sub initium formare intentionem Deum laudandi. II. Renovare intentionem ad *Gloria Patri*, vel in principio cujuscumque psalmi. III. Mysterium aliquod passionis sibi repræsentare. IV. Sensus sedulo custodire, et alia hujusmodi, quæ videri possunt apud *Anacl. et Elbel ll. cc.*

Pro scrupulosis vero advertit *Croix. lib.* 4. *num.* 1350. *et* 1351. eos nihil teneri ad repetendum, nisi certi sint mutasse intentionem orandi. Additque *Gob. ib. n.* 1354. quod si quis pateretur graves anxietates, posset aliquando etiam ei interdici recitatio officii, donec videatur posse recitare sine tanto incommodo, cum magnum incommodum excuset per se a præceptis Ecclesiæ.

178. — Quæritur hic II. An mortaliter peccet, qui recitat horas existens in peccato mortali? *Adrianus apud Sanch. l.* 7. *c.* 2. *dub.* 9. absolute affirmat, quia exercet actum ordinis ; licet dicat satisfacere præcepto. Alii, ut *Medina, et Ledesma ap. eumdem Sanch.* dicunt tunc peccare mortaliter, quando habet actuale propositum peccandi ; quia tunc irrogat Deo magnam irreverentiam, cum eodem tempore, quo petit beneficium a Deo, intendat illum offendere. *Cont. Tourn. autem de hor. sect.* 6. *in fine*, censet, quod si recitans habet desiderium exeundi a peccato, tunc jam pie orat, et satisfacit officio ; si vero habet actuale propositum peccandi, ad minus ait dubium esse an satisfaciat, cum dubitetur an vere oret. Verior tamen et communior sententia est, quod iste satisfacit, et non peccat mortaliter, ut sentiunt *Sanchez num.* 3. *cum Navarr, et Croix lib.* 4. *num.* 1348. *cum Corduba.* Ratio, quia ex una parte recitatio officii non est actus ordinis sacri, quamvis imponatur constitutis in sacris : ex alia quamvis iste nihil sibi impetret, cum tamen oret nomine Ecclesiæ, bene potest obtinere pro aliis. Quod autem oret nomine Ecclesiæ cum proposito peccandi, non videtur tanta irreverentia, ut damnetur de mortali, licet non videatur posse excusari saltem a veniali, ut dicit *Croix cum Corduba.* Cæterum non auderem de peccato ullo damnare alium ex devotione orantem, qui actualem voluntatem pecandi haberet. Alias teneremur hos hortari, ut ab omni oratione abstinerent.

179. — Quær. III. An sit licitum recitare officium in locis immundis ? Alii ut *Sot. de just. l.* 10. *q.* 5. *art.* 4. *in fin. Viva q.* 3. *art.* 5. *n.* 5. *Anacl. p.* 191. *n.* 67. *Conc. p.* 491. *n.* 1. *et Spor. p.* 82. *n.* 148. *cum Tamb. et Gob.* sentiunt id esse veniale, si fiat sine causa, quia videtur hoc non carere aliqua irreverentia. Alii vero, ut *Sanch. Cons. l.* 7. *c.* 2. *dub.* 44. *n.* 4. *Salm. tr.* 16. *c.* 3. *p.* 3. *num.* 11. *cum Trull. Angles, Leand. et Diana p.* 10. *tract.* 11. *res.* 33. *cum Escob. Fausto. etc.* nullam in hoc culpam agnoscunt, quia cum Deus sit ubique, in nullo loco est irreverentia illum orare : alias, si esset irreverentia, nec etiam liceret ullo modo orare mente, aut voce in loco indecenti: quod nemo dicit, imo *Apost. ad Tim.* 1. *c.* 2. *v.* 8. inquit : *Volo viros in omni loco orare.*

Quær. IV An sit culpa non servare situm in recitatione officii, scilicet stando, genuflectendo, juxta rubricam? Alii negant, ut *Salm. l. c. in fin. et Sporer p.* 82. *num.* 149. *cum Zeroll.* quia (ut dicunt) id non præcipitur, sed consulitur, et ordinatur majoris devotionis gratia; et idem tenent *Tol. Bonac. et Fill. apud Croix l.* 4. *num.* 1321., qui dicit in hoc potius posse peccari ratione scandali, quam omissionis. Sed probabilius affirmant *Viva q.* 3. *a.* 5. *n.* 7. *et Cont. Tourn. de hor. can. sect.* 6. *v. Quæritur* 1. quia id præscriptum est in Rubrica; etsi omissio non excedat veniale, ut dicunt *Nav. et Viva l. c.* cum hæc Rubrica sit tantum directiva. Hoc autem intelligitur de choro, nam extra chorum communiter docent præfati AA. (quidquid aliqui dicant) nullam esse culpam, situm præscriptum omittere ; licet laudabile sit illum servare. Censent autem *Concina pag.* 491. *n.* 2. *et Viva l. c. n.* 6. non excusari a veniali, qui sine causa officium recitaret decumbendo in lecto.

Præter Breviarium et Missam, sic indicit Scavini aliquot alias obligationes ad omnes ecclesiasticos pertinentes quoad curam animarum, obedientiam, scientiam, pacem.

« Si omnes et singuli Ecclesiastici ratione proprii status tenentur fidelium salutem curare, jam deducere est, quid de illis Presbyteris pronuntiandum, qui Breviarium recitandi ac Missam celebrandi contenti, in ceteris de ope roganti Parocho vel Prælato respondent, se nullum obtinere Beneficium, quo ad id cogantur : sicque otiose vitam agunt, inutilem aliis, noxiam sibi ; otium enim docet omnem malitiam. Si non beneficium, Ordinem habent, quem vacuum tenere prohibentur ; habent Dominicum præ-

ceptum, charitatis, quo unusquisque tenetur bonum proximi, maxime animæ, curare. Hosce cum Juda Apostolo nuncupare fas est : *Nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur ; arbores autumnales, infructuosas, bis mortuas, eradicatas ; fluctus feri maris... sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* — Sacerdos ne etiam obliviscatur solemnitatem promissionis in sui Ordinatione emissæ ; ponens enim manus suas junctas inter manus Episcopi dicentis : *Promittis mihi et successoribus meis reverentiam et obedientiam ?* respondit vix Communione refectus, vestibus sacris indutus, noviter Sacerdos, in templo Domini, in faciem Ecclesiæ, coram Deo ,angelis et hominibus : *Promitto.* Quæ porro Episcopo reverentia, si illum parvi faciat, atque apud ipsos sæculares homines dehonestet? Quæ obedientia, si infinitis studeat prætextibus, ne obtemperet ejus mandatis cum ad excolendum Dominicum gregem mittitur? *Ecce mundus totus Sacerdotibus plenus, et tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator,* aiebat S. Gregorius (*Hom.* 17). Videamus ne ista de nobis etiam dici possint, qui ut ordinaremur promisimus, ordinati renuimus. — V. Dubois, *le Saint Prêtre*, ch. VIII.

« Ceterum hac nostra tempestate non parum juverit hæc etiam verba referre cl. Riccardi, *Dei mezzi di promuovere l'educaz. Religiosa*, c. VIII : « La subordination, qui assure la discipline, qui consolide l'autorité, qui fait la gloire de l'Eglise, commence dans les simples prêtres envers les curés, s'étend des curés envers les vicaires forains ; elle se continue dans les prêtres, les curés et les vicaires à l'égard de l'évêque ; ensuite des évêques envers le métropolitain ; mais elle n'est pas parfaite si elle n'aboutit à la soumission de tous au suprême hiérarque, au vicaire de Jésus-Christ, au Pontife romain. C'est dans ce chef que réside la vie de tout le corps sacerdotal, et de ce chef que part l'esprit de toutes les Églises. »

« Ad scientiam Moralis Theologiæ addiscendam retinendamque notum est plurimum conferre Congregationibus casuum Conscientiæ interesse. Hoc vel ex eo solum quisque intelliget, quod tunc Moralis Theologiæ scriptores volendi sunt, pensitandi ac simul conferendi. Hinc *S. Concilii Congregatio censuit, Episcopum cogere posse ad iis interessendum Parochos tam sæculares quam regulares* (3 sept. 1605), item *omnes Sacerdotes sæculares confessarios, etiamsi sint Canonici* (15 martii 1602). Imo iterum interrogata (30 aug. 1732), an illis Congregationibus omnes Ecclesiastici tenerentur assistere et quidem sub aliqua pœna pecuniaria, respondit : *Affirmative, præterquam Clericos non constitutos in Sacris, qui non sunt cogendi* (*Thesaurus Resolutionum Sacræ C. C.* in Larinens., 30 aug. 1737). Ipsi Episcopi cum Romam petunt vel mittunt invisenda limina SS. Apostolorum, etiam hujusce rei rationem reddere debent ; in tertio enim relationis capite (*Instructio S. C. C. super modo conficiendi relationem*, etc., ad calcem libri *De Synodo Diœces.* Benedicti XIV) sub num. 14 dicitur exponendum, *an habeantur conferentiæ Theologiæ Moralis, seu casuum conscientiæ, et etiam sacrorum rituum, et quot vicibus habeantur, et qui illis intersint, et quinam profectus ex illis habeantur ?* — V. Benedictus XIV. *Notificationibus* XXXII, CI *et* CII. — *Concilium Romanum* sub Benedicto XIII. — *Acta Ecclesiæ Mediolanensis*, part IV — Ferraris, *Bibliotheca can.*, etc., v° Congregationes Cleri. — Pavone, *Spicilegio*, ecc., §§ 12 et 226.

« Hic præstat referre verba Pii Papæ IX. *Ne vero in Sacerdotibus, qui doctrinæ et lectioni attendere debent, quique obstricti sunt officio docendi populum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, et ministrandi Sacramenta* (Concil. Trid., sess. XXIII, c. XIV de Reformat.), *sacrarum disciplinarum studium unquam restinguatur aut languescat industria, optatissimum Nobis est, ut a Vobis, uti fieri possit in omnibus vestrarum diœcesium regionibus instituantur opportunis regulis congressus de morum præsertim theologia ac de sacris ritibus, ad quos singuli potissimum presbyteri teneantur accedere, et* afferre scripto consignatam *propositæ a Vobis quæstionis explicationem, et aliquo temporis spatio a Vobis præfiniendo inter se disserere de morali theologia deque sacrorum rituum disciplina, postquam aliquis ex ipsis presbyteris sermonem de sacerdotalibus præcipue officiis habuerit* (Encycl. ad omnes Austriæ Episcopos 17 mart. 1856).

« Quanam autem methodo casus resolvendi sint, tradit Benedictus XIV, ut nempe *media via inter rigorem et laxitatem* incedere curetur (*De Syn. Diœc.*, l. XII, c. VI).

« Quid (quæres) *maxime curandum, ut ecclesiastici omnes in suo munere utiliter ad Dei gloriam populorumque salutem adlaborent ?* — R. Ut susceptæ pro Ecclesia curæ secundissimos habeant exitus, summa extet concordia opus est consensusque animorum inter omnes de clero. Præstat sane ut quos una simul in defensione sui Nominis adunavit Deus, unam colant et fidem mentium et pietatem actionum, scilicet *eamdem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam* (Prov. X). Etenim *frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma.* (Prov. XII). Qui ergo quærit quæ sunt Christi, non quæ sua sunt, ceteris se consociat, cum agitur de divina gloria tuenda neque pertinaciter suum sensum sequitur, qui debet sanctam unitatem curare : quomodo stabit populorum religio, si ejus ministri se invicem morderent ? De primis ipsis Ecclesiæ temporibus S. Chrysostomus aiebat : *Si dissensio fuisset in discipulis illis, omnia peritura erant* (Hom. 82 in Joan.). At quia conjuncti fuerunt, notum est *veteres illos catholicæ fidei propugnatores* (ut verbis uta-

mur Pii Papæ IX, die 9 dec. 1854 in Consistorio habitis allocutione *Singulari*) *de pertinacissimis hæresibus retulisse victoriam, quum scilicet una secum et cum Apostolica sede tanquam cum Duce suo conjuncti milites, firmo animo erectoque in certamen descendissent.* » (T. I, n. 650 ad 653.)

DUBIUM III.

Quid clerici possint circa dispositionem fructuum suorum beneficiorum?

180. — « Resp. 1. Clerici beneficiarii, » quoad eam partem bonorum ecclesiasticorum, quæ necessaria est ad congruam sustentationem, et decentiam » status, ita fiunt domini, ut de iis possint libere disponere. Ubi recte notat » *Nav.* hanc congruitatem, et decentiam » habere latitudinem, et suos gradus, » proindeque, si infimum, congruæ sustentationis pretium sint floreni 300, « medium 400, summum 500, clericus » autem infimo vivat, de reliquo libere » posse disponere. Ita commun. quia id » acquisivit ut stipendium sustentationis, » quasi mercedem operis præstiti. » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. *v. III. Idem.*)

181. — « Resp. 2. Probabilius etiam » est, contra *Nav.* et multos canonistas, » beneficiarios non regulares (secus enim » est de regularibus, ut ait *Card. Lugo t.* 1. 1. *d.* 4. *s.* 1. *n.* 2.) absolutos esse » dominos omnium suorum proventuum, » ideoque, etsi in profanos usus expendant, non teneri ad restitutionem. Est » communior inter recentiores, apud » *Binsfeld. Mald. et Bon. t.* 1. *d.* 3. *p.* 1. » *ex S. Thom. Sot. Mol. etc.* tum quia » fructus faciunt suos, ut supponit *Trid.* » *sess.* 24. c. 12. *de Ref.* tum quia alio» qui non possent fructuum dominium in alios transferre (extra pios usus), » omnesque eorum donationes, et contractus essent invalidi, et ut tales a judice declarandi, et bona Ecclesiæ restituenda : quod, cum numquam sit » factum, præsumi non debet esse faciendum. *Card. Lugo d.* 4. *n.* 1. » (*Sed vide dicta lib.* 3 (IV). *n.* 491.) « Quo non » obstante, teneri eos bona ecclesiastica, » congruæ sustentationi superflua, expendere in pios usus, tam est communis sententia, ut *Card. Lugo d.* 4. » *n.* 10. dicat nimis singularem esse sententiam *Petri Hurt. et Dian.* dicentium, » eos satisfacere, si (seclusis gravibus necessitatibus) erogent in communibus » necessitatibus quartam partem redituum ecclesiasticorum, vel certe dimidium ejus, quod congruæ sustentioni » superest. *Vide C. Lugo. l. c.* ubi plurimis pro se citatis Auct. ostendit *Tol.* » *Molin. et Bonac.* male citari pro contraria sententia, imo ipsemet *Hurt. et Dian.* in ea non perstitisse, atque nulla » vel auctoritate, vel ratione fulciri : ac » denique suam multis probat, præsertim ex *Trident. sess.* 21. *c.* 5. *de Ref.* » ostenditque istam obligationem nasci » ex jure non tantum humano, sed etiam » divino naturali. Vide etiam *Bonac. l.* » *c. p.* 2. » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. *vers. IV Major.*) Porro congrua sustentatio clerici censetur, quæ necessaria est ad » status, et familiæ sustentationem, secundum conditionem status, gradus, » dignitatis, qualitatis et regionis, in » qua habitat. *Bon. l. c. Mol. Laym.* » *C. Lugo. etc.* » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. » *v. Quær. II.*)

Unde resolvuntur hi casus :

182. — « 1. Congrua sustentatio non » est æqualis respectu omnium, quia plus » requirit Episcopus, quam decanus; decanus, quam canonicus; canonicus in » Ecclesia principali, quam parochus; » debilis, et tener, quam robustus, et » valens : et quod sufficit in uno loco, » non sufficit in alio. Quapropter attendi » debet ad usum aliorum timoratæ conscientiæ in eodem gradu, etc. nec obstat, quod beneficiarius emerserit ex » humili, quominus possit statui suo » convenientes sumptus facere, ut ex » *Mol.* docet *Card. Lugo l. c. Vide Bann.* » *l. c. n.* 8.

« 2. Nomine congruæ sustentationis » etiam intelligitur debita hospitalitas » non tantum in pauperes peregrinos » (qui maxime commendantur clericis,

» *Trid.*), sed etiam urbanos. *Card. Lugo.* » *n.* 66.

« 3. Debita, quæ clericus contraxit » pro sua sustentatione, vel ob piam » causam, potest solvere ex reditibus ec- » clesiasticis : non item quæ contraxit » ante beneficium obtentum, nisi sit » pauper. *Ib. n.* 67.

« 4. Potest clericus ex bonis superfluis » licite in studiis alere suos consangui- » neos, si aliunde non habent; eo quod » parentes, vel nolint, vel non pos- » sint alere in studiis. *Ib. et Bon. p.* 2. » *n.* 13.

« 5. Si habet sorores pauperes, vel » filios spurios, ex fructibus beneficii » dotare licet, si aliunde non potest. » (*Imo tenetur dotare sororem ex parte patris, ut dicunt Nav. et Burg. cum Croix l.* 4. *n.* 1357. *A fortiori tenetur alere matrem, Croix ibid.*) « quia naturali jure de- » bet illis alimenta, in quorum locum » succedit dos. *Mol. Binsfeld. etc.* Caven- » dum tamen sub mortali, ne vel illas » notabiliter supra statum exaltet, vel » hos legitimis æquet : etsi nobilis plus » possit dare, quam alius infimæ sortis. » *Vide Laym. l.* 4. *tr.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. »

183. — « 6. Si bona superflua expendat » in usus profanos, v. g. in venationes, » canes, equos, parasitos, ludiones, lu- » xum, in amicos, cognatosque ditan- » dos, etc. (quod intellige de quantitate » notabili in genere prodigalitatis, quæ » longe major est, quam in genere » furti) » (*Palaus apud Croix l.* 4. *n.* 1358. *requirit tertiam, vel quartam partem* : *Coninck requirit quartam* : *sed Croix cum Lugo, et Haun. hoc reprobant, et dicunt vigesimam partem esse materiam gravem*) « graviter peccat quidem, non tamen » tenetur ad restitutionem : quia est do- » minus fructuum : et consequenter ne- » que is, qui accepit. Ita contra *Nav. etc.* » *communiter Doctor. alii ex Trid. sess.* » 25. *c.* 1. *Azor. t.* 2. *l.* 7. *cap.* 8. *q.* 2. » *Vide Laym. l.* 4. *t.* 2. *c.* 3. *n.* 4. *Bon.* » *d.* 4. *p.* 2. *n.* 9. *et p.* 4. *n.* 1. *etc.* (*Vide* » *l.* 3 (IV). *n.* 492.)

184. — « Quæres 1. Quæ teneantur in » pios usus expendere? Resp. Ea omnia, » quæ acceperunt sive ab Ecclesia, sive » ab aliis, tanquam procuratores cultus » divini : non autem illa, quæ vel in » cultum divinum oblata non sunt, vel » jam ab Ecclesia in cultum divinum » sunt expensa. *C. Lugo d.* 4. Ratio est, » quia priora habent annexam obligatio- » nem religionis, posteriora non : vel si » habuerint, ea jam est extincta per » expensionem in pios usus.

Animadverte hic doctrinam *D. Thomæ*, 2. 2. *q.* 185. *art.* 7. *ad* 3. ubi ait : *Non omnia bona Ecclesiarum sunt pauperibus largienda, nisi forte in articulo necessitatis, in quo etiam pro redemptione captivorum et aliis necessitatibus pauperum vasa cultui divino dicata distrahuntur, ut dicit S. Ambrosius; et in tali necessitate peccaret clericus, si vellet de rebus Ecclesiæ vivere, dummodo haberet patrimonialia bona. Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 491. *v. Quær. V.* Addit vero S. Doctor ad 4. *Necessitate non imminente providendi pauperibus, de his, quæ superfluunt ex proventibus Ecclesiæ, possessiones emat, vel in thesauro reponat in futurum utilitati Ecclesiæ, etc.*

« 1. In profanos usus expendi possunt » a clericis bona patrimonialia, eaque » quæ hæreditate, industria, donatione, » aliove modo ut laici acquirunt, vi- » vendo interim ex beneficiis. Item quasi » patrimonialia, hoc est, quæ acquirunt » quidem clerici, non tamen ut reditus » beneficii, sed ut stipendia alicujus offi- » cii clericalis, v. g. ratione concionis, » pro missa, funere, officio defunctorum, » administratione sacramentorum, anni- » versariis etc. *Sanch. C. Lugo l. c. n.* 23. » *Bon. p.* 2. *n.* 16. » (*Et hoc vocat longe probabilius Sanch. Conc. l.* 2. *c.* 2. *dist.* 45. *num.* 4. (*contra Innoc.*) *cum Sot. Nav. Host. Sylv. Panorm. et aliis communiter. Vide dicta lib.* 3 (IV). *n.* 491.)

« 2. Probabilius est, in profanos usus » posse expendi distributiones, sive præ- » sentias (ut vocant) quæ beneficiariis » ob præsentiam in choro distribuuntur. » Ita *Sylv. C. Lugo num.* 24. *Bon. p.* 2. » *num.* 17 *contra Sanch. etc.* » (*Vide l.* 3 (IV). *n* 491.)

« 3. Fructus qui dantur ob capellaniam, » vel vicariam non collativam, sed ad » nutum amovibilem, possunt expendi » in usus profanos ; quia non sunt fruc- » tus beneficii (hoc enim confertur per » collationem canonicam) sed bona quasi » patrimonialia. *Vide C. Lugo. n.* 28.

« 4. Probabiliter etiam pensionarius » licite suam pensionem expendit in usus » profanos; quia eam Papa extrahit ex » reditibus beneficii, et dat alteri qui id » beneficium non habet *C. Lugo l. c.* » *contra Bonac. etc.* Secus est de eo, qui » beneficium habet in commendam, quia » substituitur loco beneficiarii. *Ib.* » (*Vide dict. l.* 3 (IV). *n.* 491. *vers. Qu. VI.*)

« 5. Partem, quam clericus parce vi-

» vendo sibi servat ex congrua sustentatione, licite expendit in usus profanos, quia expensa est jam ante in usus pios. *Ibid. et Bon. d. 4. p. 2. n. 14. ex Mol.* » (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. *v. III. Id.*)

185. — « Quæres 2. Quid intelligatur nomine usus pii? Resp. Qui vel ad cultum divinum, vel misericordiam spiritualem, aut corporalem ordinatur, v. gr. ad cultum templorum, necessitatem pauperum, hoc est eorum, qui non habent necessaria sive ad naturam, sive ad statum servandum; item in usum religiosorum, in capellanias, missas, suffragia pro defunctis, hospitalia, etc. » *Vide l.* 3 (IV). *n.* 491. *v. Qu. II. et n.* 672.)

Unde resolvuntur sequentes casus.

186. — « 1. Si clericus superflua expenderit in usus profanos, v. g. emerit sibi bona immobilia, non potest hæc retinere, quia obligationi bonis iis annexæ non satisfacit; et adhuc potest satisfacere, cum bona empta pretio æquivaleant. *C. Lugo n.* 43. *Vide Bon. n.* 20.

« 2. Qui in usum profanum a clerico bona accipit dono, ex superfluis, potest excusari a peccato, si eum non induxit ad talem donationem, neque per eam clericus redditur impotens ad superflua expendenda in usus pios. *Card. Lugo n.* 40. Quia clericus ex patrimonialibus vel quasi patrimonialibus potest substituere. » (*Vide l.* 3 (IV) *n.* 492. *v. Qu. VIII*)

187. — « 3. Clerici quidem ex consuetudine, multis locis recepta, licite possunt testari de reditibus beneficiorum, non tamen, nisi ad causas pias : etsi enim, ubi consuetudo invaluit, etiam in usus profanos valide testentur, peccant tamen mortaliter. *Vide Less. lib.* 2. c. 19. *d.* 4. *n.* 41-44. *Laym. l. c. Bon. d.* 4. *p.* 3. *n.* 2. *et* 4. *Trid. sess.* 25. c. 1. *de Ref.* et sequitur ex dictis; nisi tamen fecerint cum facultate Papæ; quæ, licet superveniat testamento jam condito, facit tamen illud convalescere. *Vide Sanch. Salm. Dian. p.* 8. *t.* 3. *r.* 99. *supra l.* 3 (IV). *t.* 5. *c.* 4. »

De alienatione *bonorum ecclesiasticorum.*

Circa hujusmodi alienationem refert hic plura adnotare. Nota I. quod *Paulus II.* in *Extrav. Ambitiosæ, de reb. eccl. non alienand.* prohibet sub gravibus pœnis alienari bona immobilia, et mobilia pretiosa Ecclesiæ quæ servari possunt; atque alienationem omnino irritam declarat; *vide La Croix l.* 4. *num.* 1363. Et idem declaravit *Urbanus VIII.* anno 162.. *apud Delbene de immun. eccl. c.* 17. *d.* 1 *n.* 7 idemque dicitur de loco pio erecto auctoritate Episcopi, ut dicunt *Wading. de contr. d.* 2. *dub.* 8. *s.* 74. *et Dicast. apud Croix ibid.* Præterea declaravit S. C. religiosos non posse accipere mutuo pecunias cum solutione interesse; *vide Delbene l. c. d.*1. *n.* 12. Nomine autem *alienationis* prohibetur etiam permutatio, et transactio super re possessa, si pars ejus sit dimittenda. *Delbene dicto dub. n.* 12. Potest autem remitti caducitas emphytheusis. *Delbene ib.* Insuper notandum, quod nomine alienationis venit etiam permutatio, traditio rei in pignus, et transactio, semper ac relaxatur pars rei jam possessæ ab Ecclesia : quia tunc est vera alienatio; si autem Ecclesia non possidebat, bene potest Episcopus transactionem facere, ita *Delbene, et Barbosa cum Rebuff. Quaranta, etc.* Pœnæ autem in alienantes bona ecclesiastica sine debitis solemnitatibus sunt privatio perpetua ab omni officio, et excommunicatio. *Croix n.* 1369. Ibi tamen advertit *Delbene* cum communi DD. quod præfata bulla *Pauli II.* in *Extrav. Ambitiosæ*, quoad has pœnas paucis in locis est recepta; et quoad obligationem attendenda est consuetudo locorum. Notandum vero quod *in cit. Extrav. Ambitiosæ*, dicitur *præsumpserit*, unde excusantur ab his pœnis eas invincibiliter ignorantes.

Nota II. quod licet aliquod bonum donatum sit monasterio cum expressa facultate illud alienandi propria auctoritate, non potest tamen alienari sine assensu pontificio, ut ait *Lugo Resp. mor. l.* 3. *dub.* 10. *n.* 2. *et dub.* 12. *n.* 3., quia tunc res acquirit conditionem bonorum ecclesiasticorum. Sed non immerito *Croix l.* 4. *num.* 1364. probabilem putat sententiam oppositam quam tenent *Delbene loc. cit. dub.* 10. *et Bonac. Covarr. Arm. et Quaranta, etc. apud Croix.* Ratio, quia sicut donans poterat de re disponere, ita etiam poterit donatarius ex illius potestate; neque res tunc absolute acquiritur Ecclesiæ, sed tantum ad beneplacitum donantis : quod concedit etiam *Lugo*, casu quo donator expresse voluisset, ut res alienaretur, tunc enim certum est nunquam absolute acquisitam fuisse Ecclesiæ; ita etiam neque res dici debet absolute acquisita Ecclesiæ, quando donata est cum tali facultate alienandi;

sicut contra, si donator prohibeat posse ullo casu rem alienari, non poterit quidem alienari, etiam cum assensu pontificio, et justa accedente causa, nisi causa sit talis, ut faciat præsumere consensum donantis, juxta infra dicenda in *Nota IV* Pariter videtur licitum esse repudiare rem immobilem nondum acquisitam, ut dicunt *Croix l. c. cum Sylv. et Abb. ac Delb. d.* 5. qui tamen *d.* 6. *cum. Mol. Barb. Tamb. etc.* ait prælatum, vel religiosum non posse repudiare legatum, quia illud acquiritur Ecclesiæ, vel monasterio etiam ante traditionem ut habent jura, saltem acquiritur jus ad illud. Contradicunt vero *Sanch. Bon. Rebell. Abb. Menoch. Gob.* et *alii apud Croix dict. n.* 1364. quia ante acceptationem Ecclesia nullum jus, aut actionum ad legatum acquirit; sed verior mihi apparet prima sententia, nam ad validitatem donationis requiritur quidem acceptatio, non autem ad legatum, quod statim acquiritur a legatario post mortem legantis. Permittunt autem *Abbas, Covarr. Molina, Delbene, etc. apud Croix loc. cit.* posse sine assensu Pontificis hypothecari bona ecclesiastica, sed probabilius contradicunt *Vasq. Rodr. Quaranta etc. ib.* Ratio, quia hypothecatio est vera alienatio.

Nota III. quod nomine *bonorum ecclesiasticorum* veniunt simul jura, et actiones ad immobilia, necnon nomina debitorum, ac servitutes. *Delbene loc. cit. dub.* 12. *Croix l.* 4. *num.* 1365. *cum Wading et Piasecio.* Nomine autem *rerum pretiosarum* veniunt vasa aurea, vel argentea, gemmæ, bibliothecæ copiosæ. *Delbene dub.* 2. *sect.* 1. *et Croix cum Tamb.* Item greges, et armenta totaliter considerata. *Delbene sect.* 4. Item incisio arborum, et sylvarum, si fiat cum deterioratione, ut *Laym. lib.* 3. *tr.* 9. *c.* 10. *n.* 2. *Delbene s.* 5. *et Piasec. Wading. apud Croix.* Venit etiam magna pecuniæ summa donata ac destinata ad emenda immobilia, tunc enim illa censetur quid immobile, *Delbene sect.* 1. *et Vasq. Fill. Lez. apud Croix contra Wading. et Tiraq.* Etiam demum pertinent ad immobilia annui reditus perpetui. *Croix ibid. cum Wading.*

Nota IV. quod alienatio bonorum ecclesiasticorum facta cum causa, et solemnitatibus, valet etiamsi donans prohibuerit alienationem, quia prohibitio præsumitur facta, si absit causa debita, ut probabiliter ait *Croix lib.* 4. *n.* 1366. *cum Delbene, et aliis.* Causæ autem justæ sunt *necessitas, vel utilitas, ex Auth. Hoc jus, can. de sacr. eccl.* Item *pietas,* puta pro redemptione captivorum, vel alia gravi necessitate sublevanda. Item *incommoditas,* si res alienanda valde distat, etc. Ita *Laym. loc. cit. n.* 3. *cum Mol. Abb. Sylv. Navarr. etc. communiter.* Idem quandoque magna *convenientia,* ut aiunt *Croix, et Delbene dub.* 28. Utrum alienatio facta sine justa causa a Pontifice sit licita, et valida? Resp. Si alienatio fiat in aliam Ecclesiam, erit valida, sed non licita. Si vero fiat in usus profanos, erit illicita, et invalida; ita recte *Laym. dict. c.* 10. *n.* 11. *cum Nav.* Ratio, quia Papa non est dominus bonorum ecclesiasticorum, sed administrator, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 931.

Nota V. quod debitæ solemnitates sunt videlicet : 1. Communis consultatio. 2. Consensus capituli vel cleri. 3. Consensus Episcopi, vel superioris regularis, et etiam patroni, si alienatur beneficium patronatum, ut censet *Piasecius,* sed huic contradicit *Laym. cum aliis apud Croix n.* 1366. 4. Subscriptio consentientium pro casibus a jure expressis. 5. Consensus Pontificis, sive facultas sacræ Congr. *Vide Croix. l. c.*

Si autem alienatio fit sine causa, censet *Delbene dub.* 20. eam esse invalidam, etiamsi fiat ex consensu Pontificis : intellige, si fiat in usus profanos, secus si in aliam Ecclesiam, prout recte ait *Laym. l. c.* Si autem alienatio fit cum sufficienti causa, sed sine solemnitatibus, dicunt *Abbas, Sylv. Angel. Fill. Rodriq. et alii apud Croix n.* 1366. (qui probabile putat) valere pro foro conscientiæ, *contra Covar. Mol. Vasq. etc. cum Delbene dub.* 21. qui probabilius tenent, jura irritare hujusmodi alienationes ob damni periculum, si solemnitates omittantur easque dicunt invalidas esse omnino sine assensu pontificio. cum assensus ad formam prærequiratur. An autem hic assensus præsumatur concessus per præscriptionem 30 vel 40 annorum? Negant *Quartana, Fanchin. etc.* Sed *Croix ibid. cum Masc. Dicast. Delb. Ricc. etc.* aiunt probabilius esse consensum præsumendum ex generali axiomate, quod omne factum rite præsumitur factum, si de jure faciendum erat.

Nota VI. sine autem causa speciali, e sine solemnitate licite alienari possunt 1 Res quæ verisimiliter ad triennium sine notabili deterioratione non perdurant, ut fructus, vestes, singularia ju-

menta. *Laym. d. c.* 10. *n.* 2. *et Piasec. apud Croix l.* 4. *n.* 1367. 2. Res exigui valoris respective ad possessorem, nempe si non attingat ad summam ducatorum centum, ut aiunt *Pal. et Zerol. ap. Croix l. c.* Attamen *Delbene cum aliis communiter* (ut ait *Croix ibid.*) restringunt summam ad 25 scuta aurea, quæ faciunt 40 scuta monetæ Romanæ; et recte advertit *Delbene* hujusmodi rem debere esse ab aliis disjunctam, ita ut pretium totius rei non excedat præfatam summam, alias posset totum prædium per partes modicas alienari. 3. Res academiæ, seminarii, hospitalis, confraternitatis, modo non sint erecta auctoritate Episcopi, ut limitant *Palaus, et Delbene apud Croix ibid.* 4. Res ad quam conservandam ejus reditus non sufficerent, ut *Palaus, Bonasp.* Si vero res sit sterilis, requiritur licentia Pontificis, ut dicunt *Quaranta, Bonac. etc.* Sed *Wading* dicit sufficere consensum Episcopi cum capitulo. 5. Si oportet vendere ad solvendum debitum, pro quo creditor urget apud judicem. *Abbas, Quaranta, et Bonasp. apud Croix d. n.* 1367. 6. In casu magnæ necessitatis, quæ non permittat expectari consensum superioris, *Delbene dub.* 1. *n.* 26. *et Croix l. c. cum Quaranta.* Item in casu notoriæ utilitatis Ecclesiæ, si expectato consensu pontificio transiret occasio. *Delbene dub.* 22. *n.* 2. *et Croix ibid. cum Bald. Boss. et Bonasp.* in his tamen duobus casibus necessitatis, et utilitatis, requiritur saltem consensus Episcopi, ut dicunt *Felin. Abb. et alii cum Carden. ibid.* Verum *Delbene* excipit regulares exemptos, quos ait tunc non teneri ad Episcopum recurrere. 7. Si donentur bona iis, qui illa retinere non possunt. *Delbene, Barbos. Ricc. et Quaranta.* 8. Si fiat remuneratio pro aliquo beneficio Ecclesiæ collato. *Barbos. Delbene apud Croix loc. cit.*

Nota VII. Quoad locationem autem bonorum ecclesiasticorum pertinet, si res fructificet annuatim, non potest locari ultra triennium; si vero fructificet alternis annis, ultra sexennium; si ternis, ultra novennium, ita *Croix l.* 4. *num.* 1368. *cum Less. Azor, Vasq. Cov. Delbene, etc.* Non prohibetur tamen fieri locatio fructuum usque ad vitam beneficiarii, cum successor non teneatur stare tali locationi, ut *Croix ibid. cum Mol. Paul. Sylv. Abb. Cov. et Delbene.* Putant autem *Fill. Mol. Lugo, Guttier. apud Croix l. c.* et probabile censet *Delbene* (*contra Wading.*) licite posse beneficiarium se obligare personaliter ad locandum fundum denuo post triennium. Item potest revocari locatio post duos annos, non autem prius, *Pal. Mol. Delbene, etc. apud Croix ibid.* Hic autem dicta intelliguntur etiam de locatione bonorum cujuscumque loci pii, qui auctoritate Episcopi sit erectus. *Croix ibid. cum Pal. et Delbene.*

De quæstione gravissima, utrum lex canonica quæ obligat ad erogandos superfluos fructus beneficiorum, exprimat officium strictæ justitiæ, cujus violatio imponat beneficiato ejusque hæredibus restitutionem faciendam, an solum id præcipiat sicut officium charitatis erga egenos, communisque decoris cleri et religionis, ita ut violator teneatur tantum de peccato, citemus hic D. Martinet qui, eadem occasione, tractat de statu rei beneficiariæ cum in modum stipendii a fisco civili devoluta sit, ut nunc in Galliis, atque de necessitate attemperandi decisiones juris canonici veteris ad novam rerum ecclesiasticarum conditionem :

« Quæstio, inquit, est hactenus disputatissima inter DD. Sententia rigidior, concedens beneficiatis solam administrationem, non vero proprietatem fructuum superfluorum, plerosque veterum sibi conciliavit, exceptis tamen D. Thoma (*Quodlib. VI*, q. VII, a. 12 ad 3. — 2. 2, q. CLXXXV, a 7) et S. Antonino; contraria, beneficiatos habens pro vere dominis dictorum fructuum, cum onere gravi servandi legem canonicam de eorum usu, est *valde communior inter recentiores*, ex S. Alphonso, qui primam sequitur (dubitanter tamen, ut videre est lib. III [1] n. 492, ad quær. 8). Post expensas in præcit. loco auctoritates et rationes utriusque partis, Benedictus XIV ita concludit : « Si concilii Trid. PP. noluerunt quæstionem attingere inter catholicos exagitatam, jure meritoque nos consulendum duximus episcopis, ne illam in suis synodis definiant, aut tanquam definitam assumant. Urgeant ipsi et inculcent suis clericis, ex Ecclesiæ stipendiis victitantibus, gravem obligationem, quam habent, elargiendi pauperibus, aliisve piis usibus applicandi, sibi redundantes ecclesiasticos reditus; sed adhuc latentem hujus obligationis originem non investigent (n. ult.) — Cum itaque obligatio justitiæ merito habeatur pro *stricte dubia*, nullo modo videmus cur prior sententia « sola sequenda sit in praxi, ac proinde qui titulo hæreditatis bona ecclesiastica acceperunt, ea ex integro restituere teneantur, nisi ipsi sint pauperes; quo in casu partem suæ paupertati proportionatam retinere possent (Bouvier, *De Jur*, c. II, art. I, sect. 4 de Cler.). » Hæredes vel donatarios hujusmodi bonorum, non egenos, hortaremur quidem ad

[1] In nostr. edit. V.

eleemosynas piaque opera, atque moneremus ne, illicita, sin vere injusta, detentione proventuum altaris, familiæ suæ ruinam importent, ut sæpe contingit; non vero cogeremus (Gousset, *Décal.* n. 696). Si res vero habeatur cum beneficiatis dissipatoribus, major adhibenda est severitas, onere eis imposito pravam prodigentiam expiandi sancta parcimonia et frugalitate, ut ex residuis proventibus ecclesiasticis vel patrimonialibus possint, copia eleemosynarum piarumve largitionum, compensare, sin damnum illatum Ecclesiæ et pauperibus, saltem violationem præcepti ecclesiastici officiique charitatis et religionis. Commemoranda eis est sententia Bellarmini, relata a Benedicto XIV : « Parum refert utrum prælatus damnetur ad inferos, quia peccavit contra justitiam, an quia peccavit contra charitatem, non bene distribuendo facultates suas (*loc. cit.*) »

« Cum autem beneficium semper definitum fuerit, *jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis*, etc., in Galliis, Belgio, aliisve locis, ubi tempestas persecutionis abstulit possessiones ecclesiasticas, mirum non est plures theologos existimasse, una cum bonis ecclesiasticis, evanuisse beneficia omnesque leges canonicas ea de re; episcopatus, canonicatus, parochias, non aliud esse quam officia mere spiritualia, atque stipendia titulariis assignata a potestate civili non posse assimilari pristinis beneficiorum reditibus, duplici de causa : 1° quia non percipiuntur ex bonis Ecclesiæ, sed ex ærario civili; 2° quia perpetua stabilitate carent, cum eorum quantitas, quin etiam solutio, pendeat a suffragiis comitiorum legiferorum, quorum est quotannis definire quantitatem subsidiorum a gubernio percipiendorum. Inde pronum erat colligere hæc stipendia non differre ab iis quæ solvuntur aliis gubernii stipendiatis, ideoque cedere in perfectum dominium liberamque dispositionem clericorum, dempto officio charitatis et religionis strictius obligante clericos quam seculares. Hæc opinio invalescebat, cum ad dubium propositum (primum in Belgio, dein in Galliis), utrum stipendia a gubernio assignata pastoribus et canonicis, « induant naturam beneficiorum, et annexam habeant obligationem inhærentem bonis ecclesiasticis, scilicet strictam obligationem impendendi superfluum pauperibus piisve operibus, necnon residendi sub pœna fructus non faciendi suos? » S. Pœnitentiaria respondit *Affirmative*, 19 januar. 1819, et 19 aug. 1821. — Ad novum dubium : « An responsio pro Belgio diei 19 jan. 1819 applicari debeat solis salariis fixis 1000 libr. pro parochis, et 750 lib. pro deservientibus, vel extendi debeat ad oblationes fidelium? » S. Pœnitentiaria super noviter expositis respondendum censuit : *Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam*. Datum Romæ in S. P. die 9 aug. 1821. » — Explicatior adhuc fuit responsio S. Pœnitentiariæ biennio post quæsitæ : « An honoraria sacerdotibus a gubernio data, seu ex functionibus ecclesiasticis provenientia, sint bona *quasi patrimonialia?* — S. Pœnitentiaria ad proposita dubia respondendum censuit : alias fuisse a selecta Congregatione S. R. E. Cardinalium responsum : quod si agatur de pensionibus constitutis loco redituum quos beneficiarii antea percipiebant ex fundis, eas censeri *reditus ecclesiasticos*, non quasi patrimoniales. Secus vero si agatur de stipendiis quæ dantur laborantibus inserviendo Ecclesiæ et functionibus ecclesiasticis, tanquam merces operis, et ad operantis sustentationem : hæc enim bona censentur quasi patrimonialia. Datum Romæ in S. P. die 9 jan. 1823 [1]. »

« Quibus responsis incitati TT. ad diligentius inquirendam originem prædictorum stipendiorum, mox invenerunt ea solvi, non jam precario, et quasi stipendia communia pro munere publico, revocabilia ad nutum potestatis civilis; sed vi conventionis solemniter initæ a S. Sede cum gubernio Reipublicæ gallicanæ, 15 jul. 1801, hujusmodi reditus assignatos fuisse in *dotationem* perpetuam ecclesiarum cathedralium et parochialium, et in compensationem bonorum Ecclesiæ invasorum ab antecedente gubernio. Postquam enim, in dictæ conventionis art. XIII, « Sanctitas sua, pro bono pacis felicique religionis restitutione, declaravit eos qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a se, neque a RR. Pontificibus successoribus suis... ; » art. XIV ita concipitur : « Gubernium gallicanæ Reipublicæ in se recipit tum episcoporum, tum parochorum, quorum diœceses atque parochias nova circumscriptio complectetur, sustentationem quæ cujusque statum deceat. » Ex qua stipulatione manifeste colligitur gubernium, animo tum providendi pastoribus stabilem sustentationem, tum compensandi cessionem a S. Sede indultam veteris patrimonii ecclesiarum, onus suscepisse congruam ecclesiis restitutis assignandi dotationem. Stipulationem ita fuisse utrinque intellectam demonstrant verba et gesta delegatorum utriusque potestatis ad conventionis executionem. Cardinalis enim Caprara, in decreto erectionis novarum sedium hæc habet : «Metropolitanis et cathedralibus ecclesiis sic constitutis, illud superesset, ut, juxta receptam Ap. Sedis consuetudinem, de earum dotatione et reditibus statueremus. Sed cum hanc *dotationem* gallicanum gubernium, memoratæ conventionis vigore, *in se susceperit*,... declaramus earumdem ec-

[1] Hæc responsa referuntur partim aut in integrum, cum variationibus levis momenti, a DD. Bouvier, tract. de *Jure*, c. II, art. 1. — Carrière, *de Just.*, n. 194. — Gury, *de Just.* in not. ad n. 563. — *Mélanges théologiques*, t. V, p. 121. *Revue théologique*, Jouby, t. I, p. 173.

clesiarum *dotationem ex iis reditibus. conflatam fore, qui ab ipso gubernio, juxta præfatæ conventionis tenorem*, singulis archiepiscopis et episcopis, quam primum assignandi erunt. Singulis vero parochialibus ecclesiis sic erigendis, pro congrua rectorum sustentatione, eos reditus *qui*, ut *supradicta conventione statutum est*, assignandi erunt, id archiepiscopi et episcopi *dotationis* locum habituros fore declarabunt (Decret. *Quæ præcipuæ*, 9 apr. 1802). » Idem aliis verbis declararunt oratores gubernii in comitiis legiferis ad impetrandam solemnem conventionis sanctionem, quæ data fuit die 5 apr. 1802 [1].

« Ex quibus hæc constare videntur: 1° reditus ex ærario civili, præstiti episcopis et parochis, vi conventionis S. Sedis cum gubernio, constituti sunt in dotationem stabilem et perpetuam ecclesiarum cathedralium et parochialium, necnon in compensationem amissi earum patrimonii : quæ dotatio, cum pars sit solida novæ ordinationis ecclesiasticæ constitutæ solemni pacto utriusque potestatis, minime precaria est, atque pendens ab annuis suffragiis potestatis legiferæ. Eam partim aut in integrum auferendo, absque consensu S. Sedis, potestas civilis violaret concordatum, præsentem Ecclesiæ statum in dictis locis subverteret, novamque committeret spoliationem. Periculum plus minusve possibile vel probabile talis spoliationis (quod etiam impendet possessionibus ecclesiasticis, ubicumque existunt) minime obstat quominus episcopi et parochi hujusmodi reditus percipiant tanquam sibi debitos titulo erectionis suarum ecclesiarum, et officii spiritualis quo in eis funguntur. — Nec aliter sentiendum est de reditibus postea a gubernio assignatis canonicis cathedralibus et rectoribus parochiarum *succursalium*. — 2° Inde merito colligere est, episcopatibus, canonicatibus et parochiis ita dotatis, nihil deesse ad naturam beneficiorum. Disputatur solum de parochiis succursalibus, quarum rectores sunt titulo suo *revocabiles ad nutum*. Quæstio pendet ab alia, utrum perpetuitas juris in possessore pertineat ad essentiam beneficii (supra in proloq.) Cæterum, succursalitas, ut parochos, teneri lege canonica de usu redituum suorum, constat ex præcitata responsione tertia S. Pœnitentiariæ. — Ad dubium, utrum pro ecclesiasticis habendi sint reditus qui, in quibusdam locis, solvuntur a municipiis, parochis et succursalistis, titulo *supplementi;* resp. dist... Si tales reditus fixi sunt et stabiles, atque solvuntur ab administratoribus loci, approbante gubernio, ad complementum dotationis assignatæ, pars sunt solida hujus naturamque induunt beneficii; secus, si solvuntur ex privatis fidelium oblationibus (Carriere, *De justit.* n. 193; Gury, *De justit.* n. 564.)

« Exposuimus communem decessorum nostrorum interpretationem legis canonicæ de usu bonorum ecclesiasticorum. Utrum vero hæc interpretatio conveniat novæ conditioni rerum ecclesiasticarum, gravis est dubitandi causa. Quo tempore enim DD. proventus ecclesiasticos dividebant in beneficiales fixos et stabiles, gravatos onere erogandi superfluum in pios usus, et in *casuales* vel *industriales*, relinquendos liberæ clericorum dispositioni, isti generatim tenues erant et rari, illi vero pingues. Unde obligatio erogandi superfluum in pauperes piave opera limitari poterat ad reditus beneficiales, salva legis canonicæ substantia. Nunc autem, mutata facie rerum, multis in locis major pars proventuum parochialium constat emolumentis casualibus. Tenuitas enim dotationis ecclesiasticæ ex ærario civili, ubi periit patrimonium ecclesiasticum, et hujus nimia immunitio, ubi adhuc superest, necessitatem induxit amplificandi retributiones percipiendas ex taxatione episcopali pro variis officiis pastoralibus, olim gratuitis. Quæ retributiones, si exiguis in locis vix sufficiunt, cum dotatione fixa, ad congruam pastoris sustentationem, alibi copiosæ sunt, et locum præbent notabili superfluo. Hinc nullus quasi superesset locus legi canonicæ, si limitanda foret ad solos reditus beneficiales. Atqui tamen ne antiquetur illa lex, æternum obstabit religio solemnis contractus quem cum Christo et Ecclesia ineunt omnes qui *Evangelium annuntiant*, et *de Evangelio vivunt* (I Cor. IX, 14). In hoc quippe contractu, cujus præludium est professio clericalis, *Dominus pars* etc., et complementum, potestas plus quam angelica *dispensandi mysteria Dei*, sacerdos, abnegans secularia negotia et vota, se totum mancipat servitio Dei et Ecclesiæ, ideoque onus suscipit vitandi quidquid divino suo muneri indecorum est et contrarium. Quod si, postquam positus est in *candelabro* Ecclesiæ, *ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt*, velit *de Evangelio* non modo *vivere*, sed ditescere aut luxuriari, obligationem violat suæ vocationi affixam jure non tam ecclesiastico quam divino, atque inhabilem se constituit ad animas Christo acquirendas. Populus enim, nescius theologicæ distinctionis proventuum clericalium pro ecclesiasticis indiscriminatim habet omnia clericatus emolumenta, nec aliud jus clericis agnoscit quam decenter ex iis vivendi. Quocirca, ubi eos videt splendidius vivere de sacrario aut rem familiarem augere, non modicum inde fidei detrimentum patitur. Sciunt qui operam dant multitudinibus erudiendis revocandisque ad fidem et vitam christianam, quanto sint impedimento clerici vitæ delicatioris amantes pronive ad cumulandas opes sibi suisve propinquis, et quam populare sit illud increduliatis objectum : « Si sacerdotes corde crederent quod ore prædicant, de fallacia deliciarum et bonorum vitæ præsentis, de æterna felicitate eorum qui *utun-*

[1] V. *Revue théol.* préc., t. I, p. 176, 178.

tur hoc mundo tanquam non utentes et *quærunt* inprimis *regnum Dei* et *justitiam ejus*, de *igne inextinguibili* reposito *epulonibus* qui, neglecta Lazarorum multitudine delectantur splendido victu, vestitu, tecto, etc.; vitam certe ducerent doctrinæ minus dissonam, etc., etc. »

« Quæ cum ita sint, non possumus quin in hanc trahamur sententiam : Regula ab Apostolo *hominibus Dei* indicta, ut, *contenti alimentis et quibus tegantur, fugiant quæstum ex pietate, tentationem et laqueum diaboli* omnibus communem *qui volunt divites fieri*, et consequenter superflua *sacrarii* impendant in pios usus (I Tim. VI, 5-12), non est mere ecclesiastica, sed adeo inhærens sacro ministerio, et necessaria ad decoram ejus et fructuosam exercitationem, ut omnino annumeranda sit illis Ecclesiæ legibus, quas diximus *primarias et substantialiter immutabiles* (lib. I, art. VI, § 5). Regula ex se generalis est, nullam excipiens partem proventuum clericalium. Limitatio ejus ad solos reditus fixos et stabiles beneficiorum, evidenter pertinens ad præteritum statum rei beneficiariæ, hodie æquivaleret abrogationi legis, cujus tamen religiosa observatio necessaria est, ut nunquam magis, ministris Christi. Hac enim ætate, cum *pecuniæ obediunt omnia* (Eccle. X, 19), una Clero superest via lucrifaciendi animos terrena unice appetentes, exemplaris scilicet beneficentia et terrenarum utilitatum oblivio. Erraret itaque pastor qui, tenues habens reditus fixos, pinguissimos vero casuales, liberum se putaret ab onere copiam superflui inde natam erogandi in pios usus, atque in cumulandis sibi suisque nepotibus pecuniis sollicitus tantummodo esset de vitanda nota avaritiæ. Quid enim ei prodesset torquere sententias TT., ut absolvatur apud homines, si, dum reapse mutat Domum Dei in domum quæstus, atque mavult nummos congerere quam ex eis lucrari animas secum Christo conregnaturas, indignum se præbeat corona justitiæ apud æternum Pontificem qui ei commisit Thesauros vitæ æternæ ad aliud plane fœnoris genus ? » (*Theol mor.* lib. III. art. IV. § 5 ad 6.)

DUBIUM IV.

Qui sit habitus clericorum, quæ artes, officia, actiones iis prohibeantur.

188 Quinam clerici teneantur ad habitum, et tonsuram ?
189 Quæ artes prohibeantur clericis ?
190 Quæ officia ?
191 Quæ actiones ?

188. — « RESP. 1. Clericos majoribus » ordinibus initiatos, etiam minoribus, » si habeant beneficium, quoad habitum » obligari ad ferendam tonsuram, et vestem clericalem, quæ non debet esse » virgata, in qua diversi coloris virgæ » ducantur, nec partita, seu dissecta. » (*Circa habitum et tonsuram vide de sacr. ord. lib.* 6 (V). *n.* 825).

« Habitus autem clericalis, inquit Gury, varius est pro variis regionibus. Standum est igitur tum consuetudini, tum particularibus locorum statutis. » (*De Stat. part.* n. 45.)

189. — « Resp. 2. Quoad artes, pro- » hibentur macellariorum, tabernario- » rum, joculatorum, quorum etiam lu- » dis, uti et bastiludiis prohibentur in- » teresse. Item medicorum, aut chirur- » gorum, ubi opus est incisione, aut » adustione; nisi, ut habet *Nav.*, erga » pauperes, aut propinquos, aut in ne- » cessitate. » (*Vide l.* 7. *n.* 384. *in fin. ad V et n.* 385.)

190. — « Resp. 3. Quoad officia, pro- » hibentur (si sint beneficiati, vel ini- » tiati sacris) officium judicis in causa » sanguinis, advocatorum, patronorum, » tabellionum, seu notariorum, in pla- » citis sæcularibus. Quod addo, quia in » specialibus quibusdam casibus hæc » licent; v. g. advocare pro Ecclesia, pro » personis conjunctis et miserabilibus [1]. » Ratio autem est, quia clericus non de- » bet se immiscere negotiis sæcularibus. » *Sayr. l.* 12. *c.* 25. *n.* 6. (qui tamen » concedit instrumenta ab eo facta valere) » *Bonac. tom.* 2. *in præc. dub* 10. *qu.* 3. » *p. ult. Laym. l.* 3. *t.* 4. *c.* 8. *n.* 4. et » notat consuetudine inductum esse, ut » officio cancellarii, consiliarii, imo etiam » judicis fungi possint in causis civili- » bus. » (*An autem clericus possit exercere officium administratoris bonorum, vulgo* fattore ? *Vide l.* 3 (IV). *n.* 838. *vers. Valde refert.*)

191. — « Resp. 4. Quoad actiones pro- » hibentur arma portare, nisi in itinere, » tabernas intrare, venationi clamorosæ » vacare (quod addo, quia venatio sine » strepitu, recreationis causa, permitti- » tur) » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 608.) : « acci- » pitres, vel falcones alere pro venatione; » aleis, aut taxillis ludere; mercaturam, » aut negotiationem lucri causa (non ta-

[1] Pro causa propria atque defensione orphanorum, viduarum et consanguineorum intra quartum, qui defensorem non invenirent. Clerici tamen in *minoribus* licite possunt in quocumque foro causas civiles et etiam reos in criminalibus patrocinari; et monachis etiam permissum est ex licentia prælati monasterii causas tueri. *Ex Hom. Ap. tr.* 13. *n.* 60

» men necessitatis) exercere » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *num.* 831. *et seq.*) ; « cohabitare mu-
» lieri, nisi sit mater, soror, amita, aut
» certe talis, quacum nullum periculum,
» aut scandalum immineat[1]. *Less. l.* 2.
» *c.* 5. *d.* 9. *n.* 40. *Caj.* tamen *v. Clericus,*
» *contra Ang. et Nav.* docet, horum, et si-
» milium transgressionem non esse mor-
» talem, si absit temeritas, contumacia,
» contemptus, et scandalum. *Vide Laym.*
» *l.* 5. *t.* 9. *c.* 12. *num.* 2. *et* 3. Nec re-
» fert, quod trangressor sit excommu-
» nicandus, quia hæc pœna est sententiæ
» ferendæ, quam nonnisi contumax post
» monitionem incurrit. Quod tamen uni-
» versim *Nav.* putat esse laxius, maxime
» cum canones utantur verbo, præcipio.
» Unde ait esse mortale, si habitum, vel
» tonsuram non gestent. Quod restringit
» *Bonac. d.* 8. *de sacr. q.* 1. *p. ult. n.* 8.
» si sint initiati majoribus ordinibus, aut
» habeant beneficium, et tonsuram, vel
» habitum longo tempore, absque justa
» causa, non gestent, tunc enim peccare
» mortaliter ; citatque pro se *Reg. Nav.*
» *Vasq.* Negant tamen *Sylv. et Laym.*
» *l. c.* si non notabilis excessus supra
» loci consuetudinem. Negotiari vero
» esse mortale, concedit idem *Laym. l.* 3.
» *t.* 5. *c.* 3. *d.* 8. *et alii commun.* Sed de
» hoc *vide supra lib.* 3 (IV). *cap* 3. *d.* 7.
» de emptione, et venditione.

« (1) Habitatio sub eodem tecto, inquit Gury, mulieribus jam inde a prioribus Ecclesiæ temporibus clericis per sacros canones generatim prohibita fuit. Sic in concilio nicœno I, can. 3 : *Vetuit omnino magna synodus, ne liceat episcopo aut presbytero, nec diacono, nec uni penitus eorum, qui sunt in clero, introductam rehabe mulierem, præterquam utique matrem, vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.* »

De quo notat Ballerini :

« Subintroducta (συνείσακτος) dicebatur non quidem mulier seu famula quælibet, sed fœmina devota et cœlibatum profitens, quæ a clero ceu soror amore speciali diligeretur, ac simul cum ipso viveret. Quocirca hic canon minus ad rem facere videtur. »

« Hinc plerisque in locis, addit Gury, etiam episcopi in synodis præscripserunt, ut clericis habitare fas esset cum iis tantum mulieribus, quæ stricto consanguinitatis vel affinitatis vinculo, primo scilicet et secundo gradu conjunctæ sunt. Nec permiserunt, ab ipsis admitti ancillas, nisi compertæ probitatis forent. Imo in plerisque statutis synodalibus prohibitum reperitur, ne clerici ancillas secum habeant, quæ ætatem 40 annorum non expleverint. Ratio autem præcepti est, tum ut removeatur periculum, quod humana fragilitate incurrere clerici possent, tum ut præcaveantur calumniæ, quæ facile innocentibus alias impengi possent......

« Mens autem ecclesiæ est, ut clerici non solum abstineant a cohabitatione cum mulieribus, sed etiam ut caveant ab illis frequenter invisendis vel alloquendis. Ita commonent omnes patres... (*de Stat. part.* n. 99.)

Hic inducamus sequentem articulum theologi recentis modo citati de studio procurandi decorum Domus Dei, quoad architecturam et cætera.

« *Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ... Zelus domus tuæ comedit me* (Ps. XXV, 8. LXVIII, 10). Quam indefessus esse debeat hujusmodi zelus in clericis ab initio ministerii sui usque ad finem, significavit Christus, cum prædicationem suam auspicatus est et clausit expurgatione Domus Patris sui, ut alibi notavimus. (*Theol. præamb.* lib. V, art. V, § 4). Ut sciant quanti momenti sint coram Domino minima ministeria in ejus Domo, legant clerici, ut vere *ad correptionem nostram scripta* (I Cor. X, 11), quæ habentur in libro Levitici et Numerorum de consecratione variisque officiis levitarum, v. g. : *Ego tuli levitas a filiis Israel pro omni primogenito...., erantque levitæ mei* (non ultra sui nec seculi) : *tradidique eos dono Aaron et filiis ejus de medio populi, ut serviant mihi pro Israel in Tabernaculo Fæderis, et orent pro eis, ne sit in populo plaga* (Numer. III, 12-45, VIII, 19). Ex tanta enim multitudine rerum quas ipse Altissimus dignatus est minutatim præcipere ad cultum *egenum et inutilem* V. Tabernaculi (*Hebr.* VII), pronum erit colligere quam excellentius sit coram Deo quidquid pertinet ad cultum Tabernaculi novi, in quo Unigenitus Filius, perpetuo inhabitans, quotidie supplicat omniaque *in cœlis et in terris pacificat*, non jam immolatione taurorum, sed proprio sanguine. — Apud homines ad invisibilia erigendos ope visibilium, duo valde conferunt ad cultum *Tabernaculi Dei cum hominibus:* idonea hujus structura et exornatio, atque singularis religio ministrorum in executione officii sui. Hæc ubi secum concordant, ex astantibus etiam indevotis nemo est cui intus non suboriatur vox Jacob in Bethel : *Non est hic nisi aliud nisi Domus Dei et porta cœli* (Genes. XXVIII, 17).

« Idonea erit constructio et exornatio *Domus Dei*, si hanc discernens ab aliis ædibus privatis et publicis, veramque habens convenientiam cum agendis in loco sacro, apta sit animis movendis ad considerationem rerum cœlestium et orationem. Quorum vero est religiosam hanc convenientiam animo percipere, faciemque ædibus sacris imprimere quasi divinam? Eorum certe qui non modo valent peritia artium ingenuarum (architecturæ, sculpturæ, picturæ), altoque sensu rei religiosæ, sed præterea, ut Beseleel et Ooliab, impleti sunt *Spiritu Dei, sapientia, et intelligentia et scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et ære, marmore, et gemmis, et diversitate lignorum* (Exod. XXXI, 2-6.) Opificis enim est, ingeniosa compositione totius ædificii singularumque ejus partium, *oculis subjicere fidelibus* illa *mysteria Dei*, quæ sacerdotis

verbo et opere dispensanda sunt animabus. Nomini suo plane dissonat *Domus Dei*, non aliquam præ se ferens religionis corporationem. Quemadmodum ergo turpiter falleretur qui constructionem navis, arcisve militaris committeret opifici nescio artis nauticæ vel militaris, ita, et turpius adhuc erant qui volunt ædes sacras sapienter delineari posse, construi et exornari ab artificibus insciis artis christianæ et Sacrorum. Atqui tamen neminem fugit quam longe lateque diffusus sit hujusmodi error, quot et quantas induxerit in sacris ædibus irreparabiles ruinas, ineptas instaurationes, omnigenasque deformitates in structura et ornatu, ex quo desertores scholæ Christi, vesano capti studio artis paganicæ, cœperunt *Domus Dei vivi* reformare ad imaginem delubrorum Jovis, Junonis, Veneris, etc. Cui malo, hodie defleto ab omnibus qui alio valent sensu artis religiosæ, soliprincipes Ecclesiæ congruum remedium afferre queunt. Quocirca nobis liceat hic quædam reverenter eis subjicere, ad episcopale munus certo pertinentia.

« Jure divino humanoque Episcopus, in sua diœcesi, constituitur architectus princeps ædium Deo sacrarum. Officii ejus est non solum benedicere et consecrare ecclesias et altaria, sed insuper providere ne *Domus orationis* speciem induat domus *negotiationis*, aut *speluncæ latronum* (id est domus scenicæ vel templi falsorum numinum). Præ oculis habeat exemplum Domini Dei, qui tanta diligentia Moysi dictitavit formam tabernaculi, altarium et minutissima quæque spectantia ad supellectilem sacram, elegitque opifices suo spiritu plenos. (*Exod.* XXVI, XXXI). Exemplum recogitet antiquorum antistitum qui, per se, aut adjutores ex clero seculari et regulari assumptos, mirifica ad posteros transmiserunt monumenta architectonices christianæ. Erudiatur quoque exemplo pastorum superioris ævi, qui, sua artis imperitia vel oscitantia, curarunt vel passi sunt exquisita opera pietatis et artis catholicæ lamentabilem in modum deformari. Consideret demum hanc rationem omnibus obviam. — Quavis ætate, maxime nostra, homines *caro* sunt. Ut *mors* ad animam *ascendit per fenestras* sensuum, ita oportet religionem ascendere. Quo communior evadit et vehementior morbus *sensualismi*, et quo ardentius morbo famulantur structores theatrorum aliarumque officinarum corruptelæ, eo major ministris *Domini Sanatoris* necessitas instat studendi ut sensus religionis ope sensuum carnali populo ingeratur. Templa, ad normam artis christianæ exacta, sunt vere, ut sæpe dictum est, *Biblia popularia*, *Theologia multitudinum*. — Graviter certe peccaret episcopus nihil sollicitus de integritate et orthodoxia librorum sacrorum et ad religionem spectantium, qui in sua diœcesi propagantur. Culpane vacat, si, parum curans orthodoxam religiosamque compositionem ædium, picturarum, imaginum sacr rum, diœcesim suam impleri sinat ecclesi quarum structura vel ornatus caret sen religioso, et stomachum movet peritis? E blia vitiosa, chartis impressa, a paucis l guntur, facile colligi possunt et combu Biblia vero lapidaria omnium oculis sub ciuntur *a generatione in generationem*, m gnis executuntur impensis; et, si vitio sint, auctores suos plus minusve iniqu constituunt erga Deum, cujus domum d bito decore privant, erga populum, que destituunt congruo documento, erga cleru cui æternum objicietur suorum antecess rum inscitia vel incuria. Ut ergo episcop in partem suæ sollicitudinis vocat probat censores et magistros theologiæ, qui cleru et populum imbuant sana doctrina et prava avertant, ita de clero suo provide debet magistros *lapidum viventium* (ut oli dicebantur architecti ecclesiastici), quoru opera utatur ad promovendum decore Domus Dei, et ad clericos seminarii instrue dos quadam artis christianæ notitia.

« Præter decorem Domus Dei, qui penc ab idonea manu opificum, et raro est potestate clericorum, alius est ab iis quo die procurandus, quem ita describit S. H ronymus in laudibus Nepotiani. « Erat er sollicitus, si niteret altare, si parietes al que fuligine, si pavimenta tersa, si janit creber in porta, vela semper in ostiis, sacrarium mundum, si vasa luculenta, in omnes cæremonias pia sollicitudo disp sita, non minus, non majus negligebat o cium. Ubicumque eum quæreres, in ecc sia invenires... qui basilicas ecclesiæ, martyrum conciliabula diversis floribus, arborum comis, vitiumque pampinis adu brarit; ut, quidquid placebat in eccles tam dispositione quam visu, presbyteri l borem et studium testaretur (*Ep. ad E liod.*). » Magni certe refert clericos in minario ad omnes hujusmodi cultus part exerceri, non jam humilitatis causa (cu præsentia *Domini Dominantium*, exin nientis se usque ad formam nihili, sup modum nobilitet minima Sanctuarii s servitia), sed ut discant decorem Domin Dei procurare non ore tantum et corde, s etiam opere et manu. Ubi enim pastor officio fungentur, non levis inerit eis ob gatio laicos ecclesiæ servitio addictos inf mandi verbo et exemplo ad religiosam ficii sui observantiam, eosque moner quanti momenti sint eorum ministeria promovendum honorem Dei et populi æ ficationem, quanti meriti, si debita vene tione impleantur, et quam inexcusabi essent coram Deo, Angelis et hominibus, incuria sua Tabernaculum Altissimi mu ditie et cultu cederet tabernaculis hon num. (*Theol. mor*, lib. III., art. II. § 1. »

Ad finem quoque hujus capitis inserant quæ sequuntur theologi recentis ejusd de religiosa applicatione ad officia clerical

nominatim ad cantum ecclesiasticum.

« Neminem latet quanta sit vis cantus vere ecclesiastici ad excitandos in fidelibus affectus pietatis, et in peccatoribus sensum pœnitentiæ. « Quantum flevi in hymnis et canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter ! Voces illæ influebant auribus meis, et eliquabatur veritas in cor meum ; et exæstuabat affectuspietatis, et currebant lacrymæ, et bene mihi erat cum eis (S. Aug, *Conf.*, lib. IX, c. VI). » Mirificam hanc virtutem habet cantus Ecclesiæ a Spiritu Sancto, qui, ut suavius discerentur, et tenacius retinerentur oimna quæ in Scripturis pertinent ad scientiam et laudem Dei Creatoris, redemptoris et remuneratoris, ea ipse voluit divinum in melos resumere libro Psalmorum, et ibi a capite ad finem *omnem spiritum* hortari ad ea canendum et psallendum omnibus modis in *sono tubæ, in psalterio, in cythara, in tympano et choro, in chordis et organo, in cymbalis benesonantibus, et in cymbalis jubilationis* (ps. LXV). « O vere admirandi magistri sapiens institutum, exclamat auctor *Prologi in librum Psalmorum* [1], ut simul et cantare videamur, et quod ad utilitatem animæ pertinet, doceamur ! per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur : quæ enim per vim et difficultatem animis nostris fuerint inserta, continuo dilabuntur ; ea vero quæ cum gratia et dilectione suscepimus, nescio quo pacto magis residere in mentibus ac memoriæ videntur inhærere. » Quædam inde exscribamus de laudibus Psalmorum. « Si quis, fero furore raptus, forte fuerit psalmi carminibus incantatus, continuo omnis rabies feritatis abscedit. Psalmus tranquillitas animorum est, signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, adducens in concordiam discrepantes, reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum dicat eum cum quo unam ad Deum psalmi emiserit vocem ? Ex quo intelligitur quia, quod bonorum omnium maximum, charitatem, psalmus instaurat, conjunctionem quamdam per consonantiam vocis efficiens. et diversum populum unius chori per concordiam consona modulatione consocians, salmus dæmones fugat... totius Ecclesiæ vox Puna. Psalmus solemnitates decorat : psalmus tristitiam quæ propter Deum est, mollit : psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas movet. Psalmus Angelorum opus est, exercituum cœlestium spirituale thymiama (*Ibid.*) »

«Hinc Ecclesia, memor verborum Apostoli ad Ephesios, v. 19, et Colossenses, III, 16. ut *in omni sapientia docerent et commonerent semetipsos psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes et psallentes in cordibus suis Domino*, nunquam intermisit cantum et psalmodiam computare inter primaria officia clericatus, atque studere ut populus fidelis ubique imitaretur quod de Bethleemitis scribit S. Hieronymus ad Marcellam : « In Christi villula extra psalmos silentium est. Quocumque te verteris, arator stivam tenens *Alleluia* decantat. Sudans messor psalmis se avocat, et curva attondens falce vitem venitor aliquid davidicum canit. Hæc sunt in hac provincia carmina, hæ, ut vulgo dicitur, amatoriæ cantiones, hic pastorum sibilus, hæc arma culturæ. » — Ad matutinam et vespertinam psalmodiam hortatur S. Ambrosius exemplo avicularum : « Quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimæ aves solemni devotione et dulci carmine ortus dierum ac noctium prosequantur (*Hexamer*. lib. V, c. XII) ? » Persecutio ariana occasionem eidem Ambrosio præbuit instituendi, « ut hymni et psalmi canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus (in ecclesia excubans) *mœroris tædio* contabesceret ; » quod statim imitatæ sunt ecclesiæ occidentales, teste S. Augustino (*Confess*. lib. IX, c. VII). — Quantum exinde viguerit studium cantus et psalmodiæ apud omnes non solum SS. Pontifices (nominatim S. Gregorium M.), episcopos clericosque seculares et regulares, sed etiam principes seculi, videre est apud Thomassin, vet. et nov. Eccl. Discipl., p. 1, lib. II, cap. LXXV et seqq.— Cujus studii insigne exemplum dedit imperator Carolus Magnus, strenue persequens et consummans in toto imperio susceptam a patre suo Pipino reformationem cantus et psalmodiæ, ad normam *Apostolicæ traditionis*, ut omnes ecclesiæ, « quæ unitæ erant unius sanctæ legis sacra lectione, essent etiam unitæ unius modulationis veneranda traditione, nec sejungeret officiorum varia celebratio, quos conjunxerat unicæ fidei pia devotio. » Hinc « petiit ab Adriano papa cantores qui Franciam corrigerent de cantu... Correcti sunt ergo antiphonarii Francorum, quos unusquisque pro arbitrio suo vitiaverat, vel addens vel minuens, et omnes Franciæ cantores didicerunt notam romanam, quam nunc vocant notam Francicam. » Patrii cantus defensores hac compescuit interrogatione : « Quis purior est et quis melior, aut fons vivus aut rivuli ejus longe decurrentes, etc. ? Revertimini vos ad fontem S. Gregorii, quia manifeste corrupistis cantilenam ecclesiasticam. » Præterea curavit ut « per singula monasteria vel episcopia, scholæ legentium puerorum haberentur, in quibus psalmos, notas, cantus, computum et grammaticam discerent Thomassin, *loc. cit.*, c. LXXX, §§ 3. 7). »

« Utinam Francia, Carolinæ reformationis tenax, perseverasset in hac concordia cantus cum Ecclesia Matre et Magistra ! Verum quo tempore *Spiritus renovationis*, ut aiunt, artes ingenuas, dejectas e scho...

[1] *Prologus*, adscriptus olim S. Augustino, præfixus est *Enarrationi in Psalmos* : nunc habetur ut præfatio commentarii S. Basilii in Psalmos.

Christi, commutavit in simias artis ethnicæ, una cum corruptoribus architecturæ et picturæ, pullularunt in Francia reformatores rei liturgicæ, qui *pro arbitrio suo vitiarent* simul cantum, verba et ritus. Quam novandi pruriginem acriter promovit draco Jansenianus, magnam inde prævidens imminutionem, non solum *cantilenæ ecclesiasticæ*, sed religionis in populo. Nec eum fefellit eventus. Multitudines enim, novi cantus nesciæ, nec immerito pertæsæ, a cantu in ecclesiis necessario cessarunt. Hinc publico cultui alienæ, sensim cœperunt deserere *domum orationis*, atque divertere ad alios cantus in officinis corruptelæ, divites nempe in theatris, et vulgus in popinis. Cum hodie, afflante Spiritu Dei magna sit bonorum conspiratio ad restituendam liturgiam romanam, cantumque revocandum *ad fontem S. Gregorii*, clericis omnibus, maxime pastoribus primi ordinis officium instat saluberrimam hanc reformationem enixe fovendi curandique ut in omni loco aperiantur scholæ, in quibus *pueri discant psalmos, notam, cantum.* Memores sint effati veterum : *Cantu capitur omne quod vivit* (Macrob in *Somno Scip.*). Cantu idoneo capitur et ad nutum canentis trahitur quivis homo ferus aut cultus. Nullus est autem cantus homini capiendo tam idoneus, quam cantus Ecclesiæ, ab Eo inspiratus qui aurem et cor hominis finxit. Cantu illo missionarii nostri apud Indos, silvicolas capiunt et trahunt ad scholam Christi. Cantus quoque ille ad desertas Ecclesiæ solemnitates revocabit multitudines, quas fugavit ineptia vel perfidia pseudoreformatorum cantus ecclesiastici. — Præscriptiones canonicas de cantu in ecclesiis adhibendo, vel prohibendo, habes in Prælect. Juris can. p. III, sect. II, art. 3, n. 3, 50 seqq. (*Theol mor.* lib. III, art. II. § 3.)

CAPUT III.

DE STATU ET OFFICIO PERSONARUM SÆCULARIUM QUARUMDAM, ET PRÆSERTIM JUDICIALIUM.

Quoad obligationes Laicorum in genere sic habet, adnotat et citat Scavini.

« Omnes Laicorum obligationes generales in societate religiosa eo reducuntur, ut præcepta Dei et Ecclesiæ fideliter observent, si velint ad societatis ipsius scopum pervenire, qui est salus æterna.

« Primo præcepta Dei, quæ quidem Decalogo continentur; Christus enim cuidam ab eo sciscitanti quid agendo vitam æternam haberet, hoc dedit responsum : *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata* [1]. Nomine autem *mandatorum* vocabantur præcepta Dei. — Secundo præcepta Ecclesiæ; aperta enim sunt illa Christi verba ad Ecclesiæ Antistites: *Qui vos spernit, me spernit* [1]. Et iterum : *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* [2].

« Qui autem Christi Ecclesiam vexare, ejus aspernari præcepta, ministros irridere, constitutiones proculcare, eique bellum intentare non erubescunt, audiant numquam satis laudata verba percelebris *Montalembert* [3] : « Permettez-moi une comparaison familière... Lorsqu'un homme est condamné à lutter contre une femme, si elle n'est pas la dernière des créatures, elle peut le braver impunément et lui dire le front haut : Frappe, mais tu te déshonores et tu ne me vaincs point. Eh bien, l'Église n'est pas une femme, elle est bien plus qu'une femme : elle est mère. Oui, elle est mère ! Elle est la mère de l'Europe, la mère de la société moderne, la mère de l'humanité moderne. Un fils peut être ingrat, de nature rebelle, mais il restera toujours fils, et le moment vient dans lequel cette lutte parricide devient insupportable au genre humain, et celui qui la provoque tombe brisé, anéanti, soit par la défaite, soit par la réprobation unanime de l'humanité. » (T. I, n. 426 et 427.)

« Ipsos persecutores catholicæ veritatis testes habemus, qui morti proximi illam matrem coguntur quærere, cujus sinum dilaceraverunt. Zuinglius aiebat se ad vivendum suam, ad moriendum catholicam Religionem eligere. Ad rem Protestanti ministro, qui catholicorum observantias aspernabatur, sapiens mulier respondit : *Fatear : hucusque per vos optima reformatio : Missam, confessionem, purgatorium, quadragesimam abstulistis; unum restat, destruite infernum, et vos libenter sequar.*

« La crainte de la mort arracha deux rétractations à Voltaire, l'une du 30 mars 1769, l'autre du 2 mars 1778. Il se confessa, étant malade, en 1724, en 1735, en 1750, et il déclara en 1778 qu'il s'était confessé à l'abbé Gauthier, et qu'il demandait pardon à Dieu et à l'Église des scandales qu'il avait pu donner, etc. (*Mélanges de philosophie*, t. VII, 1808.) Mais, le 30 mai 1778, Voltaire meurt déchiré, accablé par le souvenir de ce Dieu qu'il a blasphémé; il rugit, et dans des spasmes, précurseurs de l'enfer, il se tord, il se débat convulsivement, il pousse avec un transport de rage ce cri terrible : *Je suis abandonné de Dieu et des hommes.*

« *Condorcet* se vante d'avoir calmé les frayeurs de d'Alembert à la mort et d'avoir empêché sa rétractation.

« *Diderot*, complétement ébranlé dans ses opinions philosophiques en présence de la mort, fait appeler un ecclésiastique par un domestique fidèle, et s'entretient avec lui dans les meilleures dispositions; mais de

[1] Math. XIX

[1] Luc. X.
[2] Math. XVIII. — Ferraris, v° Laicus; et supra n. 289.
[3] OEuvres de M. de Montalembert, *Discours*, t. III.

perfides amis rendirent ces bonnes dispositions inutiles. Ils ne les eurent pas plus tôt remarquées qu'ils s'attachèrent à le tromper par des espérances de rétablissement, l'éloignèrent et le transportèrent à la campagne.

« *Helvétius* se rétracta deux fois.

« Les conversions de *Laharpe*, de *Marmontel* et d'un grand nombre d'autres, accomplies en état de parfaite santé, sont trop connues pour que nous devions en parler.

« M. *Charnois*, célèbre par ses écrits, étant témoin de la patience, de la résignation, de la gaieté des prêtres catholiques à la prison de l'Abbaye, en même temps de la rage, du désespoir des philosophes qui s'y trouvaient détenus, s'émeut, cherche à s'instruire, se convertit, se confesse, et meurt dans le massacre général.

« Le comte de *Boulainvilliers* mourut après avoir reçu les sacrements avec beaucoup de présence d'esprit et de religion.

« *La Mettrie*, auteur de l'*Homme-Machine*, livre impie brûlé par ordre des magistrats en Hollande, d'où il s'était fait chasser, se confessa et pria, à l'article de la mort (1751), Rossembert d'invoquer avec lui tous les saints et de réciter les prières des agonisants.

« *Du Marsais*, qui mourut en 1756, voulut recevoir les sacrements, et eut un entretien touchant avec le prêtre qui les lui administrait; aussi Voltaire, écrivant à d'Alembert, dit : « Je suis affligé des grimaces de Du Marsais à la mort ; » et le même Voltaire, dans la même lettre, se montre affligé que *Deslandes* eût exigé en mourant qu'on brûlat un de ses livres.

« Dans une autre lettre à d'Alembert il dit : « Que dites-vous de Maupertuis mort » entre deux capucins ? »

« *Fontenelle*, que les philosophes revendiquaient, demanda et reçut les sacrements en 1757.

« Le trop célèbre marquis *d'Argens* commence, dans sa longue maladie, à se méfier de ses anciens sentiments ; et, après de sérieuses conférences sur la religion, demeure convaincu, se repent et se confesse.

« *Buffon* se confessa au P. Ignace Bougault, capucin, reçut les sacrements en présence de plusieurs personnes; et sa mort (1788) fut édifiante. Il est vrai qu'il se montrait partout l'ennemi des incrédules, quoiqu'il les ait favorisés dans ses ouvrages.

« *Boulanger*, qu'on supposa être l'auteur du *Christianisme dévoilé*, ouvrage rempli de blasphèmes et de raisonnements aussi absurdes que dégoûtants contre la religion de Jésus-Christ (et qui toutefois a été composé par le baron d'Holbach), assure, dans sa dernière maladie (1759), qu'il n'a jamais eu que des doutes, et que la seule peine qu'il éprouve, c'est de ne pouvoir réparer suffisamment le mal qu'il a fait dans le but déplorable de se faire un nom.

« L'abbé *de Prades*, mort en 1782, dit, dans sa rétractation du 9 avril 1754, qu'il ne pouvait vivre assez pour pleurer sa conduite passée (Barruel, *Mém.*, t. V).

« *Bouguer*, membre de l'Académie des sciences de Paris, connu pour l'érudition de ses ouvrages et son incrédulité, après beaucoup d'entretiens raisonnés sur la religion, passa chrétiennement le reste de ses jours, et mourut dans ces bonnes dispositions en 1758, âgé de soixante-trois ans.

« *Montesquieu* dans sa dernière maladie (1755), remplit avec une grande édification tous les devoirs du chrétien, et dit qu'il n'a jamais été incrédule dans le fond de son cœur ; mais que la vanité d'être connu et exalté par les plumes du jour l'a porté à le paraître.

« *Thomas* mourut en 1785, entre les bras de Montazet, archevêque de Lyon.

« L'abbé *Galiani*, ami d'Helvétius, du baron d'Holbach et de beaucoup de femmes imprudemment dévouées à la philosophie, et lié avec une grande partie de ces prétendus philosophes du siècle passé, se réveilla de sa léthargie dans les dernières semaines de sa vie, et se confessa à son curé avec de grandes marques de douleur.

« *Thiébault*, dans son livre intitulé : *Mémoires de vingt ans à Berlin*, raconte la mort pénitente (1772) du célèbre philosophe *Toussaint*, qui, au moment de recevoir la communion de la main d'un prêtre catholique, fit une allocution chaleureuse à sa femme et à ses enfants, demandant surtout pardon à Dieu, et aux hommes, et déclarant que toute son incrédulité, tant dans ses actions et dans sa conduite que dans ses livres et ses conversations, était l'effet de la vanité, du respect humain, du désir de plaire à certaines personnes ; mais qu'il n'avait jamais été incrédule par conviction.

« *Marmontel* employa les dernières années de sa vie dans la retraite et les œuvres vertueuses, et la termina chrétiennement en 1799.

« *Malhesherbes*, le conseiller le plus sincère de Louis XVI, dont il resta le plus fidèle ami, abjura publiquement ses principes philosophiques en gémissant d'avoir donné les mains à la Révolution.

« M. *de Langlet*, dans la longue maladie qui le conduisit au tombeau en 1807, s'amende, se convertit, se repent, publie son repentir et demande pardon.

« M. *Larcher*, mort en 1818, à l'âge de quatre-vingt-six ans, fut éclairé bien des années avant sa mort par les détestables effets de la Révolution et les fruits de la philosophie qui l'avait produite. Le 5 mai 1792, il signa une rétractation dans laquelle il reconnut franchement qu'il s'était ligué avec quelques-uns des prétendus philosophes ; qu'il avait résolu, de concert avec eux, de détruire, autant qu'il dépendait de lui, la religion chrétienne, et que, en conséquence, dans ses notes sur Hérodote, il avait avancé

des maximes et des propositions tendant au renversement de toute religion.

« M. *Mercier*, fameux par son *Tableau de Paris*, publié en 1782, et par d'autres paradoxes, se convertit plusieurs années avant sa mort édifiante (1814). avec effusion de cœur, et se jeta dans les bras de la religion.

« L'abbé *Soulavie*, auteur des *Mémoires de Richelieu*, *d'Aiguillon*, *de Massillon*, fit la même chose en 1813. De même encore Charles *Pallisot*, conservateur de la bibliothèque Mazarine, se convertit dans les dernières années de sa vie, demanda les sacrements dans les termes les plus édifiants, et mourut en 1814 avec les sentiments les plus chrétiens.

« En présence de ces noms et de tant d'autres, même de nos jours, dont une prolixité superflue ne permet pas de faire mention, nos philosophes trouveront-ils un seul catholique, disons-le, même de mœurs corrompues, qui, fidèle à sa religion pendant sa vie, l'ait abjurée à la mort? » (Grillo, *Novelliere*, Genova 1850. — Lucchesini, *l'Incredulita convicta da' suoi seguaci*, Lugano. » (T. I. § 83.)

Quoad autem obligationes principum et subditorum sic habet idem :

« Obligationes Principis præcipuas hi versus habent :

F[illegible]licem, tutam, moratam tibi perfice gentem,
S[illegible] adsis Christi, dignos arcesse ministros.

« 1. Publicæ felicitati prospiciat mediis justis et opportunis ; ideo enim summa rerum potitur. Ex hoc capite graviter peccaret, si rei publicæ imperitos præficeret ; si subditos plus æquo gravaret, etc.

« 2. Subditos ab hostibus, et ab injustis vexatoribus omnimode tueatur ; quia bonus Princeps esse debet veluti pater vigilantissimus respectu totius populi sui ; ideo enim constitutus est Rex.

« 3. Bonum exemplum quoad mores ac Religionem subditis præbeat ; experientia constat subditos ad imitandum Regem in iis præsertim, quæ favent cupiditatibus, maxime ferri. Ex quo vulgare illud : *Regis ad exemplum totus componitur orbis*[1].

« 4. Quod omnium caput est, Catholicæ Ecclesiæ potenti patrocinio suo adsit, et omnia tam spiritualia, quam temporalia ejus jura tueatur : *Non enim sine causa* (Princeps) *gladium portat ; Dei enim minister est*[2]. Hinc Tridentinum : *Sæculares principes Deus sanctæ fidei ecclesiæque protectores esse voluit*[3]. Neque, posthabita Religione, porsperabitur regnum ; nam histoaii nos docet, *ex depressa sæpius sacrorum Antistitum auctoritate, et ex crescente in dies multorum contumacia in divinis et ecclesiasticis præceptis impune violandis, factum fuisse ut minueretur pariter populi obsequium erga civilem potestatem*[1]. Sane : qui Deo malus est, cui bonus ? Ipse Tullius aiebat : *Omnia Religione moventur*[2].

« 5. Tandem suos sibi ministros et consiliarios eligat, qui tum scientia, tum pietate præstent : *Consilium impiorum longe sit* ab eo[3] : *Quis enim*, ait D. Ambrosius, *in cœno fontem requirat? quis de turbida aqua potum petat? Itaque ubi luxuria, ubi intemperentia, ubi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum existimet?... An eum idoneum putabo, qui mihi det consilium, quod non dedit sibi? et mihi eum vocare credam, qui sibi non vacat*[4] : Experientia teste, mala consilia et Reges et regna pervertunt.

Obligationes subditorum sunt præcipuæ : — 1. ut Principibus eorumque repræsentantibus exhibeant tum honorem juxta illud : *Deum timete, Regem honorate*[5] ; tum obedientiam : nullum sane in Principibus esse potest jus imperandi, quin etiam sit in subditis obligatio obediendi ; — 2. ut fidelitatem erga eosdem servent ; si enim Principes tenentur subditos tueri, æquitas exigit, ut subditi fideles se eisdem exhibeant ; — 3. ut justa tributa persolvant : quia hæc Regibus necessaria sunt, ut valeant Magistratus instituere, milites alere et alia præstare ad publicam utilitatem[6]. Hinc versus :

Regibus obsequere, esto fidelis, solve tributa.

Sic autem fusius, de fidelitate servanda principi, doctrinam communem theologorum exponit Martinet:

« Ex officio *fidelitatis* omnes et singuli subditi tenentur, non modo abstinere ab omni molitione contra potestatem et vitam principis, verum etiam utramque, ut commune bonum, pro viribus tueri ab hostibus tum intestinis, tum exteris. *Time Dominum fili mi, et regem : et cum detractoribus ne commiscearis ; quoniam repente consurget perditi eorum* (Prov. XXIV, 21). Cum suprema potestas fundamentum sit unitatis et concordiæ populo pernecessariæ ad vitam civilem, qui hoc fundamentum diruere conatur, pugnat contra Deum potestatis auctorem, et vitam totius populi in discrimen adducit. Suprema autem potestas, ex se invisibilis, non potest præsens esse populo suoque munere fungi, nisi personam induat principis, jure divino simul et humano deputati ad eam exercendam. Qui-

[1] V. Ventura, *Il potere politico cristiano*, disc., VI : esempi de grandi. — Torricelli, *Dissertazioni*, ecc., vol. VIII, diss. IV. — Mondo, *Il principe perfecto*. — Liguori, *Mezzi per indurre i sudditi ad essere obbedienti a Dio*.
[2] [illegible] XIII. — [3] Sess. XXV, c. XX

[1] Pius IX, *Encyclica* 1849. — V. Caput VI *Sapientiæ*
[2] In Verr. — V. Balmes, *le Protestantisme comparé au Catholicisme*, c. LXVIII. — [3] Job XXI. Et Prov. XI : *Salus autem, ubi multa consilia.*
[4] *De offic.*, l. II. — [5] I Petr. II.
[6] V. Liguori, Opuscul. *La fedelta de' vassalli verso Dio li rende fedeli*

cumque igitur, quovis modo, aperta seditione vel insidiis, enititur potestatem aut vitam eripere legitimo principi, reum se constituit non modo immanis sceleris, sed omnium scelerum quæ anarchiam consequi solent. Unde, ex communi sententia omnium DD. catholicorum, post D. Thomam, seditio in principem legitimum, « cum sit contra commune bonum reipublicæ injusta pugna semper mortale peccatum ex suo genere est, » et quidem gravissimum in iis « qui seditionem procurant (2. 2. q. XLII, a. 2). » Nec satis est conscio occultæ molitionis contra principem ab ea abstinere, sed tenetur eam pro viribus impedire, si potest, aut denuntiare iis qui possunt. — Diximus, in *principem legitimum*, qui scilicet supremam potestatem juste adeptus est, aut, si injuste, eam pacifice exercet de consensu saltem tacito populi. Ex omnium quippe confesso, iniquus invasor potestatis, qui eam violenter detinet contra manifestum jus et votum populi, aliud non est quam caput seditionis et princeps latrónum, contra quem non modo licitum est, sed laudabile, commune bonum reipublicæ armis tueri, modo prudenter speretur usurpatorem pelli posse absque nimio populi detrimento [1].

« De quæstione vero gravissima, *utrum legitimo principi obedientia et fidelitas adeo immutabiliter debeantur, ut nullo potestatis abusu, nulla tyrannide, subditi ab utraque eximi possint?* inter extremas opiniones eorum qui volunt, hinc, soli Dei judicio reservandos esse pessimos tyrannos, illinc, principes semper manere obnoxios populi judicio, hæc semper fuit sententia sanioris partis TT. et jurisperitorum. Quæstio imprimis moveri tantum potest de vero abusu, seu malo usu potestatis supremæ, non autem de vitiis, nec etiam de privatis criminibus principis; ne renovetur fanaticus error proscriptus in Wikleffo et J. Hus : *Nullus est dominus civilis,... dum est in peccato mortali* (Concil. Constant. sess. XV). Abusus autem potestatis, ex incuria, aut etiam ex malitia principis ejusve administrorum, sunt, vel transitorii, tolerabiles, nec graviter contrarii communi bono, vel enormes, emendationis nescii, manifestamque tyrannidem populo inferentes. — In primo casu, omnes possunt, quin imo tenentur obedientiam denegare principi, præcipienti injusta et mala, ex decreto : *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (Act. Ap. V); omnes item possunt pro reformatione abusuum reverenter supplicare, atque illi enixius, qui aliqua potestate valent, sed absque ullo seditionis motu : fides quippe et ratio docent patientiam omnibus necessariam esse erga omnes, maxime superiores, atque nullam fore civitatibus stabilitatem, nullum convulsionibus civilibus finem, si abusus tolerabiles satis essent solvendo officio fidelitatis. — In casu autem manifestæ tyrannidis, non est dubium quin princeps indignum se præbeat potestate unice ei divinitus data ad commune bonum, et consequenter ea privari possit, modo tamen id ordinate fiat [1]; id est, modo judicium de indignitate, et cessatione fidelitatis non relinquatur privatis, aut factiosis conventibus (alioquin ingens via aperiretur seditionibus), sed feratur a judice studii partium haud suspecto (qualis majoribus nostris merito videbatur Vicarius Christi et communis omnium pater et doctor [2]), aut saltem a senatu vel curia suprema, cujus

[1] A communi sententia DD. de jure cuilibet genti dato resistendi, non solum *passive*, ut aiunt, sed etiam *active*, manifestis usurpatoribus, aliquantulum recedere videtur locus S. Alphonsi *Homo ap.* tract. VIII, n. 13, ubi, agens de *occisione tyrannorum in titulo*, seu usurpatorum, postquam docuit illos non posse privata auctoritate occidi (quod ultro concedimus), hanc rationem affert : « Quia subditi ex divino præcepto venerari et obedire tenentur suis dominantibus, quamvis injustis et perversis, prout docet S. Petrus : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis* (I Pet. II, 18). Ad ipsos enim minime pertinet judicare an illi legitime aut illegitime statum possideant. » Libenter damus in dubio de usurpatione, obediendum esse principi etiam valde suspecto. Ubi vero scelus usurpationis adeo evidens est, ut in omnium oculos incurrat (v. g., in Galliis, an. 1793), quis velit crimem seditionis inferre generosis civibus qui arma sumunt ipse patriam vindicandi ab iniquissimis oppressoribus? Et certe si cuique fas est vim vi repellere ad defensionem sui ipsius, quanto magis ad communem reipublicæ salutem ! Qui volunt omnibus tyrannis indiscriminatim parendum esse, animo extinguendi seditiones, a scopo prorsus errant : minime cordatos suadent, sed injiciunt animos factiosis, et vim addunt calumniantibus Ecclesiam, quasi manus pedesque liget populis, nec aliam adversus immanes tyrannos defensionem relinquat quam preces ad Deum.

[1] Hæc est explicita D. Thomæ doctrina pluribus in locis, nominatim in præcit. a. 2, q. XLII, ubi de pugna contra manifestam tyrannidem ait, in resp. ad 3 : « Regimen tyrannicum non est justum, quia non ordinatur ad bonum commune, sed ad bonum privatum regentis... Et ideo perturbatio hujus regiminis non habet rationem seditionis, nisi forte quando sic inordinate perturbatur tyranni regimem, quod multitudo subjecta majus detrimentum patitur ex perturbatione consequenti, quam ex tyranni regimine. Magis autem tyrannus seditiosus est, qui in populo sibi subjecto discordias et seditiones nutrit, ut citius dominari possit. Hoc enim tyrannicum est, cum sit ordinatum ad bonum proprium præsidentis, cum multitudinis nocumento. »

[2] Quamdiu populi christiani legem *Regis regum et Domini dominantium* habuere pro communi norma jurium et officiorum in ordinatione civili, omnium usu receptum fuit, ut princeps qui, palam frangens fidem Christo datam, et contumaciter spernens monitiones S. Pontificis et excommunicationis sententiam, alienum se præberet ab Ecclesia Dei vivi, eo ipso destitueretur potestate in subditos. « Cum quis per sententiam denuntiatur propter apostasiam excommunicatus, ipso facto ejus subditi a dominio et juramento fidelitatis ejus liberati sunt (S. Thom. 2. 2, q. XII, a. 2). » Deserto hoc publico jure, quod gentes europæas e cœno barbariei erexerat ad culmen civilitatis (ut vidimus, lib. I, art. 1), revixit jus antiquum, cujus inspirator, hinc, suasit principibus ut se solverent a potestate Ecclesiæ, ex decreto : *Princeps legibus solutus est* (*ff.* tit. ,3 § 31); illinc, populo commemoravit aliud decretum : *Populus principi omne imperium suum et potestatem concessit* (Instit. I, tit. 2, § 6), unde princeps merus est delegatus populi, qui

sit jus publicum, seu communia jura principis et subditorum ab infractoribus tueri. Ubi vero, concessa principi absoluta potestate, populus caret legitimis defensoribus juris publici, solum ei remanet *jus defensionis* adversus extremam tyrannidem, in qua evidenter periclitaretur ejus vita religiosa et etiam civilis : quo tamen jure ducibus populi uti non licet, antequam, prævia consultatione sapientiorum, maxime S. Pontificis, de justitia et necessitate belli, prudenter judicent ejectionem tyranni non cessuram esse in anarchiam, ad majus reipublicæ damnum. Hæc erat, ante Declarationem cleri gallicani, an. 1682, communis doctrina scholæ theologicæ, eximie exposita et vindicata ab erroribus sui temporis, a F. Suarez, in opere tit. : *Defensio fidei catholicæ adversus anglicanæ sectæ errores.* Eamdem doctrinam luculenter expositam habes et vindicatam a recentiorum erroribus, in libro primo egregii opusculi, tit. *De l'Eglise et de l'Etat*, par M. Du Lac (Paris, 1850). » (Lib. IV art. 6. §. 3.)

De obligatione autem solvendi tributa, tractat Martinet modo satis novo, præsertim cum agit de tributo militiæ, vel *sanguinis*, ut aiunt :

Duo, inquit, constare videntur : 1° cives militiam reipublicæ debent, quantum opus est ad ejus securitatem ; 2° onus personaliter militandi impendet viris ætate et valetudine idoneis. Æqua itaque videtur lex quæ, pluribus in locis, militiæ, primum *activæ*, dein *subsidiariæ*, per definitum tempus pariter addicit omnes viros, qui justa carent causa immunitatis. Quid vero sentiendum est de lege quæ, in Gallia aliisque regionibus, inter juvenes ad militiam conscriptos et habiles, illos dumtaxat servitio militari addicit, qui sortibus designantur ? — Theologi recentiores, qui hanc quæstionem in scholis novam versarunt, temperant generatim a dubiis de legis justitia, istaque concessa magis quam perpensa, consequenter docent conscriptos sortitione designatos, nisi excusentur ignorantia, graviter peccare, si impositum sibi onus ferre recusant, si militiam deserunt, aut ab ea se fraudibus eximunt. Utrum vero fraudatores vel desertores teneantur de damno illato conscriptis sortitione exemptis, qui in locum sui militare coguntur, non una est sententia. Alii affirmant, quia fraus vel desertio causa est injusta damni ; alii negant, quia fraus vel desertio non est causa positiva et voluntarie efficax damni, sed dumtaxat occasio. Qui primæ sententiæ adhærent, dant tamen fraudatores non esse nimis urgendos ad reparationem damni, nisi mala fide laborent, aut corruperint judices præpositos delectioni conscriptorum aptorum militiæ. In casu autem corruptionis, ipsi defensores secundæ sententiæ volunt corruptores teneri cum corruptis ad restitutionem, sin ut damnificatores, saltem ut cooperatores [1]. — In re adeo gravi et practica, pergratum nobis fuisset communem sequi sententiam ; sed obstitit dubium, hic aperiendum, de justitia *legali*, præsertim vero *distributiva*, prædictæ conscriptionis.

« Et primo quidem, ad justitiam legalem conscriptionis partialis, probandum esset non aliam esse legislatori viam parandi reipublicæ idoneos defensores, atque securitatem publicam periclitari sub custodia, sive militiæ universitati civium impositæ, quomodo supra diximus, sive exercitus conducti ex voluntariis militibus. Atqui probatio adhuc desideratur, et argumenta pro conscriptione partiali infirmantur contraria praxi omnium gentium, quæ eam diu nescierunt, aut adhuc nesciunt. Nolumus tamen insistere dubio de justitia legali : libenterquippe damus copias diutina disciplina informatas ad spiritum et artem militiæ, cæteris paribus, præstare militibus minus disciplinatis et exercitatis. Hinc populus (v. g. gallicus), cui ratione ingenii, situs, loci et muneris inter populos, necesse est excellere armis, legem conscriptionis partialis semel receptam, nec sine periculo mutandam, juste potest retinere, saltem ad tempus eamque retinendo, justam conterminis populis causam afferre eam introducendi. Fatemur item ex necessitate vocandi ad militiam et diu retinendi in armis partem conscriptorum, consequi necessitatem sortitionis : deest quippe legislatori alia ratio deligendi milites, sin æquior, saltem tam expedita et minus suspecta conscriptis. Spectata igitur hac duplici necessitate, putamus legislatori jus inesse præcipiendi sortitionem, sortibus delectos cogendi, refragantes vel fraudantes pœnis

solus manet inviolabilis fons supremæ potestatis. Cum hujusmodi jus, quod sex abhinc seculis celebratur ut mirifica *secularisatio* principatus civilis, nullum admittat judicem inter principes et populos, superest ut quæstiones de legitimo titulo et regimine principis dirimantur jure gladii. Prævalente principis gladio, princeps pleno jure legitimus est titulo et regimine, et contradicentibus pœnam infligit rebellionis ; fracto autem gladio principis, hic pleno jure pellitur ut tyrannus, et rebelles nomine patrum patriæ gloriantur. Inter tot rerum civilium convulsiones, quid facit Ecclesia ? Quod olim faciebat, regnante jure antiquo : hortatur fideles ut principibus actu potestatem pacifice tenentibus, sin *gratia*, saltem *patientia Dei* fideliter obediant in omnibus non illicitis, ab omni seditione abstinentes. Hortatur principes ut legitimo saltem regimine se Deo et hominibus commendent ; suisque documentis et supplicationibus præstolatur et accelerat diem, quo, abjectis suasionibus patris tyrannorum et seditiosorum, *convenient populi in unum, et reges, ut serviant Domino* (Ps. CI, 22), isti sanctitate regiminis, illi christiana obedientia.

[1] Ita DD. Gousset, *du Decal.* n. 1002 ; Bouvier, *de restit.* q. 2, art. 2 ; Lyonnet, *de Justit.* et j., p. 2, sub fin. q. 7 ; Scavini, *de restitut.* n. 80 ; Gury, *de Justit. et Jure*, n. 717, seqq. ; auctor libri : *Examen raisonné sur les commandements de Dieu*, par un prof. de Théol. de Saint-Sulpice, tom. I, ch. VII, art. 1, § 3, etc.

officiendi, et consequenter delectos teneri ex obedientia ad militiam. Verum, prædicta necessitas, quæ in conscriptione partiali defectum abstergit justitiæ *legalis*, nequaquam purgat defectum justitiæ *distributivæ*, nec efficere potest ut conscripti designati debeant *ex justitia* ferre totum onus quod commune habent cum aliis, æque idoneis. — Dices : « Tenentur vi sortitionis, quæ vulgo habetur ut legitima. » — R. Sortitio, ut diximus, licita fit ex necessitate conducendi milites absque nimiis difficultatibus, sed plane aliena est a justitia *distributiva*, quæ non patitur commune omnibus conscriptis onus cæca sortis fortuna conjici in quosdam absque ulla indemnitate [1]. Æquamne putares legem quæ partitionem tributi pecuniarii sortibus committeret ; ita ut pars debita a 600 civibus loci solvenda esset a solis 200 qui sortibus designarentur ? Quod si evidenter iniqua esset talis lex fiscalis, quis justam dicere velit legem militarem, in qua res est de jactura, non jam pecuniæ, sed libertatis per longos annos sub nobili quidem, sed ferreo jugo militiæ, præter probabile periculum violentæ mortis ? — Hinc, salvo semper Superiorum judicio, duo nobis videntur maxime probabilia : 1° Peccant contra justitiam legalem, seu obedientiam debitam legibus non injustis, qui fraudant legem conscriptionis et sortitionis, militiamque vi hujus legis susceptam fraudulenter deserunt. Si tamen fraus non est ex se graviter illicita, nollemus eos arguere peccati certo mortalis, excepta desertione cum gravi scandalo aut periculo commilitonum (qualis semper est desertio tempore belli, in conspectu hostium) : namque in dubio de justitia legis, communis est sententia DD. optimæ notæ, subditum non teneri ad obediendum, « quando præceptum est valde difficile, vel grave illi damnum affert (S. Alphons. lib. III, n. 617) ; » quod sane locum obtinet in præcepto militiæ. — 2° Quocumque modo se exoneraverint, etiam graviter illicito (v. g. gravi mutilatione sui, perjurio, corruptione scripturarum, testium, judicum), non putamus eos teneri ad restitutionem, ne in solidum quidem cum judicibus a se corruptis. Judices utique tenentur de damno illato conscriptis injuste designatis. Sed isti nullum strictum jus habent exigendi a fraudatoribus, ut communem pluribus militiæ obligationem soli suscipiant, duriorisque legis executores non aliquo modo sibi conciliare conentur. (lib. IV. art. VI. § 5.)

Circa ministros sic habet Pussendorff :

« Cauti sint et circumspecti, *inania a solidis, vera a fabulosis discernere callidi, secretorum tenacissimi ; adversus quaslibet corruptiones obstinati.* » — *V.* Solaro della Margherita, *Memorandum storico-politico*, c XVII. It. *Avvenimenti politici*. — P. Ventura, *Essai sur le pouvoir politique*, c. I.

Circa ephemeridas relative ad canditatos in electionibus, audiatur Episcopus Parisis, *Cas de conscience :*

« Un homme qui se présente à l'élection de ses concitoyens se livre par cela seul à l'examen de tous les électeurs et même de tous ceux dont les électeurs ont en main les intérêts. Par le fait volontaire de sa candidature, il se soumet lui-même au jugement public ; il veut ce jugement et toutes ses conséquences... Le journalisme a donc, devant Dieu comme devant les hommes, le droit de révéler les opinions de chaque candidat en politique, en religion, en morale ; de faire connaître son degré d'intelligence et de capacité pour les fonctions auxquelles il aspire ; de peser les garanties qu'il offre ou les craintes qu'il inspire du côté du zèle, du désintéressement, de la moralité, etc., etc. Or, comme ces jugements ne seront admis qu'autant qu'ils seront appuyés, il a le droit de donner au public les preuves et les faits à l'appui de ses assertions, en faveur ou en défaveur des concurrents... Sans aucun doute, il en résultera pour plusieurs une certaine déconsidération qui peut aller jusqu'à leur causer un dommage sérieux ; et cependant il est certain que, si le publiciste est resté dans la vérité, s'il n'a fait d'ailleurs que les révélations qui lui paraissent nécessaires au bien public, ce dommage n'est ni contre la justice, puisque celui qui le subit a voulu s'y exposer, et que celui qui le cause use en cela d'un droit supérieur aux intérêts individuels ; ni contre la charité, puisqu'on doit aimer la communauté des hommes plus que chaque homme pris à part, et que l'amour dû à la société civile ou religieuse exige, surtout dans nos mœurs constitutionnelles, que l'on démasque les hommes incapables ou pervers qui veulent mettre la main dans les choses publiques, ce qui ne pourrait arriver sans un grand préjudice pour tous et pour chacun. »

Quoad officia charitatis mutuæ nationum inter se et gubernatorum earum sic Martinet concludebat, an 1867, de *non interventu*, principio ætate nostra satis vulgato :

« Scimus hac ætate nostra, cujus est ve-

[1] Ad justitiam *distributivam* conscriptionis partialis, opus certe foret, ut conscripti sortibus deputati ad militandum pro se et pro consortibus exemptis, ab istis aut a fisco (rectius, partim ab istis, partim a fisco) aliquam indemnitatem, exacta militia, sibi (suisve, in casu decessus) obtinerent. Equidem indemnitas non posset exæquare gravitatem oneris : sed, post imminutionem oneris apud nos recens concessam, tum divisione militiæ in activam et in subsidiariam, tum facultate *exonerationis*, indemnitas maxima ex parte expungeret defectum justitiæ distributivæ. — Quamdiu desiderabitur hæc compensatio, nihil dubitamus a confessario habendam esse rationem *tributi militiæ*, ubi res est de restitutionibus fisco faciendis a pœnitentibus qui fideliter militarint, aut pretium solverint exonerationis.

tustos errores cumulare novis errorum monstris, inter principia *juris novi* ostentari illud quod vocant de *non interventu*, vetans ne quis succurrere ausit genti oppressæ ab iniquissimis invasoribus.

Verum defensoribus principii novi haud facile erit effugere supernum interventum *virgæ*, quæ non recedet a *dorso imprudentium* (Prov. XXVI, 3), donec *conveniant populi in unum, et reges, ut serviant Domino* (Ps. CI, 23).

Ac notationem sequentem subdebat :

In Syllabo annexo Epistolæ encylicæ *Quanta cura* (8 dec. 1864), inter *præcipuos nostræ ætatis errores*, hic notatur n. LXII : *Proclamandum est et observandum principium quod vocant de* non interventu. — Absurdam principii iniquitatem et nequissimam applicationem jam sic profligaverat Pius PP IX in allocutione consistor. 28 sept. 1860 : « Abstinere non possumus, quin præter alia deploremus funestum ac perniciosum principium quod vocant de *non interventu*, a quibusdam guberniis haud ita pridem, cæteris tolerantibus, proclamatum ad adhibitum etiam cum de injusta alicujus gubernii contra aliud aggressione agatur; et ut quædam veluti impunitas ac licentia impetendi et diripiendi aliena jura, proprietates, et ditiones ipsas contra divinas humanasque leges sanciri videatur; quemadmodum luctuosa hac tempestate cernimus evenire. Et mirandum profecto quod uni subalpino gubernio impune liceat ejusmodi principium despicere, ac violare, cum videamus ipsum hostilibus suis copiis, universa Europa inspectante, in alienas ditiones irrumpere, legitimosque ex illis principes exturbare; ex quo perniciosa consequitur absurditas, alienum nempe interventum dumtaxat admitti ad rebellionem suscitandam atque fovendam. » (Lib. IV. art. IX. § 52.)

Atque idem, demum generatim de officiis in militia omni, verba sequentia Montesquieu eximie citabat :

« Nous devons au christianisme un certain droit politique, et dans la guerre un certain droit des gens, que la nature humaine ne saurait trop reconnaître. C'est ce droit des gens qui fait que parmi nous la victoire laisse aux peuples vaincus ces grandes choses, la vie, la liberté, les lois, les biens, et toujours la religion, lorsqu'on ne s'aveugle pas soi-même » (*De l'Esprit des Lois,* liv. XXIV, ch. III). (Ibid. § 6).

DUBIUM I.

Quæ requirantur ad legitimum judicium?

192. — « RESP. Hæc tria : Primum est » *jurisdictio*, sine qua sententia nulla » est : » (*Nisi adsit titulus coloratus, et error communis, ut communiter Salm. Append. de offic. c. 1. de judice. p. 2. n. 14. ex l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*) « et peccatur mortaliter, ut ex *S. Th.* 2. 2. » *q.* 60. habet communis : quare peccat » judex sæcularis, si personas, aut causas » mere ecclesiasticas ad se trahat; uti et » ecclesiasticus, si mere civile, nisi forte » per accidens, ob defectum justitiæ in » foro sæculari, aut nisi sint causæ mi- » serabilium personarum. Porro, quæ » causæ dicantur mere civiles, quæ ec- » clesiasticæ, quæ mixtæ, nosse opor- » tet, judices et jurisperitos, potestque » videri apud *Laym. l.* 4. *c.* 2. *Gard. de* » *Lugo d.* 17. *sect.* 3.

193. — « Secundum, *rectus processus*, » v. g. ut citetur reus, et audiatur, etc. » nisi forte expediat aliquando, cum de- » licta sunt atrocia, in flagranti crimine » deprehensos subito plectere, vel in cri- » minibus exceptis communem proce- » dendi modum mutare : nam judici su- » premo (dummodo crimen sit publicum) » aliquando licere, sine citatione, defen- » sione, et omni processu, reum morti » adjudicare, eo quod factum notorium, » et publicum sit loco accusatorum, et » testium, neque reo jus defendendi » se in judicio relinquat, docent *Nav.* » c. 2. *n.* 10. *Less. Fill. Bonac. d.* 10. *in* » *præcept. q.* 2. *p.* 2. *n.* 5. *Vide etiam* » *Card. Lugo d.* 37. *s.* 5. *Trull. l.* 8. *c.* 1. » *d.* 13. Ubi tamen bene notandum, quod, » etsi talia crimina excipiantur a com- » muni dispositione legis positivæ, et » juris communis, non tamen legis, seu » juris naturæ; ideoque graviter peccare » judicem, qui in tali processu, v. gr. » contra sagas, quidvis licere putat. *Vide* » *Cautionem criminalem*, c. 17. 18. 37. *et* » *seq.*

194. — « Tertium, *recta intentio*, ut » scilicet procedatur ex intentione justi- » tiæ. Unde, si judex procedat ex odio, » aliove fine malo, v. g. ob inanem glo- » riam, peccabit, non quidem contra » justitiam, sed charitatem, aliamve vir- » tutem mortaliter aut venialiter, prout » finis illius mortalis, aut venialis erit. » *Bonac. to.* 2. *d.* 10. *q.* 2. *p.* 3.

DUBIUM II.

DE POTESTATE ET OFFICIO JUDICIS.

ARTICULUS I.

Quid requiratur in judice?

195. — « RESP. 1. Præter tria dicta su- » periore dubio, requiritur scientia, qua

» sciat suo munere recte fungi. Ita comm. Doct. et *Bonac. d.* 10. *q.* 2. *p.* 3. » Ratio est, quia quilibet tenetur scire » ea, quæ pertinent ad proprium officium, » et sine quorum cognitione munus » suum, et officium exercere non potest.

Unde resolvuntur sequentes casus :

« 1. Petens, aut suscipiens officium » judicis, *idem est de medico, et chirurgo,* » *ut vide infra dub.* 9. quo indignus est, » ita ut probabile sit, inde notabile damnum » proximi secuturum, peccat mortaliter. *Nav. c.* 25. *S. Anton. C. de Lugo* *d.* 37. *n.* 1

« 2. Judex carens necessaria scientia » non debet absolvi, nisi facta renuntiatione » officii, vel nisi firmum habeat » propositum renuntiandi. Ita *S. Th.* 2. » 2. *q.* 67. *a.* 2. *Caj. Clavis reg. l.* 12. » *c.* 13. *n.* 2. *Regin. d.* 25. *n.* 675. *Nav.* » *c.* 25. *Farin.* 3. *part. q.* 3. *art.* 16. Ratio » est, quia nullus potest officium, cujus » munia obire non potest, retinere, præsertim » cum damno, vel periculo proximi.

« 3. Si judex ex magna imperitia male » judicet, tenetur ad interesse parti læsæ, » et ad expensas litis; uti etiam, quotiescumque » notabile damnum, sive in substantia » litis, sive in superfluis expensis. » propter ejus culpabilem ignorantiam, » partibus litigantibus accidit. *Bonac.* » *Card. Lugo ll. cc.* » (*Est commune cum Salm. de offic. cap.* 1. *de judice. p.* 6. *n.* 58. *quidquid dicant reliqui jurisperiti.*)

« 4. Si judex agnoscat errorem a se » (etsi sine gravi culpa) commissum in » præjudicium litigantis, tenetur, si potest » citra infamiam, impedire errorem, » v. g. monendo occulte partem læsam, » ut sibi appellatione, vel aliter consulat; » quia id pertinet ad debitam muneris » executionem. *De Lugo l. c. num.* 3.

196. — « Resp. 2. judex tenetur causas » judicare, et celeriter expedire, quia » ex officio tenetur cuique tribuere suum; » quod non facit si sententiam sine justa » causa differt.

Unde resolvuntur sequentes casus :

« 1. Judex mortaliter peccat contra officium » suum, differendo valde notabiliter » causarum expeditionem, sine justa » causa. *Sylv. v. Judex, q.* 12. *Clavis Reg.* » *c.* 12. *n.* 8. *Nav. c.* 25. *n.* 14. *etc. cum* » *Bon. d.* 10. *q.* 2. *p.* 3.

« 2. In casu dicto, idem judex tenetur » parti læsæ damna, et expensas, quæ » ex iniqua dilatione secutæ sunt, restituere » : quia est earum injusta causa. » *Ibid. Auct. ll. cc.* »

An autem judex possit accipere pecuniam ad expediendam causam alicujus præ alia? Dicit *Laym. l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 4. *c.* 4. *n.* 9. spectato jure naturali, non audere id damnare, quia illa nova obligatio, quam suscipit, est pretio digna. Sed verius contradicunt *Salm. l. cit. n.* 66. quia judex ex justitia tenetur cito expedire causas eorum, qui æquale jus habent ad expeditionem; nisi extraordinarium susciperet laborem, ad quem ex vi sui muneris non teneretur.

« 3. Si judex in exequenda causa, et » proferenda sententia, negligens aut » iniquus sit, non tantum parti læsæ, » sed interdum etiam fisco tenetur: v. » g. si mulctam pecuniariam, quam ex » consuetudine, vel lege communi debebat » imponere reo, sine causa remisit » *S. Thom.* 2. 2. *q.* 67. *art.* 4. *ad.* 3. *Sylv.* » *v. Pœna, q.* 18. *Salm. Laym. l.* 3. *t.* 2. » *c.* 5. *n.* 8. *contra Azor.* » (*Et cum Azor, probabiliter sentiunt Lugo de contr. d.* 36. *n.* 97. *cum Less. Salas, etc. Salm. de offic. c.* 1. *de judice. p.* 3. *n.* 31. *et de leg. tr.* 11. *c.* 2. *p.* 3. § 4. *n.* 76. *cum Gregor. Martin. ad nihil teneri judicem, si ad mulctam reus nondum sit condemnatus. Ratio, quia ante sententiam nullum fisco jus acquirit ad pœnam; hinc, si judex injuste reum absolvit, peccat contra justitiam legalem, non commutativam. Divus autem Thom. l. c. loquitur tantum de pœna corporali, et de damno reip. eventuro ex injusta remissione. Vide dicenda de accusatore num.* 237.)

ARTICULUS II.

Quid judici servandum circa inquisitionem?

197 Quibus modis possit procedi contra reos?
198 In quibus judex possit instituere inquisitionem generalem? Et in hoc ad quid teneantur subditi?
199 Quando judex possit procedere sine accusatore?
200 Quando possit judex inquirere in particulari?
201 Plura notanda de judice procedente per inquisitionem.

197. — « Tribus modis procedi potest » contra criminosos : 1. Via accusationis, » cum est aliquis actor, qui spondet » se objecta probaturum. 2. Via denuntiationis, » cum deferens crimen non » vult suscipere onus probandi. 3. Via » inquisitionis, quæ est triplex : 1. Generalis, » quando in genere quæritur, an

» leges serventur. 2. Specialis, quando de » certa persona, et certo crimine quæritur. 3. Mixta, quando vel sola persona, » vel crimen solum est speciale, ut si » quæratur quis *Cajum* occiderit.

198. — « Resp. 1. Judex sine ulla data » occasione, ex solo officio suo, potest » iustituere inquisitionem generalem, in » qua tamen ejus potestas non extendit » se ad occulta elicienda, de quibus » nulla est fama. Ratio prioris est, quia » id necessarium est reip. nec cuiquam » fit injuria. Ac, licet quorumdam sce» lera detegantur, id fit per accidens, » præter intentionem; cui incommodo » bonum commune prævalet. Ratio pos» terioris est, quia inde maxima seque» rentur incommoda. *Farin. Less. lib.* 2. » *tr.* 28. *dist.* 13.

Unde resolves :

« 1. In hac inquisitione, subditus etiam » rogatus sub juramento, non tenetur, » imo nec potest prodere criminosum oc» cultum. *Laym. l.* 3. *t.* 6. *c.* 4. *n.* 9. » *Less. loc. cit.* » (*Est commune cum Salm. App de Offic. cap.* 1. *de judice. p.* 11. *n.* 150. *cum Trull. Fill.*)

« 2. Si tamen revelet, peccat contra » justitiam (nisi forte cederet non tam » in pœnam, quam certam ejus, qui de» liquit, emendationem, vel ad grave » malum ab aliis avertendum); cum enim » crimen, ut ponitur, probari non possit, » ac proinde ex ejus revelatione non » possit aliud sequi, quam infamia, nul» lum habet jus revelandi. *Laym. ibid.* » *et t.* 3. *p.* 2. *c.* 4.

« 3. Si in hac inquisitione ex revela» tione duorum, vel trium deprehenda» tur alicujus criminis auctor, potest per » tales testes contra illum procedi, ut » habet praxis communis. *Laym. l.* 3. » *t.* 3. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 12.

199 — Revera judex nullum condemnare potest sine accusatore, ut communiter S. *Th. Caj. Sanch. Sot. Less. etc. cum Salm. ibid. p.* 5. *n.* 47. Sed dicitur aliquando sufficere accusatorem virtualem, qui adesse censetur : I. Quando adest notorietas criminis, ita ut probabiliter negari haud possit; in quo casu dicitur in c. *Ad nostram* 21. *de jurejur. Manifesta accusatione non indigent, nec in eis ordo judiciarius observandus. Vide Salm. tr.* 29. *c.* 1. *p.* 5. *n.* 48. II. Quando adest infamia publica judicialiter contestata, saltem per duos testes; vel clamorosa insinuatio, id est rumor multorum de crimine. Hæc tamen infamia sufficit tantum ad inquirendum. *Salm. ibid. n.* 49. *in fin.* An autem ad inquirendum sufficiant indicia occulta : scilicet quæ particularibus personis nota sint, vel an requirantur manifesta, id est nota majori parti populi, sive collegii, aut viciniæ, aut majori parti hominum graviorum illius? Primum tenent *Sot. Azor, Nav. apud Salm. loc. cit. p.* 10. § 1. *n.* 115. Secundum tenent *Salm. ibid.* § 2. *ex num.* 119. *cum Less. Suar. Sanch. et communiter.* III. Quando crimen patratur coram judice, aliis adstantibus; maxime, si judex sit in actu ministrandi justitiam. *Salm. ibid. p.* 5. *n.* 50. *et* 51. IV. Quando delictum est contra remp. vel regem, prout in crimine hæresis, vel læsæ majestatis; quando delinquitur in Ecclesia contra ecclesiasticos; quando intenditur vitari electio indigni, aut impedimentum matrimonii; quando reus confessus sit coram pluribus, aut judicialiter coram duobus testibus; quando quis est accusatus; quando adest semiplena probatio, id est unus testis omni exceptione major; quando crimina sunt connexa; quando invenitur occisus dominus (tunc enim inquiri potest contra famulos); quando crimen pendet in futurum, et quando denuntiat minister fiscalis, ut *Sylv. S. Antonin. Fill. etc. contra Sanch. etc.* et utramque esse probabilem aiunt *Salm. ibid. p.* 10. § 3. *n.* 143. In his omnibus casibus potest procedi ad inquirendum sine publica infamia, aut rumore, et aliquando etiam ad sententiam. *Vide Salm. ibid. p.* 5. *n.* 53. *et p.* 10. § *n.* 132.

200. — « Resp. 2. Quando crimen est » manifestum, et ignoratur auctor, licet » judici quærere in genere, quis fece» rit; » (*Ut Sanch. Vill. Trull. cum. Salm. ibid. p.* 11. *n.* 148. *contra Caj. etc,*) « non » tamen in particulari, v. g. an Petrus » fecerit, nisi infamia aliqua, aut indi» cia præcesserint. Pars prior patet, » tum ex praxi judicum, tum ex incom» modis contrariis. Ratio posterioris » patebit ex sequentibus. » *Vide Bon. d.* 10. *in* 8. *præcept. q.* 3. *part.* 5.

Communis est sententia *Bus.* quod, nulla præcedente infamia, aut clamorosa insinuatione ut supra, non possit judex inquirere in particulari (licet possit in genere). Et tunc, si testis ab eo interrogatur, potest iste, imo debet reum celare, ut *Bus. n.* 4. *et Salm. de Offic. c.* 1. *de judice. p.* 11. *n.* 150. *cum aliis communiter.* Si tamen testis sponte reum mani-

festaret, tunc probabiliter posset judex per inquisitionem contra reum procedere, ut *Sot. Less. etc.* quia judex ex vi officii rite procedit contra reum, qui sine suo dolo jam est juridice cognitus; secus vero, si judex notitiam rei a teste injuste extorserit, ut *Salm. ibid. n.* 155. *cum Nav. Sanch. Less. c.* 1. *et communi.*

201. — Notandum I. quod judex procedens per inquisitionem, etiam crimine probato, pœnam diminuere debet; intelligitur hoc tamen de judice ecclesiastico non sæculari. Ita *Salm. ibid. n.* 158. Et intelligitur, nisi crimen sit tale, quod per illud incurratur irregularitas, ut *Salm. loc. cit.*

Notandum II. quod prælati nequeunt inquirere contra religiosos in dubio an adsint indicia sufficientia ut supra ad inquisitionem; quia in dubio possidet illorum fama, quæ per inquisitionem inde deturparetur; intellige tamen, nisi immineat periculum damni communis, tunc enim prævalet jus religionis. Ita *Bon. Rodr. Salm. ibid. n.* 157. *in fin.*

Notandum III. quod ad inquisitionem specialem plura requiruntur: 1. Probatio corporis delicti, nisi sit crimen difficilis probationis. II. Accusator, saltem virtualis, ut supra *n.* 199. III. Probatio loci, temporis, etc. IV Judex competens. V. Ut fiat inquisitio, antequam sint transacti viginti anni a die criminis. *Vide hæc et alia apud Salm. ibid. p.* 12. *per totam.*

Notandum IV. quod processus per inquisitionem (etiam in causis religiosorum) sic efformandus est: I. Eligendus est a superiore secretarius actorum. II. Examinandi sunt per distinctos articulos, præstito juramento. III. Si ex testibus nulla semiplena probatio habeatur, nondum reus potest legitime interrogari, nec, si interrogatur ipse tenetur respondere, nisi (ait *Suar.*) sufficienter infamia sit probata, et alia gravia indicia accedant. IV. Demum, si reus fatetur delictum, proceditur ad sententiam; si non, proceditur ad eum convincendum, vel ad torturam, si ille vehementer sit de crimine suspectus. Hæc, et alia apud *Salm. tr.* 29. *c.* 1. *de judice. p.* 13. *n.* 167. *ad* 175.

« Resp. 3. Ut judex faciat inquisitionem specialem, debet saltem regulariter præcedere infamia, vel quid æquipollens, quod justam det causam. Ratio est, tum quia alioqui diffamaret sine causa, tum quia judex procedere debet ex scientia publica, quam non habet, nisi per accusationem, vel confessionem rei, vel evidentiam facti, vel per infamiam; ad quam non sufficiunt duo testes, qui jurent se vidisse crimen admitti, quia adhuc est occultum: sed requiritur, ut rumor sit sparsus per majorem partem communitatis, id est civitatis, viciniæ, vel monasterii, neque a maledicis sit exortus, etsi hac in re tutum sit sequi praxim communem bonorum vivorum et rerumpub. ut habent *Laym. l. c. et Less. d.* 15. *n.* 19. *ex aliis, Bon. l. c.*

Unde resolves casus:

« 1. Antequam judex procedat ad inquisitionem specialem vi infamiæ; ipsa infamia prius examinari debet, et probari per testes, saltem per duos; qui nominent personas, a quibus id publice audiverint. *Navar. Reb. de jud. Trull. l.* 8. *c.* 1. *d.* 17.

« 2. Judex infamatum de uno crimine, v. g. adulterio, non potest interrogare de alio, de quo non est infamatus, v. g. furto; quia esset inquisitio specialis sine prævia infamia; *Salon. Caj. Trull. l.* 8. *c.* 1. *d.* 18. nisi tamen crimina sint connexa, vel unum sit circumstantia alterius. *Ibid. et Sanch.* 2. *p. cons. l.* 6. *c.* 3. *d.* 21.

« Dixi in resp. *regulariter*, quia ad specialem inquisitionem non requiritur infamia prævia in casibus certis, quos *vide apud Less. l.* 2. *c.* 29. *d.* 15. *Bon. tom.* 2. *d.* 10. *p.* 5. *Sanch.* 2. *p. cons. l.* 6. *d.* 19. *Trull. l. c.*

ARTICULUS III.

Quid liceat judici circa quæstiones, sive torturam?

202 Quæ requirantur, ut possit procedi ad torquendum reum?
203 Usquequo possit reus torqueri?
204 An semel tortus possit iterum torqueri?

202. — « Resp. 1. Ad torquendum reum (si tamen torqueri potest) requiruntur alicujus gravis criminis ea saltem indicia, quæ faciant semiplenam probationem, id est, reddant rem plus quam probabilem; qualia habentur, v. gr. testis unus omni exceptione major, rei confessio extra judicium, item probabiliter etiam assertio duorum, vel trium criminis sociorum in criminibus exceptis, præterquam veneficii (in quo an ex sola denuntiatione com-

» plicum, et quomodo procedere liceat, » vide Tann. t. 3. d. 4. de just. d. 2. et 3. » Laym. l. 3. t. 6. c. 5.); item fama pu- » blica a viris honestis orta, ac per testes » probata; cum alterius judicii admini- » culo (nam fama sola non probat, sed » habet se instar accusatoris) *Laym. l.* 3. » *t.* 6. *c.* 5. *n.* 9. *ex variis*. Ratio responsi » est, quia tortura instituta est ad subsi- » dium probationis, quando argumenta, » et indicia sunt valde efficacia, ut sic » plena probatio eliciatur : nam con- » fessio rei (si eam ratificet extra tortu- » ram, maneatque in ea usque ad se- » quentem diem) ex semiplena proba- » tione facit plenam. *Less. l.* 2. *c.* 29. » *d.* 17. *Delr. l.* 5. *s.* 3. *Laym. l. c.*

« Dixi in responsione, *si tamen tor-* » *queri potest*, quia quædam personæ » prohibentur torqueri, nisi in crimini- » bus exceptis : tales sunt viri in magna » dignitate constituti, officiales princi- » pum, urbium gubernatores, nobiles » equestris ordinis, milites, doctores, eo- » rumque liberi, item impuberes, senes, » memoria vacillantes, prægnantes, et » nondum confirmatæ e partu. *Delr. s.* 9. » *Busf. c.* 6. *C. de Lug. d.* 37. *s.* 14.

Unde resolves :

« 1. Peccat judex graviter, si non » prius omnia alia media mitiora dete- » gendæ veritatis tentet, quam ad tortu- » ram descendat.

« 2. Tortura simpliciter abstinendum » est, quando adest plena probatio cri- » minis, quia ad hanc ordinatur tortura. » *Nav. Less. l. c.*

« 3. Insufficientia ad torturam indicia » sunt : si cadaver occisi sanguinet ad » præsentiam alicujus, si sagæ non pos- » sint lacrymari. Item illicita est proba- » tio per aquas, etc. de quibus *vide Del.* » *l.* 5. *Less. num.* 167. *Trull. l.* 8. *c.* 1. » *d.* 21.

« 4. Peccant judices, qui in causis cri- » minalibus, aut notabilis infamiæ, reum » comprehensum , antequam habeant » probationem contra ipsum, juramento » astringunt ad dicendam veritatem de » omnibus pertinentibus ad casum ob » quem comprehensus est. *Nav. c.* 18. » *n.* 41. *et c.* 25. *n.* 36. Additque idem » esse, si (etsi sine juramento) minis, » terroribus , tormentorum ostensione » hominem turbent, et implicent, ut sibi » contradicens circumstantiam aliquam revelet, qua convincatur, et puniatur. *Vide Card. de Lugo d.* 40. *n.* 1.

« 5. Si judex extorserit confessionem » per injuriam, v. g. si extorserit exemp- » tos, si sine sufficientibus indiciis, si » dolo malo, mendaciis, ficta impunita- » tis promissione induxerit ad fatendum, » vel aliter (sive quoad substantiam, sive » quoad modum) notabiliter excesserit in » tortura, confessio nulla est, nec potest » ex ea procedi : imo tenetur judex ad » compensationem damnorum, ut docet » *C. de Lugo d.* 37. *s.* 14. *n.* 157. *Vide* » *Less. c.* 19. *d.* 18. *Laym. l.* 3. *t.* 6. *c.* 5. » ubi etiam dolos bonos quos *Del.* sug- » gerit judici, plane rejicit. *Vide Tann.* » *t.* 3. *d.* 2.

« 6. Licet reus confessionem injuste » extortam postridie ratificet, nihilomi- » nus judex non potest procedere ad pu- » nitionem rei, vel complicis occulti : » quia, cum confessio fuerit irrita, con- » sequenter etiam ratificatio ex ea orta, » ex *l. penult. ff. de quæst.* atque adeo » etiam cognitio per illud medium parta » est injusta. *Nav. Salon. Less. Sayr.* » *Trull. loc. cit. disp.* 10.

203. — « Resp. 2. Gravius torqueri » potest, contra quem graviora sunt in- » dicia, non tamen ita, ut moraliter sit » impossibile tormenta sustinere, habita » ratione personarum. Unde si hic exce- » datur, confessio extorta erit involunta- » ria, et habenda pro nulla; etiamsi extra » tormenta coram judice ratificet, metu » novæ torturæ. *Laym. c.* 5. *n.* 11.

204. — « Resp. 3. Semel tortus, si » nihil est fassus, iterum torqueri non » debet, nisi nova criminis indicia super- » veniant : quia per torturam priora » elisit. Si vero crimen in tortura fassus, » extra eam revocet coram judice, repeti » tortura potest : tum quia indicia ma- » nent in suo vigore, tum ob inconstan- » tiam. Si vero tertio tortus, ac confes- » sus tertio retractet, absolvendus est : » quia præsumendum est, vi tormento- » rum coactam fuisse confessionem, ideo- » que nullam. *Less. c.* 29. *d.* 17. *n.* 168. » Excipiunt quidam, si indicia sint gra- » vissima, quæ violentam præsumptio- » nem pariant, crimen malitiose a reo » negari. *Laym. l. c. Vide Card. de Lug.* » *d.* 37. *n.* 156. *Dian. t.* 3. *tr.* 6. *r.* 16. » *et* 23. *Trull. l. c. Vide infra hic d.* 6. » *et* 7. An, quando, et quomodo judex » possit interrogare reum de complici- » bus? *Vide Trull. l.* 18. *c.* 1. *d.* 22.

ARTICULUS IV.

Quid servandum judici circa sententiam, et pœnam?

205. — Resp. 1. Judex debet judicare » secundum leges. Unde inferior judex » ordinarie non potest pœnam relaxare, » vel minuere, etiamsi actor consentiat, » nisi aliquando ad bonum reip. aliud » necessarium esse dictaret epikeia; vel » nisi de privata tantum injuria actoris » ageretur. *S. Th.* 2. 2. *q.* 67. *art.* 4. *Reg.* » *l.* 25. *n.* 634. *Bon. etc. Trull. l.* 8. *c.* 1. » *d.* 12. » (*Vel nisi juste interpretetur judex voluntatem superioris : vel nisi adsit alia justa causa, v. g. si ex diminutione pœnæ speretur correctio; vel si reus sponte fateatur crimen, etc. Vide Salm. Append. de Offic. c.* 1. *de judice p.* 3. *n.* 31.)

« Dixi *inferior*, quia supremus ob jus» tam causam. » (*Puta, si reus sit benemeritus, vel sit occasio publicæ lætitiæ, etc.* (*Excipe, si reus sit nocivus reipublicæ*) *S. Thom. Suar. Sanch. cum Salm. ibid. n.* 29.) « id » potest : sine tamen causa graviter pec» caret, secundum *Caj. verb. Judex*, quia » animaret delinquentes, et concurreret » ad peccatum. An autem liceat interce» dere apud judicem pro liberatione rei? » *Vide Bon. l. c. Trul. l. c.* » (*Resp. affirmative, maxime in iis quæ judex licite facere potest. Sot. Lugo, Trull. Salm. n.* 32.)

206. — « Resp. 2. Si in aliqua causa » fuit advocatus, in eadem judex esse, » et sententia ferre non potest, *l. Quis» quis, c. de postulando, et l. Prætor, ff.* » *de jurisd.* quia judicium ejus habetur » suspectum, propter affectum ad unam » partem, ut ex communi DD. docet » *Sanch. l. c. Consil. c. un. d.* 26. addit» que *n.* 3. sententiam non fore validam, » quod tamen alii negant, si sit judex » ordinarius (*C. de Lugo de just. d.* 41. » *l.* 1. *n.* 4. *Vide etiam Dian. p.* 3. *t.* 5. » *misc. r.* 56. ubi ex *Corduba* sentit talem » judicem in conscientia non peccare, si » sine affectu secundum leges, altera » parte inscia, judicet.

207. — « Resp. 3. Quem judex privata » scientia scit esse nocentem, si juridice » sit probatus innocens, non potest con» demnare : quia judicat ut persona pu» blica, ideoque sequi debet scientiam » publicam, ac procedere secundum al» legata et probata, præsertim in favorem » rei. *S. Th.* 2. 2. *qu.* 67. *Nav. cap.* 25. » *Caj. Fill. Less. Bon. d.* 10. *q.* 2. *p.* 2.

208. — « Resp. 4. Quem judex priva» tim scit esse innocentem, si juridice » probatus sit nocens, tenetur omni » modo liberare, si potest. v. g. impe» diendo accusationem, extrahendo ju» dicium, aperiendo carcerem (si sine » majori malo potest), remittendo causam » ad superiorem : et si sic nihil efficiat, » probabiliter quidem plurimi doctores » tenent cum *S. Th.* 2. 2. *q.* 64. *a.* 6. » *ad* 3. » (*Cum Sanch. Tamb. Vasq. et Salm. tr.* 25. *de V præc. c.* 1. *p.* 3. *n* 29.) « ob rationem paulo ante datam, » quod possit condemnare : verius tamen » videtur contrarium, quod cum aliis » docent *Less. l.* 2. *c.* 29. *d.* 10. *Sa, verb.* » *Judex. Petr. Nav. Fill. Bon. d.* 10. *q.* 2. » *p.* 2. *n.* 2. *Tol. etc.* » (*Idque valde probabile est, quia damnare innocentem est intrinsece malum; sicut esset cogere mulierem ad convivendum cum eo, quem privatim scit judex non esse suum maritum : ita fuse Holzman. t.* 1. *p.* 499. *ex n.* 668. *cum Anacl. Less. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 78. *item Nav. Sylvius, Ang. Panorum. Host. Malder Corduba, etc. apud Salm. l. c. n.* 27.) *Vide Card. de Lug. d.* 37 *sect.* 14. « quia directe occidere innocentem est » intrinsece malum ; ergo quomodocum» que sciatur esse innocens, erit pecca» tum. *Less. l. c.* In causis tamen civili» bus, et criminalibus minoribus, ubi » tantum agitur de pœnis pecuniariis, » potest etiam judex secundum hos auc» tores, simpliciter procedere secundum » allegata, et probata, tum quia innocens » per appellationem potest restitui in » integrum : tum quia respublica habet » potestatem in bonum suorum civium, » quando bonum publicum id requirit, » ut in hoc casu, ne forma publicorum » judiciorum cum populi scandalo ever-

» tatur. » (*Cum Lugo, Less. Vivi. Bann. Bon. ibid. n.* 28. *Ambæ hæ sententiæ probabiles sunt.*) *Vide Laym. c.* 2. *n.* 8. *Less. dist.* 10. *Bonac. l. c. n.* 4.

Ut sequitur rem explanat Martinet :

« Hic duo quæruntur :

« 1° In dirimenda quæstione facti, teneturne judex judicium conformare propriæ et privatæ scientiæ, an vero juridicæ probationi, ita ut ex rite allegatis et probatis absolvere debeat accusatum, cujus reatum certe novit, et vice versa illum damnare cujus innocentia ipsi soli comperta est? — R. Nulla est difficultas de absolutione impertienda sonti de cujus reatu juridice non constat. Publica enim tranquillitas, ad quam ordinantur judicia, repressionem postulat, non omnium prorsus delinquentium, sed eorum dumtaxat qui juridice convincuntur. Maxime vero postulat, ut, in judiciis agendis, inviolabiliter serventur ritus lege legitimove usu præscripti, et singuli suo contenti sint officio, nec magis liceat judicibus actores et testes agere, quam actoribus et testibus judices. — Ubi autem res est de damnatione innocentis falso accusati et convicti, dissentiunt maxime inter DD. Alii, cum D. Thoma, docent judici, tanquam agenti ex potestate publica, judicandum esse « non secundum id quod ipse novit tanquam privata persona, sed secundum id quod sibi innotescit tanquam personæ publicæ; » ei quidem utendum esse privata notitia, « ut districtius discutiat probationes inductas, ut possit earum defectum investigare. Quod si eas non possit de jure repellere, debet eas in judicando sequi 2. 2. q. LXVII, a. 2. » Unde etiam in causa capitali innocentis, « qui falsis testibus convincitur, debet diligentius examinare testes, ut inveniat occasionem liberandi innocentem, sicut Daniel fecit. Si autem hoc non potest, debet eum superiori relinquere judicandum. Si autem nec hoc potest, non peccat secundum allegata sententiam ferens, quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eum asserunt nocentem (*Ibid.*, q. LXIV, a. 6, ad 3.) Alii vero, cum S. Bonaventura, tenent damnationem innocentis, ut talis certo cogniti, nunquam licitam esse, utpote intrinsece malam et contrariam justitiæ naturali. Plures, inter quos S. Alphonsus, lib. IV (VI), n. 2.S. Homo ap. tract. XIII, n. 64, qui secundam sententiam pro veriori habent, dant tamen licitum esse primam sequi in causis civilibus et criminalibus minoris momenti, ubi infligendæ essent pœnæ tantum pecuniariæ : quia bonum publicum, cui privatum cedere debet, obstat « ne forma publicorum judiciorum cum populi scandalo evertatur. » Verum nullo modo videmus cur, in causis capitalibus magis quam in minoribus, judici liceret *evertere formam publicorum judiciorum cum populi scandalo*, nec quid opponi posset huic primæ sententiæ defensorum rationi : ubicumque jus civile non definitur arbitrio principis ejusve administratorum, sed legibus, forma publica judiciorum pars est juris communis, contra quam judex nihil potest : et cum hæc forma instituta sit ad procurandam æquitatem judiciorum, religiose servanda est a judicibus in quibuscumque causis, maxime in gravioribus. Quod si quandoque inhabilis sit ad vitandam iniquitatem, id fit per accidens, eique commune est cum omnibus legibus humanis, non ideo evertendis quia summa perfectione carent. Commune bonum postulat ut societas regatur justitia naturali, qualis exprimitur legibus, non qualis intelligitur ab unoquoque. Unde judex interpres est justitiæ legalis, et satisfacit justitiæ naturali, si hanc sequi studeat quantum ei licet per legem generatim justam. Si enim lex injusta sit, ut potediens ab æquitate, non per accidens, sed in plerisque casibus, non est dubium quin judici illicitum sit eam sequi. — Cæterum, obligatio judicandi ex allegatis et probatis pertinet ad solos judices ordinarios, non ad *juratos*, a quibus lex non aliud exigit quam judicium certum propriæ conscientiæ, quomodocumque hæc informata sit [1]. Unde graviter peccarent si accusatum juridice convictum, cujus innocentia sibi explorata esset, reum declararent.

« 2° In quæstionibus *facti* aut *juris*, quæ nullo processu juridico eliquari queunt, quid agere debet judex? Potestne ad libitum judicare? — R. Nequaquam : judicare enim est *jus dicere, declarare*, non constituere. » Lib. IV, art. VIII, § 2.)

Quoad apparitores Gury sic habet :

« An apparitores ad restitutionem teneantur, si pretium supra taxam lege determinatam titulo donationis acceperint? — Resp. *affirm. per se.* Ratio est, quia talis donatio generatim spontanea dici nequit. Unde si excessus pretii sit quid grave, sub peccato mortali ad illud restituendum obligantur. *Ita communiter cum Salm.* Attamen si laborem extraordinarium et indebitum subiissent, aliquid supra pretium ordinarium accipere possent. S. Lig.

De quibus auctoribus adnotat Ballerini :

« Neque Salmanticenses, neque Alphonsus reipsa quidpiam de apparitoribus habent, sed disserunt de advocatis, notariis, tabellionibus, relatoribus etc. Res tamen in idem recidit. Eadem enim quæstio fit de iis omnibus, quibus pro munere quopiam, quod in judiciis gerunt merces debeatur. » (Gury. *de St. part* n. 17 et not. A.

[1] « La loi ne demande pas compte aux jurés des moyens par lesquels ils se sont convaincus... Elle ne leur fait que cette seule question qui renferme toute la mesure de leurs devoirs : avez-vous une intime conviction (Code instruct. crimin., art. 342)? » V. Bouvier, *de ect. præc. Legal*, art. 3. — Item Gury *de stat. partic* n. 6, et omnes.

209. — « Quæres. 1 Quid faciendum » judici, cum utrinque sunt sententiæ » probabiles in quæstione juris, v. g. an » ex testamento minus solemni debea- » tur hæreditas?

« Resp. Debet ferre sententiam secun- » dum opinionem de jure probabiliorem, » saltem si sit judex supremus. Neque » tunc videtur tenendum, quod quidam » docent, eum satisfacere conscientiæ, si » causam adjudicet defendenti se proba- » biliter, licet altera probabilius. Ratio » est, quia judex est constitutus, ut sé- » cundum merita causæ, et sententiam, » quæ ei maxime videtur rationi consona, » causam decidat, quia alioquin esset » acceptor personarum.

« Dixi, *si suprema sit* : quia, si sen- » tentia aliqua communiter sit accepta » in tribunali superiore, judex inferior » videtur secundum eam posse judicare, » licet minus probabilem : quia videt pro- » babiliorem cum honoris sui præjudicio » revocandam in superiore tribunali. » *Laym. l.* 1. *t.* 1. c. 5. §. 3. *n.* 16. *ex* » *Sylv. Vasq. etc. Vide tamen C. de Lugo* » *d.* 37. *s.* 10. »

210. — Adverte hic prop. 2. damna- :am ab *Innoc. XI.* quæ dicebat : *Proba- biliter existimo judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* Ratio damnationis est, quia judex a re- publica cum hoc pacto constituitur, ut unicuique jus suum tribuat, et quidem us majus habetis, cui probabilior opinio avet.

Sed notant DD. I. quod attendenda est illa opinio, quæ probabilior est se- cundum allegata et probata. Hinc dicunt non posse judicem aperire alteri parti, quod ipsa posset pro se allegare; quia hoc esset agere munus advocati, quod udici non licet. Ita *Salm. App. de Offic.* 1. *de judice p.* 4. *n.* 40. *cum Vasq. Suar. Pal. contra Dicast* Notant II. propositio- nem damnatam loqui præcise de senten- ia, quare dicunt, ex illa non vetari judici opinionem minus probabilem sequi quoad actus, prout examinare testes, etc. sententiam præcedentes. *Salm. ibid. in fin. cum Tap. et aliis cit.*

Quæritur autem hic. An in causis ci- vilibus paris probabilitatis possit judex ferre sententiam pro parte, pro qua ma- luerit? In æquali probabilitate facti si jus æque faveat partibus, communiter dicunt DD. tunc omnino rem esse divi- dendam. Ita *Lugo de just. d.* 37. *n.* 115. *Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 41. *n.* 16. *Pal. t.* 1. *tr.* 1. *d.* 2. *p.* 10. *n.* 2. *cum Suar. Con. Salon. Bon. etc. contra paucos*. Dubium fit, quando sub opinione est, cui partium jus magis faveat?

Prima sententia tenet in eo casu posse judicem rem adjudicare cui voluerit, quia cum utraque pars tunc habeat juxta di- versas DD. probabiles sententias integrum jus ad rem bene poterit judex uni ex iis sententiis se conformare, et tunc nullam alteri parti injuriam infert. Ita *Lugo l. c. Sanch. num* 45. *cum Sot. Valent. Salas, Led. Man. Metin.* item *Palaus*, qui vocat communem (sed immerito, ut videbi- mus.)

Secunda sententia vero, quam proba- biliorem putant *Salmant. ibid. n.* 42. *cum Suar. Can. Bonc. Fill. Prado, Sayr etc.* et rectius omnino tenendam censent *Ronc. tr.* 15. *qu.* 2. *c.* 1. *qu.* 9. *et Anacl. tr* 1. *d.* 3. §. 3. *n.* 62. docet adhuc in eo ca- su rem esse dividendam. Ratio, quia judex non est rerum dominus, sed distri- butor juxta jura partium ; et ideo, si jura sunt æqualia, æqualiter inter eas rem dividere debet.

Quoniam tamen jus cæteris paribus magis favet possessori, propterea excipi- tur I. Si eo casu, quo probationes sunt æquales, vel utrinque, adsint opinio- nes æque probabiles, una pars bona fide possideat : tunc enim ipsi favendum, ut recte aiunt *Pal. l. c. Salm. tr* 29. *c.*1. *p.* 4. *n.* 44, *et Sporer de Conc. l.*1. *n.* 69. et probatur ex *c. Litteris, de probat.* ubi dicitur, quod si ambarum partium testes sint æque idonei, possessoris testes præferuntur. Excipitur II. si agatur de causis matrimonii, dotis, viduæ, pupilli et aliis causis piis ; nam tunc pro iis judicandum, cum jura sunt æqualia, etiamsi sint actores, *ex c. Fin. de sent et re jud.* Secus vero, si pars opposita jus potius habeat, ex *lib. Si pars, ff. de inoff test.* Excipitur III. si agitur de causis criminalibus maxime capitalibus, quia tunc omnino judicandum pro reo, etiamsi pro ipso stet opinio minus pro- babilis. Ratio, quia nemo condemnandus, nisi constet de ejus crimine, ex *l. Absen- tem ff. de pœnis, et l. Sciant. c. de prob.* ubi ad proferendam sententiam sangui- nis probationes debent esse luce clario- res. Et hanc fuisse mentem Pontificis, cum prædictam prop. 2. damnavit, dicunt *Lumb. Filguer. et alii ap. Salm. ib. n.* 45.

Quær. II. An in causis civilibus debeat judex judicare contra legitimum posses-

sorem, si actori faveat opinio probabilior? Certum est 1. quod si rationes sint æquales, judicandum pro legitimo possessore, ut probat *Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 41. *n.* 12. *cum Soto, Cov. Sylv. Mol. et aliis innumeris, reg.* 65. *de reg. jur. in* 6. ubi dicitur: *In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis.* Ratio, quia licet in dubio jus sit æquale quoad proprietatem, potius tamen est jus possidentis, qui certius est juris possidendi. Certum est 2. quod in dubio possessionis, et proprietatis judicandum est pro eo, qui habet rationes probabiliores, id patet ex prop. damnata ab *Innoc.XI.* quæ dicebat: *Probabiliter existimo judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* Ratio, quia judex est constitutus a republica, ut unicuique jus suum reddat secundum merita causæ; unde ipse debet rem adjudicare ei qui pro se jus potius habeat. *Vide Sanch. Dec. l.* 1. *c.* 9. *n.* 47. *Lugo, d.* 37. *n.* 116. *et Salm. ibid. n.* 39. Dubium fit, si pro actore sint rationes probabiliores, pro quo tunc judicandum? *Tamb. Dec. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 6. respondet eo casu judicem teneri rem adjudicare actori ob eamdem rationem mox allatam quia jus possessionis prævalet in pari causa, non autem in causa minus probabili. Cardinalis autem *de Lugo, de just. d.* 16. *n.* 99. dicit, quod judex non tenetur, sed potest pro actore ferre sententiam, eo quod potest sequi opinionem probabilem, nempe quod actor, rationes pro se probabiliores adducendo, satis jus suum probet. Alii vero communiter, ut *Cardenas* 1. *Crisi d.* 16. *c.* 9. *n.* 156. *et* 192. *cum Diana, etc. et in dicta* prop. 2. *diss.* 3. *c.* 4. *n.* 33. *et* 59. item *Croix l.* 4. *n.* 1485. *Elbel t.* 1. *pag.* 70, *n.* 198. *Holzm. t.* 1. *p.* 37. *n.* 172. et alius doctus scriptor neotericus, qui (cum *Filguera* in eadem prop. 2.) hanc sententiam vocat communem satis probabiliter tenent, quod judex non potest reum legitime possidentem re exspoliare, si pro ipso stent rationes probabiles, etiamsi pro actore stent probabiliores. Ratio, quia possessio dat jus certum possidenti ad rem retinendam, donec constet de jure alterius, ut loquitur *Roncaglia*, dicens: *Titulus possessionis ex communiori theologorum sententia elidit rationes probabiliores.* Idque dicit *Cardenas l. c. n.* 143. probari auctoritate communissima Doctorum cum *Bartolo, Innoc. Abb. Jason, Felin, etc.* et pluribus textibus. Unde doctissimus *Cardinalis Sfondratus in Reg. sac. lib.* 1. §. 20. *n.* 11. scripsit, non esse procedendum contra possessionem, nisi ex certitudine. Cum enim jus possessionis sit jus certum, non potest elidi nisi ab alio jure certo actoris, et jam probato. Nequit autem dici actor jus suum probare, qui rationes probabiliores, non autem convincentes, adducit contra possessorem, qui probabile jus habet. Huic sententiæ se adjungit *Bon. de rest. d.* 1. *q.* 2. *p.* 2. *n.* 6. ubi loquens de obligatione restitutionis, dicit, quod possessor habens pro se rationem probabilem non tenetur ad ullam restitutionem, etiamsi jus alterius ipsi videatur probabilius, has rationes adducens: *Tum quia in foro externo non obligaretur ad ullam restitutionem, ergo nec obligandus est in foro conscientiæ, cum idem esse debeat judicium fori interni et externi; quando forum exterius non nititur falsa præsumptione; tum quia possessio certa prævalet rationibus inducentibus in partem oppositam, sed generantibus assensum.* Ergo ut certum habet hic auctor, quod etiamsi actor habet pro se rationes probabiliores, sed non convincentes, possessor non est judicio exspoliandus re possessa. Nec obstat textus supra oppositus: *In pari causa potior est conditio possidentis.* Ergo (ut ait *Tamb.*) non est potior in causa non pari. Nam responderi potest, quod ex textu illo non necessario infertur, quod sententia ferenda sit pro actore habente rationes probabiliores contra possessorem legitimum, qui pro se rationem probabilem habet, hoc enim casu potius attendi debet illa alia regula juris, 11. nimirum: *Cum sunt partium jura obscura, potius favendum est reo, quam actori.* Dixi *posoessorem legitimum*, quia alioquin (ut supra diximus) si possessio non esset certa, aut non certe legitima, tunc judex debet jus dicere secundum opinionem probabiliorem de proprietate ut omnes docent cum ipso *Cardin. loc. cit. in d. prop.* 2. Et ideo judices communiter res adjudicant habentibus jus probabilius, quia in foro externo difficulter bona fides possessoris probari potest.

211. — Quæritur III. An sit licitum judici accipere aliqua munera a ligantibus? Certum est non licere accipere munera magna, quæ vocant *sportulas*, scilicet pecunias, vestes, et alias res pretiosas. Dubium est, an liceat recipere munera parva quæ vocantur *xenia*, id est esculenta et poculenta? Affirmant *Azor*,

Cajet. Sylvest. Angel. et Menoch. apud Salm. tr. 29. *c.* 1. *p.* 7. *n.* 73 *et* 74. *ex l. Solent,* § *Non vero, ff. de Off procons.* ubi dicitur, nomine munerum non venire *xenia.* Probant insuper ex c. *Statutum,* § *Insup. de rescript. in* 6. ubi *Bonif. VIII.* sic ait : *Insuper, ut gratis... judicium... procedat, nullum munus... (nisi forsan esculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum quod paucis consumi possit diebus, vel nisi, cum ipsum propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas) recipere ab iisdem partibus qualitercumque præsumat.* Verumtamen contradicunt *Salm. ibid. n.* 79 *et* 80. *cum Navar. Sot. Cord. et aliis* et aiunt prædictam *l. Solent,* correctam fuisse ex *Auth.* 2. c. *Scriptum et* c. *Jusjurandum, etc.* Textum autem, in § *Insuper* ut supra, aiunt loqui tantum de judice delegato apostolico, non de aliis, ut constat ex *c. Cum ab omni, de vita, et honest. cler. et* c. *Romanæ, de censibus in* 6. Excipi tantum dicunt Episcopum dum visitat diœcesim, aut Ecclesiam consecrat, qui tantum expensas victus moderatas accipere potest, ex c. *Romana,* § *Procurationes, de cens. in* 6. *Vide Salm. tr.* 29. *c.* 1. *p.* 7. *n.* 86. His vero non obstantibus, primam sententiam cum Glossa *in cit.* § *Insuper* nescimus reprobare, dummodo esculenta illa a judice nec directe, nec indirecte postulentur [1], nescimus enim agnoscere, in quo differant judices delegati ab aliis. Sicut autem (ait præfata Glossa) non reputatur simonia : si prælatus regularis gratis aliquid recipit ab eo, qui petit religionem ingredi, ut habetur in *cap. Dilectus* 30. *de simon. in fin.* cum nequeat supponi prælatum propter aliquod tenue donum gratis oblatum admissionem ad religionem vendere velle ; ita nec supponi potest ob simile munus judicem velle injustam ferre sententiam.

212. — Quæritur IV. Utrum peccet, qui munera dat judici, aut ejus ministris? Distinguo, si det sine justa causa, equidem peccat, cooperando injustæ receptioni; secus, si cum causa, nempe ad redimendam injustam vexationem; modo periculum sit probabile, quod alias manifesta injustitia sibi inferretur; tunc enim hæc non est corruptio, sed cautio, ut jus suum sibi tribuatur. Ita communiter *Sanch. Cons. l.* 3. *c. un. d.* 3. *n.* 3. *Lugo d.* 3. *n.* 136. *Mol. Cord. Pal. etc.* ac *Salm. ibid. n.* 89. *contra Ledesm. etc. ibid. n.* 90. Nec obstant huic leges prohibentes, nam leges intendunt vitare, ne dantes muneribus judices corrumpant, non autem ut justam sententiam obtineant. Notandum autem, quod dans munera posset post sententiam repetere in judicio, quod dedit, et judex certe ante sententiam illud restituere tenetur, ex c. *Non sane, caus.* 14. *quæst.* 5.

213. — Notandum denique, quod judex sæcularis baratriam committens (id est pecunia corruptus iniquam ferens sententiam) ex legibus dignitate privatur, inhabilis redditur ad amplius judicandum, et relegatione punitur : insuper reputatur infamis, et tenetur restituere triplum pro pœna, et omnia damna parti læsæ. Hoc in causa civili. Sed in causa criminali, ubi innocentem damnasset ad mortem, capitis pœna mulctabatur. Judex autem ecclesiasticus suspenditur ab officio per annum, et potest alia pœna puniri. *Vide Salm. tr* 29. *c.* 1. *p.* 7. *n.* 94. Corrumpens autem judicem, ut iniquam sententiam proferat, punitur eadem pœna, qua judex ut supra. Ita communiter DD. cum *Sanch. de matr. l.* 1. *d.* 54. *n.* 1. Addunt *Farinac. et Menoch.* quod corrumpens amittit etiam actionem ad datum repetendum. Dantes autem, aut recipientes pro obtinenda gratia, aut justitia apud Sedem catholicam incurrunt præterea excommunicationem ipso facto reservatam, et accipientes ad restitutionem tenentur; atque clerici omni officio, aut beneficio privantur. *Vide Salm. l. c. n.* 88.

« Resp. 2. Si opiniones oppositæ æque » probabiles videantur, non licebit uni » eorum adjudicare totum pro suo arbi- » trio, cum uterque æquale jus habeat, » sed suadebit compositionem : imo » etiam imperabit, in casu nimis intri- » cato (alias enim non licet) ; vel uni di- » midium, et alteri alterum dimidium » juris, aut rei, de qua lis est, adjudica- » bit, memor interim axiomatis, quod, » *si partium jura sint obscura potius fa-* » *vendum sit reo, quam actori. Ib. Bon. de* » *peccatis. d.* 2. *q.* 4. *p.* 9.

214. — « Quæres 2. Ad quid teneatur » judex, qui sententiam injustam tulit?

« Resp. I. Si dolo, vel (ut dixi *d.* 1. » *art.* 1.) magna imperitia id fecit, litem » fecit suam, id est damnum partis læsæ » in se transtulit, cui tenetur restituere.

[1] « Saltem in hoc, ut ait *Lugo,* non debet reprobari consuetudo, ubi reperitur legitime præscripta. » *Hom. Ap. tr.* 13. *n.* 66.

» *Bon. d.* 10. *qu.* 2. *p.* 4. *ex S. Th. etc.*
» *Vide supra num.* 195.

« Resp. 2. Si alioqui dignus suo munere (tametsi id petens impetraverit, aliis dignioribus neglectis) per oblivionem, ex humana fragilitate erraverit, non obligatur in conscientia ad restitutionem ex propriis, cum injuriam formalem non intulerit, neque aliquid commodi ex tali sententia acceperit, vel potius (secundum alios) cum culpam theologicam non commiserit : debet tamen revocare sententiam, si potest sine gravi incommodo. *Laym. lib.* 3. *t.* 6. *c.* 2. *n.* 11.

215. — « Quæres 3. An sententia judicis injusta obliget in foro conscientiæ ?

« Resp. Sententia injusta ex natura rei, aut ex omissione ordinis juris simpliciter necessarii, sive feratur per falso allegata, et probata, sive ex judicis iniquitate, nullum habet robur in foro conscientiæ ; manetque parti læsæ, tametsi non appellet, jus suum, licebitque, si absque scandalo possit, recuperare bona. *S. Th. Sayr. Bonac. d.* 10. *q.* 2. *p.* 4. *Trull. lib.* 8. *c.* 1. *d.* 7. Ratio est, quia sententia eatenus obligat in conscientia, quatenus habet rationem judicii, hoc est, ut est determinatio juris, et definitio justi.

« Dixi, *in foro conscientiæ* : quia in foro externo, ubi non tam veritas facti, quam probatio juridica spectatur, sententia prolata servanda est, ad evitanda scandala, et incommoda, neque elapso termino (intra quem appellare licebat) actio ei conceditur, lege sic statuente, tum in pœnam pigritiæ, tum ob bonum publicum, ut litium sit finis. *Trull. l.* 8. *c.* 4. *d.* 7. *ex Sayr. etc.*

Unde resolves :

« 1. Is, cujus bona per sententiam manifeste injustam adjudicata sunt alteri, potest (nisi alteri juste præscripserit) per occultam compensationem ea recipere : quia recuperat jus suum. *ib.*

« 2. Qui sciens per injustam sententiam mala fide accepit bona, tenetur ea semper restituere, neque unquam præscribere potest, quia sunt aliena, et possessor malæ fidei nunquam præscribit : imo tenetur expensas restituere, et compensare damna, etiamsi pars læsa non appellaverit, cum non renuntiet ideo juri suo.

« Qui bona fide rem postulavit a judice, et bona fide accipit, intelligitque ante tempus præscriptionis finitum, fuisse sententiam injustam, tenetur eam, non tamen expensas restituere. Si vero possedit rem bona fide, tempore ad præscribendum necessario, non tenetur restituere, quia legitime præscripsit. *Salon. Sayr. Trull. l. c.*

216. — « Quæres 4. Quid liceat judici circa munera ?

« Respond. 1. Etsi a partibus munera liberalia accipiens aliquando peccet, vel ob scandalum, vel ob periculum pervertendi justitiam, acceptorum tamen dominium comparat spectato jure naturæ. » (*Hoc est commune, et certum. Salm. de rest. c.* 1. *p.* 7. *n.* 178.)

« Resp. 2. Etsi lex positiva munerum acceptionem prohibeat, accipiens tamen non tenetur ad restitutionem ante sententiam judicis, nisi lex exprimat quod non illicita tantum, sed etiam invalida sit acceptio. *Vide Bon. in* 8. *pr. q.* 2. *p.* 8. *Laym. l.* 3. *tr.* 4. *c.* 4. *n.* 9. *et* 10.

Quæritur an judex teneatur restituere accepta ante sententiam judicis ?

Prima opinio, quam tenent *Sotus l.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 2. *et Tapia, Cord. Rodriq. Arag. etc. apud Salm. ibid. n.* 172. affirmat, ex *leg. Jurisgentium. ff. de pactis, leg. Si plagii ff. de verb. oblig. etc.* ubi tales conventiones nullæ declarantur. Et favet huic sententiæ *D. Th.* qui 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. *ad* 2. dicit : *Et quia etiam ille, qui accipit, contra legem accepit, non debet sibi retinere.*

Secunda opinio vero negat, et hanc tenent *Lugo d.* 18. *n.* 54. *Less. l.* 2. *c.* 14. *n.* 56. *et S. Antonin. Pal. Bon. Nav. Azor, Trull. et alii apud Salm. ibid. n.* 170. qui æque probabilem vocant. Ratio quia hæc restitutio non debetur de jure naturæ, juxta dicta *libro* 4. *num.* 712. nec de jure positivo, quia leges præfatæ, et aliæ vel intelliguntur pro foro tantum externo, vel de restitutione in pœnam criminis, pro qua semper requiritur sententia, etsi non inflictiva pœnæ, saltem declaratoria criminis. Utraque sententia est satis probabilis.

« Res. 3. Si judex injuste extorqueat munera, nolens facere quod justum est et debet, nisi ea dentur, tenetur restituere : ut etiam, si quid datum sit ad redimendam vexationem , v. g. ne injuste faveat parti adversæ, ne causam nimis differat. Quamquam hoc

» casu interdum præsumi possit, dato» rem remittere obligationem restituendi» *Laym. l. c. ex Gab. et Reb. etc.*

Certum est igitur, et commune inter DD. quod quicumque accipit aliquid, ut faciat, aut omittat id quod ex justitia facere, vel omittere tenebatur, acceptum restituere debet. Ita S. *Th. Pal. Lug. Bon. etc. cum Salm. de rest. cap.* 1. *p.* 8. *n.* 177. *Dixi ex justitia,* nam qui non tenetur ad aliquid ex justitia, sed ex charitate, aut alia virtute, bene potest pro eo pretium accipere, quandoquidem quod promittit, est pretio æstimabile, ut recte censent *Sot. Bon. Lugo d.* 18. *n.* 67 atque *Salm, ibid. n.* 185. *in fin. contra Less. Trull. etc. ib.* Judex igitur, qui ex justitia tenetur justas ferre sententias, certe restituere tenetur pretium acceptum pro justa sententia ferenda ; et hoc etiamsi acceperit, non ab una ex partibus, sed ab extraneo, puta illius amico, familiari, ut verius sentiunt *Lugo d.* 37. *n.* 126. *Tap. Reb. et Salm. ibid. n.* 183. *contra Sot. Bann. Led. Dic. Vill.* An autem judex teneatur restituere acceptum pro ferenda injusta sententia ? *Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 712.

Sed hinc quæritur, an, cum justitia est dubia, sive paris probabilitatis, ita ut judex possit fere sententiam pro parte, pro qua maluerit (juxta opinionem aliquorum quos retulimus *n.* 210. *v. Quæritur autem*; quam vero opinionem ut probabilem non admisimus), teneatur judex restituere quod accepit ab una ex partibus, ut pro ea sententiam proferret? Certum est talem acceptionem esse illicitam ex propos. 26. damnata ab *Alex VII* quæ dicebat : *Quando litigantes pro se habent opiniones æque probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia, in favorem unius præ alio.*

Sed *prima sententia* negat acceptionem esse invalidam de jure naturali, quia judex accipit, ut faciat id, ad quod ex justitia non tenebatur. Ita *Less. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 64. et probabilem vocant *Trull. Fagund. etc.* Et ideo dicunt, si non adsit lex particularis, non deberi restitutionem.

Secunda sententia vero, cui subscribo, contradicit ; quia judex, semper ac sententiam fert, exercet actum, ad quem ex justitia tenetur ; nihil igitur accipere potest pro sententia, quam profert, cum ad id ex justitia teneatur. Ita *Dian. Pal Mol. Cov cum Salm. de rest. cap.* 1. *p.* 8. *n.* 131.

217. — Circa autem stipendium commissarii, seu executoris, quæritur, an si commissarius mittitur ad plures executiones faciendas, possit a singulis debitoribus integrum stipendium diarium exigere ? Affirmant *Lugo disp.*37. *n.* 138. *et Less. lib.* 2. *c.* 24. *n.* 28. eodem modo, quo quis locans operam suam alicubi pro alicujus negotio, tantumdem ab alio pro alio negotio posset exigere. Sed negant *Sanch. Cons. l.* 3. *c. unic. d.* 23. *Tann. Dian. etc. cum. Salm. de offic. c.* 1. *de judice. p.* 8. *n.* 96. qui verius dicunt omnino tenendum oppositum, quia, ut aiunt, salarium diurnum non datur commissario pro numero executionum, sed pro opere cujusque diei, ideo solum salarium ordinarium exigere potest et aliquid amplius quidem, si labor ob numerum executionum sit extraordinarius, ut bene notant *Salm. cit. n.* 96. *in fin. cum aliis* [1].

Certum autem videtur cum *Sanch. l. c. d.* 24. *n.* 1. *Arag. Salon. Sot. ac Salm. ibid. n.*98. *et* 99. non posse judicem dividere stipendium cum executore (et tanto minus posse executorem dividere cum alio, ut dicunt ; sed hoc non placet) : quia judex de officio tenetur eligere commissarium ; idcirco pro tali electione nullum pretium recipere potest.

Ut sequitur quam brevissime repetit Scavini conditiones in judice requisitas :

« Judex est persona publica legitima auctoritate constituta, ut secundum leges justitiam administret, atque in delinquentes pœnas decernat. Sic dicitur vel quia jus dicit, vel quia partium jura disceptat juxta legum præscripta. In eo requiritur :

« 1. *Scientia sufficiens* earum rerum, quæ ad proprium officium pertinent, et sine quarum cognitione munus suum exercere recte non valet, uti est notitia juris communis et patrii, ac consuetudo locorum : *Erudimini*, inquit R. Psaltes [2], *qui judicatis terram.* Ignarus judex non potest absolvi nisi illico discat, aut officium paratus sit dimittere. Imo si magna imperitia aut dolo aut negligentia in causa discutienda injustam tulit sententiam, tenetur de damnis, utpote

[1] « Sed tamen hic oportet distinguere, quia *Sanch.* » et *Salm.* loquuntur, cum commissario taxatum est » pretium pro occupatione sua cujusque diei et tunc cer» te, ut concedit *Lugo*, non potest ille plus eo exigere. » Sed cum commissiones essent disparatæ et assignatum » esset salarium speciale pro qualibet procuratione, recte » dicit *Lugo*, posse commissarium exigere plura salaria » pro qualitate executionum, et hoc est quod sentit etiam » *Lessius. Hom. Ap. tr.* 15. *n.* 68.

[2] Ps. II.

reus violatæ justitiæ non tantum legalis, sed etiam commutativæ, ex quasi-contractu cum privatis tacite inito ratione sui officii.

« 2. *Animi fortitudo*, ita ut nec odio nec amori nec promissionibus nec precibus nec minis cedat, sed solum conscientiæ suæ dictamen sequatur, clamante Ecclesiastico : *Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua* [1]. Ad quod quidem periculum avertendum omni jure prohibetur judex munera accipere [2]; sed excipiunt levia munuscula, maxime accedente consuetudine ; cum enim ea ex sola urbanitate offerantur, quasi inurbane refutarentur, quod non videtur reprobari a jure canonico. Attamen pro praxi semper consultius erit, ut judex nihil accipiat ; tum quia partes non omnino sponte tribuunt, tum quia *dona excæcant oculos judicum;* et *qui odit munera vivet*, dicente *Scriptura*.

« 3. *Prudentia sagax* in rebus difficillimis ac dubiis rite resolvendis, neque enim pro omnibus controversiis una regula sufficit : ita, v. g., si omnibus perpensis, æqualis appareat probabilitas tam pro una, quam pro contraria parte, non eodem modo judex jus dicere debet ; sed si causa est criminalis, debet semper judicare pro reo juxta regulam : *Nemo præsumitur malus, nisi probetur; in dubio semper reo favendum est.* Si vero causa est civilis, tunc si una pars bona fide jam possideat rem controversam, huic favendum est, quia *in dubio melior est conditio possidentis ;* si neutra pars rem possidet, res erit ex æquo dividenda, præcluso omni judicis arbitrio ; quia ipse non est rerum dominus, sed solum distributor juxta partium jura : quæ quidem æqualia sunt ex hypothesi.

« 4. *Vigilans sollicitudo* in causis expediendis : hoc enim et æquitati convenit et rigori [3] Quare peccat mortaliter sententiam differendo sine justa causa per multum temporis spatium ; et tenetur compensare damna, quorum per injustam illam dilationem est auctor. Item si judex aliquid accipiat pro expedienda causa unius præ causa alterius, verius tenetur ad restitutionem, cum hoc non sit pretio æstimabile ; etenim ex justitia, id est vi officii sui tenetur æqualiter causas expedire. Excipe extroardinarium laborem præstitum, ad quem nempe nullimode ex munere suo teneretur.

« 5. *Sententiæ prolatio*, et quidem juxta legis præscripta ; judex enim non est dominus, sed executor legis, qui tenetur jus dicere ad normam ipsius juris. Quod etiam habetur in Codice civili et pœnali [4].

[1] Eccl. VII.
[2] In Sexto, § *Insuper*
[3] Can. II, *De Sent. et Re jud.*
[4] *Cod. civ.*, art 14, C. A. 6, C. S. 3, C. G. 4, C. M. 8. — *Cod. pæn.*, art. 4, C. S. 4.

Omnes judicis obligationes sequens exhibet servus :

Jura sciens, fortis, prudens, vigil, efferat æquum. »

(t. I, n. 545)

DUBIUM III.

Quid sit officium advocati?

218. — « Suppono secundum omnes, » in advocato quatuor requiri, scilicet » scientiam convenientem, justitiam cau» sæ, fidelitatem et pretium justum: quod » si taxatum est, non licet ultra hoc acci» pere: ubi non est taxatum, sufficit justum » naturale, *ut vide apud Bon.*

219. — Sed ante omnia notandum est, vetitum esse munus advocati exercere impotentibus, infamibus, item monachis, nisi interveniat utilitas monasterii, et licentia prælati, ex *c. Ex parte, de postulando*. Item sacerdotibus, sive in foro laicali, sive ecclesiastico, ex *c. Sacerdotibus, ne cler. vel mon.* nisi sit causa propria, vel propriæ Ecclesiæ, vel pauperum, vel consanguineorum infra 4. gradum, modo isti alium advocatum ita idoneum non inveniant. In causa tamen criminali non licet unquam sacerdotibus advocare coram judice sæculari. *Sanch. Sylv. etc. cum Salm. de Offic. c. 4. de advocat. p. 1. n. 5.* Idem dicitur de clericis in sacris constitutis, sive in minoribus si sint beneficiati, nisi careant patrimonio sufficienti ad victum ut *Sanch. c. 1. d. 4. n. 7. Panor Lancell. Sylv. et Salm. ibid. n. 7. et 8.* Si quis autem ex his semel, vel bis causas advocaret contra prohibitionem, non peccaret graviter ; secus, si ex professo, ut *Sanch. etc. cum Salm. ibid. num. 10.*

Sed notandum I. ex communi sententia non esse vetitum clericis non sacerdotibus advocare pro negotiis ecclesiasticis (ratione vel personæ vel rei Ecclesiæ) in quocumque foro. Ita iidem *AA. ibid. n. 7.* Et constat ex *cap. 1. de Postulat. §. Cumque*, ubi clericis tantum prohibetur advocare in foro laicali pro causis sæcularibus. Notandum II. quod clerici in

minoribus sine beneficio, possunt quascumque causas civiles in quolibet foro advocare. An vero possint in causa criminali? Affirmant alii apud *Salm. ibid. n.* 9. Sed tutius negandum ex *c.* 9. *ne cler. vel. mon. et c.* 1. *dist.* 51. Probabiliter tamen licet reum tueri, ut *Sanch.* 7. 6. *c. d.* 3. *cum Nav.* cum textus loquantur de tuendo actore.

220. — « Resp. 1. Non potest sub gravi » peccato suscipere causam quam scit » esse injustam : ex causis autem civilibus » in utramque partem probabilibus, et du- » biis, potest utramvis, etiam minus » probabilem tueri : dummodo cliens » de minore probabilitate moneatur. *Vasq* » *Salas, Card. de Lugo, Dian. t.* 4. *p.* 2. » *r* 4. quia utraque pars habet jus pro- » ferendi suas rationes in judicio : ergo » etiam advocatus patrocinandi; neque » semper est verius quod videtur probabi- » lius : et forte aliud erit judicium ju- » dicis : *Bon. de pecc. d.* 2. *q.* 4. *p.* 9. *et in* » *præcepta d.* 10. *q.* 2. *p.* 4.

« Dixi, *civilibus*; quia in causa crimi- » nali dubia non licet tueri partes actoris, » qui in tali casu graviter peccat contra » reum, ergo etiam advocatus. *Fill.* » *l.* 40. *c.* 1. neque quando actor contra » possessorem agens scit, se nihil posse » evincere, sed rem mansuram semper » dubiam ; quia tunc injuste vexatur pos- » sessor; pro quo tandem judex debebit » judicare, ut *vide Cardinal. de Lugo de* » *just. d.* 41. *n.* 7. *Salas in t.* 2. *d.* 1. » *sect. ult. num.* 108.

« Resp. 2. in causa criminali potest » reum etiam sontem defendere, ut mor- » tem, aliamve pœnam evadat, quia reus » non tenetur ad pœnam nisi convictus, » ergo potest per se, vel alium, eam » avertere, donec convincatur. *Bonac.* » *d.* 10. *q.* 3. *p.* 4. *n.* 7.

221. — « Resp. 3. Advocatus tenetur pauperibus in extrema » (*Etiam cum suo incommodo gravi, non autem gravissimo, ut S. Thom.* 2. 2. *q.* 71. *art.* 1. *quando non apparet in promptu, quomodo possit pauperi aliter subveniri, item Sanch. Pal. et Salm. de offic. c.* 4. *de advocat. p.* 2. *n.* 20. *et* 21. *communiter*) « vel gravi neces- » sitate gratis patrocinari; sine notabili » tamen suo incommodo. Ratio est lex » charitatis. *Nav. Cajet. Less. Fill. Bonac.* » *l. c.* » (*An autem in necessitate gravi teneatur pauperes tueri sub mortali? Negant Nav. et Caj. Sed verius affirmant Sotus, Val. Tol. etc. cum Salm. tr.* 29. *c.* 1. *de advocat. p.* 2. *n.* 23. *et* 24. *quando advocatus superfluum habet suo statui. Tenetur etiam advocatus causas pauperum advocare in necessitatibus communibus; sufficit tamen, si ipse in hoc aliquid largiatur ex superfluis, intellige temporis, et divitiarum.*)

232. — Magna est quæstio, an possit advocatus tueri causam minus probabilem. Quod possit tunc reum tueri, commune est; dicunt tamen *Val. Sylv. Marin. etc. apud Salm. ib. p.* 3. *n.* 37. non posse cum opinione minus probabili defendere actorem. Alii tamen communius cum *Bus. ut Lugo d.* 41. *sect.* 1. *num.* 8. *Sanch. dec.* 1. *c.* 9. *num.* 53. *Azor, Vill. Lorca, etc.* indistincte concedunt advocatis tueri tam actorem, quam reum in causa minus probabili, quia, si potest quisque cum jure probabili litigare, potest etiam alius eum tueri, modo moneat suum clientem de minori probabilitate suæ causæ. Utramque sententiam *Salm. ibid. n.* 48. *in fine* vocant satis probabilem, sed revera huic secundæ sententiæ adhærent, sicut et ego. Ratio, tum quia opinio minus probabilis decursu temporis potest probabilior evadere, tum quia multoties opinio, quæ advocato minus probabilis apparet, ipsa judici videtur probabilior. Notant tamen I. *Lugo, Malder, Diana, et Lorca apud Salm. ibid. n.* 36. *in fin.* quod hoc currit, si probabilitas sit juris; nam, si sit facti, etiam in pari probabilitate (quia tunc omnino favendum est reo) communiter dicunt non licere advocato actorem tueri. Notant II. *Salm. cit. n.* 36. *in med. cum Lugo l. c.* quod in causa paris probabilitatis juris commune est inter DD. licitum esse advocare sive pro reo, sive actore.

223. — « 1. Advocatus, qui sciens pa- » trocinatur causæ injustæ » (*Sive qui culpabiliter ignorat causam esse injustam, Salm. ibid. n.* 32.) « tenetur ad compen- » sationem omnium damnorum inde » consequentium. Unde parti contrariæ » restituere debet ex peccato omis- » sionis, quia fuit illi causa positiva » damni (similiterque, si causam dubiam » tueatur, eamque obtineat fraude ; quia » intercedit injustitia ratione partis ad- » versæ) : clienti vero suo tenetur resti- » tuere ex peccato omissionis ; quia ex » officio tenebatur monere ignorantem » causæ injustitiam. Quod addo, quia, si » clienti constabat de causæ injustitia, » non tenetur illi restituere. *Bonac. d.* 10. » *q.* 3. *p.* 4. *Less. l.* 2. *c.* 31. *d.* 8. *Fill.* » *Laym. Tann. q.* 4. *d.* 6. *num.* 127.

« 2. Similiter peccare, et ad restitutionem teneri, quando defendit articulum » justum causæ injustæ, ut sic adversarium vexet, impediat, differat, aut » pervertat, docet *Trull. l.* 8. *c.* 5. *dist.* 3. » *ex Cajet. Sayr. etc.* quia censetur defendere causam injustam.

« 3. Quando causa nihil fere habet » probabilitatis, ita ut vix moraliter sit » spes obtinendi, eo quod apud judices » semper rejiciatur, regulariter non licet » suscipere; tum quia facit, ut cliens » sine fructu tempus, et pecuniam perdat; tum quia talis communiter non » habetur probabilis. *Card. Lugo de just.* » *d.* 41. Quando autem cliens habet bonum jus in causa possessionis, non tamen in proprietate, an liceat advocato » eum defendere in causa possessoria » (dum de proprietate non agitur)? Quidam affirmant, negant alii. *Vide Fag.* » *in. p.* 8. *c.* 47. *n.* 13. *Mol. t.* 1. *tract.* 2. » *d.* 81. *Card. de Lugo l. c. n.* 10.

Alii igitur dicunt licere advocato talem clientem defendere, quia tunc solum permissive cooperatur ad peccatum clientis, cum eo casu exerceat munus consultoris apud judicem. Sed verius contradicit *Lugo d.* 41. *n.* 10. *cum. Mol. Fagund. Med. etc.* Ratio, quia sicut peccat cliens rem retinendo, sic advocatus in tali retentione ei cooperando; advocatus autem non se habeat ex parte judicis, sed clientis.

« 4. Advocatus, antequam patrocinium » causæ suscipiat, tenetur examinare » ejus æquitatem, et probabilitatem, » eamque clienti indicare sincere : si » enim falsa promissione, vel inani spe » victoriæ, sumptibus involvat, tenetur » ad restitutionem. *Bonac. de pecc. d.* 2. » *q.* 4. *p.* 9. uti etsi qualitatem, ac statum causæ, seu periculum ejus perdendæ indicare neglexerit, et cliens, » eo cognito, litigaturus non fuisset. » Quod si dubium sit, an eo casu litem » prosecuturus fuisset, neque id ulla diligentia cognosci possit, non teneri » advocatum ad damna resarcienda, docet *Bard. d. c.* 29. quod melior sit » conditio possidentis, dum de damno » illato non constat.

« 5. Si clientis causam minus probabilem, dicat esse omnino justam, tenetur » de damno, si cliens, cognito causæ dubio, non fuisset litigaturus. *Bon. l. c.*

« Si in progressu causæ iniquitatem » videt, tenetur mox monere clientem, » et suadere, ut desistat; alias ad restitutionem damnorum obligabitur; quia, » cum stipendio sit conductus, tenetur » ex justitia monere. *Tann. l. c.* neque » potest, vel ipse, vel judex suadere compositionem cum damno partis; quia » compositio non habet locum, nisi » quando res est dubia. Si vero inducat » ad transactionem, sine damno, deceptione, vi, et metu, non tenetur, quia » nulli facit injuriam. *Val. Azor. Less.* » *Laym. Bon. loc. cit.*

« 7 Non potest absolvi, qui paratus » est quasvis causas defendendas suscipere. *Sayr. l.* 12. *c.* 23. *n.* 18.

224. — « 8. Non licet cum cliente convenire de pretio, post inchoatam litem, » sed vel ante cœptam, vel post finitam, » ex *can. Infames, caus.* 3. *quæst.* 7. quia » cliens, postquam sua instrumenta ostendit, cogetur quolibet pretio stare, » ne prodatur. » (*Si tamen advocatus procedat sine dolo et pretium sit justum, non peccat conveniendo de illo, etiam in medio litis, ita Salm. tr.* 29. *c.* 4. *de advoc. p.* 5. *n.* 57. *in. fin. cum Nav.*)

« Nec licet pacisci de parte aliquota, » v. gr. dimidia, tertia vel quarta litis, » pro pretio, si victoria obtigerit, quia » id graviter prohibetur *leg. Sumptus,* » *ff de pactis, L. Litem, c. de procur. ex* » *can. Infames,* § *Arcentur, caus.* 3. « *qu.* 7 *L. Si qui, cod. de post.* Ratio » est, ne præbeatur occasio, per fas, et » nefas, procurandi victoriam. Hoc tamen » casu non obligatur ad restitutionem, si » justum pretium non excedat, et dolus, » ac fraus absit. *Vide Sylv. v. Advocatus. Nav. c.* 15. *Fill. Laym. Bon. Sanch.* » *lib.* 5. *consil. c.* 7. *d.* 9. *et lib.* 37. *C.* » *de Lug. l. c.*

225. — Notandum est I. quod advocatus non potest exigere pretium, quantum vult, sed debet exigere moderate, et respective ad gravitatem, et difficultatem causæ, ad scientiam, et dignitatem advocati, atque usum regionis. Si autem pretium sit taxatum a lege recepta, et non abrogata, illi standum; alias advocatus, qui pretium notabiliter excedens recipit, peccat, et restituere tenetur. *Vide Salm. tr.* 29. *c.* 4. *de advoc. p.* 5. *n.* 53. *et* 54.

Notandum II. quod, si de pretio conveniatur, et cliens deserat causam, advocatus potest totum pretium petere, si per ipsum non stet, quominus litem prosequatur; pari modo ac locans operam suam pro aliqua mercede, illam bene exigere potest, si per conductorem stat,

ne opera compleatur, ut ex *leg. Si uno, ff. de locat.* Ita *Salm. ibid. num.* 58. *cum Sayr. Vide dicta lib.* 3 (IV). *num.* 342. *v. Peccant.* Hoc tamen intelligendum dico, si nulla supervenit justa causa litem deserendi; hæc enim conditio semper subintelligitur apposita in conventione facta.

Notandum III. esse valde probabile, quod si advocatus conveniat de salario cum aliquo per totum annum pro omnibus suis causis tuendis possit salarium exigere, etiamsi nulla lis in nullo anno occurrat. Ratio, quia, si altero anno plures concurrant lites, quæ majus salarium merentur, nequit postea majus salarium exigere : ita *Guttier, et Corella cum Salm. ibid. n.* 55. Hoc autem currit in litibus, et laboribus ordinariis; nam, si occurrat extraordinaria lis, vel labor, non vetatur advocato majus salarium exigere. Bene tamen advertunt e converso *Azor et Corell. Salm. ibid. n.* 56. quod si, dum agitur lis, advocatus in infirmitatem incidat, pro rata temporis debet salarium remittere : intellige si infirmitas fuerit longa.

226. — « 9. Peccat advocatus 1. Si, » cum non sit idoneus, officium advocati » exerceat, et patrocinetur, *l. Nemini,* » *c. de advoc. S. Th.* 2. 2. *q.* 71. estque » peccatum ex genere suo mortale. 2. Si » defendat causam injustam secundum » dicta *cap.* 1. 3. Si ob nimias dilatio- » nes, illicitas subornationes testium, » etc. notabiliter officiat parti adversæ, » habenti alias justam causam, etc. *Vide* » *Nav. c.* 25. *Fill. q.* 3. 4. Si utrique parti » patrocinetur, quia repugnat ut utram- » que partem æque defendat. *Sylv. Sanch.* » *cons. p.* 2. *l.* 6. *c.* 7. *d.* 7. In diversis » tamen causis, secluso scandalo, non » repugnat. 5. Si in eadem causa, in qua » est judex, vel assessor, agat advoca- » tum; quia duo officia contraria in ea- » dem causa exercere non licet. *Sylv. v.* » *Advocatus, q.* 2. 6. Si, tametsi defen- » dat causam justam, producat scriptu- » ras, vel testes falsos, aut instrumenta ; non tamen peccat, si in causa manifeste justa adversarium decipiat, dummodo nulla utatur falsitate, v. g. allegando falsa, etc. *S. Th.* 2. 2. *q.* 71. *art.* 7. *Sylv. Sanch. cons. p.* 2. *l.* 6. *c.* 7. *d.* 7 *Trull. l. c.* 7. Si adducat leges falsas, vel abrogatas, vel doctrinam reprobatam, vel leges bonas in falsos » sensus sciens prudens detorqueat. 8. » Si in gravamen alterius partis quærat » dilationes ad rem non facientes. *Vide* » *Fill. Trull. l. c.* 9. Si accipiat merce- » dem injustam. Quando autem a lege » pretium nullum taxatum est, censetur » illud justum, quod habetur tale judicio » prudentum, attenta qualitate negotii, » dignitate, scientia, et peritia advocati, » et labore, quem impendit, ac demum » consuetudine approbata. *Vide Trull. l.* » *c. d.* 5. 10. Si contractum usurarium, » vel aliter iniquum suadeat, aut probet. » 11. Si leges, statuta et consuetudines » patriæ ignoret (unde, si grave damnum » clienti obveniat, tenetur compensare), » vel intelligere non studeat.

« 10. Peccat advocatus contra justi- » tiam, si rationes, et fundamenta clien- » tis, quem juste defendit, vel secreta » causæ detegat adversario : ut ex aliis » probat *Fag. in p.* 8. *c.* 47. *n.* 15. *Vide* » *etiam C. de Lug. l. c. n.* 6. teneturque » ad restitutionem, si eam ob causam » cliens causam perdidit, victurus alias ; » quia fecit contra officium, nec adhibuit » diligentiam ad causam obediendam in » favorem clientis. *Az. Fill. etc. ll. cc.* » Limitant tamen aliqui, nisi periculum » sit, ne pars adversa grave damnum » inique patiatur ; quia, aiunt, quilibet » potest sine suo damno grave damnum » alterius prohibere. *Vide Less. l.* 2. » *c.* 31. *Azor, Reg. Fill. Laym. l.* 1. *t.* 1. » *c.* 5. *n.* 18. Verum hanc limitationem » cum *S Thom.* alii non admittunt, nisi » forte reus capite plectendus esset, et » accusator injuste procederet; tunc » enim, aiunt, advocatus accusatoris de- » beret falsitatem prodere, si tamen spes » esset profuturum, accusatore prius » monito, ut desistat. *Vide C. Lugo l. c.*

« 11. Advocatus, si causarum expedi- » tiones cum præjudicio clientum diffe- » rat, postponat, vel plures acceptet, » quam expedire possit, peccat, ac tene- » tur ad restitutionem, uti et omnium » damnorum, quæ per ejus imperitiam, » malitiam, vel negligentiam cliens, aut » auctor incurrit; non tamen tenetur in » omnis causis adhibere eamdem diligen- » tiam, sed majorem, vel minorem pro » causæ qualitate. *Vide Bon. t.* 2. *in præc.* » 8. *d.* 10. *q.* 3. *Less. l.* 2. *c.* 39. *d.* 9. » *Laym. t.* 1. *c.* 5.

DUBIUM IV.

Quæ sit obligatio referentis, secretarii, notarii, et procuratoris.

227 Ad quid teneantur referentes, etc.
228 Quando peccent referentes ?

229 Quando secretarii?
230 Quando tabelliones, sive notarii?
231 Plura notanda circa notarios, et tabelliones?
232 Quando peccent procuratores?
236 Plura notanda de stipendio procuratoris?

227. — « Resp. Tenentur ii omnes juste, fideliterque exercere suum officium, » sive ex debito muneris tantum, sive » etiam ex juramento. Item tenentur scire ea, quæ ad suum officium spectant, » debitamque diligentiam adhibere, præstando omnia necessaria, terminos justos petendo, appellando, cum fuerit » necessarium. *Bon. Escob. et comm.*

Unde resolves sequentes casus :

« 1. Peccant, si odio, vel amore, spe, » vel timore abutantur officiis suis; si secreta servanda non servent, si partibus, vel earum sollicitatoribus, aliisve » tradant processus, vel scripturas originales, quas non debent, accipiant » stipendium majus justo, vel ultra pretium taxatum : si lites iniquas suadeant, etc.

228. — « 2. Referens peccat : 1. Si defectu studii, vel per incuriam male » referat, vel aliquid substantiale prætermittat. 2. Si sit partialis, conetur» que magis unius partis justitiam, quam » alterius, explicare. 3. Si sententiam » alterutri parti manifestet, priusquam » evulgetur, unde possint gravia incommoda sequi, v. g. judex recusari, etc. » *Vide Esc.*

229. — « 3. Secretarius peccat : 1. Si » juramentum violet. 2. Si arcanum prodat. 3. Si sententiam nondum publicatam manifestet. 4. Si processus, aut » sententias non custodiat, vel partibus, » sine præscripto judicis, ostendat. 5. » Si testimonia non fideliter transcribat » sive exaggerando, vel imminuendo, » sive immutando, aut invertendo. *Escob.*

« Secretarius, ait Scavini, dicitur qui legitima auctoritate est deputatus, ut scripto referat testimonia, judicum sententias et cetera quæ in tribunalibus peraguntur; unde patet quantæ prudentiæ sit Secretarii munus : est enim ipse quasi dextera Judicis. Porro præter scientiam muneri necessariam, tenetur Secretarius : 1. inviolatum (ut ipsum nomen indicat) secretum servare, qua de causa juramentum emittit; 2. sine Judicis præcepto nec processum litis nec aliud quidquam, quod ad eumdem pertineat, partibus aperire; 3. testium depositiones fideliter transcribere ; et graviter peccaret, si quid in iis ex se augeret, detraheret vel immutaret in re gravi ad causæ substantiam pertinenti [1]. » (T. I. n. 563.)

230. — « 4. Tabellio, sive notarius » publicus peccat : 1. Si sine sufficienti » peritia (v. g. clausulas communes, etc. » ignorans) suscipiat officium. 2. Si juramentum violet. 3. Si in depositione » testium aliquid addat, vel detrahat non » levis momenti. 4. Si ministro transcriptori (cum erroris periculo) examen » committat. 5. Si protocolla, et acta negligenter custodiat cum damno partium. 6. Si differat causarum expeditionem, ut pecuniam extorqueat. 7. » Si testamentum scribat rationis hominis » usu destituti. 8. Si testes falsos admittat. » 9. Si solemnitates necessarias ex ignorantia culpabili, vel malitia prætermittat. 10. Si testimonium aliquod necessarium, unius rogatu, et alterius damno, » non exhibeat; si conficiat instrumentum usurarium, vel falsum, præsertim » in damnum tertii; si faciat, ut processus, et causæ veniant ad alios judices, » vel referentes, etc. quam ordo illius tribunalis postulat : quia multum interest » habere hunc vel illum judicem. *Escob.* » *Vide Laym. l. 3. t. 6. c. 2. Bonac. in pr.* » *d. ult. p. ult.* 11. Si secretum violet, v. » g. aperiendo parti adversæ dicta testium ante eorum publicationem; quod » esse mortale contra justitiam docet » *Trull. l. 8. c. 7. n. 3. ex Navar. c. 25. n.* » 52. 12. Si parti petenti instrumenta » occultet, præsertim quæ continent legata. *Nav. l. cit. n. 35. Sylv. v. Tabellio,* » *Trull. l. cit.* 13. Si acta occultet, vel » parti petenti transumptum processus » neget. 14. Peccat graviter, si amisso » instrumento antiquo publico, vel testamento, aliud simile confingat.

231. — Quoad notarios notandum I. quod infames infamia juris aut facti, nulliter instrumenta conficiunt. *Salm. de offic. c. 5. p. 1. num.* 2. Nota II. clericos in sacris, vel beneficium habentes non posse exercere munus notarii, nec etiam in foro ecclesiastico publico. *Salm. cum aliis ibid. n.* 5. Nota III. quod tabelliones nequeunt recipere aliquid a litigantibus ultra pretium justum. Sed dubium est, an lex taxam ipsis statuens obliget in conscientia? Affirmant *Nav. Trull. etc. apud Salm. ibid. p. 3. n.* 18. cum sit lex justa. Sed negant *Machad. et Fagund.*, quia hæc lex est pœ-

1 Art. 1604. — C. A. 879. — C. S. 1442. — C. P. 1403. | C. G. 1597. — C. M. 1483.

nalis, vel saltem mixta, tenent *Vill. Dian. et alii*. Negat etiam *Lugo cum Turrian. et aliis ap. Salm. ibid. n.* 19. sed alia ratione ductus, nempe quia, cum tabelliones, et alii ministri justitiæ vivere debeant ex stipendiis proprii officii, et tractu temporis augentur pretia rerum, ac expensæ, juxta morem circa victum et vestitum, ideo non injuste ipsi aliquid exigunt supra taxam; maxime si attendantur circumstantiæ laboris, et peritiæ. Et hanc sententiam *Lugonis* dicunt *Salm. ibid. n.* 20. videre hisce temporibus conformiorem æquitati. Cæterum, communiter loquendo, docent DD. hos tabelliones peccare, si ultra justum pretium, aliud, etiam per modum doni a partibus accipiant, quia talia munera coacte, non sponte præstantur. Ita *Navar Rodr. etc. cum Salm. ibid. n.* 22. Advertunt tamen *Salm. ibid. n.* 24. *et* 25. *cum Lop. et Mercad. Rodr. P. Nav.* quod bene tabellio extraordinarium stipendium recipere potest, si extraordinarium præstet laborem, nempe, si cogatur celerius, quam par sit, tradere transumptum, adire longinquum locum, vel laborare noctu, etc.

232. — « 1. Procurator peccat, si » litem procuret injustam. 2. Si plures » causas suscipiat, quam possit expe» dire. » (*Ita Panorm. et Caj. cum Salm. de offic. c.* 6. *p. unic. n.* 4.) « 3. Si plus » mercedis accipiat, quam justum. 4. » Si suadet reo, vel parti, ut injuste ve» ritatem neget. 5. Si sua incuria, ne» gligentia, aliave culpa, causæ sit, ut » lis perdatur. 6. Si nomine partis juret, » sine particulari ejus informatione, cum » periculo pejerandi. 7. Si culpabiliter » tribunali non adsit, futuri incommodi » metu, etc. *Vide Escob. Laym. l. c. Bo*» *nac. q.* 3. *p.* 4. 8. Si partes adducat » ad concordiam iniquam. 9. Si differat » causam, vel pervertat judicem, petat » terminos impertinentes, aut dilationes » superfluas. 10. Si falsos testes inducat. » *Vide Sayr. l.* 12. *c.* 14. *Fill. t.* 40. *c.* 10. » *n.* 294. *Trull. l.* 8. *c.* 6. *dub.* 1. » (*Vide Salm. loc. cit.*)

233. — Quær. I. An procurator, si habeat advocatum, aut tabellionem, qui gratis inserviat, possit justum pretium illis debitum sibi retinere? Resp. negative : si advocatus, aut tabellio serviant magis in gratiam clientis, ut *Bon. Panor. etc. cum Salm. ibid. n.* 6. Si autem serviant in gratiam simul procuratoris, et clientis, dicunt *Bon. et Bass. ibid.* quod tunc nihil etiam retinere possit, quia in dubio melior est conditio clientis, qui possidet. Sed (addo) hoc currit in dubio: nam, si vere fiat remissio etiam intuiti procuratoris, cur ille retinere non poterit saltem partem pretii juxta prudentum arbitrium? modo, intellige, nisi donatio absolute fiat clienti, etsi in gratiam procuratoris.

Quæritur II. An, si procurator alium substituat procuratorem, possit partem salarii illi tradere, et partem retinere? Affirmant probabiliter *Salm. ibid. n.* 7. *cum Sayr. Ripa, Ang.* modo illum admoneat de agendis, et insuper suscipiat ipse in se periculum causæ, si forte ob negligentiam substituti causa amittatur: procurator enim tenetur etiam ex culpa levi circa causæ defensionem : hic enim intervenit duplex contractus justus, unus cum cliente, alter cum substituto.

Quæritur III. An, si procurator ipse se offerat ad causam tuendam, possit justum pretium exigere? Alii negant; *Bassæus* vero affirmat, nisi ab initio animum habuerit suum opus donandi, vel nisi cliens sit amicus, vel consanguineus, et procurator causam suscipiens, nihil de pretio cogitaverit, tunc enim dicunt DD. censeri voluisse gratis defendere. Sed ego tanquam minus sapiens dico, quod procurator, nisi certe sciat donasse suum laborem, semper justum pretium recipere potest, nemo enim præsumitur donasse, nisi constet, quia donare est perdere. Immo, etiamsi interne donasset, nisi talis donatio ab alio fuerit acceptata, adhuc posset salarium exigere, juxta dicta *de contract. l.* 3 (IV). *n.* 725 Cliens autem, si procurator est amicus, vel consanguineus, potest tunc juste præsumere donationem, ut dicunt *Trull. et Bass. apud Salm. tr.* 29. *c.* 6. *p. unic. n.* 10. Et huic doctrinæ nec etiam acquiescerem, nisi aliæ circumstantiæ concurrerent, quæ præsumptionem certam facerent donationis factæ.

Quæritur IV. Si quis litigans mittat procuratorem ad advocatum, ut iste efformet aliquam petitionem, aut consilium, sed quia res est facilis, procurator ipse scripturam conficit, et advocatus tantum eam subscribit, utrum procurator possit inde ex pretio, quod cliens mittit ad advocatum, partem sibi retinere? Affirmant *Bon. et Trull.* quia, ut dicunt, tunc nemini fit injuria, non advocato, quia pars illa jam ei sufficit pro sua mercede; non parti, quæ jam habet

quod quærit. Negant tamen *Salm. ibid. n.* 11. *cum Tol.* quia procurator ageret contra voluntatem clientis, qui, si scivisset scripturam a solo procuratore confectam esse, minus pretium dedisset, quam tradidit : sed hæc ratio non aliud probat, nisi quod procurator minorem pensionem sibi retinere debet, non autem nullam.

DUBIUM V.

Quod sit officium accusatoris?

234 Quæ sint cavenda ad servendam justitiam accusatoris.
235 Quæ requirantur ad legitimam accusationem?
236 An, et quis teneatur alterum accusare, vel denuntiare?
237 An teneantur ad restitutionem pœnæ, obstricti ex officio ad denuntiandum, prout custodes gabellarum, si non denuntient?
238 Qui prohibeantur accusare?
239 Quando illicitum est crimen denuntiare?
240 An correctio fraterna debeat præcedere accusationem?
241 Quando vero liceat accusare sine prævia monitione?
242 Quid notandum circa denuntiationem evangelicam?
243 Qu. I. An liceat deferre prælato ut patri crimen occultum, omissa correctione?
244 Qu. II. An crimen possit prælato denuntiari, si reus sit emendatus?
245 Qu. III. Quid in dubio, an correctio melius fiat per prælatum? Qu. IV. An liceat renuntiare juri fraternæ correctionis?
246 Quid notandum circa denuntiationem judicialem?
247 An possint cogi a prælato denuntiatores evangelici ad faciendam denuntiationem judicialem?
248 Quid notandum de monitoriis?
249 An sit obligatio denuntiandi hæreticos cum periculo gravis damni?
250 An teneamur denuntiare hæreticos nobis conjunctos?
251 Quæ crimina denuntianda tanquam de hæresi suspecta?
252 An, et quando denuntiandi blasphemi?
253 An denuntiandi superstitiosi?
254 An denuntiandi sint negligentes denuntiare?

234. — « Resp. Ut in accusatione » servetur justitia, cavenda sunt tria : » Primum est calumnia, id est impositio » falsi criminis, vel ejus, quod sufficien- » ter probari nequit. Et hæc inducit obli- » gationem restituendi, et subeundi vel » pœnam talionis, » (*Sed hæc pœna ex* » *generali consuetudine vim amisit, ut* » *dicunt Covarr. et Gomez apud Salm. de* » *offic. c.* 2. *p.* 1. §. 1. *n.* 4.) « vel aliam, » arbitrio judicis. Secundum est præva- » ricatio, id est, collusio cum reo, et » simulata tantum accusatio : quæ in » criminalibus, si reipublicæ damnum se- » quatur, obligationem restitutionis in- » ducit. Tertium est tergiversatio accusa- » tionis inchoatæ, absque justa causa. » Quod addo, quia cum causa, v. g. ob » imperium principis, vel judicis, quod » intersit reip. talem personam non pu- » niri, vel infamari, vel quod in accusa- » tione defectus substantialis sit com- » missus, potest desistere, imo tenetur, si » in progressu causæ cognoscat se erras- » se, si incipiat dubitare de crimine, si » videat, se non posse probare. *Fill. t.* » 40. *c.* 7. *n.* 705.

235. — Notandum I. quod ad legitimam accusationem quinque requiruntur : 1. Ut fiat in scriptis, vel saltem scribatur a tabellione. 2. Ut ibi exprimatur nomen accusatoris, et rei. 3. Ut exprimatur species delicti, et etiam nomen socii, si sit crimen adulterii, sodomiæ, et simile. 4. Ut exprimatur tempus, locus delicti, et etiam hora, si reus id postulet. 5. Ut accusator accusationem subscribat, ut sic obligatus sit ad crimen probandum, alias ad pœnam subeundam. Et hinc notanda est differentia, quæ est inter denuntiationem fraternam, denuntiationem judicialem, et accusationem. *Denuntiatio fraterna* fit superiori tamquam *patri*, ut reus emendetur. *Denuntiatio juridica* fit superiori tamquam *judici*, ut reus puniatur, sed sine obligatione crimen probandi. *Accusatio* autem fit judici, ut reus mulctetur cum obligatione delictum probandi, et ideo hæc omnino fieri debent in scriptis. Ita *DD. comm. Vide Salm. ibid. n.* 6.

236. — « Quæres, an, et quis teneatur alterum accusare ?

« Resp. 1. Privatum raro ad id teneri ; » tum ex praxi timoratorum ; tum quia » alias tribunalia essent plena accusa- » tionibus, cum perturbatione reip.

« Dixi 1. *privatum* ; quia si quis a re- » publica stipendium ob hoc accipiat, » v. g. fiscalis, etc. tenetur ex justitia, » et consequenter ad damna, omissione » accusationis secuta. *Fill. Bon. in.* 8. » *pr d.* 10. *q.* 3. *p.* 1

« Dixi 2. *raro* ; quia, si exigat bonum » publicum, v. gr. si proditio imminens, » vel grave damnum vitæ innocentis ali- » ter averti non possit, et crimen facile » probari possit, tenetur etiam privatus » accusare, vel saltem denuntiare ; id » tamen ex charitate tantum, quæ resti- » tutionem non importat. *Fill. Bon. l. c.*

Sed hæc omnia fusius examinanda. Quæritur an aliquando teneamur alium accusare, vel denuntiare ? Affirma in sequentibus casibus ;

Et I. Quando agitur de communi damno vitando, et possit crimen probari ;

tunc enim docet *S. Thomas* 2.2. *q.* 68. *art.* 1. obligationem esse accusandi. Crimina autem contra bonum commune sunt hæresis, rebellio, falsificatio monetarum, homicidia, et furta ab assassinis, aut viarum grassatoribus : addunt alii subornationem suffragiorum in cathedris et in aliis electionibus. Et *Lugo* addit peccatum religiosi, quod probabiliter damnum religioni afferret. Si vero crimen probari nequeat, sufficit ut reus denuntietur. Et communiter videntur DD. concludere satis esse in hisce temporibus delictum denuntiari, ne ob metum pœnæ incurrendæ; si illud non probetur, deterreantur homines a denuntiatione criminum cum gravi damno communi. Ita *Lugo de just. d.* 38. *s.* 1. *n.* 2. *Sanch. cons. l.* 6. *c.* 2. *d.* 2. *n.* 2. *Caj. Sot. Bann. Trull. Villal. etc. apud Salm. tr.* 29. *c.* 2. *p.* 1. §. 2. *n.* 10. Et sic servi, ac filii denuntiare tenentur etiam delicta domini, et patris in commune detrimentum vergentia, ut *Salm. ibid. cum eisdem*. Si vero crimen jam sit patratum, nec ullum damnum exinde immineat, quia delinquentem jam constet esse emendatum, (excepto crimine hæresis) non est obligatio denuntiandi, ut *Tol. Fill. etc. apud Salm. tr.* 29. *c.* 2. *p.* 1. §. 2. *n.* 11.

II. Tenemur denuntiare delictum, si immineat grave damnum innocenti. Quod autem tunc teneamur etiam reum accusare, si crimen probare possumus, ut dicunt *Tol. Sot. etc. apud Salm. ibid. n.* 12. hoc difficile accidere posse censeo, cum hæc obligatio sit tantum ex charitate, quæ non obligat cum gravi incommodo : hoc enim accusantes ordinarie subire solent; tanto magis si denuntiatio, pariter ac accusatio, damnum satis impedire potest. Immo addo, quod nec etiam denuntiare teneretur is qui ex denuntiatione grave incommodum subire prudenter timeret; nisi commune damnum immineret.

III. Tenentur crimen denuntiare, vel accusare, qui ad id a rep. vel a dominis stipendium accipiunt, ut sunt fiscales, aut custodes agrorum, gabellarum, etc. Alias tenentur ad restitutionem damnorum, quæ reip. vel dominis ob omissionem accusationis obveniunt. Ita *Busemb.* hic *cum Fill. Nav. Bann. etc. communiter apud Salm. ibid. n.* 13.

237. — An autem hi teneantur restituere valorem pœnæ, si non denuntiant? Affirmant valde probabiliter *Sotus l.* 1. *de just. qu.* 6. *art.* 6. *vel* 9. *Laym. l.* 3. *s.* 5. *tr* 2. *c.* 7. *num.* 4. *Mol tom.* 1. *tr.* 2. *d.* 95. *n.* 36. *Sporer t.* 1. *c.* 3. *n.* 59. *cum P Nav. Med. et Salon.* Ratio, quia omittendo denuntiationem, ad quam tenebantur ratione officii, sunt causa, ut fiscus, vel dominus non exigat pœnam, ad quam jus habet. Sed satis probabiliter negant *Lessius l.* 2. *c.* 13. *num.* 73. *Lugo de contr. d.* 37. *n.* 102. *Salm. de rest. c.* 1. *p.* 5. §. 8. *n.* 136. *Sanch. de matr. lib.* 10. *d.* 8. *n.* 14. *cum Nav. Met. Angles, Salon. Bann. Lop. Manuel, Graff.* item *Diana* 3. *p. tr.* 6. *r.* 35. *cum Vasq. Tann. Az. Arag* Ratio, quia lex pœnalis non intendit, ut fiscus, vel domini mulctis ditentur, sed ut ipsi serventur indemnes et transgressores puniantur. Indirecte autem et per accidens lex præbet jus, ut inde mulctæ exigantur, sed post sententiam ; nam ante illam neque fiscus, neque domini ad pœnam jus ullum habent. Unde, licet fiscales non denuntiando peccent contra justitiam legalem, non autem peccant contra commutativam respectu ad mulctam, et ideo tantum teneantur resarcire damnum vectigalium, quæ mercatores solvere debuissent. Idem dicunt *Less. loc. cit.* et probabile putant *Sporer loc. cit. ac Lugo de just. d.* 37. *cum Salas, etc.* (*contra Suar. Ang. Sylv. etc. ibid.*) de judice non ferente sententiam de mulcta contra reos convictos. Idem tenent *Salm. tr.* 11. *cap.* 2. *p.* 3. §. 4. *num.* 76.

IV. Tenetur aliquando aliquis denuntiare, immo etiam accusare delinquentem, si hoc sit necessarium ad vitandum, seu resarciendum damnum propriæ familiæ, quæ alias remaneret dehonorata, vel destituta alimentis. *Ita Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 3. *dub.* 26. *n.* 4. *et.* 7. *Sot. Bann. Nav. etc. ap. Salm. tr.* 29. *c.* 2. *p.* 1. §. 2. *n.* 14. Et notat *Sanch. cum Gom. ib.* quod judex aliquando ob bonum commune compellere potest offensum, ut talem declaret, quis eum læserit, ut inde procedere possit ad inquirendum ; intellige quando revera alias damnum commune imminet, puta conjurationis, erroris in fide, et similium.

Sed exceptis his casibus, nemo tenetur alium accusare ; et quamvis possit, si sine odio accuset, sed zelo justitiæ ; attamen difficile expers erit affectu vindictæ is qui contra suum offensorem accusationem proferret, cum accusatio de se intendat punitionem rei, ut diximus *de præc. char. l.* 3. *n.* 29. *v. Licet.*

238. — « Resp. 2. Accusare prohibentur 1. Excommunicati, proditores, infames ; idque in pœnam criminis. 2. » Filii, servi, suos parentes, vel dominos, ob reverentiam. 3. Clerici in causa » sanguinis, ob indecentiam. *Less. l.* 2. » *c.* 30. *d.* 5.

Quæritur, quinam prohibeantur accusare ? I. Prohibentur excommunicati, infames, publici concubinarii, aut usurarii, de majoribus criminibus accusati, nisi prius innocentes se demonstrent : item fœminæ, impuberes. Excipe tamen 1. Si isti prosequantur causam propriam, vel suorum usque ad 6 gradum. 2. Si crimen sit contra legem divinam, aut humanam, cujus violatio cedat in damnum tertii. 3. Si crimem sit contra bonum commune. Quicumque autem, etsi non possit accusare, potest tamen denuntiare. *Vide Salm.de offic. c.* 2. *p.* 2. *n.* 26. II. Filii non possunt accusare parentes, nec e converso ; neque servi dominos, nisi crimen sit læsæ Majestatis, vel hæresis. *Salm. ibid. n.* 27. III. Laici nequeunt clericos, nisi clericus sit dilapidator bonorum Ecclesiæ, aut hæreticus, simoniacus, sacrilegus, etc. Vel nisi laicus causam suam, vel suorum prosequatur. Item nec clerici accusare possunt laicos, aut religiosos, qui tantum a religiosis ejusdem ordinis accusari possunt. *Salm.ibid. n.* 28.

Sed hic quæritur, an religiosus possit accusare suum prælatum ? Affirmat ex *c. Ex parte tua, de accus.* Tria enim ibi habentur : 1. Quod monachi non sunt repellendi ab accusatione prælati coram judice regulari, aut competenti. 2. Quod tunc expensæ pro lite de bonis monasterii eis sunt subministrandæ, si peculium ipsi non habeant. 3. Quod monachi nequeunt accusare laicos sine licentia abbatis. *Vide Salm. ibid. n.* 30. *et* 31.

IV. Inimicus repellitur ab accusando delinquentem ex c. *Cum oporteat, de accus.* Et hoc valet etiam in criminibus exceptis, ut supra, præter hæresim. Est commune cum *Salm. ibid. n.* 35. Ratio, quia tunc præsumitur accusatio semper procedere ex affectu vindictæ. V. Pariter repellitur socius criminis, ex *leg. fin. c. de accus.* Excipiuntur tamen, quoad hoc, crimina hæresis, læsæ Majestatis, falsificationis monetæ, sodomiæ, furti famosi, et omnia alia, quæ sine socio fieri possunt. *Vide Salm ibid. n.* 37 VI Nequeunt clerici accusare in causa sanguinis, *ex can. Sacerdotes*, *caus.* 2. *qu.* 7. Sed dubium est, an valeant accusare ad resarciendum injuriam propriam, vel suorum, vel suæ Ecclesiæ. Affirma, dummodo clericus (si sit causa sanguinis) præmittat expressam protestationem, se non intendere, ut judex ad pœnam sanguinis procedat ; tunc enim, etiamsi reus ad mortem damnetur, irregularitatem effugiet. Hoc habetur *ex c.* 2. *de homic. in* 6. *Vide Salm. ibid. n.* 39. *et* 40. *et vide l.* 7. *num.* 468. Nomine autem suorum, quinam veniant ? Alii censent venire consanguineos usque ad 10 gradum.Alii usque ad 7 vel 6. Alii usque ad 4. Sed *Salm. tr.* 29. *c.* 2. *p.* 2. *n.* 42. tenent nomine suorum tantum servos venire, quia textus, ut supra, concedit clericos accusare tantum *suos malefactores* ; per to *suos* igitur non venire inferunt malefactores propinquorum. Attamen ipsi *Salm.* alibi, *et alii cum P. Conc.* probabiliter permittunt accusare, ad reparandum damnum cognatorum usque ad 4 gradum. *Vide d. l.* 7. *n.* 468. *ad III.*

239. — « Resp. 3. Non teneris imo » nec debes, etiam posito superioris præ» cepto, denuntiare crimen : I. Si delin» quens emendatus est, sine periculo » recidendi, et parti læsæ est satisfac» tum, nec periculum imminet aliis : » nec crimen est notorium; quia sine » causa proximi infamia sequeretur. *Vide* » *supra l.* 2 (III). *t.* 3. *c.* 2. *d.* 4. II. Si crimen nosti sub secreto naturali, tamquam consultor, advocatus, etc. nisi tamen is, qui secretum commisit, innocentem, vel reip. injuste vexaret, nec vellet desistere. *C. de Lug. de just. d.* 14. *n.* 242. III. Si inde immineat grave periculum honoris, vitæ, et rerum tuarum. IV. Si etiam probare cogereris, nec posses. *Vide C. de Lugo dist.* 38. *sect.* 2.

240. — Quær. hic, an accusationem præcedere debeat correctio fraterna? Plura hic sunt distinguenda :

Et I. Si crimen est publicum, quia de eo adest infamia, vel notorietas, nempe coram pluribus in platea, tunc nulla correctio est præmittenda. Ita *S. Thom.* 2. 2. *q.* 33. *a.* 7. *Sanch.* c. 2. *d.* 28. *n.* 5. *Sot. Palud. et Salm. ibid. p.* 1. § 3. *n.* 20. *cum communi.* Ratio, quia tunc *non est tantum* (verba S. *Thom.*) *adhibendum remedium ei, qui peccavit ; sed etiam aliis, in quorum notitiam* (crimen) *devenit.* Et ideo crimen publice est puniendum.

II. Si crimen non est publicum, etsi

paucis notum, tunc correctio est præmittenda, si speratur fructus: quia tunc non respiciendum est bonum commune, sed peccantis; qui facilius emendabitur per secretam monitionem, quam per publicam punitionem, ut *ex c. Si peccaverit, caus.* 2. *qu.* 1. Ita *Sot. Caj. Pal. Less. cum Salm. ibid. n.* 24. Advertit tamen *Less. l.* 2. *c.* 30. *n.* 10. 11. *et* 12. et consentit *Palaus*, quod, si crimen probare possis in judicio (puta per duos testes), licet tunc tenearis ex charitate proximum monere ante accusationem, ut a crimine desistat, non peccas tamen contra justitiam, si accuses; quia semper prodest ad commune bonum crimina puniri. Et tunc tenetur judex accusationem recipere, et in causa procedere, si alias timeat scandalum in republica eventurum. Secus, si scandalum absit, quia judex tunc teneretur ex præcepto naturali charitatis accusationem non admittere. Ita *Salm. tr.* 29. *c.* 2. *p.* 2. *n.* 47. *et* 48.

241. — Non peccas vero neque contra justitiam, neque contra charitatem, si accuses sine prævia monitione, in duobus casibus: I. Quando crimen est in damnum reipublicæ, ut conjuratio, delictum læsæ Majestatis, etc. si signanter hæresis, pro qua maxime est notanda prop. 5. damnata ab *Alex. VII.* quæ dicebat: *Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denuntiare, si probare non possis*. Ratio, quia in his criminibus nunquam, aut rarissime ex correctione speratur fructus, et mora valde nocere potest. Ita *Less. l. c. n.* 13. *Pal. Sanch. Vill. Trull. Bon. et Salm. ibid. p.* 1. § 3. *n.* 22. *cum communi*. II. Quando alia via non possis damnum passum tibi resarcire, nisi invasorem accuses; tunc enim potes accusare, ut saltem per pœnam rei tibi injuria reparetur: modo absit affectus vindictæ (quod autem difficillimum esse reputo). *Salm. ibid. num.* 23. *Sanch. Trull. Salon. etc.*

Hic operæ pretium est aliqua adnotare de *denuntiatione*, quæ est duplex, ut supra dictum est. Alia *evangelica*, quæ defertur superiori, ut *patri*, ad rei emendationem; alia *judicialis*, quæ defertur superiori, ut *judici*.

242. — Et primo quoad denuntiationem *evangelicam* sive *paternam*, notandum I. Quod si crimen proximi est reipub. vel communitati perniciosum, quamvis sit occultum, statim prælato denuntiari debet, nulla fraterna correctione præmissa, ut communiter docent DD. *cum S. Th.* 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *et Laym. l.* 3. *tract.* 3. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 4. Si vero crimen non est communitati damnosum, sed tantum ipsi delinquenti, tunc servandus est ordo correctionis traditus in Evangelio *Matth. c.* 18. *v.* 15. ubi legitur: *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum*; *si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum*; *quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ*. Notandum II. Quod si post secretam correctionem frater non emendatur, tunc crimen, antequam aliis manifestetur, denuntiandum est prælato tanquam patri, ut paterne corrigat. Ita *S. Th. d. q.* 33. *a.* 8. *ad* 4. *cum S. Aug. in Epist.* 109. *ad Mon.* cujus verba affert *Laym. l. c. n.* 6. Ratio, quia superior, ut spiritualis pater, magis idoneus est ad juvandum fratrem, quam alii; nec decet in congregatione, ut alii crimen sciant prius quam prælatus, qui salubrius medelam afferre potest.

243. — Sed quæritur I. An liceat deferre prælato ut patri crimen occultum, communitati non perniciosum, secreta correctione omissa? Tres adsunt sententiæ:

Prima generatim affirmat cum *Angel. v Denuntiatio, n.* 10. *et Gabr. Rosel. Turrian. apud Laym. l.* 3. *de just. tr* 3. *c.* 4. *n.* 5. qui dicunt hoc saltem in religionibus permissum esse ob bonum observantiæ commune.

Secunda sententia huic omnino opposita cum *Adrian. Cordub. Sot. etc. apud Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 18. *n.* 46. tenet necessario præmittendam esse correctionem secretam.

Tertia sententia longe communior, et longe probabilior docet, bene posse denuntiari crimen occultum prælato prudenti tanquam patri, nulla præmissa correctione, si speretur sic melius emendatio fratris obtineri. Ratio patet, quia finis hujus præcepti fraternæ correctionis, ut dicunt *S. Th. et alii ut infra*, alius non est quam charitas erga fratrem; sed hic finis charitatis duplex est, alter principalis; alter minus principalis. Finis principalis est, ut frater emendetur, et ideo præcipitur correctio: finis minus principalis est, ut servetur, quantum fieri potest, fama fratris, et ideo præscribitur ordo secretæ correctionis præmittendæ; quare, cum creditur magis

expedire ad finem principalem, scilicet ad emendationem fratris, ut correctio fiat immediate a prælato, cessare debet finis minus principalis, et ideo recte omittendus ordo secretæ correctionis. Ita *S. Th. Quodlib.* 11. *art.* 13. ubi S. Doctor distinguit inquisitionem, accusationem, et denuntiationem, in qua dicit observandum esse finem ejus, nempe ut frater emendetur : *Utrum autem* (addit) *statim, cum quis scit fratrem suum peccasse, debeat denuntiare prælato, dico quod in his distinguendum est de conditionibus subditi, et prælati; nam, si ego scio quod frater per me corrigetur, tunc non debeo hoc denuntiare prælato; si autem videtur quod hoc melius fiat per prælatum, et prælatus nihilominus sit pius, discretus, et spiritualis, non habens rancorem seu odium adversus illum subditum, tunc licite potest hoc denuntiare sibi : et tunc non dicit Ecclesiæ quia non ei sicut prælato, sed sicut personæ proficienti ad correctionem proximi et emendam.* Et paulo post subjungit : *Ideo tenendum est hoc pro regula, quod in omnibus istis semper servanda est charitas, et quod melius et magis expedire videtur. Et si hoc intendat, scilicet emendam proximi, servet quantum potest bonum charitatis, tunc denuntiando non peccat.* Idem docet *S. Bonav.* in illud *S Lucæ* : *Si peccaverit, etc. c.* 17. ℣ 3. et ita dicunt *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 18. *n.* 46. *cum S. Antonin. Gers. Abulens. Salmer. Sa, Sylv. Tabien. Ricc. Ang. Waldens. Armill. Graff. Arag. Manuel. Philiarch. etc.* ac *Laym. l.* 3. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 5. *cum Sot. Henr. Pal. Navar.*

244. — Quær. II. An, si reus sit emendatus, possit crimen prælato denuntiari? Affirmant *Angelus v. Denuntiatio n.* 10. *Gabr. Ricc. Turrecr. apud Laym. d. n.* 5. quia dicunt semper præstare, ut prælatus sciat vitia subditorum. Sed negandum cum *S. Th. Quodlib.* 11. *art* 13. *Laym. cit. c.* 4. *Sanch. cit. c.* 18. *n.* 49. *et aliis.* Secus vero dicendum (ait *Sanch. ib.*) si dubium sit, an frater sit plene emendatus, vel an frater sit in probabili periculo relabendi, aut an plane cessarit periculum relapsus : quia tunc bene potest crimen prælato ut patri deferri, cum prius consulendum sit profectui fratris, et bono religionis, quam modico detrimento famæ illius.

245. — Quæritur III. Quid, si dubium sit, an correctio melius fiat per prælatum, vel an prælatus prudenter procedat? Respondet *Sanch. cit. c.* 18. *n.* 47. quod, nisi crimen vertat in damnum commune, vel alterius privati, præmitti debet secreta correctio. Sed hic advertendum I. Quod in dubio, nisi constet de imprudentia prælati, in religionibus bene institutis (ut notat *Laym. cit. c.* 4. *n.* 5. *v. Fateor tamen*) prælati præsumuntur prudentes. Advertendum II. id quod notat *ib. idem Laym.*, nempe quod in talibus ordinibus crimina occulta fratrum, si nondum emendata sint, vel relapsus timeatur, frequentius sine secreta monitione deferri possunt ad prælatum tanquam patrem : tum quia prælati sunt viri pii et prudentes, qui admonitione magis prodesse possunt; tum quia ipsi magis idonei sunt ad crimen emendandum, et ad occasiones relapsus amovendas : nam, ut recte dicunt *Suar. de charit. disp.* 8. *sect.* 6. *n.* 12. *et Sanch. l.* 6 .*c.* 18. *n.* 50. vel peccatum religiosi est leve, et tunc, cum infamatio levis sit, major plerumque utilitas ex denuntiatione proveniet, quam damnum fratris erit : præterquam quod hujusmodi consuetudo denuntiandi prælato levia delicta, ut ait *Suarez*, est quasi necessaria ad religionis statum conservandum : vel crimen fratris est grave, et tunc aut frater peccavit ex fragilitate, et melius occurret superior, occasiones auferendo, quod alius nequit præstare; aut ex malitia, et tunc rarissime ex monitione fratris speratur emenda, ut dicit *Sanch. ibid. cum Cajet.* qui asserit rectius dubitandum, quod reus ex correctione secreta potius fingat se emendatum, quam ementur. Addunt recte *Suarez. Sanch.* vix fieri posse, quod crimina religiosorum non redundent in maximum religionis damnum, tum ob scandalum fratrum, tum ob religionis infamiam. Hinc dicit *Suarez*, omnia crimina gravia bene denuntiari posse prælato, tanquam communitati perniciosa; imo sæpe obligationem esse denuntiandi, præsertim si prælatus interroget; saltem, inquit *Sanchez*, valde expedire, quod prælatus sciat vitia fratrum, ut melius amoveantur lapsuum pericula. Addo et ego, quod maximum inconveniens facile eveniret, si prælatis crimina denuntiari non possent ante secretam monitionem; nam, si ex illa delinquens non emendetur (quod ut plurimum timendum est, uti supra notavimus cum *Sanch.*), aut crimen deferes ad prælatum, et tunc reus, facile suspicans tuam denuntiationem, sæpe odium adversus te conservabit; aut tu ob hujus-

modi timorem omittes denuntiare, et sic crimen non emendabitur, scandala augebuntur, et sic deinde bonum communitatis corruet. Quare ex his omnibus recte concludit *Laym. loc. cit. n.* 5. *in fin.* rarum esse in congregatione religiosorum, ut subditi sint æque idonei, quam prælati ad corripiendum : et ideo in *cap. Qualiter, et Quando* 24. *de accus.* relato ordine servando in inquisitione, accusatione, et denuntiatione, sic concluditur : *Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum.*

Quæritur IV. An liceat renuntiare juri fraternæ correctionis, ita ut possit deferri crimen ad superiorem, nulla præmissa correctione? Tres adsunt sententiæ :

Prima sententia communior affirmat, et hanc docent *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 18. *n.* 43. *Cont. Tourn. de præc. Dec. de charit. sect.* 6. *in fin. Palaus. tr.* 6. *dub.* 9. *n.* 4. *Suar. d.* 8. *sect.* 6. *num.* 12. Item *Valent. Hurt. Diana et alii plures apud Salm. tr.* 21. c. 7. *p.* 4. § 5. *n.* 87. Ratio, quia ob honestum finem quisque potest juri suo renuntiare, et ideo plurimi sancti viri suæ famæ cesserunt. Confirmatur ex *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 73. *art.* 4. *ad.* 1. qui ait : *Sui arbitrii est detrimentum suæ famæ pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum.*

Secunda sententia autem absolute negat, eamque tenent *Philiarch. de Offic. Sac. l.* 4. *c.* 14. item *Rodriq. Lorca, Lopez, etc. apud Salm. ibid. n.* 85. Ratio, quia nemo potest prodigere jus quod habet ad suam famam.

Tertia sententia vero, quam tenent *Salm. ibid. n.* 88. *cum Arauso, et Prado*, censet, quod licet unusquisque possit ob honestum finem renuntiare ordini correctionis, ab alio tamen nequit talis ordo prætermitti, nisi prudenter credatur efficacius per prælatum correptio fieri; sed huic sententiæ recte contradicit *Concina t.* 2. *p.* 139. *n.* 23. Si enim potest quisque isti juri cedere, bene poterit alter sua cessione uti. His tamen non obstantibus, prima sententia omnino ut vera tenenda mihi videtur ; ratio quæ mihi sufficit. est, quia in Societate Jesu adest constitutio hujusmodi renuntiationis, et ipsa fuit approbata *a Paulo III.* et *Julio III.* (ut testatur *Palaus l. c.*) qui approbarunt, et confirmarunt Institutum, et omnes constitutiones præfatæ Societatis, et præcipue eas quæ contradictionem patiebantur; imo *Gregorius XIII.* in bulla *Ascendente Domino*, addidit excommunicationem contra tales constitutiones impugnantes. Unde insipienter puto locutum fuisse *Philiarchum*, qui notam impietatis inurit huic constitutioni renuntiationis Societatis Jesu, cum Ecclesia non possit errare in approbatione religionum, et suarum regularum, ut docent *Bellarm. Val. etc. ap. Viva in Q. Prodroma ad propos. damn. n.* 12. Earum enim approbatio spectat ad materiam morum, in qua saltem impium, et temerarium est dicere Pontificem posse errare, juxta nostram dissertationem adductam *l.* 1. *n.* 110. Advertit tamen *Palaus n.* 6. quod talis renuntiatio non dat potestatem manifestandi delictum alterius, nisi in casu dubio de emendatione, id est (ut explicat *punct.* 12. *n.* 4.) si dubitetur, an delinquens fuerit emendatus, vel an sit relapsurus; quia e converso, si constet de emendatione, et nullum sit periculum relabendi, recte probabilius censet non posse crimen deferri ad superiorem, dum ex declaratione in congreg. 7. ipsiusmet Societatis dicitur revelatio facienda esse *tantum iis qui remedium adhibere potuerunt*; ergo, cessante necessitate remedii, non poterit crimen manifestari. Præterea advertit idem *Palaus q.* 9. *n.* 7. *cum Suar. et Sanch.*, quod prædicta cessio fit, ut crimen reveletur prælato, tanquam patri, non vero tanquam judici.

246. — Hæc quoad denuntiationem evangelicam; quoad autem denuntiationem judicialem pertinet, hæc ad triplicem finem fit : 1. Ob publicam criminis punitionem. 2. Ut damnum læso resarciatur. 3. Ut quis tanquam indignus officio privetur, aut ne indignus eligatur, aut ad ordines promoveatur, aut ne matrimonium contrahat. Et de hac denuntiatione juridica præcipue hic tractandum.

Et notandum I. quod fraterna monitio non est necessario semper præmittenda ad denuntiationem judicialem, juxta dicta mox supra *n.* 239. Notandum II. quod denuntiatio evangelica transire potest in judicialem ex communi sententia, quando post evangelicam reus non corrigitur. *Azor, Abb. cum Salm. tr* 29. *c.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 54. Notandum III. quod si prælatus aut per denuntiationem evangelicam, aut per se, aut per indicia sufficientia noverit subditi delictum, primo poterit clam eum monere, pœnitentiam secretam ei injungendo, et etiam illum ab officio, et a conventu amovendo ; modo

ex hoc nulla ei obveniat infamia. Deinde poterit ad alia remedia devenire; sed, licet ista nec etiam profuerint, et crimen vertat in damnum solius rei, tunc non poterit judicialiter procedere, nisi crimen probari possit saltem per duos testes. *Vide Salm. ibid. n.* 55. Notandum IV quod, qui fraternam fecerit denuntiationem, potest inde ut testis adhiberi post denuntiationem judicialiter factam, ut tenent *Salm. n.* 58. *cum Sot. etc.* quia alius est processus denuntiationis fraternæ, alius denuntiationis judicialis.

247. — Sed quæritur I. Utrum si crimen sit occultum, nec laboret infamia, et fraternaliter denuntiatus non corrigatur, possit prælatus cogere denuntiatores evangelicos, ut faciant denuntiationem judicialem, et inde juxta illam reum pœnis juris punire?

Prima sententia affirmat cum *Sylv. Cordub. etc. apud Salm. ibid.* § 2. *n.* 59. quotiescumque crimen saltem per duos testes posset probari; et huic sententiæ consentiunt *Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 2. *d.* 11. *n.* 332. *et Nav. Sot. apud Salm. ibid. n.* 60. casu, quo adsit spes, quod delinquens ob pœnas emendabitur, secus autem, isti dicunt, si talis spes non effulgeat, tunc enim vix permittunt posse reum clam excommunicari.

Secunda sententia probabilius tamen contradicit omnino cum *Suar. Pal. Led. Bann. et Salm. tr* 29. *c.* 2. *p.* 3. § 2. *n.* 61 *et* 62. semper ac ex crimine nullum immineat damnum communitati, aut particularibus. Ratio, quia tunc delinquens adhuc possidet famam; nec punitio est necessaria ob bonum commune, quando crimen non est publicum.

Sed hic notandum 1. cum *Salm. ibid. n.* 68. *Palao, Torres, et aliis*, quod in tali casu poterit quidem prælatus aliquibus viris prudentibus crimen manifestare, si hoc judicet necessarium ad remedium subito adhibendum. Notandum 2. quod prælatus inferior, si ipse possit per se subditum corrigere, peccabit, si crimen superiori manifestabit. Ita *Salm. ibid. cum. Pal. n.* 21.

248.—Quær. II. utrum, si per publicum edictum, seu monitorium præcipiatur omnibus aliqua delicta denuntiare, teneamur? Resp. quando crimina sunt notoria, procul dubio quilibet ea denuntiare tenetur; secus vero, si sint occulta, etiamsi probari possint per duos testes; nisi crimina vergant in damnum communitatis, aut tertii; cum hac tamen differentia, quod in criminibus in damnum tertii, tenemur fraternam monitionem præmittere, et correctione obtenta, denuntiatio judicialis est omittenda; si autem reus non corrigatur, tunc judicialiter tenemur eum denuntiare; dummodo possimus sine gravi nostro incommodo, ut *Salm. ibid.* § 4. *n.* 82. In criminalibus autem in damnum commune, nulla prævia monitione, et etiam cum gravi nostro damno, denuntiationem judicialem proferre tenemur. Quamvis etiam in his *S. Th.* 2. 2. *q.* 33. *a.* 7. sic doceat : *Nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per secretam monitionem possit hujusmodi mala impedire.* Sed hoc raro accidit. Hæc fere communiter a DD. docentur. *Vide Salm. ibid.* § 3. *n.* 79.

Notandum hic autem I. quod qui delictum sub secreti sigillo noverit, ut remedium, aut consilium delinquenti præberet, nunquam tenetur illud denuntiare, quia jus positivum non potest juri naturæ derogare. Ita *S. Th.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. *ad* 2. *Sanch. c.* 2. *d.* 20. *et Salm. ibid.* § 4. *n.* 83. *cum Nav. etc. contra Sotum.*

Notandum II. quod, si quis rem aliquam accepit in compensationem sui certi crediti, non tenetur manifestare, quia edictum imponens denuntiationem intelligit loqui tantum de rebus injuste acceptis. Ita *Sanch. c.* 24. *et Salm. tr* 29. *c.* 2. *p.* 3. § 4. *n.* 84. *cum Sylv.* Idem dicunt *Sanch. d. dub.* 24. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 85. *cum Nav.* de debitore rei furtivæ, qui ob inopiam a restitutione excusetur.

Notandum III. quod nemo, ut supra dictum est, tenetur denuntiare cum gravi suo incommodo, nisi crimen redundet in damnum commune reipublicæ, aut religionis, ut crimen læsæ Majestatis, hæresis, etc.

249. — Sed hinc quær. III. An sit obligatio denuntiandi hæreticos cum periculo gravis damni? Distinguendum, si denuntiandi sunt tantum suspecti de hæresi, ut sunt sortilegi, blasphemi, confessarii sollicitantes, abutentes sacramentis, commune est non esse tunc obligationem. Ita *Salm. tr.* 21. *c.* 4. *p.* 4. § 2. *n.* 87. *et* 89. *Potesta de denunt. n.* 267. nisi (dicunt *Salm. ibid. n.* 91.) adesset damnum commune, nempe, si sacerdos magnæ auctoritatis frequenter pœnitentes sollicitaret, etc. Si vero denuntiandi sint hæretici formales, etiam excusare periculum gravis damni, nisi illi dogmatizent, tenent *Mazz. t.* 1. *p.* 278. *Less. Nav.*

Fill. etc. apud Salm. tr. cit. c. 3. *p.* 9. 2. *n.* 108. Sed verius oppositum est enendum cum *Potesta d. n.* 267 *et Salm. bid. n.* 109. *cum Suar. et Farinac.* Ratio, quia hæresis formalis de se serpit ut ancer, et ideo semper in damnum commune vergit.

250. — Quær. IV. An teneamur denuntiare conjunctos, quos hæreticos formales noverimus? Fratres sine ullo dubio enemur denuntiare ; filios vero a denuniandis parentibus excusant *Abul. et Sinancho apud Salm. ibid. n.* 105. Sicut bidem *Bon. Fill. Barb. etc.* excusant tiam uxores a denuntiando viros suos. ied dicendum omnes ad denuntiationem eneri, ex eadem ratione, ut supra; quia ıæresis est pestis ita noxia, quod diffiile habet remedium, et facile in damıum vergit commune. Ita *Roncag. p.* 169. '. 1. *r.* 3. *Bon. de oblig. denunt. t.* 2. !. 6. *p.* 2. *n.* 3. *cum Farin. Azor, Salm. bid. n.* 106. *cum Caj. Pal. Sanch. Dian. tc. cum communi,* ut testatur *Potesta* ' 268. *et Viva super prop.* 5. *Alex. VII.* ' 13.

Hoc tamen dicitur, quoad hæreticos ormales. Si vero denuntiandi sint tanum suspecti de hæresi. *Salm. tr.* 21. . 4. *p.* 4. § 2. *n.* 83. pariter obligant tiam filios ad parentes denuntiandos ; ed nimis rigorose, satis enim probabiliter tunc a denuntiatione excusantur, non olum filii, sed etiam conjuncti usque .d 4 gradum, ut tenent *Diana, Bordon. ,ez. Homob. et alii apud Potesta n.* 221. latio quia denuntiare conjunctum, idem st ac grave damnum sive incommodum ubire ; quod rationabiliter excusat quando periculum abest damni communis) ut diximus mox *n.* 249. et dicunt psi *Salm. tr.* 29. *de offic. c.* 2. *p.* 3 § 4. ı. 83.

251. — Quær. V Quænam sint crinina denuntianda tanquam de hæresi uspecta ? Sunt I. nuptiæ contractæ, vivente conjuge, ut *Salm. tr.* 21. c. 4. *p.* 2. ı. 6. *cum communi.* II. Nuptiæ clerici n sacris constituti, vel religiosi professi ; tiam communiter *Salm. ibid. n.* 7. III. Si quis sine sacerdotio Missam celebrat, ıut aliud Sacramentum conficit : ita ex constitutionibus Pontificis ; *vide Salm. ibid. n.* 8. qui extendunt ad sacerdotem celebrantem pluries in die, vel non jeunum, sine justa causa. IV Alii pariter censent suspectum esse de hæresi confessarium sigillum violantem, ut *Viva, le Leone, et Quintan.* At hoc negant probabiliter *Salm. ibid. n.* 9. *cum Lugo, Bonac. Mol. et communiori,* nisi ille per errorem teneat non adesse hanc obligationem sigilli, vel istud non ita rigorose obstringere. V. Extendunt etiam *Salm. ibid. n.* 10. *et* 11. *cum pluribus* ad crimen sodomiæ, et bestialitatis, sed ipsi loquuntur pro regnis Hispaniarum ; hoc tamen non viget in nostris partibus. Hic tamen obiter advertendum, quod clerici, et regulares sodomitæ ex Constit. *S. Pii V* privantur omni officio, et beneficio ; modo I. crimen sit consummatum. II. Adsit hujus criminis exercitium : ideo non sufficit, si patratum sit bis, vel ter. *Salm. cum Bon. cit. n.* 11. *in fin.* III. Adsit insuper sententia judicis ; nam licet bulla dicat : *Præsentis canonis auctoritate privamus,* attamen sic videtur recepta, ut dicunt *Bon. Sanch. Henr. etc. apud Salm. l. c.*

251. — Quæritur hinc VI. An sint denuntiandi blasphemi? Distinguendum : Qui proferunt blasphemiam hæreticalem, certe denuntiandi sunt. Sed hic advertit *Potesta n.* 219. quod prorumpens in blasphemiam hæreticalem, non advertendo ad significationem, non peccat graviter, ideoque nec denuntiandus. Secus vero, si blasphemet advertens, quamvis ex ira : quia tunc jam fit saltem suspectus de levi. Cæterum probabiliter *Bon. l. c. part.* 1. § 8. *n.* 5. *in fine, et Ronc. p.* 170. *q.* 4. *resp.* 3. *cum Navarr. etc.* dicunt non esse denuntiandos, quos constet per lapsum linguæ errorem protulisse, et huic videntur expresse adhærere *Salm. tr.* 21. *c.* 3. *p.* 9. § 2. *n.* 107. ubi aiunt ad obligationem denuntiationis requiri pertinaciam hominis denuntiandi. Imo *Sanch. Trull. etc. contra Salm. ibid. p.* 10. § 2. *n.* 129. universe excusant ab obligatione denuntiandi blasphemos hæreticales, semper ac ipsi per correctionem resipiscant.

Quoad autem simplices blasphemos, advertendum, quod olim duæ aderant obligationes : una increpandi, et hæc abiit in desuetudinem ejusque in loco successit obligatio correctionis, si fructus speratur, ut docent *Sanch. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 46. *Palaus, Bonac. etc.* Altera denuntiandi judici ecclesiastico, vel sæculari, et hæc etiam per desuetudinem non videtur amplius obligare, ut dicit *Viva de* 2. *præcept. quæst.* 6. *art.* 2. *in fine cum Tamb. et Mazz. Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 123.

Rogabis autem, infra quantum temporis blasphemi hæreticales denuntiandi

sint? Loquendo generice de criminibus suspectis de hæresi, juxta edictum Inquisitionis Generalis Romanæ, tempus assignatum ad denuntiationes est mensis a die scientiæ legis, et cessantis impedimenti, ut asserunt *Felix Potesta de denunt. num.* 238. *Mazzotta t.* 1. *pag.* 276. *quæst.* 5. et auctor libri *Istruz. per li novelli confess. tom.* 2. *c.* 14. *n.* 284. Loquendo vero præcipue de tempore requisito ad denuntiandos blasphemos hæreticales, dicunt *Sporer de* 1. *præcept. Decal. c.* 10. *n.* 12. ex decreto *Alexand. VII. de Suspectis de hær. et Salm. eod. titul. tr.* 21. *cap.* 3. *p.* 10. § 2. *n.* 129. (sed forte hi loquuntur juxta edictum Hispaniarum) esse denuntiandos infra sex dies; ita etiam *Viva de* 1. *præc. qu.* 6. *art.* 2. *n.* 11. qui idem ait de denuntiatione confessarii sollicitantis; sed auctor præfatus (*Istruz. ut supra*) pro hac denuntiatione assignat mensem.

253. — Quær. VII. An superstitiosi sint denuntiandi? Affirmant DD. generaliter loquendo, si superstitio fiat cum conscientia peccati, et suspicionem fundet de hæresi. Et hoc accidere dicunt: 1. Quando intercedit pactum expressum cum dæmone. 2. Quando miscentur in ea res sacræ ut chrisma, oleum sanctum, hostia sacrata. 3. Si dæmon adoretur, vel ei porrigantur preces nefariæ, vel aliqui psalmi, qui in ejus honorem proferri videntur, ut psalm. 108. *Deus laudem meam ne tacueris, etc.* 4. Quando dæmon rogatur de his, quæ naturaliter nequit ipse scire. 5. Quando ex superstitione provenit effectus. 6. Quando quis ex professo alios instrueret. 7. Quando intervenit expressa dæmonis invocatio (etsi, hac tantum intercedente, excusant alii ab obligatione denuntiandi). Ita *Suar. Az. Pegna, et Simanchus, vide Salm. de* 1. *præc. l. c.*

Dixi *generaliter loquendo*, quia in hoc regno denuntiantur tantum superstitiones, in quibus intervenit abusus hostiæ consecratæ, vel olei sancti; non vero aliæ. Et hæc est praxis hodierna; horum enim criminum, quæ ad mixtum forum pertinent, præsens rex noster *Carolus VI.* sibi animadversionem abdicavit, quando sortilegus est secularis, secus si est ecclesiasticus.

254. — Quær. VIII. An sint denuntiandi, qui denuntiare tenentur, et omittunt? Si agatur de denuntiando hæretico tantum suspecto, probabilius negatur cum *Carena, et Lupo, et Potesta n.* 284. Ratio, quia non oritur suspicio ex suspicione. Si vero de denuntiando hæretico formali, dicit *Potesta n.* 286. denuntiandos esse eos qui ex officio tenentur denuntiare, et negligunt; et idem dicit de teste crimen falso negante, vel de dissuadente denuntiationem debitam; quia isti vere censentur de hæresi suspecti, nisi omissio fiat ex causa amicitiæ, consanguinitatis, *etc.* Ita *Potesta cum communi*. Alios vero non denuntiantes, licet etiam ipsi fiant de hæresi suspecti, si nullam habent causam occultandi, ut dicunt *Salm. tr.* 21. c. 3. *p.* 9. § 2. *num.* 116. tenent tamen *Lupus, et Bordon. apud Potesta* non esse denuntiandos, ne detur processus in infinitum.

Notandum autem super hac materia. I. Neminem teneri denuntiare seipsum, nec socios sui criminis, cum hoc esset idem ac seipsum denuntiare. Verum, si quis de crimine legitime a judice interrogetur, tenetur tam se, quam socios manifestare. *Salm. ibid. num.* 104. *cum Cajet. Suar. Trull. etc.*

Notandum II. Certum esse, quod non tantum superiores regulares, quibus directe imponitur onus denuntiandi ex decreto *Alexand. VII.* edito anno 1660., sed omnes fideles tenentur ad denuntiandum criminosos de hæresi etiam leviter suspectos, ut loquitur decretum; dum in fine ejus statuit Pontifex: *Decretum hoc omnes ubique existentes arctare, et afficere*; et ita cum communi sentiunt *Salm. ibid.* § 1. *n.* 95. *et* 102. *in fin.* Sed bene hic advertunt 1. minime esse denuntiandum illum, de quo habeatur suspicio ex levibus indiciis, v. g. si audias crimen alicujus a testibus parum fide dignis. Ita *Nav. Sayr. Cordub. cum Salm. ibid.* § 2. *n.* 117. Advertunt 2. quod, ut sit obligatio ad aliquem denuntiandum, requiritur, ut ille sit hæreticus proprius, et pertinax, non vero si nimirum per ignorantiam, metum, incuriam, lapsum linguæ fidei protulerit injuriam, de qua si secreto corrigitur, sine dubio censeatur abjuraturus. Ita *Salm. cit. n.* 117. *in med. cum aliis.* Hinc inferunt *Bon. et Farinac. apud Salm. ibid. in fin. ac Potesta n.* 258. minime esse denuntiandum hominem simplicem et pium, seu concionatorem aliquam propositionem hæreticalem ex incuria proferentem; præsumitur enim non ex animo locutus esse.

Notandum III. Juxta jus commune ex *Extrav. Excommunicamus*, eos, qui advertenter negligunt hæreticos denun-

iare, incurrere excommunicationem feendam : etsi juxta edictum Hispaniaum, ibi incurratur excommunicatio pso facto, et reservata. Utrum autem in liis regionibus hæc excommunicatio sit eservata ? Affirmant *Salm. tr.* 21. *c.* 4.). 4. §. 1. *n.* 70. *et Potesta n.* 641. qui ffert decretum S. C. Sed negant *Lupus pud Potesta et Bon. l. c.*

— Præter hæreticos, inquit Martinet, uspectosque de hæresi, denuntiandi quoue sunt, ex recentioribus Sedis Ap. decreis, omnes auctores, propagatores, fautores t asseclæ clandestinarum sectarum, quæ, ub nomine *liberorum muratorum* (francs naçons), *carbonariorum, universitarium, olidariorum* vel quocumque alio, *percuserunt fœdus cum morte, et cum inferno ecerunt pactum* (Isa. XXVIII, 15), exsecranisque sacramentis se obligant ad occultanum simul totisque viribus procurandum pus *capitis* sui, quod est suprema antihristianismi seu *satanismi* victoria. Quæ estilentissimæ societates, damnatæ jam et rohibitæ, sub excommunicatione reservata t latæ sententiæ, a Clemente XII, constit. *n eminenti*, 28 april. 1738, et a Benedicto IV, constit. *Providas*, 18 maii 1751, rurus sub eadem pœna damnatæ sunt et proibitæ a Pio VII, constit. *Ecclesiam* a J.C., 1. sept. 1821, et a Leone XII, constit. *Quo raviora*, 3 id. mart. 1825, prædicta excomunicatione insuper statuta in eos 1° qui on denuntiant *episcopis vel cæteris ad uos spectat, eos omnes quos noverint isce societatibus nomen dedisse* vel quouo modo favere ; 2° qui legunt, retinent, nec ocorum ordinariis tradunt *catechismos, tatuta, codices* hujusmodi societatum, lirosque ad earum defensionem sive typis ditos, sive manuscriptos. Quas omnes rædecessorum suorum constitutiones, necon pœnas in iis contentas, expressissime onfirmavit Pius IX in allocutione conistoriali, 25 sept. 1865. » (Lib. III. art. III. §. 3.)

« Non est confundendus denuntiator cum liquo delatore, inquit Scavini, qui ad hoc itat quod sequitur :

« Il y a une différence énorme entre le *énonciateur* et *l'espion*, entre l'espionnage t la dénonciation... Ce qui anime l'espionage, c'est un esprit vénal ne voyant dans ans la vie ou la liberté d'un compatriote u d'un parent qu'une marchandise à livrer our en retirer un profit, et qu'il faut céder u plus offrant. Mais quels moyens diaboiques pour accomplir ce marché ! Plus le aître se déguise sous le masque de l'amitié, lus il inspire de confiance en cachant ou n montrant des sentiments, plus il est asuré de parvenir à son but et de surprendre n secret... S'il avait reçu d'un pouvoir compétent une mission légitime il pourrait du moins en rejeter l'odieux sur celui qui l'emploie ; mais non, le propre de l'espion, c'est précisément de se faire l'instrument d'une autorité incompétente qui, sortant des limites où la Providence l'avait enfermée, se jette dans des mesures qui ne sont point de son ressort et qui ne veut d'autre résultat que de répandre la discorde et le soupçon...

« Combien est différent le caractère de ces dénonciations que le devoir de l'amour du pays, quelquefois même l'amour fraternel, arrachent à un citoyen consciencieux ! Sûr de remplir un devoir envers la patrie, il n'a pas besoin de recourir à la fraude, à l'artifice, à la corruption, pour découvrir un secret qu'il voudrait ignorer. Encore moins s'abaissera-t-il jusqu'à se vendre à un maître, à un magistrat soupçonneux pour lui livrer des secrets qui ne sont pas de la compétence de l'autorité qui interroge et compromettent la tranquillité domestique, ainsi que les devoirs de l'amitié et de la discrétion. Il n'a qu'un but, la justice ; qu'un excitant, l'amour de la patrie ; qu'un moyen d'accomplir son devoir, la vérité. Il n'a pas eu besoin de recourir à la feinte et au mensonge, il n'éprouvera pas non plus la honte ni le remords ; et si parfois il ressent de la peine pour avoir innocemment amené quelque dommage particulier, elle est amplement compensée chez lui par le sentiment du bien général qu'il a procuré en remplissant son devoir.

« Lorsqu'on réfléchit sur cette distinction si marquée entre l'acte de vertu civique, dont nous venons de parler, et de la scélératesse de l'espion à gages, on ne doit plus s'étonner de trouver dans les moralistes catholiques l'obligation de dénoncer certains crimes qui attaquent la société. Pour ne pas les citer tous, prenons saint Thomas seul, dont la *Somme*, spécialement dans la partie morale, a été louée par M. Cousin comme le chef-d'œuvre de l'esprit humain au moyen âge que personne parmi les modernes n'a surpassé : « Si crimen fuerit tale quod vergat in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accusationem, dummodo sufficienter possit probare, quod pertinet ad officium accusatoris ; puta cum peccatum alicujus vergit in multitudinis corruptelam corporalem seu spiritualem (2ª 2æ, q. 68, a. 1). » Ces dernières paroles méritent une attention particulière. Elles font comprendre combien se trompent ou mentent certains docteurs modernes qui, forcés par la raison de convenir que la dénonciation est obligatoire quand il s'agit du bien temporel de l'Etat, la condamnent lorsqu'elle est imposée par l'Eglise pour le bien spirituel de la société chrétienne. Etrange distinction ! qui ne serait pas venue certainement à la tête d'un homme de bon sens, si nous n'étions pas habitués à suivre comme des moutons la voix de quelques meneurs qui se nomment pompeusement l'*opinion publique*. En proie

à deux erreurs très-graves sorties de la tête et de la bouche de leurs pareils, ils estiment comme pure bagatelle le tort spirituel fait à la société chrétienne, ou même regardent cette société comme n'existant que dans le cerveau de quelques théologiens, n'ayant aucune réalité extérieure de droit, de communauté, d'autorité, de but et d'intérêt ; tout au plus, suivant eux, serait-elle un appendice de la société civile à laquelle il appartiendrait de juger s'il convient de lui accorder assistance et protection. (*Civilta catt.*, ser. I, t. IX : *Le dénonciateur et l'espion.*)

DUBIUM VI.

De testibus.

255 Quomodo debeant esse, et testificari testes ad probandum?

256 Qui rejiciuntur? 1. Servi 2. Mulieres. 3, Minores. 4. Inimici. 5. Conjuncti, et domestici. 6. Infames. 7. Perjuri. 8. Socii criminis. 9. Personæ inopes et viles.

257 In quibus casibus sufficit dictum unius testis?

258 Quid si unus testis deponat de una propositione hæretica, et alius de altera?

259 An semper sufficiant duo testes ad probandum?

260 Quales debent esse testes, ut plene probent?

261 An laici repellantur a testificando contra clericos? Quid e converso?

262 An testes inepti, ut supra, faciunt indicium?

263 An religiosi probent in causa sui monasterii?

264 An, et quando quis testari teneatur?

265 An testis teneatur fateri veritatem judici non legitime interroganti?

266 Quando judex legitime interroget?

267 An testis teneatur manifestare crimen, si accusator unicum testem afferat?

268 Non teneris manifestare judici etiam legitime interroganti : I. Si scias rem ex confessione. II. sub secreto. III. Si tibi immineat damnum. IV. Si accepisti a parum fide dignis. V. Si rem accepisti per injuriam. VI. Si alter probabiliter non peccarit.

269 Ad quid teneatur falsum testatus?

270 Quando peccent testes? Dub. 1. An peccent contra justitiam, si se abscondant, ne citentur? Dub. 2. An si fugiant post citationem? Dub. 3. An si interrogati veritatem occultent?

271 Quomodo facienda est depositio testium?

255. — « SUPPONO, ad legitimam, et » plenam in judicio probationem requiri » duos testes, eosque debere 1. Externo » sensu percepisse id, de quo testantur. 2. De eodem facto, et crimine, cum iisdem circumstantiis, deponere, alioqui erunt testes tantum singulares, ut vocant, qui non faciunt plenam probationem. 3. » Esse omni exceptione majores, in qui- » bus scilicet nulla desideretur conditio, » quominus testari possint, juxta versum » vulgarem :

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus illa requires.

256. — « Hinc a testando rejiciuntur 1. Servi. 2. Mulieres. » (*Intellige tamen hoc de jure canonico, ex caus.* 33. *qu.* 5. *non vero de jure civili, tam in causis civilibus, quam criminalibus, ut Gomez, Sanch. Trull. apud Salm. tr* 29. *c.* 3. *p.* 1. §. 1. *n.* 6. *Verumtamen ad reum damnandum nec plures etiam mulieres sufficiunt. Vide Salm. ibid. n.* 7 *in fin.*) « 3. Minores 20 annis in criminalibus ; in civilibus autem impuberes. » (*Isti tamen, etsi ad probandum non sufficiant, nisi in crimine læsæ Majestatis, fundant tamen indicium etiam ad torturam. Salm. ibid. n.* 8. *et* 9.) « 4. Inimici » (*Licet sint reconciliati, sed de recenti* (*secus, si ex longo tempore*). *Et hoc etiam in delictis læsæ Majestatis* : *et etiamsi inimicitia non fuerit gravis, ut dicunt Salmant. ibid. n.* 12. *cum communi*) « 5. Sanguine juncti » (*Usque ad* 4. *gradum, ut Salmant. ibid.* §. 2. *n.* 21. *nisi sit crimen hæresis. Vide alia circa hoc punctum apud Salm. ex dict. num.* 21. *et seqq.*) « *et domestici* » (*Ut famuli, coloni*) « exceptis *quibusdam casibus apud Less.* » *l.* 24. *c.* 3. *n.* 38. 6. Infames » (*Sive de jure, id est sententia, sive de facto. Quinam autem dicantur infames ? Vide can. Infames, caus.* 6. *qu.* 1. *et Salm. tr.* 29. *c.* 3. *p.* 1. §. 1. *n.* 10. *et* 11.) « 7 Perjuri. 8. Socii criminis. » (*Excipe si crimen sit hæresis, vel maleficii, vel tale, quod non possit sine socio patrari. Salm. cum aliis ibid. n.* 15. *et* 16. *An autem duo socii criminis faciant saltem semiplenam probationem contra tertium socium? Affirmat Less. c.* 29. *dub.* 17 *Sed plures alii negant apud Salmant. ibid. p.* 3. *num.* 53.) « 9. Personæ inopes, et viles. » (*Nisi sint probatæ vitæ. Vide Salm. ibid. p.* 1. §. 2. *n.* 17.) « 10. Deliri, et semifatui, ex quibus ta- » men ii, qui solo jure positivo ad tes- » tandum sunt inhabiles, possunt admitti » in criminibus exceptis. »

257. — 1. Notandum, quod unicus testis sufficit ad probandum in aliquibus casibus ; etenim 1. Testimonium unius sat est ad impediendum matrimonium illegitimum, ex *cap. Præterea* 2. *de sponsal.* Debet hic tamen jurare se impedimentum certo scire : et non sufficit si, testis sit de solo auditu, nisi impedimentum sit consanguinitatis, et adsit alius testis de certa scientia, licet hic deponat sine juramento. Ita *Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 5. *dist.* 10. *n.* 1. *et Salm. tr* 9. *c.* 8. *p.* 8. *n.* 106. Sola tamen fama sufficit ad impediendum matrimonium. II. Testimonium solius Episcopi sufficit ad probandum in judicialibus attinentibus ad suum munus, si testetur in scriptura suo sigillo obsignata. *Salmant. tr.* 29. *c.* 3.

). 2. *n.* 34. *cum Bald. Mascard. etc.* III. Ad delicta religiosorum punienda sufficit testimonium unius, si delictum sit tale, ut aliter probari non possit. Et ita religiosus sollicitans pœnitentem, per illam tantum denuntiatus potest puniri aliqua pœna arbitria; sed non ordinaria. *Sanch. cap.* 5. *dist.* 12. *n.* 4. *Salm. ibid. n.* 35. *cum aliis* : et idem docent ibi *Val. et Sot.* pro culpis levibus. Cæterum in criminibus gravibus, quæ gravem merentur punitionem recte tenent, et absolute *Salm. cit. n.* 35. *cum Peyr. et Pell. contra Sanch. et alios*, requiri omnino saltem duos testes, quia fama religiosorum non debet minus æstimari, quam fama sæcularium. IV. Credendum est officiali publico testificanti de aliquo crimine levi; secus de gravi. *Barbos. Farinac. etc. cum Salm. tr.* 2. *c.* 3. *p.* 2. *n.* 36. Et idem dicunt de perito in sua arte, v. g. si medicus testificetur mortem alicujus causatam fuisse a vulnere. *Salmant. ib. in fin. cum aliis*. V. Unicus testis probat, quando agitur de læsione minori. *Bard. Gabr. Salm. ibid. n.* 37. Sic etiam probat interpres alicujus linguæ ignotæ, sic etiam probat persona, cui standum dixit testator in suo testamento. Unicus quoque testis probat miraculum. *Salm. cit. n.* 37. *in fin. cum aliis.*

258.—Sed quæritur hic, si unus testis deponat de una propositione hæretica, et alius de altera, an isti plene probent aliquem esse hæreticum? *Gom. Barbos., etc.* affirmant probare illum esse hæreticum in genere. Sed longe probabilius *Lessius l.* 2. *c.* 30. *num.* 33. *Rodr. Vill. etc. Salm. ib. n.* 38. negant tales testes facere plenam probationem, licet faciant plus quam semiplenam. Ratio, quia, cum non probatur prius hæresis in specie, non potest probari hæresis in genere. Excipe tamen crimen sollicitationis in confessione, quod per testes singulares comprobatur, concurrentibus tamen aliis indiciis, et præsumptionibus.

259. — Exceptis autem supradictis casibus, ad probandum requiruntur, et sufficiunt duo testes in causa tam civili, quam criminali, ex *Deuteron. c.* 17. *v.* 6. *In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur.* Et ex *Joan. c.* 8. *v.* 17. *duorum hominum testimonium verum est.* Ratio, quia ad humanas actiones probandas sufficit certitudo moralis, et probabilis. Ita *S. Th.* 2. 2. *q.* 70. *a.* 2. *Less. Sot. et Salm. ibid. p.* 3. *n.* 43. *communiter.* Ab hoc tamen excipiuntur aliqui casus, in quibus jus positivum requirit majorem numerum testium, nempe ad probanda testamenta, ad damnandos Episcopos, vel clericos ; nam ad condemnandum Episcopum, requiruntur 12 testes et ad condemnandum sacerdotem seu clericum requiruntur saltem plus quam duo. *Vide Salm. ibid. n.* 44. *et* 47.

260.—Præterea testes ut plene probent requiritur I. Ut sint contestes, ita ut conveniant non solum in substantia actus, sed etiam in principalibus circumstantiis, id est persona, loco, tempore, modo ; nisi circumstantiæ sint parvi momenti, puta, si unus dicat casum contigisse hora tertia, alius quarta : unus tempus fuisse nubilosum, alius serenum, et similes. Ita *S. Th.* 2. 2. *quæst.* 70. *a.* 2. *ad* 2. *Salm. tr.* 29. *c.* 3, *p.* 3. *n.* 48. Requiritur II. ut testes deponant cum juramento, alias non probant, ex *cap. Tuis quæstionibus* 39. *de testib. et ex cap.* 51. *de testib.* Ubi ait *Panormit. Nec Episcopo quidem, ut testi, credi in alterius præjudicium, nisi jurato.* Requir. III. Ut testes per se immediate rem perceperint externe eo sensu, quo res percipitur, puta, ut ipsi viderint occidentem, audierint blasphemantem, ec. *l. Sola* 4. *c. de test. et c.* 4. §. *Solum. q.* 3. *Vide Salm. cit. n.* 48. *et* 49. *cum Sylv. Pan. Tab. et communi.* At in hoc notandum, quod nec etiam sufficiunt ad plene probandum testes, qui deponunt audivisse quidem per se, sed mediate, id est medio pariete, cortina, quin viderint etiam loquentem, ut *Salm. ibid. num.* 50. *et* 51. *cum Farinac. et aliis.* Hoc autem currit in causa criminali, non autem civili ; excepto testamento, ubi requiritur, ut testes non solum audiant, sed etiam videant testatorem loquentem ; ex *l. Si non speciali, c. de testam. Salm. ibid.* Testes autem de auditu alieno, nempe qui crimen narrari audiverint ab uno, vel duobus testibus de visu, non solum non probant, sed nec etiam semiplenam probationem faciunt, ut *Salm. ibid. n.* 53. *cum Miranda, Farinac. et communi juristarum.* Quando vero adsint plures contestes pro reo, et plures contra, standum est pro reo, ut docet S. *Thom.* 2. 2. *qu.* 70 *art.* 2. *ad.* 2. Etiamsi testes contrarii sint majores dignitate, ut *Salm. ibid. n.* 54. *cum Pan. Med. ec.*

261. — Adde, quod laici in criminalibus repelluntur a testificando contra clericos, ex *caus.* 2. *quæst.* 7. In aliquo ta-

men casu possunt Episcopi uti laicis testibus probatæ vitæ ad probanda crimina suorum subditorum : e converso clerici et religiosi possunt testificari contra laicos, etsi ad hoc non possint compelli a judice sæculari, ex c. c. *Quanquam sacerdot.* 14. *q.* 2. Ex præfato tamen textu clare deducitur, non posse clericum testificari coram judice sæculari, sine licentia sui superioris. An autem testimonium clerici sine licentia prælati valeat? Affirmandum probabilius cum *Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 5. *d.* 17. *n.* 2. *Trull. Azor, etc. ac Salm. tr.* 29. *c* .3. *p.* 1. §. 2. *n.* 28. *contra alios* qui dicunt non valere testimonium clerici, sed tunc tantum, cum is vi compulsus deponit. Clericis autem, et religiosis non videtur esse vetitum testes esse in instrumentis, cum hoc nullibi interdicatur. *Vide Sanch. Dec. t.* 2. *l.* 6. *c.* 13. *n.* 106. *et Salm. ibid. n.* 29.

262. — Notandum I. quod testes inepti (numerati ut supra apud *Bus.*) si deponant, faciunt aliquod indicium, sed non plenum, nec sufficiens ad torturam : immo servi, vel graviter inimici omnino repelluntur. Sed si crimen commissum est noctu, vel in aliquo loco secreto, tunc facile admittuntur. Deinde, si testes sint inepti principaliter ob favorem partis, ut inimici, domestici, etc. si pars eos admittit, judex non valet eos repellere. *Vide Salm. ibid. n.* 31.

263. — Notandum II. quod religiosus in causa sui monasterii bene potest testificari, ex *c. Insuper statuimus de test.* Et idem dicitur de canonico in causa sui capituli, de clerico in causa suæ Ecclesiæ, et de collegiali in causa sui collegii, quotiescumque in causa ipsi nullum interesse habeant particulare. Advertendum tamen est, istorum testimonium non esse omnino integrum; et insuper non esse admittendum, quando alii testes haberi possint. *Salm. cum aliis ibid. p.* 2. *num.* 41.

264. — « Quær. 1. An, et quando teneatur quis testari? 2. Ad quid teneatur, qui non vult testari, aut qui falsa est testatus?

« Resp. 1. Non tenetur quis testari, nisi vel ex charitate, cum ita necessarium est ad avertendum grande malum proximi, aut reip. vel ex præcepto, cum judex, seu superior habens potestatem, ita legitime præcepit. In quo ultimo casu, si fugias, aut occultes te, antequam ad testandum citeris, non peccabis contra justitiam; ideoque nec tenebris restituere, ut, contra multos, docent *Valent. et Less.* Ratio est, quia tibi necdum est præceptum : si quod autem jus nascatur parti ex tuo testimonio, id ex præcepto oritur. Imo, etsi sit communis sententia, ad restitutionem teneri eum, qui a judice citatus fugit, vel testimonium fraude declinavit, cum sit efficax, et moralis causa ut judex sententiam ferat in alterius damnum : non tamen est improbabile, quod docent *Molin. et Less.* non teneri. Ratio est, quia citatio intimata non inducit obligationem justitiæ, sed tantum obedientiæ; proindeque non comparens contumax tantum est, et inobediens, non autem injustus. » *Less. lib.* 2. *c.* 30. *d.* 6., 7., 8. *etc. Vide Bon. Laym. ll. cc.*

265. — Hic notandum certum esse, quod judici non legitime interroganti testis non tenetur fateri veritatem : tunc enim poterit licite respondere (etiam cum juramento) *crimen nescire*, ita ut teneatur illud ei manifestare. Ita *S. Th.* 2. 2. *qu.* 66. *art.* 1. ubi ait, quod eo casu, *non tenetur accusatus respondere, sed potest vel per appellationem, vel aliter licite subterfugere.* Et idem *communiter DD.* dicunt etiam de teste. *Vide dicta de restrictione non pure mentali l.* 3 (IV). *n.* 152.

266. — Sed quæritur I. Quandonam judex legitime interroget? Resp. I. quando adest semiplena probatio, puta, unus testis de visu, vel auditu proprio, ut supra : vel si adest notorietas, aut infamia criminis, vel indicia evidentia, vel si accusator se offerat ad delictum pluribus testibus probandum (alias, etiamsi plures testes adsint de aliquo crimine, nemo eorum teneretur crimen revelare); omnia hæc enim æquivalent semiplenæ probationi; quæ interveniente delictum non dicitur amplius secretum, ideo judex tunc habet jus, ut testis veritatem manifestet. Ita communiter *Less. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 5. *et* 6. *Navar. et alii cum Salm. tr.* 29. *cap.* 3. *p.* 4. *n.* 56. *et* 57. qui advertunt *ibid. n.* 62. *cum Sayro,* quod, ut testis teneatur tunc respondere, requiritur, ut infamia, vel semiplena probatio, vel indicia, ut supra, sint jam probata, et a judice testi manifestentur; nisi constet judicem esse probum, et asserit se legitime interrogare.

267. — Quæritur hinc II. Utrum, quando non adest semiplena probatio, sive infamia, vel evidentia indicia criminis, ut diximus, si accusator unicum

testem tantum afferat, teneatur hic testis veritatem manifestare? Affirmant *Salm. tr* 29. *cap.* 3. *p.* 4. *num.* 60. *et* 61. *cum. Soto, Valent. etc.* quia (dicunt) quando adest accusator conscius de crimine, et unicus testis, jam reus censetur æquivalenter infamatus. Sed probabilius negant *Ronc. tr.* 15. *q.* 3. *cum Less. Passer.* item *Sylvest. Nav. et Bann. apud Salm. ibid. n.* 59. juxta supra posita. Et idem clare videtur docere *S. Th.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. ubi dicit tunc legitime testem interrogari, *quando vel de manifestis, vel de his, de quibus infamia præcessit; interrogatur.* Ergo non legitime interrogat judex, quando non præcessit vel notorietas (hoc enim significat to *manifestis*), vel infamia, aut alia semiplena probatio, ut supra.

Hic ponit Gury quæstionem illam: *An testis teneatur revelare crimen omnino occultum*, v. gr. *quod ipse solus noverit?* ac respondet:

« 1° *Affirm.*, juxta legem in Gallia aliisve locis vigentem, quæ statuit, vel unicum testem ad damnandum reum sufficere posse, nec quidquam aliud a juratis exigit, nisi ut asserant, se de facti veritate nihil dubitare, quidquid demum sit de probationibus, quibus eorum testimonium innitatur.

« 2° *Negat.* probabilius, juxta jus romanum, quod duos testes ad damnandum etiam habita rei confessione necessario requirit. hinc axioma : *Testis unus, testis nullus.* » (De st. part. n. 29.)

De quo ad primum notat Ballerini :

« Quidquid sit de hujus dispositionis sapientia, patet, postremis auctoris verbis non posse hunc sensum inesse, quasi nullum esse debeat aut possit fundamentum, cui juratorum suasio innitatur, sed quod nullam rationem, cur ita censeant, ipsi reddere teneantur. »

Martinet autem, de sententia exposita a S. Alphonso nostro in n° præsenti a præcedenti 265, disserit ita :

« Estne illa sententia ita intrinsece justa, seu consona principiis jurisprudentiæ universalis, ut ubique tenenda sit, aut saltem tuto possit teneri ; an vero fulciatur tantum axiomate proprio juris romani : *Testis unus, testis nullus?* Ex quo axiomate ita argumentati sunt theologi : « Nemo id potest quod nocet proximo absque utilitate communi : atqui testimonio unius nihil sequitur nisi rei infamatio : ergo in re criminali illicita fit testificatio unius. » Difficultatem, maxime practicam, primus, quod sciamus, movit P. Gury, et ad quæstionem, *an testis teneatur revelare crimen omnino occultum, quod ipse solus novit*, ita respondet : Resp. 1° *affirmative*, si spectetur nova legislatio Galliæ et aliorum locorum similium in quibus unicus testis sufficere potest ad rei damnationem. » Resp. 2° *negative probabilius*, si attendatur ad jus romanum, ex quo necessario duo testes requiruntur, ut reus damnetur, etiam habita ipsius confessione. Hinc axioma : *Testis unus, testis nullus* (De stat. partic. n° 29). » Prima responsio nobis videtur parum probabilis, secunda vero absolute probabilissima; namque axioma *Testis unus, testis nullus* non est proprium juris romani, sed ab initio legislatoribus et judicibus commendatum a summo interprete juris naturalis : *Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium... Non stabit testis unus contra aliquem quidquid illud peccati et facinoris fecerit : sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum* (Deuter. XVII, 15). Præter notam fragilitatem testimonii humani (*omnis homo mendax*), axiomati suffragantur sequentia jurisprudentiæ christianæ principia : « in re pœnali, nihil statuat legislator præter quod opus est ad communem securitatem ; — reipublicæ sufficit animadversio in crimina certa ex concordi plurium testimonio ; satius est pluribus reis occultis parcere, quam unum damnari insontem. » Hinc nulla est ratio opinandi, legislatorem gallicum, aliunde humaniorem, derogasse regulæ juris universalis, atque testibus voluisse imponere onus accusatoris publici. Namque revelatio criminis prorsus occulti fundamentum est accusationis, quod nemo privatus ponere tenetur, cum hodie in Galliis et plerisque in regionibus actio in re criminali merito reservetur solis reipublicæ actoribus. — Quæ cum ita sint, non videmus cur in Galliis, magis quam alibi, recedendum sit a prædicta communi sententia DD. » (Lib. IV, art. VIII, § 4.

268. — « Resp. 2. Etiam legitime et » juridice interrogatus non teneris tes» tari sequentibus casibus : I. Si scias » rem ex confessione. II. Si accepisti sub » secreto naturali, » (*Etiam sub secreto tantum commisso, ut S. Thom.* 2. 2. *qu.* 70. *art.* 1. *et communis cum Sylv. et Salm. ibidem ex n.* 65. *contra Sotum* : *quia præceptum naturale præferendum est præcepto judicis. Vide dicta lib.* 4 (VI). *n.* 49. *Intellige tamen, nisi immineat damnum commune, vel nisi aliunde scias; tunc enim teneris ad manifestandum, ut communiter DD. cum Salm. ibid. n.* 70.) « ut consi» liarius, advocatus, medicus, etc. modo » tamen non sit necessarium ad magnum » reipublicæ vel proximi malum aver» tendum » (*Ut S. Th. l. c. et Salm. ibid. n.* 68. *cum communi*), « tunc enim licet

» tale secretum detegere, etiamsi jurasses te nulli dicturum : quia tale juramentum non obligat, cum jure naturæ » tenearis ad contrarium. *Vide Laymann* » *cap.* 4. *n.* 9. III. Si ex testimonio tibi, » vel tuis immineat notabile damnum : » nisi tamen damnum publicum, vel » privatum alienum prævaleat, ut notat » *Cardinal. de Lugo de just. disp.* 30. » *n.* 10. Unde communiter non teneris » testari contra consanguineum. IV Si » a viris non sat fide dignis accepisti; » tunc enim potes te habere, ac si nihil » scires. » (*Imo Sanch. Dec. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 5. *et Nav. Sot. Arag. et alii cum Salm. tr.* 29. *c.* 3. *p.* 4. *n.* 69. *dicunt testes de auditu alieno non teneri ad manifestandum, quando judex nihil aliud ab eis exigit, nisi ut dicant id quod sciunt; quia, aiunt, scire proprie non est credere, sed veritatem perceptam visu, vel alio sensu in mente retinere : quæcumque autem alia notitia pertinet ad judicium, non ad scientiam.*)

« V. Si factum intellexisti per injuriam, » verbi gratia aperiendo litteras, cogendo » alium ad revelationem, etc. *Laym.* » *lib.* 3. *tr.* 6. *cap.* 4. *n.* 5. *Mol. d.* 5. » *n.* 5. VI. Si alter probabiliter in facto » non peccaverit, vel propter ignorantiam, vel quia rem aliquam accepit in » occultam compensationem debiti; ex » quo, tamquam de fure, inquiratur. » Ratio est, quia mens judicis est inquirere de delicto. *Vide Azor* 3. *part. t.* » *ult. c.* 27. *Fill. Bonac. d.* 10. *q.* 3. *p.* 3. » *Laym. l. c.*

« In codice gallico pœnali, ait Martinet, hæc leguntur, art. 378 : « Les médecins, chirurgiens et autres officiers de santé, ainsi que les pharmaciens, les sages-femmes, *et toutes autres personnes dépositaires, par état ou profession, des secrets qu'on leur confie*, qui hors le cas où la loi les oblige à se porter dénonciateurs (Code pénal, art. 103), auront révélé ces secrets, seront punis d'un emprisonnement d'un mois à six mois, et d'une amende de 100 à 600 fr. » Inter personas ibi generaliter designatas computandos esse ministros Sacrorum, per se satis liquet, et aliunde constat decisionibus curiarum, confirmatis a curia suprema revisionis (Cour de Cassation) V *Revue théologique*, Ed. Jouby, tom. I, p. 444, suiv. » (Lib. IV. art. VIII. § 4. nota.)

269. — « Resp. 3. Qui sciens falsum » testatus est, per quod alteri fuit efficax » causa damni, tenetur ad impeditionem, vel reparationem omnium damnorum, quæ causantur. Item tenetur » revocare cum pari suo damno, et periculo etiam vitæ, si reus de ea periclitetur, et putetur revocando aliquid » effecturus. Ita communiter. Ratio est, » quia in damno æquali potius habenda » est ratio innocentis. *Vide dub. seq. art.* » 1.

« Dixi 1. *sciens* : quia, si ex ignorantia, inadvertentia, aut oblivione inculpabili falsum est testatus, etsi teneatur » impedire, si possit, non tamen ad » restitutionem, etiamsi reus damnetur. » Ratio est, quia neque tenetur ex re » recepta, neque ex delicto.

» Dixi 2. *causa efficax* : quia, si a parte rei falsum illud testimonium nihil » effecisset, v. gr. quia per falsa testimonia aliorum jam tota causa damni » erat data, ita ut judex ex hoc testimonio nihil fuerit motus, ad nihil tenebitur. *Less l.* 2. *c.* 30. *et Laymann l.* 3. » *t.* 5. *c.* 8. *et alii.*

270. — « Testis peccat 1. Si affirmat » quod ignorat. 2. Si veritatem, quam » debebat celare, aperiat. 3. Si se occultet, » ne rogetur casu quo tenetur testari. 4. » Si judici juste interroganti non obediat » 5. Si pretium pro dicenda veritate. » accipiat.

Sed dubitatur 1. An peccet contra justitiam, et teneatur ad restitutionem testis, qui se abscondit ne citetur a judice? Affirmant *Sotus de just. l.* 5. *qu.* 7 *art.* 1. *et alii apud Lugo d.* 39. *n.* 4. Sed communissime et verius negant idem *Lugo n.* 5. *Less. l.* 2. *c.* 30. *n.* 58. *cum Salon. et Pegna, ac Bonacina de* 8. *præc. d.* 10. *qu.* 3. *p.* 3. *n.* 12. *cum Navarr. Fill. Bann. Reb. Sayr. et aliis.* Ratio, quia licet possit ille graviter peccare contra proximi charitatem, non tamen peccat contra justitiam, cum nemo teneatur præcepto superioribus parere, antequam ei imponatur.

Dubitatur 2. An teneatur ad restitutionem testis, qui fugit post citationem? Affirmant *Sotus l. c. Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 3. *dub.* 3. *num.* 4, item *Nav. Azor, Fill. Salon. Reg. apud Bonac. l. c. n.* 13, quia eo ipso quo testis est citatus, tenetur ex justitia testimonium dicere : prout si judex præcipit alicui, ut proferat scripturam ad causam pertinentem, tenetur ipse ex justitia illam exhibere, alias debet damnum parti restituere. Negant vero communius et probabilius idem *Lugo loc. cit. n.* 5. *et Mol. d.* 83. *v. De teste*, et probabile putant *Bonacina n.* 13. *ac Less. n.* 59. *cum Sylv. v. Testis, n.* 8. Ratio,

quia citatio illa non imponit obligationem justitiæ, sed tantum obedientiæ. Nec obstat paritas allata scripturæ proferendæ : nam bene respondet *Lessius*, quod scriptura illa sine dubio ex justitia proferri debet, cum sit res externa de qua respubl.juste potest disponere,sicut de aliis bonis civium, quando oportet ad jus illorum tuendum ; non sic de obligatione testificandi.

Dubitatur 3. An teneatur ad restitutionem damni testis, qui legitime interrogatus a judice veritatem occultat? Certum est teneri si ipse positive falsum deponat circa factum, puta si dicat domum Petri scire esse Pauli ; *vide Lugo d.* 39. *n.* 4. Idem dicendum putat *Holzmann t.* 1. *p.* 503. *n.* 710. de teste, qui fuerit præsens in donatione mutui, et postea interrogatus id negat, quia jam iste infert injuriam alteri damnosam. Sed quid si testis veritatem celet, negative se habens circa factum, nempe si respondeat illud nescire, cum revera sciat ? Affirmant etiam teneri ad restitutionem *Salm. tract.* 27. *c.* 1. *p.* 3. §. 1. *n.* 20. et idem dicere debent omnes AA. citati pro prima sententia dubii antecedentis, ob eamdem rationem, ut supra, quia testes, posito præcepto judicis, tenentur ex justitia veritatem patefacere : et sicut judex contra justitiam peccat, si sententiam non proferat, sic dicunt peccare testes, qui veritatem non manifestant : sed contradicunt *Mol. d.* 83. *vers. De teste, et Lugo l. c. num.* 5. *cum Raynaudo, et aliis*, ac merito probabile putat *Less. apud eumdem Lugo.* Ratio, quia testis non tenetur veritatem deponere, nisi aut ex præcepto judicis, aut ratione juramenti præstiti ; unde tacendo veritatem, non peccat contra justitiam,sed tantum contra obedientiam vel etiam contra religionem. Dispar est autem judex a teste : judex enim ex quasi contractu cum republica inito, ratione officii assumpti, tenetur ex justitia justam sententiam ferre ; testis vero non tenetur ex justitia, sed tantum ex obedientia officium testis peragere, et ideo tantum contra obedientiam peccat, veritatem non manifestando. Huic sententiæ adhæret etiam *Bonac. l. c. n.* 14. Hinc ait *Ciera de casib. reserv. d.* 7. *n.* 62. *cum de Januar* talem testem reticentem veritatem, nec incurrere casum reservatum in jurantes falsum cum damno tertii, quia reservatio intelligitur lata in eum qui jurat cum mendacio positivo non autem negativo. Dicit vero *Bonac ib.* quod si testis juravit se dicturum veritatem, tenetur tunc ex justitia illam dicere, quia ex juramento promissorio oritur obligatio justitiæ : sed probabilius contradicit *Less. n.* 60. quia testis, jurando se dicturum veritatem, non intendit se obligare ex justitia, sed tantum ex virtute religionis ad illam manifestandam.

Sed dices : Qui fraude, aut mendacio impedit aliquem a consecutione justi boni, tenetur utique ad restitutionem damni illati, prout diximus *lib.* 4. *n.* 587. Sic igitur pariter tenetur damnum restituere testis, qui dicendo se nescire, quod vere scit, jam impedit per tale mendacium proximum a consecutione sui juris. At respondetur hoc procedere, quando mendacium est causa positiva, sive influxiva damni ; secus si tantum negativa. Testis autem qui dicit se nescire veritatem, quam scit, est causa tantum negativa damni, cum nullum apponat impedimentum positivum, ne alter suum jus consequatur, sed solum non removet impedimentum alteri obstans, scilicet defectum probationis : ad quod removendum poterit quidem testis ex obedientia, et religione ut diximus, aut etiam aliquando ex charitate esse obstrictus, sed non ex justitia, nisi forte peculiare pactum cum parte inierit de veritate manifestanda.

271. — Pro complemento hujus puncti, quæritur : An sufficiat depositio facta tantum in scriptis, et non oretenus? Affirmant aliqui, et *Salm. tr.* 29. *c.* 3. *p.* 5. *n.* 72. probabile putant ; atque prælatos, et visitatores hac opinione bene uti posse dicunt ad strepitum vitandum ; et hanc tenent *ibi Rodriq. etc.* saltem si causa sit levis momenti. Communis tamen sententia, et probabilior negat hoc sufficere in causa criminali, ut habetur ex *can. Testes, caus.* 3. *qu.* 9. *et c. A nobis, qui matr. acc. etc.* ubi : *Nullius momenti est subscriptio, quoad sententiam proferendam* : licet valeat hæc ad probandam infamiam extrajudicialiter, ut *Felin. et Far. apud Salm. ibid. n.* 73. Debet igitur depositio fieri oretenus, et tacta aliqua re sacra, ut cruce, vel evangelio. Sacerdotes tamen sufficit quod jurent tacto pectore. *Salm. ibid. n.* 76.

Judex autem per seipsum debet testes examinare, ut docent communiter DD. cum *Covarr. et Salm. cit. n.* 76. Potest tamen judex examen alteri digno com-

mittere, prout *Salmant. ibidem* dicunt constare ex praxi omnium tribunalium, si judex sit impeditus, vel si testes non possint ob senectutem, vel paupertatem judicem adire, ut patet ex *c. Si qui testium, de testib.* In causis vero criminalibus ipse judex examen solet excipere, ex *Auth. de testib. §. Hæc omnia*.

Testis interrogandus est de sua ætate, nomine, cognomine et conditione : interrogandus inde per articulos de facto, et ejus circumstantiis, nempe de loco, tempore, de aliis personis adstantibus ad factum : item de ratione suæ notitiæ, præsertim in causa criminali. *Vide Salm. tr. 29. c. 3. p. 5. n. 78.* Item debent scribi verba testis, prout ipse profert. Item cavendum, ne testis sciat depositionem ab alio teste factam. *Salm. ibid. n. 80.*

Testi deprehenso in aliquibus falsum dixisse, in aliis non est credendum. *Salm. ibid. n. 82.* Depositio demum debet denuo ante testem legi, et ab eo ratificari, et in ratificatione notandum est id quod a teste additur, vel mutatur. Et in fine secretarius scribere debet : *Quæ omnia affirmavit verissima esse juramento, quod præstitit; et, cum omnia, quæ deposuit, lecta ei fuissent de verbo ad verbum, illa ratificavit, propriaque manu subscripsit.* Et in fine depositionis cujuslibet testis, judex, testis, et secretarius se subscribere debent. Et, si testis scribere nesciat, signet crucem, et alius pro ipso subscribat, et secretarius ibidem hoc notet. Sic autem ratificata depositione, nulla amplius habenda est ratio de iis quæ testis aliter postea dicat, etiam in articulo mortis, ut dicunt *Bald. Felin. et Men. Vide Salm. ibid. n. 83. et p. 6. n. 92.*

Facta autem rei citatione, vel oretenus vel realiter per incarcerationem rei, vel per edictum, si reus fugerit, ac lite sic contestata (quod certe est necessarium ad essentiam processus) iterum repetendi sunt testes cum juramento, excepto casu, quo procedatur in reum absentem, ut contumacem ; vel si testes, qui deposuerunt, defuncti sint, vel si judex procedat ex officio, et non ad instantiam partis. Ita communiter DD. *apud Salm. ibid. n. 85.* licet *Rodr. Suar. Lez. etc. apud Salm. ib. n. 88.* teneant in causis religiosorum hanc ratificationem non requiri. In hac autem ratificatione magis credendum est tabellioni, qui depositionem scripsit, quam testi asserenti aliud deposuisse, quam scriptum est : ita *Covarr. Bald. etc. apud Salm. loc. cit. n. 92.*

Ad testandum, inquit Scavini, neque omnes, neque in omnibus rebus, neque eodem semper numero ordinarie assumuntur homines. *Non omnes* : sic excluduntur ex Codice pœnali infames : et qui in materia civili falsum jurejurando deposuerunt. *Non in omnibus rebus* ; sic v. g. regulariter in civilibus non admittuntur testes circa conventionem de re excedente libellarum 300 valorem [1] *Non eodem semper numero ;* nam aliquando unus testis sufficit, uti si agatur vel de impediendo matrimonio illegitimo [2]; vel de levioribus infligendis pœnis, uti cum mulctatur fur sylvarum; vel de perito in sua arte : id enim expedit bono publico. Aliquando autem plures testes requiruntur, ut contingit in testamentis. Verum ordinarie duo testes sufficiunt in omni causa; nam ex Angelico ad humanas actiones probandas sufficit certitudo moralis. Hinc illud: *Duorum hominum testimonium verum est*[3].

DUBIUM VII.

DE REO.

ARTICULUS I.

An et quomodo reus teneatur fateri veritatem ?

272 Quid respondere potest reus non legitime interrogatus ?
273 Quando reus non tenebitur crimen fateri ?
274 An teneatur reus crimen fateri cum timore magnæ pœnæ ?
275 An peccet graviter reus, qui ad vitanda tormenta falsum crimen sibi imponit ?
276 Quando autem tenetur reus suam confessionem revocare ?
277 An reus ad se tuendum possit revelare crimina occulta testium, aut accusatoris? et an peccet graviter, si crimina falsa eis imponat ?
278 An reus teneatur revelare complices ?

272. — « Resp. 1. Si non interrogetur » legitime, non tenetur fateri suum cri» men, sed potest judicem eludere vel » ambiguis verbis, vel etiam negando, » cum aliqua restrictione, et in bono » sensu, ut mendacium absit. Ratio est, » quia tunc judex non habet jus interro» gandi, aut obligationem imponendi reo. » Ita *Less. t. 6. l. 3. cap. 5. et Bon. d. 10.*

[1] *Cod. civ. Albert.*, art. 1454. — C. S. 1295. — C. G. 1341.
[2] *C. Præterea 2 de spons.*
[3] Joann. VIII. — Canonico jure, tit XX. lib. II. Decret. plures excluduntur a testimonio ferendo, ut furiosi, impuberes, cæci, pecunia corrupti, infames, criminosi, perjuri, excommunicati, viles, parentes, conjuges in invicem, famuli, fœmina, socius criminis, etc., quæ tamen omnia habent suam exceptionem. Quoad jus civile *vid.* exclusiones in Codice proceduræ tum civilis tum criminalis. — *V.* Bouix. *De Judiciis.*

qu. 3. *p.* 2. » (*Ita Cajet. Azor, Sanch. onc. et alii, juxta dicta l.* 4. *n.* 154. *c D. Th.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 1. qui *art.* 2. *c* ait : *Aliud est veritatem tacere, aliud st falsitatem proponere. Quorum primum in liquo casu licet, non enim aliquis tenetur mnem veritatem confiteri, sed illam solum, uam ab eo potest requirere judex, puta um præcessit.... probatio semiplena.*)

Unde resolves :

273. — « 1. Reus non tenetur fateri crimen suum : 1. Si judex non sit legitimus. 2. Si a seipso litis processum inchoet, sine prævia accusatione, saltem virtuali. 3. Si non præcessit semiplena probatio, nec infamia, nec manifesta criminis indicia extant. Ratio est, quia in his judex non interrogat legitime. *Azor, Less. Fill. Lalm. Bon. ll. cc. Card. de Lugo d.* 40. *n.* 1.

« 2. Nec tenetur, si dubitet, an judex legitime interroget : quia non tenetur parere cum gravi suo damno, nisi constet, superiorem posse præcipere. Ita *Less. Fill. Laym. l. c. Sanch. l.* 6. *Cons. c.* 3. *d.* 31. *Salas, Card. de Lugo etc. contra Sylv. Bon. et alios.* » (*Ita absote tenent Salm. de offic. tr.* 29. *c,* 7. *p.* . *n.* 3. *prope med. cum Sot. Sanch. avar. et Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 3. *dub.* 31. . 2. *cum Soto, Cord. Caj. Nav. Palac. etc. contra Palud. Sylv. et S. Anton.*) *Ratio, uia reus possidet suam vitam, et famam; unde in dubio habet jus eam servandi, usquedum constet de legitima interrogatione*).

« 3. Judex tenetur reo manifestare statum causæ, et quæ sint indicia, quomodo probetur delictum, etc. ut reo constet, an legitime interrogetur, quia non tenebitur respondere, alioqui, et seipsum honore, aliisve bonis quæ bona fide possidet, spoliare. *Cajet. Nav. c.* 25. *n.* 43. *C. de Lugo d.* 40. *n.* 1. » (*Idem dicunt Sot. Tol. Sess. etc. cum Salmant. cit. num.* 3. *communiter.*)

« 4. Si reum juridice quidem interroget judex, sed nonnisi ex falsa præsumptione delicti, v. g. an exierit ex tali domo stricto ense, potest reus (idem est de teste), licet sciat semiplene probatum esse, id negare, si exiit quidem, non tamen facto delicto, sed ob aliam causam : quia, si judex veritatem sciret, non posset interrogare. Ita cum *S. Thom. q.* 69. *art.* 1. *Sot. Fag. p.* 8. *cap.* 34. *Dian.* » *p.* 3. *t.* 5. *misc. r.* 65. *C. de Lugo* 40. » *dub. n.* 4. » (*Idem dicendum, si quis occidit ob justam sui defensionem; tunc judici interroganti potest respondere, non occidisse, hoc est cum culpa: ita Sotus, Salon. cum Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 1. *n.* 19.)

274. — « Resp. 2. Etsi communior, et » verior sententia sit *S. Th.* 2. *quæst.* » 69. si reus legitime interrogetur a » judice, teneri in conscientia aperte » veritatem dicere; probabile tamen est » etiam, quod ex *Sylv.* docent *Sa, et* » *Less.* non teneri saltem sub mortali, » in causis capitalibus, et gravioribus, » si sit spes evadendi, et nullum grave » damnum reip. timeatur. *Tann. q.* 4. » *d.* 5. *Card. de Lugo d.* 40. *n.* 15. ubi dicit » esse sententiam valde probabilem, et » in praxi tutam. Ratio est, quia lex hu» mana communiter non obligat cum » tanto periculo, v. g. mortis, tum quia » inhumanum videtur, ut qui convinci » non potest, teneatur præbere arma » contra se, quibus occidatur, aut gra» vem pœnam, v. g. perpetui carceris, » subeat ; tum quia non videtur tam » heroïcus actus præcipi posse. *Bon. in.* » 8. *præc. d.* 10. *q.* 3. *p.* 2. *num.* 17.

Celebris est hæc quæstio, an teneatur reus fateri crimen judici legitime interroganti, cum timore magnæ pœnæ ?

Prima sententia affirmat *cum S. Th.* 2. 2. *q.* 69. *art* 1 *ad* 2. *Sot. Less. Sanch. Tol. Sylv. et Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 1. *n.* 3. *in fin. et n.* 9. qui dicunt hanc probabiliorem et in praxi tenendam, quamvis contrariam vocent probabilem intrinsece et extrinsece. Ratio, quia judex jus habet præcipiendi, quando legitime interrogat, ut reus crimen ei revelet; ideoque reus peccat contra justitiam, si hac in re gravi ei non obediat.

Secunda sententia tamen, quam satis probabilem etiam intrinsece puto (quamvis primam censeam probabiliorem) cum *Bus. et Sa, Suar. Fill. Elbel de jur. n.* 144. *Rodr. Vill. Henr. Peyrin. Fagund. etc. apud Salm. ibid. n.* 6. et quam probaliorem censet *Lugo de just. d.* 40. *t.* 2. *n.* 15. *in fin.* Hæc sententia negat teneri reum crimen suum revelare casu, quo damnandus foret ad mortem, aut ad triremes, ad carcerem perpetuum, vel ad amissionem omnium bonorum, vel totius famæ, et honoris. Ratio, quia videtur non adesse hanc duram legem, tanquam humano modo impossibilem, ut quis teneatur quasi ipsemet se condemnare ad gravissimam pœnam, cri-

men suum confitendo ; nisi commune damnum immineat ex reticentia confessionis delicti, puta hæresis, læsæ Majestatis, etc. tunc enim reus tenetur seipsum prodere, vel saltem socios, quantum opus est ad commune damnum avertendum, etiamsi ipsi mors immineat ex revelatione sociorum, ex quibus evadet in judicio convictus. Casu vero quo tale damnum non timetur, cum lex obligans ad crimen fatendum probabiliter non extet, probabiliter judex non habet jus veritatem in tali casu exigendi, nec reus obligationem eam manifestandi ; et ideo reus, amphibologiis crimen celando, contra justitiam non peccat juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 156. Nec obstat dicere, quod reus tunc tenetur damnum illud subire pro bono communi ; nam si hæc ratio valeret, reus ad pœnam damnatus nec etiam posset e carcere fugere ; in utroque enim casu viget ratio communis boni, et tamen reus licite potest fugere, ut fatentur ipsimet *Salm. tr.* 29. *cap.* 7. *p.* 4. *n.* 57. *cum communi, ex D. Thom.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad* 2. ubi ait : *Non tenetur* (reus) *facere id, unde mors sequatur, quod est manere in loco, unde ducatur ad mortem.* Et hoc etiamsi judex præcipiat, ut non aufugiat, ut pro certo habet *Lugo l. c.*

Omnes autem conveniunt, ut par est, ad dicendum, quod si reus sit in bona fide, et censeatur quod difficile inducetur ad fatendum crimen interrogatus a judice, confessarius in sua bona fide eum relinquere debet, ut *Sanch. Dec. l.* 3. *c.* 7. *n.* 8. *Salm. ibid. p.* 1. *n.* 24. *etc.*

« Dixi 1. *in capitalibus* : quia aliud est de causis, in quibus agitur de pœna ecclesiastica, quæ est medicinalis.

« Dixi 2. *si sit spes evadendi* : quia, » absque ea, cessat ratio celandi verita» tem.

Unde resolves :

« 1. Non semper opus est, juxta dicta » resp. 2. ut confessarius reum urgeat » ad crimen fatendum. *C. de Lugo* » *dist.* 40. *n.* 20.

« 2. Post sententiam latam, reus non » tenetur confiteri crimen, quod ante » injuste negavit, quia, finito judicio, » finitur obligatio rei. *Laym. loc. cit.* » (*Idem dicunt Sanch. Dec. lib.* 3, *cap.* 7 *et Salm. tr.* 29. c. 7. *p.* 1. *n.* 20. *Idemque dicitur de teste. Vide lib.* 3 (IV). *n.* 155.) « Imo probabile est, nec ante sententiam » ad id teneri, etiamsi adhuc sit in po» testate judicis, donec iterum interro» getur. *Card. de Lugo d.* 40. *num.* 17. » (*Ita etiam Sanchez loc. cit. num.* 8. *et Salm. ibid. num.* 21. *etc. contra Nav. Bann. etc. Ratio, quia justitia legalis non obligat, nisi tunc tantum, cum judex interrogat : nisi judex tempus ad respondendum præscribat, nempe si præcipiat, ut reus infra mensem veritatem dicat, et mensis adhuc duret. His tamen non obstantibus, probabilius docent Sotus lib.* 5. *de just. quæst.* 6. *art.* 12. *Nav. Sum. cap.* 25. *n.* 36. *item Sayr. et Angles apud Sanch. n.* 7. *qui fatetur communem sententiam. Ratio, quia quandiu sententia pendet, adhuc censetur perdurare præceptum judicis, ut justum servetur judicium.*)

« Resp. 3. Si quis ad evitanda tor» menta gravia mentitus, falsum sibi » crimen imposuit, per quod sit morte » plectendus, non videtur mortale. Ita » contra *Nav. et alios* docent *Angel. Syl.* » *Less. l.* 2. *c.* 11. *d.* 7. *Tan. de just. d.* 4. » *q.* 4. *dub.* 5. Ratio est, quia non est » mentitus perniciose, cum non teneatur » tantis tormentis vitam conservare. *Vide* » *C. de Lugo l. c.*

275. — Quæritur hic, an reus ad evitanda gravia tormenta peccet graviter confitendo falsum crimen ?

Prima sententia negat, quam tenent cum *Bus. Less. lib.* 2. *c.* 11 *d.* 7 *n.* 40. *cum Ang Sylvest. Tol. et Soto*, et probabilem putat *Lugo d.* 14. *n.* 174. Ratio, quia nemo tenetur vitam servare cum tanto cruciatu, qui morte ipsa durior videatur, juxta dicta *lib.* 4. *num.* 372.

Secunda sententia vero probabilior affirmat, et hanc tenent *Mol. dist.* 37. *n.* 18. *et Lugo l. c. cum Nav. et Covarr.* Ratio, quia, licet nemo teneatur tueri vitam adhibendo medium visum ipsa morte durius, nemo tamen potest positive cooperari suæ injustæ morti, quod est intrinsece malum, cum homo non sit dominus suæ vitæ. Unde probabilius infert *Molina num.* 16. *et* 18. *contra Busemb. ut infra*, quod si causa sit adhuc in eo statu, ut per retractationem possit mors impediri, debet reus se retractare, quia falsa illa confessio pergit influere ad suam injustam mortem, et ideo tenetur causam illam auferre ; sicut qui ignem culpabiliter accendit in domo aliena, tenetur etiam cum suo damno illum extinguere (1). Advertit hic autem *Lugo*

1 « Sed hic (*Mol.*) pariter dicit, quod si reus sit in bona » fide, non debet confessarius eum obligare, ut se re-

n. 187. *cum Molina*, quod etsi a principio peccasset reus confitendo crimen falsum cum infamia alterius, non tenetur postea se revocare ad reparandam alienam infamiam, se denuo exponendo ad sustinenda illa gravia tormenta, quia nemo tenetur famam restituere cum tam longe graviore suo damno.

276. — « 1. Talis non tenetur postea » crimen revocare, quamvis ante per» jurio confirmasset, si prudenter me» tuit, ne ad tormenta revocetur : quia » etsi pejeratione graviter peccarit, hoc » jam transiit, et non retractando nemini » facit injuriam ; ideoque sufficit coram » Deo pœnitere. *Vide Less. Tann. l. c. et* » *q.* 5. *d.* 4.

« 2. Si ex illa falsi criminis confes» sione grave damnum aliis sequitur, » v. g. bonum reip. aut fama religionis, » vel familiæ notabiliter læderetur, aut » aliqui ideo in hæresim lapsuri essent, » quævis potius tormenta perferenda es» sent. *Tann. l. c. et q.* 5. *d.* 4.

« 3. Si reus tormentis coactus denun» tiavit alium innocentem, tenetur sub » mortali ante suam condemnationem, » et si tum non facit, etiam post damna» tionis sententiam revocare, ad quod » etiam a confessario est obligandus. » Ita ex communi *Tol. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 7. » *Less. cap. ult. dist.* 15. *Tann. dist.* 4. » *qu.* 5. *dub.* 4. *n.* 103. Ubi subjungit : » 1. Si quis tamen sequatur, ipsaque » praxi servari advertat, eam senten» tiam, quæ negat per revocationem in » extremo vitæ factam tolli, vel infir» mari denuntiationem ante factam ut » docent *Delrio lib.* 5. *sect.* 5. *Valent.* » *dub.* 6. *qu.* 13. *part.* 4. is consequenter » existimare poterit, denuntiantem in eo » mortis articulo, saltem cum suo in» commodo, et sub peccato mortali, » obligatum non esse ad revocationem, » quia inutilis. Ita *Tann. loc. cit.* licet » ipse recte censeat, fundamentum istius » sententiæ minus esse probabile.

« 4. Monet idem *Tann. n.* 105. ca» vendum esse confessario, ne vel im» portune sæpius reo damnato inculcet » retractationem denuntiationis inique » factæ, vel retractationem factam im» prudenter, et cum scandalo evulget.

277. — Quæritur hic, an reus ad sui defensionem possit revelare crimina occulta testium vel accusatoris? Et an peccet graviter, si falsa crimina eis imponat? Hic ante omnia advertenda propositio 44. damnata ab *Innoc. XI.* quæ dicebat : *Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit alteri falsum crimen, ut suam justitiam, et honorem defendat. Et, si hoc non est probabile, vix erit opinio probabilis in theologia.* Resp. igitur I. Quod falsum crimen testi, vel accusatori opponere, ad suam causam tuendam, illicitum semper est, et culpa gravis. Ita comm. *S. Th.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 2. *Sanch. Cons. l.* 6. *c.* 5. *dub.* 20. *n.* 4. *Sot. Less. et Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 2. *n.* 27 Et hoc, etiamsi accusatus esset vere innocens, et injuste alias damnandus esset ad mortem; rationem assignant *Salm. ib.*, quia nunquam licet se defendere cum gravi damno proximi innocentis. Sed hæc ratio sic generice sumpta minime suadet; nam juxta legem charitatis, cum vita sit bonum ordinis majoris, quam sint bona temporalia, potest suam vitam defendere cum jactura bonorum, vel famæ alienæ. Et, si ad hoc reus adhibeat mendacium, erit quidem peccatum, sed non plus quam veniale; quia ratione damni tenetur tunc proximus damnum suæ famæ sufferre, ad servandam vitam innocentis in extrema necessitate constituti. Ratio, quam puto magis in hoc casu valere, est, tum quia injusta læsio famæ alienæ vel non est unicum medium ad tuendam vitam rei, vel facile est obnoxium periculo hallucinationis; tum quia mendacia gravia in judicio dicere est contra bonum commune, cum sit pervertere omnem justitiæ ordinem, et ideo illud quisque præferre debet privato bono etiam propriæ vitæ.

Resp. II. Quod opponere crimen verum, sed occultum testis, vel accusatoris, licitum est reo, ut *Sanch. loc. cit. n.* 1. *Ronc. cap.* 2. *q.* 4. *Salm. tr* 29. *c.* 7. *p.* 2. *n.* 30. *Viva in d. prop.* 44. *n.* 12. *et Milante ex.* 24. *Vide dicta l.*3 (IV). *num.* 969. Dummodo hoc sit absolute necessarium ad suæ innocentiæ defensionem; item dummodo alias reus non leve, sed grave damnum sit passurus, licet majus damnum eveniat accusatori, vel testi, ut ait *Sanch. l. c. n.* 4.

Sed quid si reus vere commisit crimen, sed occulte, ita ut nullo modo probari possit, utrum tunc possit dicere, accusatorem mentitum fuisse ; vel possit opponere crimen illius occultum ? Affirmat *Corella* in expositione prop. 44.

» tractet cum periculo, quod ille ut vitet tormenta, peccet » formaliter, denuo delictum, quod non patravit, sibi im» ponendo. » *Hom. Ap. tr.* 13 *n.* 84.

damnatæ ab *Innocentio XI.* ut supra et probabile recte putant *Salm. ibid. n.* 32. *et Roncaglia cap.* 2. *qu.* 6. quia accusans reum de crimine omnino occulto, censetur in jure, ac si de crimine falso accusaret, et calumniam afferret, ut dicit Glossa *in c. Cum dilectus, de calumn.* his verbis : *Si renuntians non probat, quod intendit, calumniari præsumitur.* Et hoc eadem rationem dicunt *Sanch. Cons. lib.* 6. *c.* 5. *dub.* 20. *n.* 1. *et Salm. ibid. n.* 30. *in fin.* casu quo crimen rei est occultum, et nequit plene probari, posse eum revelare delictum occultum testis ad sui defensionem ; modo tamen (addunt) testis sponte deponat, et non coactus ; sed id admittunt *Millante, a. Viva in d. prop.* 44. *Innoc. XI. n.* 12. et expressius *Lugo d.* 90. *n.* 23. etiamsi testis sit coactus ad deponendum; juxta enim communem DD. sententiam traditam a *D. Thom.* 2. 1. *qu.* 73. *art.* 2. et relatam *lib.* 4. *n.* 969. (quam rogo ut relegas) nemo tenetur cum suo gravi damno famam proximi servare.

278. — « Quæres, An reus teneatur revelare complices ?

« Resp. 1. Si omnino occulti sint, nec » aliis indicis, aut testimoniis convinci » possint, non potest, nec tenetur : si » tamen vi tormentorum coactus pro- » dat, ordinarie non peccabit, *Less. l. c.* » *et Laym. l.* 3. *t.* 5. *c.* 5.

« Resp. 2. Si crimen sit exceptum, » tenetur etiam non rogatus : ideoque, » si nolit, secundum *Nav.* non erit ab- » solvendus. »

ARTICULUS II

Quid liceat reo circa fugam pœnæ ?

279 An liceat reo injuste damnato vim vi repellere aut positive resistere ?
280 An reus, qui vere deliquit, possit fugere e carcere ?
281 An damnatus ad mortem teneatur fugere si possit ?
282 An reo ad fugiendum liceat decipere custodes, et effringere carcerem ? Et an tunc teneatur ad damnum carceris fracti ?
283 An liceat aliis reum adjuvare ad fugiendum, aut ad carcerem effringendum ?
284 An damnatus, ut fame pereat, teneatur sumere cibum oblatum ?
285 An, et quando liceat reo appellare ?

279. — « Resp. Quando sententia est » materialiter injusta, lata tamen secun- » dum allegata, et probata : etsi in cons- » cientia non obliget, non potest reus » judici positive resistere, tum ob scan- » dalum, tum quia tali casu judex habet » jus sententiam exequendi, et ad id te- » netur. Ita communiter. *Less. Sanch* » *contra. Vict. Bon. C. de Lugo d.* 4. *n.* » 38. Dixi, *positive* : quia reo, etiamsi » vere reus sit, licet ante, et post sen- » tentiam (quoad mortem, vel pœnam » morti æquivalentem, v. g. perpetuum » carcerem) fugere. Ratio est, quia qui- » libet tam magnum jus habet ad vitæ » suæ conservationem, ut nulla potestas » ad humana obligare possit eam non » conservandam, si spes commoda os- » tendatur : nisi tamen bonum publi- » cum aliud postulet. *Less. l.* 2. *c.* 31. » *d.* 5.

Sed clarius distinguendum, et dicendum I. Si reus est damnatus injuste, non solum secundum rei veritatem, sed etiam secundum allegata, et probata, non potest quidem vim vi repellere, occidendo, vulnerando, etc. Proscripta enim fuit prop. 18. *ab Alexandro VII.* quæ dicebat : *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, a quo iniqua certe imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.* Ratio hujus est, quia, cum facile rei sibi persuadere possint injuste esse damnatos, si eis occidere permitteretur, quamplura homicidia cum communi damno acciderent ; ideo, ratione periculi facilis hallucinationis, fuit præfata propositio juste damnata.

Potest tamen tunc reus licite non solum fugere, sed positive resistere, v. gr. satellites pellendo, vel eos etiam armis terrendo, ut e manibus eorum se eripiat. Ita *S. Th.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *Ronc. de* 8 *pr. c.* 2. *q. Salm. tr.* 21. *c.* 7. *p.* 4. *n.* 50. *et* 51. modo (ut iidem AA. advertunt) ex hoc non oriatur publicum scandalum et perturbatio.

Dicendum II. e converso, quod, si sententia est omnino justa, quia vere crimen reus patravit, et satis fuit probatum, tunc non licet ei positive resistere, ut docet *S. Th. ib. cum. Bus. hic, Salm. cit.* 51 *in fin. et aliis communiter.* Ratio, quia sententia, cum sit justa, reum ad obediendum obligat, ut ait *S. Th.*

280. — Sed quæritur hic I. An reus, qui vere deliquit possit a carcere fugere? Affirmatur 1. Si reus nondum ad pœnam sit sententia damnatus : quia nemo ante sententiam tenetur solvere pœnam, ut *Ronc. c.* 2. *q.* 8. *Salm. ibid. n.* 53. *cum Sayr. Salon.* Affirmatur 2. Si quis sit damnatus ad mortem, aut ad aliam gravem pœnam, ut infra, modo illi carcer non sit assignatus ad pœnam, sed ad

ustodiam, ut docent *S. Th.* 2. 2. *q.* 69. *rt.* 4. *ad.* 2 *Caj. Sot. Tol. Sa, Bus. hic onc. l. c. et Salm. ibid. n.* 57. *cum comuni.* Ratio, quia sententia non damnat eum ad non fugiendum, sed tantum ad on resistendum ministris, cum sentenam exequuntur. Idem autem, quod de œna mortis, dicunt de pœna mutilatiois, et flagellorum *Salm. Ronc. l. c.* Et lem de pœna triremium dicunt *Lugo. isp.* 40. *sec.* 4. *et Ronc.*

Si vero carcer sit jam per sententiam ssignatus ad pœnam, etiam perpetuo, unc negandum reo licere e carcere fuere, quia in executione sententiæ justæ enetur utique reus obedire. Ita *Navar. ylv. Caj. etc. cum Salm. tr* 29. *c.* 7. 4. *n.* 54. *et Ronc. l. c. cum comm. cona Bus.* Excipiunt tamen aliqui, si in arcere non dentur ei necessaria ad susentationem, ut *Salm. ibid. n.* 55. vel si arcer esset nimis tristis, quia videtur upra vires humanas aliquem obligari ad e non liberandum, cum possit, sine vi t resistentia, a pœna valde dura. Ita *Bon. um. Pal.* Confirmat hoc illud, quod dicit *S. Th.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad.* 2. quod amnatus, ut fame pereat, licite cibum umit. Eadem ratione probabiliter a *Luo, Sanch. et Nav. cum Salm. ibid. n.* 60 *n fin.* (*contra Sayr.*) excusantur damnati d triremes, si fugiant e carcere: et etiam b ipsis triremibus, ut tanquam probabius tenent *Sanchez Dec. l.* 6. *c.* 8. *n.* 16. *t Lugo. Less. Banr. Led. Card. Nav. cum alm. et Ronc. l. c.* (*contra Vasq. et alios.*) tem probabiliter *Salm. et Ronc. ibid.* 56. *cum Navar. Salon, Lop. etc.* excuant debitorem damnatum ad carcerem onec solvat, si fugiat, sperans facturum olutionem, quam in carcere exequi non osset.

281. — Quær. hic II. An reus juste amnatus ad mortem teneatur fugere e arcere, si possit.

Prima sententia affirmat, quia alias idetur esse sui ipsius homicida. Ita *mola, et Felin. apud Salm. ibid. n.* 61. t asserunt sic colligi ex *S. Thom.* ui 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad.* 2. dicit, quod uste damnatus ad mortem *non tenetur acere id, unde mors sequatur, quod est nanere in loco, unde ducatur ad mortem.* Quamvis hanc sententiam probabilem ocent *Salm. ibid. n.* 63. longe veriorem amen, et tenendam puto *secundam senentiam,* quæ docet tam detentum in arcere pro crimine capitali, quam juste amnatum ad mortem, fugere non teneri, ut dicunt *Sylv. Sot. Sa. et plures cum Salm. cit. n.* 63. Ratio, quia, quamvis reus non possit facere actum immediate tendentem ad mortem, ut sua mutilare membra, e furca se dejicere, venenum potare, etc., licent tamen ei actus mediati, ut ascendere scalam furcæ, extendere collum ad patibulum, et sic incarcere manere; maxime, si justum finem habeat, ut crimini satisfaciat, ut sua punitio aliis ad exemplum prosit, et sic intelligendus est *S. Thom.* ut supra, qui non dicit reum fugere teneri, sed tantum non teneri in carcere manere, cum fugere possit.

Sed doctrinæ, quæ usque adhuc relatæ sunt, loquuntur in casu, quo sententia fuit omnino justa, vel injusta. At remanet dubium a *Salm.* non satis distinctum, videlicet quid dicendum si sententia fuit tantum materialiter justa, nempe tantum justa secundum allegata, et probata, sed non secundum veritatem, quia revera damnatus esset innocens; an tunc ipse posset ad pœnam vitandam, non solum fugere e carcere, sed etiam positive resistere? Negat *Bus.* et videntur assentire *Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 4. *n.* 51. dicendo, quod reus tenetur obedire sententiæ justæ secundum probata. Attamen *Ronc. l. c. cap.* 2. *q.* 7. *et Lugo d.* 40. *n.* 29. sat probabiliter dicunt, quod in hoc casu bene posset reus positive se defendere; quia præsumptio debet cedere veritati, et ipsa innocentia tunc ad defensionem jus præbet: modo ex ea non oriatur publicum scandalum, et perturbatio, ut supra diximus cum *S. Thom. et aliis sup.*

« 1. Regulariter reo licet fugere, etiam » si custos carceris gravem damnum » inde passurus sit (saltem nisi jura» verit se mansurum); quia utitur suo » jure, et nulli facit injuriam. *Fill. t.* 40. » *c.* 4. *n.* 274. *Azor, Less. d.* 5. *n.* 31., » nisi tamen charitas aliud suadeat, ob » damnum custodis præponderans. *Vide* » *Bonac. d.* 10. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 13.

« 2. Multo magis licet fugere, ne ca» piatur; vel etiam a ministro apprehen» dente se excutere; non tamen illi vim » inferre, vulnerando, percutiendo, etc. » *ibid. et Regina. l.* 24. *n.* 4.

282. — « 3. Licet etiam, saltem in » foro conscientiæ, custodes (præcisa vi » et injuria) decipere, tradendo v. g. ci» bum, et potum, ut sopiantur, vel pro» curando, ut absint; item vincula, et » carceres effringere, quia, cum finis » est licitus, etiam media sunt licita.

» Et licet alii captivi per effractum pa-
» rietem simul elabantur, non tenebitur
» de damno; quia tantum est ejus causa
» per accidens, cum jure suo utatur.
» Nec refert, quod leges, et magistratus
» quidam tales effractores graviter pu-
» niant; id enim fit, quod vel contrariam
» sententiam sequantur, vel ex præsump-
» tione, quod vim intulerint custodibus,
» vel quod propter bonum reipub. ea
» pœna statuta sit. *Fill. l. c. Tan. d.* 4.
» *q.* 4. *dub.* 5. *ex aliis multis. Vide Card.*
» *d. Lug. d.* 40. *sect.* 4.

Idem (id est quod liceat effringere carceres) probabilius sentiunt cum *Bus. Caj. Sot. Val. Nav. Tol. Less. Lugo, Sa, et quamplures cum Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 5. *n.* 67. *et Ronc. c.* 2. *q.* 8. *Resp.* 3. *contra Covar. Sylv. Tab. etc.* An autem tunc reus teneatur reficere damnum illatum in carcerem, ferra, vel parietes frangendo, etc. Affirmant *Less. Cajet. cum Salm. ibid. n.* 78. Sed probabile est oppositum cum *Salm. ibid. n.* 77. *Bann. Vall. Sayr.* quia illud damnum evenit per accidens; cæterum, qui habet jus ad suam vitam tuendam, habet etiam jus ad damnum alteri inferendum in bonis, si pro defensione vitæ opus sit damnum illud inferre.

Consentiunt etiam cum *Bus. Salm. ibid. p.* 4. *n.* 65. *et Ronc. c.* 2. *q.* 8. *r.* 5. in dicendo, quod liceat reo decipere custodem, ut possit fugere, modo tamen (addunt) tales actus et verba adhibeat, ut possit custos fraudem agnoscere. Secus tamen si custos advertere nequeat, quia tunc nullo modo dici potest, quod custos sciens et volens damnum ex fuga illi obveniens patiatur. Ita *Salm. loc. cit.* quorum authoritati obsequium servo; sed non valeo intelligere, cur reo, cui licitum est fugere, non liceat etiam artes adhibere ad fugiendum (dummodo mendacia non adhibeat), etiamsi illas custos non possit advertere, et ex fuga damnum ei sit obventurum, cum reus tunc utatur jure suo, et damnum custodi per accidens eveniat. Favet mihi doctrina, quam cum *Busemb.* et pluribus tenent iidem *Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 5. *n.* 67., nempe quod damnatus ad mortem bene potest effringere carceres ad fugiendum, licet ex fuga damnum obveniat custodibus; ut expresse docet *Cajet. apud Salm. ibid. num.* 77. *prope med.* Ratio, quia tunc reus dat operam rei licitæ.

Asserunt autem *Ronc. l. c. et Salm. ibid. p.* 4. *n.* 64. *cum Tamb. Ang. etc.* bene licitum esse reo carceris custodem corrumpere pecuniis; quia, ut dicunt, reus jus habet ad suam vitam servandam, et nullum præceptum adest id prohibens. Sed huic doctrinæ nec etiam possum acquiescere; nam, licet quisque jus habeat ad vitam, nemo tamen potest alterum inducere ad faciendam actionem intrinsece malam; actio autem custodis, si ostium reo aperiat ad fugiendum, certe est intrinsece mala, cum peccet contra suum officium; nescio igitur, quomodo possit ad illam custos positive induci.

283. — « 4. Illis, qui non sunt mi-
» nistri justitiæ, licet non solum consilio
» juvare reum, ut fugiat, sed etiam,
» suppeditatis instrumentis, v. g. fu-
» nibus, lima, etc. quia finem alteri
» licitum illi suadere, et ad eumdem
» media proponere licet. *Less. l. c. t.* 6.
» *n.* 40. *Tann. l. c. Sylv. Turr. Vasq.* »
(*Ita etiam probabiliter tenent Caj. Less. Sanch. Lugo, Sa, etc. cum Salm. ibid. p.* 5. *n.* 72. *et Ronc. q.* 8. *r.* 4. *contra Sot. Syl. Tab. Val. etc. apud Salm. ibid. n.* 171. *et contra Elbel de hom. num.* 17. *Recte vero limitant Ronc. ibid. et Salm. ibid. n.* 75. *in fin. cum Lugo, si fuga rei esset perniciosa reipublicæ, puta si reus esset grassator viarum, aut similis.*)

« 5. Non tamen licet juvare in effrac-
» tione carceris, ut habet communis, »
(*cum Ronc. l. c.*) « tum quia executio ipsa
» effractionis soli reo licita est, propter
» jus vitæ conservandæ; tum ne alioqui
» omnis securitas carceris pereat. *Less.*
» *l. c. Bonac. d.* 10. *q.* 3. *p.* 1.

284. — Quæritur hic I. An damnatus, ut fame pereat, teneatur cibum sumere, si ei offeratur? Certum est, quod potest, ut docet *S. Th.* 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 4. *ad* 2. *cum communi.* Alii tamen dicunt, etiam sumere teneri, quia quilibet debet suam vitam servare omni licito modo, quo potest. Ita *Cajet. Bann. Covarr. etc. cum Salm. tr.* 29. *c.* 7. *p.* 5. *n.* 80. et his consentit *Lugo, d.* 10. *n.* 30. qui tamen admittit posse reum semel vel iterum respuere cibum clam oblatum. Sed probabilius non tenetur, quia aliud est vitam positive perdere, aliud vitam negative non conservare; hoc enim licitum est reo ex recto motivo justitiæ, ut pœnam subeat sui criminis, sicut potest non fugere, cum possit, ut diximus. Ita *Ronc. l. c. cum Sayr. Sot. Tab. Major. apud Salm. ibid. n.* 81. qui satis probabile vocant: et oppositum censendo probabilius, non

sibi conveniunt, cum in *eod. tr. de rest. c.* 2. *n.* 34. teneant, bene posse aliquem in naufragio cedere tabulam amico, ob eamdem rationem nostram, quia hoc non est directe se necare, sed vitam non tueri, quod ex causa honesta licitum est.

Quæritur II. An liceat aliis cibos reo subministrare? Respondetur ex communi DD. hoc licere omnibus, præterquam ministris; sed nemo ad id tenetur, quia, eo ipso quod quis ad fame pereundum damnatur, privatur jure, ut sibi ab aliis in extrema necessitate succurratur. Ita *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 31. *a.* 2. *ad* 3. *Caj. Sot. Sa, etc. cum Salm. ibid. n.* 84. *et* 85. An autem reus ex præcepto judicis possit ipse se occidere? Duplex est probabilis sententia. *Vide dicta de* 5. *præc. l.* 3 (IV). *n.* 369.

285. — Quæres, an reo liceat appellare?

« Resp. Si sciat sententiam esse justam, » et juste processum esse, non licet (licet » tamen supplicare); quia id esset judici » calumniam imponere. Imo injuste » appellans tenetur de damno. Si vero » putet sententiam iniquam esse, aut » injuste processum esse, aut si diversæ » sint opiniones, potest appellare. *Vide* » *Trull. l. c. n.* 100.

Pro majori intelligentia dicimus licere quidem reo ad judicem supremum appellare, non solum si sententia inferioris fuerit injusta, sed etiam si secundum allegata fuerit justa, at reus habeat pro se novas probationes. *Salm. ibid. p.* 3. *n.* 38. *cum Navarr.* Secus tamen, si sententia lata fuerit omnino justa, nec oppositum probari possit. *Salm. ibid. n.* 42.

Quid, si justitia sententiæ latæ sit dubia? Resp. in causa criminali, et capitali potest profecto reus appellare ad judicem superiorem, ut *Salon. Sot. Bann. et ipsi Salm. tr.* 29. *c.*7. *p.* 3. *n.* 45. Et hoc, etiamsi jus rei sit minus probabile, quia dicunt DD. citati cum *Corella, Lumbier, Torrecill. et Filguera apud Salm. ibid. n.* 48. quod, existente pro reo opinione probabili, licet minus probabili, pro ipso est judicandum, ex regula juris 11. in 6. *Cum sunt partium jura obscura, potius reo, quam actori est favendum. Vide dicta n.* 210.

Secus autem dicendum in causa civili, quando certe jus contra reum minus probabile est; quia tunc superior, si juxta opinionem minus probabilem pro reo judicabit, certe inique aget, ex prop. 2. damnata ab *Innoc.* XI. ut *Salm. ibid. n.* 46. Sed quid, si dubium sit, an judex superior juste laturus sit sententiam pro reo? In tali casu probabiliter *Salm. ibid. n.* 48. *cum Bus.* dicunt posse reum appellare, etiam in causa civili; quia, cum mentes hominum sint diversæ, forte opinio, quam judex inferior minus probabilem censuerit, superiori probabilior apparebit, et hoc experiri non sine justa causa licite potest reus, cum jus probabile jam pro se habeat; et ita esse praxis videtur omnium appellantium.

DUBIUM VIII.

Quomodo confessario agendum cum reo?

286. — « Resp. observanda sequentia : » 1. Instruat eum, quod quæ secum in » foro conscientiæ agit, cum judicibus » non communicentur, ideoque sive sit » nocens, sive innocens, id ei nec pro- » desse, nec obesse possit. Ratio, quia » alias multi conantur se falso probare » innocentes, ut a confessario juventur : » alii contra falso se innocentes dicunt, » quod timeant, ne confessarius confe- » rat cum judicibus, ipsique revocentur » ad torturam. Unde expedit : 1. Ut non » temere evulget confessarius accepta » extra confessionem. 2. Ut ad confes- » sionem sacramentalem reum non ad- » mittat, nisi postquam in foro profano » res sunt liquidæ; vix enim adigi pote- » rit, ut omnia fateatur ob timorem, ne » vel deferatur, vel cogatur eadem fateri » judici; ante tamen de contritione agen- » dum est. *Delrio l.* 6. *c.* 1. *s.* 3. *Tann.* » *d.* 4. *q.* 5. *dub.* 4.

« 2. Ne cogat importunis modis reos, » ut se tales fateantur : tum quia vere » quidam rei non sunt, et victi illa im- » portunitate, ne moriantur incommu- » nicati, vel a confessario in extremis » deserantur, confitentur sacrilege; tum » quia frustra est confessio, nisi fiat ex » contritione, et vera ad Deum conver- » sione; de hac ergo laboret, et sequetur » bona confessio, non autem contra. » *Tann. loc. cit.*

« 3. Caveat ne coram reo censuret mo- » dum procedendi judicialem : proin- » deque communiter non admittat que- » relas de injuria facta, cum non sit » confessarii ea judicare, sed ad pœni- » tentiam disponere.

« 4. Etsi quidam auctores permittant » judici uti dolis bonis ad crimen eli- » ciendum, non tamen id licet confes- » sario ne ministerium ejus infametur

« 5. Non licet secundum concilium » Antiochenum, *c.* 33. *et* 35. *Non licet.* » palam interesse tormentis, aut suggerere modum torquendi, nisi mitiorem. *Vide Tann. d.* 4. *q. ult. d.* 5. » *num.* 128.

« 6. Expedit habere cognita indicia, et » probationes deprehensas in judicio, » ipsumque modum processus, ut et » prudentius possit in suo foro agere, et » judicem, sicubi opus, prudenter admo» nere.

287. — « 7. In confessione examinet : » 1. An consortes criminis prodiderit » (si secundum supra dicta tenebatur) et » quidem si falso alios infamarit, indu» cat ad revocationem, etiam cum peri» culo torturæ. *Vide Tann. d.* 4. *q.* 5. » *d.* 4. *n.* 104. *et dicta dubio superiore.* 2. » Si saga sit, quo tempore, qua occasione » in magiam sit lapsa, ut si postea ne» gat, convinci possit in eodem foro. 3. » In qualitatem superstitionis, an ex » animo christianæ fidei renuntiaverit, » dæmonem adoraverit, falsa de Deo et » æternitate senserit, rebus sacris abusa » sit, hominibus nocuerit, præsertim » conjunctis, ut marito, liberis, et an » alios seduxerit. Item de peccatis car» nalibus. Denique confessæ aperiat frau» des dæmonis, instruatque, quomodo » iis deinceps occurrendum, atque inter » cætera suadeat fidei professionem, et » frequentem symboli repetitionem.

288. — « 8. Sæpe non expedit post » supplicium judici significare, reum in » extremis denuntiationes revocasse, tum » quia judices id parvi faciunt (quam » recte, vide apud *Laym. et Tann. l. c.*); » tum quia frangit sigillum sacramen» tale, si non petita licentia, innocen» tiam denuntiati evulget, cum eo ipso » revelet peccatum denuntiantis. Quare, » si aliquando judicem monere expe» diat, rogandus est reus, ut id extra » confessionem, et coram testibus dicat » eo fine ut judex moneatur.

289. — « 9. Si alicujus innocentiam » ex confessione colligeret (quod etsi dif» ficile, non tamen impossibile esse do» cet *Tann. dist.* 4. *qu.* 5. *dub.* 4. *n.* 85.), » id judici aperire, ac pro reo interce» dere, periculosum est; quia post pu» blicatam rei confessionem, ei non cre» datur : tum quia, si plures audiat, hoc » ipso aliorum nocentiam de illis ta» cendo videtur confirmare, cum frac» tione sigilli; tum quia si rei cognos» cant eum pro innocentibus intercedere, » occasionem arripient ei callide sua » facinora celandi. *Vide Laym. l.* 3. *t.* 6. » *c.* 5. *Tann. d.* 4. *q.* 5. *d.* 4. *n.* 65.

290. — « 10. Etsi pro reis, etiam » juste damnatis, intercedere aliquando » possit, maxime apud magistratum su» premum, juxta Scripturam *Prov.* c. » 24. ℣ 11. *Erue eos*, valde tamen pru» denter, et moderate id faciendum, » quia relaxatio potest esse illicita, ju» dexque (non tamen confessarius, nisi » ea præviderit) fieri reus malorum » omnium, quæ ex liberatione sequun» tur; imo et ipsi imputabuntur, cum ex » officio debuerit impedire. *Vide Bonac.* » *in* 8. *præc. d.* 10. *qu.* 2. *et* 3. *Tann. de* » *just. dub.* 4. *qu.* 5. *d.* 4.

DUBIUM IX.

Quæ obligatio medicorum, et pharmacopæorum, et chirurgorum?

291. — « Resp. Tenentur ii in primis, » quando tale officium petunt, vel susci» piunt, sub gravi obligatione sufficien» tem habere scientiam, sive peritiam. » *Nav. c.* 25. *n.* 60. *Anton. Carden. de* » *Lugo d.* 26. *n.* 1. Deinde in curandis » infirmis servare sequentes regulas : I. » Ordinarie debent sequi opiniones me» dicorum securas, et tutas. Ratio est, » periculum, et damnum proximi. Ita » *Bon. Laym. Sanch.* 1. *mor. c.* 9. II. » Quando certum aliquod est pharma» cum, quod nimirum certo infirmis » profuturum est, tenentur illud adhibe» re, omisso eo, de quo dubitatur, quia » alias imprudenter proximum in peri» culo relinquerent. III. Si non sint cer» ta pharmaca, debent adhibere proba» biliora et tutiora ; tum quia alioqui » salutem proximi in discrimen addu» cerent : tum quia tenentur fungi offi» cio, quantum possunt, cum minimo » proximi periculo et damno. IV. Quan» do nulla est spes de salute infirmi, » nec adest remedium nisi dubium, de » quo scilicet dubitatur, num profutu» rum, an nociturum sit, possunt, imo » debent illud adhibere. Ratio est, quia » sic infirmi negotium utiliter geritur, » et si mors sequatur, ipsis non impu» tabitur, cum alias spem vitæ non » habeat. *Laym. l.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. *Fill. n.* » 152. *Bonac. de pecc. d.* 2. *qu.* 4. *p.* 9. » (*Est probabile, juxta dicta l.* 1. *n.* 46.)

Unde resolves :

« 1. Medicus peccat : 1. Si absque

» sufficienti peritia gravem morbum » curare tentet. 2. Si occurrenti gravi, » et insolito morbo, speciali studio ope- » ram non impendat. 3. Si det phar- » macum infirmo, quod probabilius cre- » ditur nociturum, quam profuturum. » 4. Si medicamenta inexplorata explo- » randi gratia adhibeat, præsertim » quando de iis non est opinio probabi- » lis, et habet medicamenta probabiliter » utilia. 5. Si non bene perspecta morbi » natura, temere adhibeat remedia obvia » vel periculosa, præsertim cum discri- » mine vitæ, vel gravis læsionis. 6. Si, » agnito ægroti periculo, opportune non » adsit, aut necessariam curationem ne- » gligat, aut medicos alios adhiberi non » permittat. 7. Si aliquid suadeat Dei » honori, vel præcepto contrarium, v. » g. incantationem, pollutionem, super- » stitionem, etc. 8. Si facile et sine ne- » cessitate a jejunio absolvat, carnium » esum permittat. 9. Si ægrotantem » pauperem in periculo constitutum con- » temnat. *Vide Bon. l. c. Nav. c.* 15. » *Azor*, 1. *p. l.* 2. *c.* 17. *q.* 11. *Escob.* » *l.* 2. *e.* 3. *c.* 9. » (*Recte hinc dicit Croix l.* 1. *n.* 1534. *peccare medicum, qui omittit medicinas gratis præscribere pauperibus in gravi periculo constitutis.*)

« 2. Pharmacopola peccat : 1. Si rudis, » et ignarus munus exerceat. 2. Si sine » arte, vel diligentia medicamenta con- » ficiat. 3. Si melle in potionibus pro » saccharo utatur. 4. Si unum medica- » mentum pro alio (nisi tamen esset » æque bonum, et non majoris pretii) » contra medici præscriptum, cum gravis » damni periculo porrigat.» (*Vide dicta de contract. l.* 3 (IV). *n.* 811.) « (*Vide* » *Salas d.* 34.) 5. Si medicamenta ad non » pariendum, vel ad fœtum expellendum » vendat. 6. Si pharmaca vendat inutilia, » etc. *Vide Escob. l. c.* [1]

Ad quæstionem, *An infirmus teneatur Medicum vocare eique parere*, sic respondet Scavini :

« Ad vitam, ejusque sospitatem tuendam ipsa natura nos impellit. Urbi ergo sanitas nostra turbatur, ordinarie loquendo, satis non est morbum patienter ferre ; sed casu, quo per remedia simpliciora morbus non pellatur, tenemur Medicum adhibere cum possumus, ejusque præscriptionibus obtemperare, si extraordinariam molestiam non importent. Hinc Scriptura : *Honora Medicum propter necessitatem; etenim illum creavit Altissimus... Altissimus creavit de terra medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa* [1].

« Diximus 1. *ordinarie loquendo ;* non enim peccaret (ut dicunt Cajetanus, Navarrus, Sanchez, et Viva) qui medicinam respueret, si id faceret ad se mortificandum, neque adsit periculum mortis, neque ideo propria munia negligat; 2. *casu quo per remedia simpliciora morbus non pellatur;* in pluribus enim natura ipsa per convenientem *diætam*, ut dicunt, vel per remedia vulgaria convalescit [2]. Neque nos delicatulos ac meticulosos esse decet; qui enim medice vivit, miserrime vivit; 3. *si extraordinariam molestiam non importent ;* nam nisi rationes speciales occurrant, tenemur tantum ad remedia quæ communes vires non superant. Aliquando optimum esset usurpare illud Gagliuffi :

Quis pulsat? medicus. Quid vis? tibi ferre salutem.
Cras, si me audieris convaluisse, redi. » (t. I. n. 567.)

Ad quæstionem, vero, an peccet graviter medicus, qui tempore pestis ægrotos deserit, ne luem contrahat, respondet Gury.

« *Affirm. per se*, nisi sint alii medici, qui opera sint ægrotis præstaturi ; ratio est quia medici ex officio ad bonum commune societatis constituuntur : unde in communi periculo non sibi, sed societati consulere debent, privatum enim incommodum publico bono cedere debet. Ita omnes theologi. »

De quo responso adnotat Ballerini :

« Fac distinguas inter medicos, qui, ratione stipendii a communitate illis constituti tenentur ex justitia, et medicos, quibus nullum a communitate certum stipendium tribuitur; hic enim ex sola charitate tenentur, quæ sane cum gravi vitæ discrimine non obligat, »

(Gury de *Stat. part.* n. 34 et not. *a.*)

[1] In textu *Busemb.* additur sequens numerus 3 qui in hujus Operis editionibus quidem non invenitur, ast errore typographi omissus recte censetur.

« 3. Peccat chirurgus : 1. Si sine scientia et peritia » sufficienti vulnera curare tentet, cum periculo erroris. » 2. Si medicum, quando gravitas vulneris exigit, non » consulat. 3. Si lucri amore curationem protrahat. 4. » Si mercedem justo majorem exigat. 5. Si abortus » causa venam aperiat, aliudve remedium adhibeat. *Vi-* » *de Escob. l. c.* » Edit. A. Leclère

[1] Eccli. XXXVIII. Est contra Anabaptistas, qui usum medicinæ a Deo reprobatum docent. Vid. *A Lapide* in hunc locum. — Et Stapf, t, II, § 284. — Liguori, *Op. Mor.*, l. III, nn. 30, 372.

[2] Cavendum ab illis pseudomedicis huc illuc cursitantibus, qui surperstitiosa remedia vendunt, vel etiam sine pretio suppeditant, ac plebem insigniter decipiunt ejus crumenæ, integritati ac religioni insidiantes.

DUBIUM X.

Quæ obligationes mercatorum, opificum, et cæterorum sæcularium?

« RESP. Eæ patent ex dictis de septimo » præcepto ex quibus resolves :

292. — « 1. Mercator peccat : 1. Si » venenum, vel alia prohibita vendat, » cum suspicione pravi usus » (*Vide dicta l.*2 (III). *n.* 72.) « 2. Si paratus sit quodcumque pretium, etiam injustum, ab » emptore accipere. 3. Si rem carius, » quam supremo pretio vendat, ob dilatam solutionem. 4. Si mercium defectum gravem occultum non aperiat : » pondus et mensuram imminuat. 5. Si » in emptorum injuriam monopolium » injustum instituat, merces omnes unius » generis sibi comparet, immoderato » quæstu pro libito vendendas. 6. Si » merces ab eo, qui non novit, emat » pretio minore, vel cariore vendat ignoranti. 7. Si merces veteres et inutiles » novis admisceat, et vendat eodem » pretio utrasque. 8. Si justa tributa » defraudet. 9. Si tempore debito, cum » possit, non solvat creditoribus, cum » gravi eorum damno. 10. Si mercibus » solvat, quod pecunia debet contra creditoris voluntatem. 11. Si diebus festis » publice emat, vel vendat contra consuetudinem permissam. 12. Si juret falso, » se tanto pretio merces comparasse. 13. » Si contractum ineat quemcumque, » dubitans de ejus justitia. 13. Si emat » res furtivas, *etc. Vide Escob. tom.* 2. » *e.* 2. *c.* 12. » (*Vide dicta de restit. l.* 3. (IV) *n.* 599.)

« 2. Bibliopola peccat : 1. Si vendat libros prohibitos, vel lascivos. 2. Si librum defectu laborantem vendat pro » integro, *etc. Vide Esc. cap.* 13.

« 3. Argentarius sive aurifaber peccat : » 1. Si æs pro auro, vel argento vendat. » 2. Si auro, vel argento plus æris misceat, quam ars requirit, et emptoribus » mixtionem non significet, neque minuat pretium. 3. Si ex rebus furtivis » aliquid emat mala fide. 4. Si communem lapillum pro pretioso vendat, vel » pretiosum pro vili emat, etc.

« 4. Sartor, sutor, et cæteri opifices » peccant : 1. Si jurent se tali die opus » perfecturos, quod sciunt, vel dubitant » non futurum. 2. Si plus materiæ exigant, quam ad opus sit necessarium ; » aut partes alicujus momenti, quæ supersunt, retineant, sine voluntate domini. 3. Si diem festum sine gravi » causa violent, per se, vel per suos famulos. *Vide Escob. l.* 1. *c.* 13. »

Quoad obligationes parentum et tutorum erga minores ac vice versa, conjugatorum inter se, famulorum erga dominos ac vice versa, magistrorum tandem erga discipulos ac vice versa, citemus quasdam Scavini et aliorum adnotationes, præcipue in quantum fit collatio codicum relative ad res illas :

« Obligationes parentum erga filios, inquit Scavini, et vicissim filiorum erga parentes ; itemque aliorum propinquorum ad invicem, habita ratione parentelæ, urget passim et ubique etiam lex civilis. Obligationes filiorum erga genitores ex Codice civili Gallico sunt : 1. ut ipsis exhibeant honorem et reverentiam ; 2. ut iis alimenta suppeditent ; 3. ut matrimonium inire non audeant : neque adoptionem acceptare sine eorum consensu, idque sub gravissimis pœnis ; 4. ut paternam domum non relinquant sine consensu patris. Quid si urgeat aliquando discessio filiorum ? — 5. Si filii graviter erga parentes delinquant, dantur parentibus ipsis media, quæ eo etiam pertingunt, ut filii in carcerem detrudantur. V. etiam Cod. Sab. Art. 210. — C. A. 144. — C. S. 287. — C. P. 22. — C. G. 371. — C. M. 118. etc., etc.

« Monet autem pro praxi Gury, non ita facile suadendum filiis ætate minoribus, ut statum religiosum amplectantur parentibus invitis ; in Gallia præsertim aliisque locis, ubi viget civilis lex, quæ tribuit parentibus, ut eos auxilio brachii sæcularis a quocumque loco reclamare possint. Art. 212. — Concord. C. A 145. — C. S. 290, — G. G. 374.

Circa tutores et minores, idem inquit :

« Olim impuberes cum desinebant esse sub potestate patris, appellabantur *pupilli*[1]. Facti puberes, *minores* dicebantur usque ad annum 20um : quo completo, *majores* evadebant. Qui patris loco deputabatur ad tuendam pupilli personam et bona, dicebatur *Tutor ; Curator*, cui cura committebatur bonorum et personæ minoris. — Hodie tamen jure civili communi, omni alia distinctione sublata, qui nondum complevit 21um annum, dicitur *minor* ; tali autem ætate completa, *major*[2] ; et cui cura minoris committitur, *tutor* appellatur. Curator autem ex lege civili non amplius deputatur, nisi quibusdam in casibus, v. g. absenti[3] ; minori habilitato ad bona sua administranda (ad

[1] Impubes dicitur qui minor est annis 14, si masculus ; 12, si fœmina. Qui vero minor est septennio, dicitur infans, quasi *fandi impos.*

[2] Cod. civ., art. 244 et 367. — C. A. 21. — C. S. 311. — C. P. 156. — C. G. 388. — C. R. 5. — C. M. 192. — C. H., art .3, *Della tutela.*

[3] Art. 76. C. A. 276. — C. S. 119. — C. P. 192. — C. G. 112. — C. M. 1016.

quam habilitationem requiritur ut minor compleverit 18um annum [1]); item hæreditati jacenti [2], item filio mox nascituro [3].

« Cum porro minorum tutela sit officium publicum ad publicum bonum conducens, sed pluribus gravissimis curis refertum, ex civili lege neque omnes eam respuere, neque omnes eam sumere possunt vel tenentur. Sunt nempe alii, quibus illa de jure competit, et dicuntur *nati* : ut mater [4] (quæ tamen illam acceptare non tenetur; at si renuat, officium nihilominus sustinere debet, quoadusque tutor nominetur), ascendentes paterni et materni; his nemo melius bono filiorum potest providere. Alii sunt, quibus ea prohibetur, cum illi juridice vel utiliter nequeant incumbere : uti interdicti, minores, infames [5], etc. Alii, quibus ea libera relinquitur, quia aliis curis sunt gravati, uti sunt milites in actuali servitio, qui annum 65um compleverunt; qui non est neque affinis neque consanguineus minoris ; si tamen consanguineus vel affinis minoris in districtu ubi illius bona sunt posita, capax tutelæ suscipiendæ inveniatur etc.; ceteri renuere non possunt absque probata causa. In qualibet autem tutela protutor est etiam eligendus, cujus est vices tutoris supplere in defectu [6].

« Unus tantum tutor est eligendus, etsi plures sint filii; eligitur autem pleno jure a patre; qui si eum non eligat, aut electus non acceptat, vel cesset, tunc electio pertinet ad *consilium familiæ*, quod est cœtus personarum a lege civili ideo electus et deputatus.

« Tutores imprimis tenentur in conscientia et vi quasi contractus curam gerere minoris, ejus personam tueri, imbuere bonis moribus, christiane educare vel per se vel per alios, et omnem impendere operam suam, ut artem sibi convenientem ipse ediscat. — Bona vero ejusdem temporalia tenentur curare, uti bonus paterfamilias, cujus vices gerunt : qua in re se conformare debent dispositionibus legum civilium. Ad majorem autem securitatem juramentum prærequiritur a tutoribus emittendum coram judice de re fideliter administranda, inventario etiam omnium bonorum confecto intra decem dies a nominatione : et tenetur tum de lucro cessante, tum de damno emergenti, si quod ipsorum culpa in ea administratione obvenerit. Prohibentur cum minore contractum inire, vel illius nomine absque *auctorizatione* transigere. Finita tandem tutela, omnium actorum rationem reddere obstringuntur [1].

« Cum tutores vices agant parentum respectu minorum, satis est si dicamus, minores erga tutores (vel ipso jure civili) ligari ipsis obligationibus (non ita tamen strictis) *amoris*, *reverentiæ* et *obedientiæ*, quibus filii ligantur erga parentes [2].

Circa magistros, idem dicit :

« Qui nobile alios edocendi munus suscipiunt tenentur gravi, tum officii tum stipendii ratione :

« 1. Idoneam ad munus quod suscipiunt, scientiam callere, ne ipsis errare contingat cum maximo discipulorum damno : *Discas quod possis docere, ne sis miles priusquam tyro, et prius magister sis quam discipulus*, ait D. Hieronymus [3].

« 2. Doctrinam rectam tradere, id est S. Scripturæ, Patrum traditioni, Pontificum oraculis et Conciliorum definitionibus consentaneam. Novas docendi methodos sequi poterunt magistri ; sed in iis quæ ad Religionis et morum doctrinam pertinent, debent ab omni novitate se prorsus abstinere. Unde Petrus Blesensis : *Non de corde tuo vaticinari præsumas ; sed juxta sacri eloquii doctrinam universas discas, et doceas orans cum Propheta :* Juxta eloquium tuum, Domine, da mihi intellectum ; ergo *non supra*, *non extra*, *sinon contra* [4].

« 3. Tenentur doctrinam tradere discipulorum intelligentiæ accommodatam ; et methodo convenienti eam exponere, ita ut

[1] Art. 357. — C. G. 480. — V. *Il giovine fuori di minorita*. Roma, 1845.

[2] Art. 1035. — C. S. 731. — C. P. 935. — C. G. 182.

[3] Art. 251. — C. A. 21. — C. S. 315. — C. P. 169. — C. G. 393.

[4] Pourra néanmoins, le père, nommer à la mère survivante et tutrice un conseil spécial sans l'avis duquel elle ne pourra faire aucun acte relatif à la tutelle... (Cod. civ. Gall., art. 391.)

[5] Art 442. Ne peuvent être tuteurs, ni membres des conseils de famille : 1o les mineurs, excepté le père ou la mère ; 2o les interdits ; 3o les femmes, autres que la mère ou les ascendantes ; 4o tous ceux qui ont, ou dont les père et mère ont avec le mineur un procès dans lequel l'état de ce mineur, la fortune, ou une partie notable de ses biens sont compromis. — 443. La condamnation à une peine afflictive ou infamante emporte de plein droit exclusion de la tutelle. Elle emporte de même la destitution dans le cas où il s'agirait d'une tutelle antérieurement déférée. — 444. Sont aussi exclus de la tutelle et même destituables, s'ils sont en exercice : 1o les gens d'une inconduite notoire ; 2o ceux dont la gestion attesterait l'incapacité ou l'infidélité. — 445. Tout individu qui aura été exclu ou destitué d'une tutelle ne pourra être membre d'un conseil de famille. (Cod. civ. Gall.)

[6] Art. 286, — V. Ferrero, *Dei consigli di famiglia*. — C. A. civ., art. 200. — C. S. 249.

[1] Art. 311. — C. A. 205. — C. S. 373. — C. P. 272. — C. G. 450. — C. M. 305.

[2] Art. 313-14. — C. A. 217. — C. S. 391. — Quoad tutores et consilium familiæ, V. Cod. civ. Gall., ex art. 389 ad art. 475.

[3] Ep. ad Rusticum.

[4] Epist. cxi. — Hinc omnes Doctores atque Magistri publici cujuscumque disciplinæ, ex mente Tridentini (sess. xxv, c. ii de R.), et ex Constitutione *Sacrosancta* Pii IV, tenentur antequam commissum sibi docendi munus aggrediantur, fidei professionem emittere juxta formulam ab ipso Pio præscriptam. Quæ quidem professio quantum ætate nostra adhuc sit necessaria, nemo est qui non videat. Non tamen ubique est in usu. — V. Ferraris, *Biblioth.*, etc., vo Magister.

eorum animi non obruantur, neque fastidio afficiantur. Secus ut quid verba facerent?

« 4. Tenentur semina christianarum virtutum teneris eorumdem animis pedetentim inserere [1]. et circa ipsorum mores attente invigilare ; hæc enim est summa omnium rerum. Cum autem hac præsertim in re præcipua persuadendi via sit exemplum, necesse ideo est, ut magistri in primis sint a vitiis alieni, et in virtutibus emineant : *Magister totus vocalis prodeat, gressus et motus, vocalia sint universa*, ait S. Hieronymus.

Quæ omnia etiam Synodus Novariensis (pag. 31) præcipit : ac vult, *ut Ecclesiastici hoc munus suscepturi bonum vitæ testimonium exhibeant. Item ut Parochi super ipsos sedulo invigilent.*

Magistri obligationes paucis excipe :

Doctus, recte, apte doceat, bona semina mittat.

Et circa discipulos :

« Discipuli obligantur tum sibi, tum præceptoribus, tum Deo. Tria nempe discipuli debent : — 1. Sibi studium et laborem assiduum ; scientiæ enim et artes non addiscuntur, nisi per magnos labores atque longam studiorum assiduitatem, juxta illud vulgatissimum : *Gutta cavat lapidem, non bis, sed sæpe cadendo;* — 2. Magistris reverentiam, docilitatem ac gratitudinem. Hoc ipsis gentilibus erat officium ineluctabile : *Discipulos id unum moneo*, ait Quintilianus, *ut præceptores suos non minus quam ipsa studia ament, et parentes non quidem corporum, sed mentium esse credant;* — 3. Deo pietatem ; scriptum est enim : *Initium sapientiæ timor Domini* [2]. Id numquam satis juvenibus prædicabitur : nam tota moralis hominum existentia in hac vita et salus æterna in altera generatim pendet a primis annis, juxta illud : *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* [3]. *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea* [4] ». (T. I, n. 576, ad. 581).

De obligationibus in societate conjugali, idem Scavini sic habet :

« Conjuges sibi mutuo debent societatem, amorem ac fidem : quæ quidem ipsis imponunt et natura conjugii, et ratio sacramenti, et ipsa etiam lex civilis [5].

« 1. *Societatem ;* unde tenentur simul habitare, juxta illud : *Dimittet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* [1] *:* electio vero domicilii pertinet ad maritum, cum familiæ caput sit [2]. Hoc etiam civili lege sancitum est [3] ; — 2. *amorem ;* dicit enim Apostolus : *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea* [4]. Et etiam mulieres hortatur, ut *viros suos ament* [5]. Hinc peccant si rixas, jurgia et odia in se invicem excitent, aut foveant ; vel si conviciis atque maledictionibus se invicem afficiant ; — 3. *fidem ;* nempe conjugalem juxta illud : *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier... Nolite fraudare invicem* [6].

« Maritus tanquam caput tria uxoris suæ curare debet :

« *Animam :* adeo ut peccet graviter si uxori permittat, ut legem Dei et Ecclesiæ transgrediatur ; tanto magis si impediat ab illius observantia. Non enim hoc esset ipsam diligere uti se ipsum.

« 2. *Corpus :* nempe tenetur uxorem secum retinere, et alere secundum statum suum et conditionem, tum ex debito amoris conjugalis, tum ex officio capitis familiæ, tum ex justitia ratione dotis, ex civili ipsa lege [7] : quare mulier nobilis ac dives non posset cogi ad officia famulæ, ut est verrere domum, coquere cibos.

« 3. *Mores :* tenetur nempe uxori invigilare, benigne compati, amicis suasionibus, non rigidis verbis imperare. Et si aliquando conveniat fortiter cum ipsa agere, semper tamen habeatur ratio illius Marci Aurelii : *Uxor monenda sæpe, reprehendenda raro, violentis manibus tractande nunquam.* Uno verbo vir tenetur uxorem habere uti sociam, non uti ancillam; Deus enim dedit mulierem viro non in vile mancipium, sed *in adjutorium sibi simile.* Ad rem Angelicus : *Conveniens fuit mulierem formari de costa viri, ad significandum, quod inter virum et mulierem debet esse socialis conjunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum, et ideo non est formata de capite ; neque despici debet a viro tanquam serviliter subjecta, et ideo non est formata de pedibus* [8].

« Uxor specialiter tenetur erga maritum suum :

« 1. Ei ex corde obedire in iis, quæ ad familiæ administrationem pertinent et propriæ conditioni conveniunt, unde ait Apostolus : *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris,*

[1] Ex Constitutione Benedicti XIV *Etsi minime.* Imo cogendi, ut declaravit S. C. C. 17 julii 1668.
[2] Ps. cx.
[3] Jer. *Thr.* III. — [4] Prov. XXII.
[5] C. Sab. 125, C. A. 90, C. S. 194, C. P. 50, C. G. 212.

[1] Matth. XIX.
[2] V. *De Matrimonio*, ubi *de effectibus.*
[3] Art. 127. — C. A. civ. 91. — C. S. 201. C. P. 51. — C. G. 214. — C. M. 98.
[4] Eph. V. — [5] Ad. Tit. — [6] I Cor. VII.
[7] Art. 125. — C. A. 90. — C. S. 193. — C. P. 50. — C. G. 121. — M. 100. Quod si ipsa a marito discesserit sponte sua et sine causa, cessabit in marito hoc onus. Item si in adulterium lapsa sit, et aliunde habeat ut vivat.
[8] Gen., cap. II. Et D. Thomas, 1, q. 98 a. 29.

sicut Christus caput est Ecclesiæ[1]. Non licet itaque mulieri agere expensas contra mariti voluntatem, quæ communem fœminarum sui status consuetudinem excedant, nisi eas agat ex paraphernalibus bonis.

« 2. Ei ex animo placere : sit mansueta, lenis, patiens : omnem garrulitatem, procacitatem et suspicionem circa fidem sedulo avertat. Ex his enim sensim sine sensu evenire solent mutuæ aversiones, sine fine altercationes, fractio fidei, scandala, ac demum divortia[2].

« 3. Ei indigenti de suo providere; hoc enim ad debitum conjugalis amoris pertinet. Quod etiam civili lege præcipitur, ut non tantum marito subdita sit, sed etiam ut concurrat ad illum alendum propriis bonis, si illa indigeat. (T. I. n. 582 ad. 584.)

An (quæres), adnotat Scavini, *mater teneatur lacte proprio prolem alere?* Affirmative nisi habeat justam excusationis causam, v. g., infirmitatem, debilitatem; quia ad hoc natura evidenter impellit. Navarrus et alii excusant etiam fœminam nobilem ob consuetudinem (V. Benedicus XIV, *de Synodo*, l. XI, c. VII. — Conte Benven. di S. Rafaele, *Ragionamento intorno all' obbligo di allattare i propri figliuoli.* — *Précis de physiologie humaine pour servir d'introduction aux études de la Philosophie et de la Théologie morale*, *suivi d'un Code abrégé d'hygiène pratique,* ouvrage spécialement destiné au Clergé et aux Séminaires, par Debreyne, docteur en médecine. Bruxelles, 1845. — Roberti, *Opere*, vol. III). Etsi autem probabilius mater ad hoc non teneatur nisi sub veniali, cum ejus obligatio gravis huc respiciat, ut proles bene alatur : tenetur tamen sub mortali bonam ei nutricem quærere, si ipsa per se tale onus non sustineat; lactis enim qualitas plurimum confert ad salutem ac mores. » (T. I. n. 675.)

Quoad dominos et famulos, vide primo S. de Ligorio nostrum, lib. IV. n. 342 et seq. et 439. necnon adverte hæc ad praxim maxime conducentia, quæ notat Scavini cum laudato, docto atque pio *Joanne Ambrosio Stapf*, § 523, et alibi passim :

« 1. Rem esse valde periculosam, quod puellæ rusticæ majori commoditate vel vitæ splendore attractæ in urbes commigrent, ut ibidem ancillentur, præsertim ubi neminem habeant, quam consulere possint. Quare facile est, ut vel impio seductori in prædam cadant, vel nimio luxui indulgentes in omnia vitia præcipites ruant.

« 2. Illi famuli acriter increpandi sunt, qui identidem atque occulte aliquid de cibis exquisitis surripiunt. Licet enim per se res non ita gravis videatur; attamen timendum est ne sic ad domestica furta disponantur: non præterquam quod etiam gula ipsi peccant.

« 3. Admonendi sunt famuli, ut dum viribus valent, etiam in futurum sibi provideant, ne tempore infirmitatis aut senectutis adveniente, miserrime vitam agere cogantur. Utique nimium nos sollicitos esse dedecet, sed etiam dedecet inconsideratos esse ; qui enim bona in juventute dissipat, inutiliter lugebit in senectute.

« 4. Curandum ut sua sorte contenti sint, neque contra Dei providentiam insurgant. Sciant terribile judicium instare iis, qui præsunt ; et sæpe magnam fortunam magnam esse servitutem. Sciant in humili vitam egisse tum Mariam Cœli Reginam, tum Christum Dominum Dominantium. Sciant omnes homines alios ab aliis dependere, unum Deum independentem esse. Sciant eorum statum plures Sanctos numerare, etc.

« Quoad dominos autem hæc iterum specialius notamus. Sciant domini eo magis suos famulos fore in re domestica diligentes, quo magis erunt in Religione fideles. Sane qui Deo nequam est, cui bonus erit? Qui vero e contrario Deum diligit, ejus leges curat, quæ debitam subjectionem erga majores tuentur.

« Les domestiques étant placés comme sous la tutelle de leurs maîtres, le péché que commettent ceux-ci en les portant au mal est plus grave que s'ils y sollicitaient des étrangers. » *Examen raisonné.* — Sæpe in confessione hanc circumstantiam tacent heri, quæ proinde petenda est. »

(T. I. n. 694 et 695)

Denique circa magistros, discipulos et scholas :

« Nulli dubium esse potest, inquit Scavini, quod in Clericorum Seminariis *moderandis* ut verbis utar Pii IX *Allocutione* 9 decembris 1854, *non civilis potestatis*, *sed Episcoporum dumtaxat versari debet cura et industria.* Imo potestas sæcularis *neque jus inspectionis* in seminaria proprie dicta habere potest ex Breve Leonis XII ad De Pins Archiepiscopatus Lugdunensis Administratorem Apostolicum an. 1828 ; sed tota res uni Episcopo reservata est (ex Tridentino, sess. XXII, c. XXIII de Ref.) qui omnia opportuna et necessaria cum consilio duorum Canonicorum seniorum et graviorum

[1] Ephes. v. — V. Mellini *La donna forte.* Modena. — *Le tribolazioni delle maritate.* Monza, 1858. — Chassay, *La difficolta della vita di famiglia ;* it. *I doveri delle donne nella famiglia.* Et S. Chrysostomus, *Homill.* XXVI in *I ad Cor.*, ecc., ecc.

[2] Confessarius non statim credat conjugi contra conjugem conquerenti, præsertim si uxor in maritum invehat, quia mulieres ordinarie sunt procaces : melius est, re dissimulata, ipsi commendare orationem, patientiam, mansuetudinem et majorem sollicitudinem pro viro : sicque pluribus medetur malis. Taceat uxor, dum maritus est iratus vel ebrius : si monitio profutura videatur, id agat, dum maritus est bene affectus. Leniter autem agat semper : quod si non juvat et agatur de re gravi, curet, ut per Parochum vel alium virum prudentem maritus admoneatur. *Gury.* — V. Augustinus, *Confess.* l. IX, c. IX.

constituet. Hoc tamen non impedit *gubernium docere* (ait Leo XII) *quod pertinet ad seminaria de alumnorum numero qui in illis sit, quique major numerus putetur necessarius, nomina illi patefacere superiorum et moderatorum, eos designando presbyteros sæculares; subsidia pecuniaria cæteraque temporalia adjumenta quibus opus sit, aperire; hoc profecto præstare, res est per se innocua, eaque (ut nunc sunt tempora) inevitabilis si aliqua saltem pars juventutis servari et a teneris, ut aiunt, unguiculis educari sanctuario velis*. Apud Bouix.

« Diximus *seminaria proprie dicta;* si enim ea instituat ad modum collegii, non impedit, quominus in rebus licitis se gubernio conformet. Saltem curet rem componere cum legitima auctoritate, ut ita etiam horum collegiorum episcopus caput, directio et anima esse possit; parentes autem plerumque non satis provident de religiosa puerorum educatione; in scholis vero quæ laicis sunt destinatæ multa desiderantur ad informationem vitæ christianæ, et nimis sæpe gravissima pericula urgent. Quos ergo non facit suos Clericos, faciet religiosos laicos : porro Episcopus nil debet intentatum relinquere, ut omnis juventus christiane educetur impedimentis, ac difficultatibus studiose occurrendo. — *V.* Archiep. Droste *Della pace tra la Chiesa e gli Stati*, cap. IX : i Seminari. — *Collezione di buoni libri*, disp. IX. — *Il Cattolico di Lugano*, vol. XVI et XVII : il vescovo puo ammettere l'ispezione civile nei suoi Seminari? *Concordatum austriacum*, art. 5, 6, 7, 8 et 17. — *Civ. Cattolica*, ser. III. vol XI : Il sacerdozio nella pedagogia, ecc., ecc.

« Quoad autem laicorum Scholas, adhuc certum est quoad religiosam institutionem Ecclesiæ regimini eas subjacere; religionis enim magistros Deus non sæculares homines, sed suos ministros constituit. Hac de re hæc ejusdem Pontificis Pii IX verba sunt notatu dignissima, qui postquam docuit Episcoporum esse rite instituere Clericos, ad rem subjungit : *Quoniam... ceteros etiam ex laicorum ordine adolescentes ad pastoralem vestram sollicitudinem pertinere non est dubium excubate insuper, venerabiles fratres, aliis omnibus publicis privatisque scholis, et quantum in vobis est omni ope atque industria adnitimini, ut tota in illis studiorum ratio ad catholicæ doctrinæ normam exigatur... Eo autem in genere præcipuam vobis, planeque liberam auctoritatem et curam vindicabitis super professoribus sacrarum disciplinarum, et in reliquis omnibus quæ Religionis sunt, aut Religionem proxime attingunt. Advigilate, ut in tota quidem scholarum ratione, sed in iis maxime quæ Religioni sunt, libri adhibeantur ab erroris cujuscumque suspicione immunes. Commonete animorum Curatores, ut seduli vobis adjutores sint in iis, quæ scholas respiciunt infantium, et juvenum primæ ætatis,* etc. *Encycl.* 8. dec. 1849.

« Ad rem auctor libri *Saggio intorno al Socialismo*, p. 649 : « Il y a des écoles où, dans la crainte que l'enfant ne devienne trop religieux, on lui parle à peine des choses chrétiennes pendant de courts et rares instants, tandis que de nombreux maîtres l'égayent par les scènes plus attrayantes de la nature et du monde sensible. L'enfant croira-t-il, d'après cela, que la chose la plus essentielle pour lui, c'est la religion, la vertu, la morale de l'Évangile, et qu'elle est la base de son éducation comme elle doit être celle de toute sa vie? Ce serait peu encore si l'on ne voyait, ce qui arrive trop souvent, les germes les plus subtils d'un sensualisme saint-simonien infiltrés jusque dans les enfants dans le sein de certaines écoles, où leurs premières études sont fixées sur leur propre corps, sur ses diverses parties et sur les plaisirs dont ils sont susceptibles; où de longues colonnes de nomenclatures sottes, triviales et souvent lubriques éveillent dans les enfants les instincts de la gourmandise, en leur laissant plus ou moins obscurément deviner les satisfactions plus viles dont ils ont sous les yeux les objets proportionnés à leur âge, dans les classes qui réunissent les deux sexes. De tels maîtres n'ignorent que trop ce que dit l'Esprit-Saint : *Stultitia colligata est in corde pueri;* et ils ne savent pas mieux ce qu'a dit un païen : *Res sacra puer*. — *V.* Mgr Rendu, *A quel point en est la Révolution*, §§ 2 et 3. » (T. I. n. 689 ad 691).

Hic citemus sapientia monita auctoris Dubois de institutoribus relative ad parochos :

« 1. Un pasteur zélé doit être convaincu que la génération naissante est la portion choisie de son troupeau. Rien donc de plus important pour lui que d'avoir l'œil incessamment ouvert sur les écoles de sa paroisse. Pour obtenir d'heureux résultats, il reconnaîtra sur-le-champ qu'il est nécessaire d'entretenir des relations bienveillantes et amicales avec les instituteurs, surtout s'ils sont ecclésiastiques...

« 2. Que si, au contraire, un curé ardent et brouillon, s'avise, au premier mot qu'il entend contre l'instituteur, de déblatérer publiquement contre lui, s'il s'abstient de mettre les pieds dans son école une seule fois dans l'année, s'il évite toute rencontre... qui pourrait dire les haines que produira cette déplorable désunion? L'instituteur, déjà mauvais, je le suppose, deviendra pire encore, la guerre sera déclarée... Pauvres enfants! quel sera leur sort au milieu de tels combats!... Concluons donc que le soin capital d'un bon curé en cette grave matière, est d'employer tous les moyens qui sont en son pouvoir pour gagner l'affection de l'institu-

teur. Pour obtenir une fin si désirable... qu'il lui fasse quelque honorable invitation, qu'il parle de lui avec avantage dans la paroisse, relevant ses qualités et dissimulant ses défauts, qu'il fasse cela, et souvent c'en sera assez pour se l'attacher à tout jamais; c'en serait même, quelquefois, assez pour le convertir, s'il avait besoin de conversion...

« 3. Mais si l'instituteur est un loup ravissant et incorrigible? — Notre premier avis est qu'en un pareil cas on ne donne pas publiquement le signal de la lutte... Il faut s'assurer si les autorités supérieures desquelles dépend immédiatement cet instituteur sont favorables à la religion et si, quand on leur signale des faits de cette nature, elles usent de leur pouvoir pour provoquer la révocation ou du moins la translation des instituteurs immoraux... Du reste, en ces circonstances graves, s'il survenait quelque complication, nous conseillerions à un curé de faire à son évêque l'exposé fidèle des choses, avec prière d'user de sa haute influence pour obtenir le résultat désiré, ou du moins de faire savoir quelle marche il convient de suivre, dans le cas où le prélat ne croirait pas devoir agir par lui-même...

« 4. Il arrive quelquefois que dans la même paroisse il y a plusieurs écoles... La position d'un curé, en de telles circonstances, est un peu délicate; il nous semble que d'abord il ne doit jamais se déclarer ouvertement contre une de ces écoles, à moins qu'elle ne soit tombée en plein discrédit. Nous convenons cependant qu'il n'y aurait pas beaucoup d'inconvénients à témoigner un peu plus d'intérêt à une école religieusement tenue par des instituteurs ou des institutrices appartenant à quelque congrégation, qu'à celles qui sont tenues par des séculiers... Cependant, pas d'opposition formelle, pas de luttes ouvertes, pas de critiques malveillantes; témoignage d'intérêt, de dévouement et de bienveillance à tout le monde...

« 5. La visite des écoles est une œuvre éminemment pastorale. L'instituteur s'en tient ordinairement fort honoré, et les enfants prouvent, par un aimable sourire, qu'ils ne sont pas non plus indifférents à la démarche affectueuse de leur pasteur. Une courte allocution, dans ces circonstances, faite avec le cœur bien plus qu'avec l'esprit; une chaleureuse exhortation à l'étude et à la pratique de la vertu; un petit mot gracieux à l'adresse de l'instituteur; l'inspection des cahiers et même, si l'on veut, quelques interrogations adressées aux plus instruits sur tel ou tel point de l'enseignement; tout cela, couronné par la distribution de quelques images ou petits livres donnés à ceux dont le maître déclare qu'il est le plus satisfait, ne peut que produire d'excellents effets et laisser dans tous les espits une heureuse impression. Il est bien rare que les occupations d'un curé soient si multipliées, qu'il ne puisse pas renouveler cette visite une fois le mois, surtout quand il n'a qu'une école dans sa paroisse. Quant à la grande fête des enfants, la distribution des prix, il est bien clair que le curé doit en être l'âme. Son absence serait infailliblement remarquée et produirait le plus mauvais effet...

« 6. Quoique nous n'ayons parlé dans tout ce chapitre que de l'instituteur, il est clair que les détails dans lesquels nous sommes entrés s'appliquent, en grande partie, à l'institutrice; aussi nous garderons-nous de répéter pour l'école des filles les conseils que nous avons donnés pour celle des garçons. Nous mentionnerons seulement quelques points de différence qui nécessiteront des conseils spéciaux dont l'importance sera facilement appréciée. L'harmonie que nous avons tant recommandée entre l'instituteur et le curé doit assurément exister de même entre celui-ci et l'institutrice; mais il ne faut pas que, sous prétexte de bonne harmonie, il s'établisse des relations et des assiduités trop fréquentes. Si surtout l'institutrice était encore jeune ou à plus forte raison, si elle était très-jeune, de telles assiduités seraient bientôt remarquées, censurées et odieusement suspectées.

« Or, qu'on ne l'oublie jamais, quand un prêtre donne prise de ce côté, c'en est fait de son ministère : il est frappé subitement de stérilité complète... On vous observe dans la paroisse, on vous juge, on vous critique; cela suffit. Je n'ai plus besoin de savoir ce qui se passe dans le secret de vos communications pour les condamner. Il n'est pas absolument nécessaire qu'elles aient lieu, et il est rigoureusement nécessaire que vous conserviez intacte votre réputation de bon prêtre.

« Pas d'assiduités donc; visites rares et très-rares de l'institutrice au presbytère; visites rares et très-rares du curé à l'institutrice, quand elle est seule chez elle; et dans ces visites, souvenir continuel de cette sentence des saints : *Sermo rarus, brevis et austerus.* C'est toujours à l'école, quand les enfants s'y trouvent, que le curé doit faire ses visites. Encore dirons-nous, sans crainte d'exagérer les précautions, que le curé doit montrer dans la classe des filles un degré de modestie et de gravité de plus que dans celle des garçons; qu'il doit éviter les paroles un peu tendres et affectueuses et ne se permettre aucune de ces familiarités ou caresses qui n'ont rien, si vous voulez, de très-grave, mais qu'un saint prêtre a soin de s'interdire. (*Pratique du zèle ecclésiastique*, chap. VII, passim.)

« Monemus parochos, addit Scavini, summopere esse invigilandum, ne scholæ, quæ dicuntur *Asyla*, in animarum detrimento vertantur; meminerint etenim hic non solum de primis scientiæ rudimentis agi, quæ quidem minime sunt negligenda; sed super omnia de innocentia vitæ et recta Dei cognitione. Solliciti sint præsertim ne unquam isti parvuli committantur nisi bene moratis

et piis mulieribus. Attendant insuper, ut preces, cantica, lectiones et quidquid ad animarum informationem tendit, nihil nisi catholicum redoleant. Demum ubi pueris utriusque sexus aperitur asylum, videant an semper et ubique, sive studeant, sive ambulent, intersepto quodam separentur. » Ita Concil. Provinciale Burdigalense, anno 1850. »

Tandem quoad magistros idem Scavini hæc notanda profert :

« Aliquando magistri etiam coram lege civili tenentur de damnis suorum alumnorum, *vid.* C. Albert., art. 1502. C. A. 1301. C. G. 1384. C. S. 1338. C. M. 1395; — 2. *Reg. patentibus* 2 junii 1832, omnibus subditis Regni Sabaudiæ prohibetur extra regnum studiorum causa abire sine Principis facultate expressa; 3. Pro eorum directione vid. *les Douze Vertus d'un bon maître.* — Ricciardi, *Dei mezzi di promuovere l'educazione religiosa. — La scuola di filosofia e di religione, e modo d'insegnarla*, ecc., Roma 1852.

« Quoad discipulorum vero obligationes pro praxi hæc notat (*Examen raisonné*) :

« Les élèves doivent à leurs maîtres l'amour, le respect et l'obéissance dans ce qui concerne les soins que ceux-ci doivent leur donner. Au lieu d'avoir pour vos précepteurs ou pour vos maîtres l'amour et le respect qui leur étaient dus, ne les avez-vous point haïs, méprisés, et peut-être même injuriés ? (Si la haine, le mépris ou l'injure est grave et volontaire, péché mortel qui a double malice. *Bonacina.* Si elle n'est pas grave, péché véniel.)

« Ne les avez-vous point provoqués à la colère par des paroles offensantes ou autrement ? (Si on les provoque avec délibération à une grave colère, péché mortel qui a double malice; si cependant les paroles ou la maniere d'agir à leur égard ne pouvaient leur faire une grave injure, le péché ne serait que véniel. Souvent les élèves, à raison de leur âge et de leur légèreté, sont excusables de péché mortel là où il y en aurait un s'il y avait de la réflexion et pleine délibération. *Sporer.*)

« Ne leur avez-vous pas volontairement désobéi dans ce qu'ils avaient droit de vous commander, par exemple, dans ce qui concernait vos études et vos devoirs de religion ? (Si la chose est de peu d'importance, péché véniel ; mais, si elle est d'une grande importance et commandée sérieusement avec l'intention au moins implicite d'obliger *sub gravi*, et que d'ailleurs on désobéisse avec pleine délibération et avec connaissance de la gravité de la matière, péché mortel. Souvent le défaut de réflexion de la part des élèves rend le péché véniel.)

« N'avez-vous point obéi en murmurant, répondant même avec arrogance? (Si en obéissant ainsi avec réflexion on fait une grave injure au maître, et qu'on ait pu le prévoir, péché mortel; si l'injure n'est que légère, péché véniel.)

« Dans les temps d'étude, au lieu d'étudier conformément à la volonté de vos maîtres, et de faire avec soin vos devoirs de classe, ne vous êtes-vous point livré à l'oisiveté et à la paresse ? (Si la perte de temps n'est pas notable, péché véniel; mais, si elle est considérable et qu'elle nuise notablement aux progrès des études, elle est mortelle. *Goritia.* Le défaut de réflexion peut souvent excuser de faute grave.) — Ne vous êtes-vous pas quelquefois absenté des classes sans cause légitime et sans permission ? (Péché véniel) : il ne serait mortel qu'autant qu'il y aurait un certain nombre d'absences qui nuiraient notablement aux études, ou qui seraient réputées un grave désordre, et qu'il y aurait assez de réflexion pour le connaître.

« Pendant les classes, au lieu d'être attentif aux leçons qu'on y donne, ne vous êtes-vous point laissé distraire volontairement, vous occupant à des choses vaines et inutiles ? (Si cela arrive souvent, et que l'on puisse prévoir que le progrès des études en souffrira gravement, péché mortel; si cela n'arrive que quelquefois, et qu'on ne porte qu'un léger préjudice aux études, péché véniel.)

« Comment avez-vous sanctifié vos études ?... Au lieu de vous y proposer la gloire de Dieu et votre sanctification, n'avez-vous pas étudié uniquement par des motifs de vanité, d'orgueil, d'ambition, etc. ? (Péché plus ou moins grave, selon que le motif est plus ou moins mauvais; mais, pour que le péché soit mortel, il faut qu'il y ait ce que les théologiens appellent *gravis inordinatio*, un grave désordre dans le motif : étudier simplement par vanité, pour exceller, pour se faire remarquer par sa science, n'est qu'un péché véniel.)

« Ne vous êtes-vous point trop livré à la lecture des ouvrages totalement étrangers à vos études et à votre classe ? (Si l'on perd à cette lecture un temps considérable, et que l'on s'aperçoive que par là on nuit notablement à la science à laquelle on se destine et aux progrès qu'on doit faire dans sa classe, péché mortel ; si cette lecture ne porte pas aux propres études un préjudice notable, péché seulement véniel, pourvu toutefois que les livres ne soient ni contre la religion ni contre les mœurs.) »

LIBER VII

DE CENSURIS ECCLESIASTICIS ET IRREGULARITATIBUS

Agetur 1° De censuris in genere ; 2° De excommunicatione ; 3° De suspensione et degradatione ; 4° De interdicto 5° De irregularitate ; unde quinque capita.

CAPUT I.

DE CENSURIS IN GENERE

DUBIUM I.

Quid sit censura ecclesiastica.

1 Quid est censura ?
2 An censura privet bonis internis ?
3 An degradatio, vel depositio sit censura ?
4 An cessatio a divinis?
5 An irregularitas ?

1. — « Resp. Est pœna spiritualis, et » medicinalis, per quam homini baptizato delinquenti, ac contumaci, per » potentiam ecclesiasticam aufertur usus » quorumdam spiritualium bonorum. » *Laymann. lib.* 1. *t.* 5. *p.* 1. *c.* 1. » (*Nota verbum* medicinalis. *Et ideo non sunt excommunicandi ii, de quorum correctione desperatur, nisi fiat ad terrorem aliorum. Salm. Tract.* 10. *de cens.* c. 1. p. 1. *n.* 10. *cum S. Th.*)

Unde resolves :

2. — « 1. Per censuram non privatur » homo bonis mere internis, v. g. charactere, potestate ordinis, nec bonis » propriis, ac privatis : v. gr. fide, charitate, gratia, etc. » (*Nec communione Sanctorum radicaliter derivante ex fide et charitate. Vide Salm. de cens. c.* 1. *p.* 1. *n.* 8.) « sed quibusdam externis, et publicis, sive actionibus, quæ habent spiritualem aliquem effectum, vel commodum, ut sunt sacrificium, officium » divinum, beneficium, administratio, » et susceptio sacramentorum, indulgentia, publica Ecclesiæ suffragia : » quia hæc, et non illa, subsunt dispositioni Ecclesiæ. Unde, si interdum privetur bono aliquo temporali, v. g. » convictu humano per excommunicationem, id tantum fit secundario.

« 2. Exilium, carcer, servitus, privatio » beneficii, nisi adjunctam habeant suspensionem aliquam spiritualium actionum, non sunt censuræ, quia sunt » pœnæ temporales.

3. — « 3. Nec degradatio, vel depositio est censura ; quia, etsi sit pœna » spiritualis, non tamen medicinalis, sed » perpetua, et ob peccatum præteritum, » etiam emendatum, potest infligi. » (*Ita verius et communius Salm. ibid. p.* 2. *n.* 12. *cum Suar. Barb. Pal. Cor. Val. etc.*) *contra Gut. Ledes. etc.*) *et clare colligitur ex cap. Quærenti, de verb. signif. ubi sic habetur : Quærenti, quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum hujusmodi clausulam in litteris nostris apponimus ? Respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi.*)

4. — « 4. Nec cessatio a Divinis, quia » non imponitur per modum medicinæ » ad tollendam contumaciam, sed ad » propulsandam injuriam Ecclesiæ factam.

5. — « 5. Nec irregularitas, sive sit ex » defectu, quia hæc non est pœnalis, sed » tantum impedimentum canonicum ; » sive sit ex delicto, quia hæc non irrogatur per modum pœnæ medicinalis, » sed punitivæ, et ex se perpetuæ. Unde » nec tollitur per absolutionem, sicut » censura, sed per dispensationem. *Bonac. d.* 1. *p.* 1. ». (*Idem docent Suar. t.* 5. *d.* 1. *sect.* 3. *Bon. d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 4. *Cont. Tourn. tr. de censuris part.* 1. *cap.* 1. *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 2. *n.* 12. *et* 15. *prope fin. Pal. d.* 1. *p.* 1. *n.* 3. *etc.* (*contra Sot. Ban. Cov. etc.*) *Et huic sententiæ favet etiam Bened. XIV in Epist. Encycl.* Inter præteritos, *edita* 3 *Dec.* 1749. § 50. *Vide dicenda n.* 351.)

« 6. Quando in jubilæis, vel privilegiis » datur potestas absolvendi a censuris, » non comprehenditur irregularitas, nisi » expresse addatur ; » (*ut declaravit idem Bened. XIV. l. c.*)

DUBIUM II.

Quotuplex sit censura ?

6 Quotupliciter censuræ dividantur. An censuræ latæ ab Episcopo in synodo sint perpetuæ, et tanquam latæ a jure ?
7 Quando censuræ reputentur esse latæ a jure ?
8 Quando ferendæ ?

6. — « Resp. Dividitur I. essentialiter » in excommunicationem, suspensionem, » et interdictum. II. Accidentaliter in » eam quæ est a jure et fertur per canones, constitutiones, vel statuta eccle-

» siastica, stabili ac permanente lege ; et » eam, quæ est ab homine, quæ scilicet » fertur a judice, vel Prælato, per mo- » dum mandati, vel sententiæ judiciariæ. » Estque vel particularis, circa factum » aliquod particulare, aut certas perso- » nas ; vel generalis, quæ nulla singula- » ris facti, aut personæ determinatione » fertur. » (*Nota igitur, quod censuræ, quas fert Episcopus in synodo diœcesana, dicuntur latæ per modum statuti*; *et hæ tanquam latæ a jure durant post mortem Episcopi. Aliæ vero extra synodum dicuntur latæ ab homine per modum præcepti, seu mandati, aut sententiæ*; *et hæ per mortem ferentis cessant, sive præceptum sit particulare, sive generale. Ita Ronc. c.* 1. *q.* 2. *Salm. l. c. n.* 16. *Croix l.* 7. *n.* 7. *cum Dicast.*) « III. In eam, quæ est » sententiæ *latæ*, quam scilicet jus aut » judex statuit ipso facto, quo quis v. g. » contra legem facit, sine alia sententia » incurrendam : et in eam, quæ est *fe-* » *rendæ*, quam jus, aut judex non vult » ipso facto incurri, sed per sententiam » infligi. Pro quibus dignoscendis consi- » deranda sunt verba, quibus censura » fertur ; quæ, si includant alterius ac- » tionem, seu ministerium, significant » censuram esse sententiæ ferendæ, latæ » vero, si non includant. Si vero ambi- » gua sint, teneri potest regula 49 juris » in 6, quod in dubio circa pœnas beni- » gnior interpretatio sit facienda. » (*Ita etiam Sporer p.* 116. *n.* 6. *Contin. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 1. *v. Dividitur* 3. *Conc. t.* 10. *p.* 415. *n.* 5. *item Fill. March. etc. cum Salm. de cens. c.* 1. *p.* 2. *n.* 18. *ex c. Odia, et ex c. In pœnis, de reg. juris in* 6.)

Unde resolves :

7. — « 1. Est censura latæ sententiæ : » 1. Si verba sint præteriti, aut præsen- » tis temporis, v. g. excommunicavimus, » excommunicatus est, fuit, excommu- » nico, suspenduntur, interdicuntur, vo- » lumus, aut jubemus esse excommuni- » catum, suspensum, etc. 2. Si addatur » particula, ipso jure, ipso facto, vel, » sine alia sententia. 3. Si verba sunt » imperativi modi, v. g. incidat in ex- » communicationem, maneat interdic- » tus, etc. Ratio, quia hæc omnia nullius » actionem interponunt.

« Sunt falsi nominis Canonistæ, ait Scavini, qui licet non audeant damnare hanc speciem censurarum, docent tamen, eam non fuisse in usu prioribus decem Ecclesiæ sæculis. Id Benedictus XIV (*De Syn. Diœc.*, l. X, c. I) erudite ostendit historicæ veritati contrarium : imo excommunicatio severissima olim erat in idololatras, homicidas, adulteros, relapsos etsi occulte, et in Clericos grave facinus occulte, admittentes. — *V.* Item propositio 47 damnata in celebri Bulla *Auctorem fidei.*

Inducit, aliunde, adnotationes quæ sequuntur :

« Quoad censuram, quæ ipso facto incurritur, notamus : — 1. etsi censura latæ sententiæ illico suum sortiatur effectum; aliquando tamen, si agitur de magna re, Pontifex eam incursam esse declarat, ac quasi de novo infligit. Quod tamen non est de necessitate ; sed fit, ut sic magis terreantur homines et a malo arceantur, vel etiam ut omnis tergiversatio de medio tollatur. Sic Pius VII excommunicavit Principatus Romani usurpatores ; et tamen certum erat, ab istis excommunicationem fuisse incursam, utpote latam jam in Bulla *Cœnæ* et in Tridentino.

« 2. Qui facto ex omni parte jam consummato, cui censura latæ sententiæ adnexa est, subscribunt vel illud approbant ac laudant simpliciter, non ideo censuram et ipsi incurrunt ; excipe nisi ipse superior etiam simplices adprobatores includat [1]. Sed illa solummodo ii ligantur, qui efficaciter ad factum illud concurrerunt, sive opus jam materialiter consummatum proprio voto legaliter, ut ita dicam, ratihabendo ; sive illud nondum consummatum laudando, adprobando ; item pecunias vel nomen dando ad hoc, ut locum habeat, esto quod parvam pecuniæ quantitatem conferant, ansam tamen tribuunt, ideoque etiam efficaciter concurrunt vel ad illud efficaciter ponendum, vel ad illud efficaciter exequendum. Non est tamen dubitandum quod in omni casu omnes laudatores ac subscriptores peccent, cum opus malum adprobent : et si forte primitus valeant excusari putantes id sibi exemplo aliorum licere, cessat tamen hæc bona eorum fides, statim ac Ecclesia per suos Prælatos loquitur. Neque tunc amplius excusantur, sed eorum peccatum ex materiali in faciem Ecclesiæ fit formale, si admissum publice non corrigant. Sane actum esset de magisterio Ecclesiæ decentis, si quis tuto se egisse contendat, quia dictamen suæ conscientiæ secutus fuit : hoc est spiritum privatum velle sequi ; hoc est Protestantium placita adoptare.

[1] Ita Pius PP. IX Encyl. 26 jul. 1855 excommunicavit usurpatores bonorum ecclesiasticorum, nec tantum qui legem proposuerunt et probarunt, sed etiam illorum *fautores, consultores, adhærentes.* Quæsitum fuit an sub hoc nomine veniant etiam illi qui dictam legem adprobarunt vel adprobant verbis, et S. Pœnitentiaria 1 sept. 1855 respondit, *affirmative*, facta relatione Pontifici et juxta ejus mentem.

« Quinam veniunt nomine *adhærentis, consulentis, consentientis, adprobantis, cooperantis*, et similium, quos plerumque Pontifices una cum principali agente censura reservata percutiunt, hanc regulam tradit Bonacina agendo de censura lata contra invadentes et occupantes terras, civitates, loca aut jura Ecclesiæ romanæ, vel jurisdictionem in illis usurpantes, aut vexantes : duplicis generis actiones distinguit; aliæ nempe sunt *principales*, aliæ *minus principales* et *accessoriæ;* illæ primæ sunt octo : 1. per se vel per alium directe vel indirecte sub quocumque titulo et colore vel in totum vel in partem cum præsumptione invadere terras, loca aut jura ad Rom. Ecclesiam pertinentia, ipsique mediate vel immediate subjecta; 2. destruere; 3. occupare, hoc est rapere aut usurpare; 4. detinere, hoc est rem injuste occupatam non restituere ; 5. de facto usurpare supremam jurisdictionem Romanæ Ecclesiæ; 6. præfatam jurisdictionem de facto perturbare ; 7. eamdem retinere; 8. eamdem vexare. Nullum est dubium, quin actiones istæ dicantur sub lata censura cadere.

« Actiones *minus principales* et *accessoriæ* sunt quinque : 1. adhærere delinquentibus; 2. favere; 3. auxiliari; 4. consulere; 5. defendere. Porro actio minus principalis et accessoria *per se* non sufficit ad incurrendam censuram, nisi actio aliqua principalis sequatur (adde, vel nisi aliud declaret superior). Sic, v. g., qui equos, arma, milites, victualia, opes, pecunias, aut res alias voluntarie præbet; aut consulit, suadet, hortatur; aut transitum per sua loca concedit ad faciendam aliquam actionem principaliter prohibitam, afficitur excommunicatione, quasi isti non solum adhærentes, verum etiam sequaces et factores vocantur. (In ejus *Summa*, de censuris Bullæ *Cœnæ*).

« Aliquando etiam *bruta* dicuntur excommunicari vel anathematizari, ad significandum videlicet quamdam adjurationem pro ipsorum interitu et expulsione; non autem in sensu genuino et proprio.

« Imo etiam *mortui* excommunicari dicuntur, sed improprie : hoc intelligitur vel de quadam execrationis specie; vel de excommunicationis declaratione, quam ante mortem incurrerint; vel tandem de excommunicatione indirecta, qua nempe Ecclesia prohibet, ne orationes pro iis effundantur, aut alia iidem præstentur externa ac publica christianæ charitatis officia. » (T. II. n. 152 ad 153.)

8. — « 2. Sententiæ ferendæ est, saltem ut plurimum. 1. Si verba sint futuri temporis, v. g. excommunicabitur, suspendetur. » (*Ita Cont. Tourn. l. c. et Conc. p.* 415. *n.* 5.) « 2. Si dicatur, excommunicetur, suspendatur, volumus excommunicari. (*Ita Spor. p.* 116. *num.* 6. *sed vide hic in fin.*) Si verba sint minatoria, v. g. sub pœna excommunicationis, sub interminatione anathematis, etc. nisi tamen ex adjunctis aliud colligatur. » (*Ita etiam Salm. ibid. n.* 18. *et* 19. *cum Fill. Avila, etc. Conc. p.* 415. *n.* 5. *et Cont. Tourn. ibid. Item si dicatur* : Volumus excommunicari, suspendi, *Ronc. p.* 50. *q.* 2. *Si autem dicatur* : Excommunicatus sit, *Bonac. Hurt. etc. cum Salm. de cens. c.* 1. *p.* 2. *n.* 19. *tenent excommunicationem esse latæ sententiæ, sed Sanch. Laym. ibid. etc. volunt esse ferendæ. Utraque est probabilis. Si dicitur :* Anathema sit, *Sanch. et Dic. ap. Croix l.* 7. *n.* 9. *dicunt esse ferendæ (contra Suar. et Cont. Tourn. ubi supra.) nisi fiat contra hæresim. Quod autem ait Bus. si dicatur :* excommunicetur, suspendatur, etc. *intelligi ferendæ sententiæ, hoc explicandum est, si præceptum excommunicandi, suspendendi, etc. alteri (puta Episcopo) imponatur. At si absolute modo imperativo profertur, censura dicenda est latæ sententiæ, ut pro certo asserit Bonac. de cens. d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 7. *et communiter docent Sylv. Ang. Arm. Suar Vasq. Avila, et Dic. ap. Croix lib.* 7. *n.* 9.)

DUBIUM III.

Qui possint ferre censuram, et in quos?

27 Qu. V. An censura lata generaliter, liget alienigenas?
28 Quomodo quis ligari possit pluribus censuris?

9. — « Resp. 1. Censuram ferre po» test omnis, ac solus superior ecclesias» ticus, habens in foro externo, seu » contentioso jurisdictionem, sive ordi» nariam, sive delegatam. » (*Est de Fide contra novatores, quod Ecclesia potestatem habet ferendi censuras, quibus suos subditos bonis spiritualibus privet, ex Conc. Const. sess.* 8. *et ex bullis Martini V. et Leonis X.*)

10. — « Porro ordinariam, quæ est ra» tione officii, vel alterius juris, potest» que delegari clerico clericatus privile» gio gaudenti, ut *Bon. d.* 1. *q.* 1. *p.* 2. » *Laym. l.* 1. *t.* 5. *par.* 1. *c.* 3. *n.* 1. *ex* » *c. Cum ecclesiasticorum, S. Th. etc.*, do» cent, habet I. Papa respectu totius Ec» clesiæ. II. Patriarchæ, Archiepiscopi. » (*Respectu tantum subditorum suæ diœcesis, non vero aliarum suffraganearum, nisi tempore visitationis, aut nisi causa sit per appellationem ad ipsos devoluta; Pal. d.* 1. *p.* 4. *n.* 2. *Conink d.* 13. *dub.* 4. *n.* 31. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 4. *num.* 29. *in fin. ex c. Venerabilibus, de sent. excom. in* 6. « Episcopi » (*Dummodo sint confirmati, esto non consecrati, quia per confirmationem jam accipiunt jurisdictionem; Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 2. *art.* 2. *v. Dico I. et Salm. d. n.* 29. *ex c. Transmissam de Elect.*), « eorumque vicarii generales » (*Hoc tamen negant Sayr Ugolin. et alii ap. Croix l.* 7. *n.* 24; *sed verius affirmant cum Bus. Fagnan. in c. Quoniam, de offic. del. n.* 15. *Bon. q.* 1. *p.* 2. *n.* 5. *Cont. Tourn. l. c.; item Suar. Sanch. Gutt. Garc. et plures ap. Croix l. c. Quia hoc pertinet ad ordinariam potestatem vicarii, qui cum Episcopo unum facit tribunal, ut ex c. Romana, de appell. in* 6. *et c.* 2. *de consuetud. in* 6.) « III. Generales, Provin» ciales, et superiores locales religionum, » (*Uti etiam Priores, guardiani, rectores, ut Suar. d.* 2. *sect.* 2. *n.* 9. *Bonac. q.* 1. *p.* 2. *n.* 5. *Pal. p.* 4. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 31. *ex c. Cum in Ecclesiis, de major. et obed.*) « respectu suorum subditorum. IV. Con» gregationes religionum, concilia pro» vincialia Episcoporum, capitula pro» vincialia quorumdam religiosorum, » (*Ac capitulum Ecclesiæ cathedralis Sede vacante, seu vicarius capitularis pro eo, Salm. ibid. n.* 32. *ex c. Cum olim, de major. etc.* « Et denique V. quidam alii ex » concessione, ut multi archidiaconi, » archipresbyteri et decani. » (*Adde, quo censuras ferre possint omnes, qui per com munem errorem cum titulo præsumpto tan quam superiores habentur, ex l. Barbarius ff. de off. præt. et ex c. Infamis* 3. *q.* 7 *Vide Salm. ibid. n.* 38.)

11. — « Delegatam habent, quibus e » committitur ab ordinariam habente » cujus morte expirat : » *Nisi causa delegato jam sit incœpta etiam per sola citationem, ex c. Gradum, de offic. deleg* « nec delegatus potest alteri delegare » nisi habeat specialem hujus commis» sionem, ut si sit delegatus Papæ. (*Ex c.* 3. *de Offic. deleg. propter privile gium quod habent delegati a Pontifice.*)

Unde resolves :

« 1. Non possunt potestate ordinari » ferre censuram 1. Parochi » (*Ut com muniter Cont. Tourn. loc. cit. cum D. Thom D. Bonav. etc. et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 4 *n.* 33. *cum Suar. Soto, etc. cum potesta eis concessa ex jure communi, sit abroga per consuetudinem.*) « 2. Laici : quia no » sunt capaces jurisdictionis ecclesia» ticæ : uti et religiosi professi non ha» bentes primam tonsuram. 3. Fœmina » licet sint priorissæ, vel abbatissæ, qu » non sunt capaces jurisdictionis, seu p» testatis clavium : quando vero in ju» dicuntur posse subjectos sibi cleric» suspendere ab officio, vel beneficio, su» pensio non accipitur proprie pro cen» sura, cujus violator irregularitate » incurrit, sed late, et improprie p» præcepto, quo abbatissa clerico si » quodammodo subjecto, prohibet cel» brationem, donec satisfecerit, subtr» hens ei reditus interea. *Vide Bon. l.* » *Laym. l. c. t.* 5. *p.* 1. *c.* 3. *n.* 3.

12. — Hic sedulo notandum, quod aliquis possit censuras ferre, sex cond tiones requiruntur.

Requiritur I. Ut sit vir, saltem loquen de potestate ordinaria. An autem Pa ex plenitudine potestatis possit commi tere mulieri facultatem ferendi censura Probabilius negant *Salm. ibid. p.* 5. *n.* 4 *cum S. Th. Con. Sot. etc. contra Cro l.* 7. *n.* 19. *cum Palud. Leand. etc.* Rati quia potestas hæc data est apostolis, eorum successoribus quibus traditæ su claves Ecclesiæ; potestas autem claviu nullo modo mulieribus tradi potest. R quir. II. Ut sit baptizatus, quia qui n est in Ecclesia, non est capax ecclesia ticæ jurisdictionis; ita verius *Suar. Ca did. et Salm. ibid. n.* 51. *contra Ugol*

etc. Requir. III. Ut sit saltem prima tonsura insignitus, alias nequit jurisdictionem spiritualem habere, cum non sit in ordine ecclesiastico adhuc constitutus. Ita *Salm. ibid. n.* 52. *et* 53. *cum S. Th. ex c. Quæ in Ecclesiarum, de const.* ubi laicis spiritualia tractare prohibetur. Et ideo laïcus nequit in vicarium ab Episcopo eligi, ut *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 5. *n.* 52. *in fin. cum Covarr* Communiter tamen dicunt DD. quod ex commissione Pontificis posset laicus ferre censuras; quod enim censuras ferens debeat esse ecclesiasticus, est de jure positivo, in quo potest Papa dispensare; ita *Pal. p.* 4. *n.* 3. *Cont. Tourn. loc. cit. Bon. p.* 2. *num.* 3. *et* 6. *Salm. cit. num.* 52. *c. circa med. cum. Con. et Cand. ac Croix d. num.* 19. *cum comm.*

Requir. IV. Ut sit compos rationis : est commune. *Vide Salm. ibid. n.* 55. Imo debet habere intentionem ligandi eum, contra quem fert censuram, ex c. *Cum voluntate, de sent. exc.* Ex quo infertur 1. quod si Prælatus intendit aliquem eximere a generali sententia, ille non incurrit. Invertur 2. quod si Prælatus censuram ferat sine animo ligandi, censura non incurritur. Infertur 3. quod si quis excommunicatur ad instantiam partis, ille solum juxta intentionem partis manet ligatus; ita *Salm. dict. n.* 55. *in fin.*

Requir. V. Ut habeat jurisdictionem expeditam quoad usum : hinc Episcopus excommunicatus, suspensus, hæreticus, aut schismaticus nequit ferre censuras, ex c. *Exceptionem, de except.* Et ideo vicarius Episcopi excommunicati, aut suspensi, non potest ferre censuras, ex *c.* 1. *de Offic. vic in* 6. Occultus tamen hæreticus, aut excommunicatus valide, etsi illicite, fert censuras, ita communiter *Suar. d.* 14. *s.* 1. *n.* 8. *Sot. in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 2. *a.* 1. *Dian. p.* 5. *tr.* 9. *r* 50. *et Salm. ibid. n.* 58, *cum Sayr. Cornejo, et Leand.* Et ratio est, quia propter publicum bonum, nisi sit vitandus, Ecclesia illi conservat jurisdictionem, ut dicit *Sayr. in d. c. Ad evitanda.* Imo *Corn. Sayr. Bon. Dian. Avil. etc. apud Salm. ib.* tenent, etiam publice excommunicatum valide ferre censuras, si non sit nominatim denuntiatus, vel publicus clerici percussor, ex *Extrav. Mart. V Ad evitanda,* ubi sancitur excommunicatum toleratum in eis, quæ pertinent ad publicum officium, non esse vitandum, nec etiam ab illis qui id sciunt.

Requir. VI. Ut censuram ferens libere agat, non coacte, *ex c. Cum voluntate, de sent. exc.* An autem censura lata ex metu gravi sit valida? Negant *Corn. Sayr. et Ugol. apud Salm. de cens.* c. 1. *p.* 5. *n.* 59. ; verius tamen affirmant *Suar. d.* 2. *s.* 5. *n.* 6. *Bon. q.* 1. *p.* 12. *n.* 1. *Pal. d.* 11. *p.* 5. *n.* 2. *Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 1. *v. Quæres. et Salm. ibid. n.* 60. *cum Con. et Vill.* Ratio, quia actus metu gravi factus de se est validus, nisi speciali jure positivo irretitur. Certum tamen est quod absolutio per metum extorta invalida est, ex c. *Verbum, de pœnit. Vide Salm. cit. n.* 59. et 60. Modo metus sit injuste incussus ; secus si juste, ut ait *Ronc. de cens.* c. 6. *q.* 6.

13. — « Resp. 2. In omnes et solos » subditos alicui superiori ecclesiastico » potest ferri censura, quia subjectio, et » jurisdictio sunt correlativa. *Laym. l.* » c. c. 3.

Unde resolves :

« 1. Non baptizati non incurrunt cen- » suras, licet sint catechumeni; nec » mortui, quia non subsunt jurisdictioni » Ecclesiæ. Nec refert, quod quandoque » mortui dicantur excommunicari : non » enim de novo ligantur, sed excommu- » nicatio prior tantum declaratur, ac vi- » vis prohibetur ne cum iis agant, orando » pro illis, sepeliendo, etc. Similiter di- » cuntur absolvi ab excommunicatione, » quando sepultura et orationes publicæ » pro illis permittuntur. *Laym. loc. cit.*

Ut igitur quis censura ligari possit, quinque requiruntur: I. Ut sit homo ; bruta enim improprie dicuntur anathematizari. II. Ut sit baptizatus. III. Ut sit rationis compos; nam pueri, et perpetuo amentes, sicut sunt incapaces culpæ, ita et censuræ. An autem ipsi ligari possint interdicto locali, ita ut sint excludendi a divinis officiis? negant *Suar. d.* 36. *sect.* 2. *n.* 7. *Cont. Tourn. de censur. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 1. *v. Nota* 3. *et Salm. ibid. p.* 13. *n.* 167. *cum Suar. Avil. Corn. (contra Sayr. et Cand.)*, quia incapaces sunt pœnæ. Illi vero, quia ad tempus tantum ratione carent, ut amentes ad tempus, ebrii, dormientes, hi ligantur censuris, si tempore quo erant rationis compotes, causam dederunt. *Salm. ib. cum Suar. Pal. Con. etc.*

14. — An vero impuberes doli capaces ligari possint censuris? Resp. Si censura feratur per modum præcepti, omnes

DD. affirmant, si tamen per modum sententiæ, negant *Sayr. Vill.* etc., quia impuberes difficulter tueri se possunt in judicio. Sed adhuc affirmant probabiliter *Pal. d. 1. p. 6. n. 2. Suar. d. 5. sect. 1. n. 19. Croix n. 42. Bon. p. 4. n. 9. Cont. Tourn. de censur. part. 1. cap. 3. art. 3. in init. Holzm. n. 192. et Salm. de cens. c. 1. p. 13. n. 168. cum Con.*, quia, si non per se, saltem per alium se defendere valent. Advertendum tamen, quod censuræ generaliter latæ a jure, vel ab homine non incurrantur ab impuberibus, nisi hoc expressum sit in lege, ut expressum est de ingressu puerorum in Monialium monasteria in conc. Trid. *sess. c.* 25. *c.* 5. *de Reg.* ubi dicitur : *Cujuscumque ætatis sit.* Idemque est expressum de impuberibus clericorum percussoribus, ex *c. Pueris fin. de sent. exc.* Ita communiter *Leand. Sot. Azor, Sa, Sayr. etc. cum Salm. l. c. prope fin.* (*contra Dic. ap. Croix l. 7. n. 42.*). Hinc infert *Cœlestinus*, impuberes nec vi monitorii teneri ad revelandum.

15. IV. Ut sit subditus; qua de re Summus Pontifex nequit censura ligari, non quidem ab alio, quia superiorem non habet; neque a se, quia non tenetur præceptis suis vi coactiva, sed solum directiva. Excipe, si Papa sit hæreticus, quia concilium generale tunc potest eum cogere per censuras ; ex *can. Si Papa, d.* 40. Et ideo nec Episcopi ligantur censuris ab ipsis emanatis. *Salm. ibid. n.* 159. *et* 160. Si vero censuræ sint a jure, eas nec etiam incurrunt Episcopi, aut Cardinales (ut *Salm. cit. n.* 160.), nisi de ipsis expressa mentio fiat, ex *cap. Quia periculosum, de sent. exc. in* 6. Hoc tamen aiunt *Salm. ib. in fin. cum Pal. Suar. Bon. Sayr. et comm.* dumtaxat intelligi de suspensione, et interdicto, de quibus fit mentio *in d. c.*, non autem de excommunicatione, cui subjacent Episcopi, etiamsi in lege de iis nulla mentio fiat.

16. — Reges autem, et reginæ, quamvis subditi sint Episcopis in spiritualibus, jure tamen novo non possunt ligari censuris, nisi a Papa; et hoc ex privilegio, quod eis communiter ab AA. attribuitur, ut dicunt *Salm. de cens. c. 1. p. 13. n.* 160. *cum S. Anton. Pal. Corn. Avil. etc.*

Quoad auctoritatem principis vel reipublicæ civilis relative ad censuras Ecclesiæ adnotat Scavini :

« Marsilius Patavinus docuit, ad censuram inferendam requiri etiam civilis Principis vel Reipublicæ auctoritatem ; sed tanquam hæretica semper hæc ejus doctrina in Ecclesia Catholica habita est. Sane Christus non Principibus, non Reipublicæ civili, sed solis Apostolis, imprimis D. Petro hanc potestatem tradidit. Et ea semper tam Pontifices, quam Episcopi usi sunt absque ulla dependentia ab auctoritate civili. Adde Tridentinum solemniter ad rem hoc tulisse Decretum : *Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet;... cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat* (Sess. 25. c. III, de R.). *V.* Devoti, *Inst, Can.*, lib. IV. § 12, nota 4. — Muzzarelli, *Il buon uso della logica*, ecc. Opusc. 9 : *la Scomunica.* — Liber, *Comandi chi puo, obbedisca chi dee*, ecc., p. 177. — Bianchi, *Polizia della Chieza*, t. III,

« *Quid si alicubi regium placitum vigeat?* — R. Etiam iis in regionibus, ubi Romani Pontifices concesserunt, ut ipsorum decreta nonnisi post principis acceptationem seu visionem publicentur et obtineant, placitum hoc nullimode requiritur in rebus fidei ac morum. Harum enim rerum potestas est ipsi Ecclesiæ intrinseca et independens, cum ejus tantum sit docere, regere, tueri et pascere fideles salutaribus pascuis, a noxiis eos arcendo.

« Hinc mirum, quod alicubi nequiverit publicari dogmatica Bulla de immaculato Virginis conceptu, sine prævia gubernii adprobatione ac licentia. Hinc probrosum, ut tot difficultates perquirantur, emittantur quoad Pontificum Decreta, ubi pestilentissima quæque in lucem edi permittuntur quotidie cum tanta animarum ac civilis societatis pernicie; dum in Patrem adhibetur sævities, malis omnibus omnis conceditur licentia! — Cum porro censura respiciat rectam vivendi normam, sitque res spiritualis et ecclesiastica juxta ipsos etiam adversarios, et ejus comminatio dirigatur ad continendos fideles eorumque religiosos mores tuendos, certo certius, nullibi regio placito indiget, ut vim habeat suam ; et in hoc omnes consentire debent qui sunt firmo ac sano judicio præditi. Hoc adeo verum est, ut Napoleo I, ad vim excommunicationis in ipsum latam enervandam, illam irridebat quidem, at de necessitate placitationis nullum verbum fecit. Adde; quæ identidem infliguntur censuræ a Pontificibus, non tam novæ sunt, quam noviter prolatæ ac renovatæ ad majorem terrorem; cum jam aliunde vigeant, utpote insertæ in corpore juris Canonici, aut in Tridentino ab omnibus utique generatim recepto : uti est, v. g., censura lata in usurpatores bonorum Ecclesiæ, in laicos ecclesiasticorum carcerarios, percussores, quæsitores, punitores, etc. Ergo tanto minus *hoc placitum* requiritur ad monitoria quæ aliquando dictis censuris

præcedunt; sunt enim præambula ad illas: qui porro jus habet ad rem, jus etiam habet ad illius accessoria, et necessarias solemnitates. — *V.* Bouix, *De principiis* part. 2, sect. 2. — Ricardi, *Gemiti*, etc., *Convers.* IV. — *Civilta Cattolica*, vol. VIII, anno 1852, pag. 40: *L'Exequatur, per le dottrine.* — *Concordatum Austriacum*, art. 2.

« Tandem *Allocutio* Pii IX habita in Consistorio 3 nov. 1855 aperte tradit *falsam jam opinionem, perversam, funestissimam oppositam aperte divino Primatui et jam damnatam, quæ docet placitum Regium necessarium esse pro rebus spiritualibus et ecclesiasticis negotiis.*

« Dices : *Cum Ecclesia sit in Statu, nihil nisi dependenter ab ipso constituere potest, ne confusio inducatur ; ergo leges et maxime punitiones nullius roboris esse debent, neque tolerandæ sine Regis venia et probatione.* R. Cum Nardi. *Éléments de droit ecclesiastique*, II part., c. II. a. 1 : « L'État ne doit tolérer dans ses limites aucun pouvoir du gouvernement qui gravite dans sa sphère et ne dépende pas de lui. Ce n'est pas dire qu'il ait le droit d'absorber toute force et toute activité, mais celles seulement qui appartiennent à sa raison d'être... D'où nous tirons cette conclusion : l'État et l'Église ne sont point identifiés l'un à l'autre : ils coexistent, comme deux personnes morales, juridiques, libres, indépendantes, parfaites, destinées toutes deux à procurer le bonheur du genre humain, mais à des points de vue différents, et par des moyens différents aussi. » — Unde unaquæque potestas circa actus suos omnino libera est, et potest sicuti indicere præcepta, ita etiam transgressores punire. (*Vid. De la paix entre l'Église et les États*, par Clément-Auguste, bar. de Droste-Vichering, archevêque de Cologne. — *Vid.* etiam *Annali religiosi*, t. XIII, pag. 207. — *Civ. Catt.* serie 2, vol. VI : *L'autorita sociale*, etc.

(T. II. n. 155 ad 158)

17. — An autem Episcopus possit ferre censuras in peregrinos ad cavenda crimina? Affirmant aliqui apud *Croix l.* 7. *n.* 32., quia ratione delicti ipsi jam fiunt subditi; sed negant probabilius *Lug. ib. et alii* quos retulimus *de Sacr. Pœnit. l.* 6 (V). *n.* 591. *v. Incurret.* Notandum tamen, quod licet Episcopus probabilius non possit censuram ferre in peregrinum ante monitionem, potest tamen postquam ille deliquerit in loco, et Episcopus eum citaverit juxta dicenda *n.* 26.

18. — Requir. V Ut sit persona determinata, hoc tamen intellige quoad excommunicationem tantum. Quare, licet posset suspendi, aut interdici aliqua civitas, aut collegium, non potest tamen illud excommunicari, ut communiter docent S. *Th.* 3. *p. q.* 22. *art.* 5. *ad* 2. *Pal. Bonac. Henr. etc. cum Salm. ibid. n.* 169. Imo nec ferri potest excommunicatio in aliquem incertum ex communitate, qui scil. tale crimen patraverit : quo casu censura est etiam nulla, ut notant *Ronc. p.* 76. *qu.* 1. *v. Sententiæ, et Salm. l. c. cum Cand.* Hoc tamen currit, si excommunicatio feratur per modum sententiæ; nam si feratur per modum statuti, aut præcepti, in quo aliquid præcipiatur sub excommunicatione, tunc nulli dubium, quin omnes transgressores eam incurrant. *Salm. cit. n.* 169. *prope fin.*

19. — Quæritur autem, an excommunicatio lata in communitatem per modum sententiæ sit non solum illicita, sed etiam invalida? Resp. Si censura feratur in aliquos tantum transgressores ex communitate, certe est nulla, ut omnes dicunt; si vero, facto examine, omnes illius communitatis nocentes reperientur, tunc valide ac etiam licite potest communitas illa excommunicari a Papa; ab illis tamen Prælatis illicite excommunicaretur, cum sit vetitum in *c. Romana, de sent. excom. in* 6; sed non invalide, ut dicunt *Av. Henr. Led. etc. cum Salm. ibid. n.* 171. Hinc, ut etiam licite Episcopus aliquam communitatem excommunicet, debet singulos culpatos nominatim excommunicare. *Salm. ib. in fin.*

« 2. Advenæ et peregrini, brevi tem- » pore alicubi commorantes non ligantur » censuris locorum, generali sententia, » aut statuto decretis : quia non sunt » subditi. *Laym. l. c. n.* 5.

« 3. Etsi subditi extra suam diœcesim, » vel in loco diœcesis exempto delin- » quentes contra legem sui Episcopi non » incurrant censuram; superior tamen, » saltem regularis, potest suos subditos, » ubicumque existant, per particularem » sententiam censuris innodare. *Laym.* » *l. c.*

« 4. Hæretici, apostatæ, et schismatici » possunt affici censuris, quia per bap- » tismum sunt subjecti Ecclesiæ. *Vide* » *Laym. l. c.*

« 5. Solus Papa non potest incurrere » censuram, quia nulli est subjectus. » *Bon. l. c.* »

20. — Communis est sententia, quod Prælati regulares possunt subditos suos censuris innodare, ubicumque isti existant; ita *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 8. *n.* 33. *Croix l.* 7. *n.* 28. *Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 3. *v. Hæc nostra. Salm. de cens. tr.* 10. *c.* 1. *p.* 9. *n.* 103

cum Avil. Cand. etc. Dubium vertitur quoad Episcopos : sed hic plures quæstiones occurrunt.

21. — Quær. 1. An Episcopus extra propriam diœcesim existens possit contra subditos censuras ferre? Exceptis aliquibus casibus ut infra, resp. negative ex *c. Episcopi, caus.* 9. *qu.* 2. *et ex Clem. Quamvis, de foro comp.* Ratio, quia nemo potest in alieno territorio jurisdictionem contentiosam exercere; ita *Pal. dist.* 1. *p.* 5. *n.* 3. *Conc. p.* 421. *n.* 8. *Cont. Tourn. loc. cit. v. Quæres* 3. *et Salm. ibid. n.* 104. *cum Con. Av. Corn. etc.* Casus excepti sunt : I. Si contumacia sit tam manifesta, ut non indigeat cognitione causæ, ex *c. Manifesta, caus.* 2. *q.* 1. II. Si causa sit jam cognita in proprio territorio. III. Si censura feratur non per modum sententiæ, sed per modum præcepti, aut statuti ad futura crimina cavenda. IV. Si Episcopus sit injuste expulsus a sua diœcesi, quo casu potest in locis vicinioribus suam jurisdictionem exercere, petita, licet non obtenta, licentia ab Ordinario loci, ut ex *cit. Clem. Quamvis.* V. Si Ordinarius illius loci consentit, ex *c. Nullus, caus.* 9. *q.* 2. Tunc tamen requiritur etiam consensus partium, quia nemo invitus trahi potest extra suum territorium; ita *Bon. p.* 11. *n.* 3. *Pal. p.* 5. *n.* 3. *Conc. et Cont. Tourn. ll. cc. ac Salm. de cens. c.* 1. *p.* 9. *n.* 105 *cum Avil. Cand. et Corn.* Notant autem *Salm. ibid. in fin. cum Cand.*, bene posse Episcopum extra diœcesim existentem sine strepitu judicii absolvere a censuris, non vero judicialiter.

22. — Quær. II. An Episcopus existens in sua diœcesi possit ligare censuris subditum in aliena existentem, sed pro crimine in propria comisso? Negant *Basil. et Gabr. et alii, vide Croix l.* 7. *n.* 46.; sed affirmandum cum communi et vera sententia, quia alias talis delinquens a nullo puniri posset; ita *Bon. p.* 11. *n.* 13. *Conc. t.* 10. *p.* 421. *n.* 9. *Cont. Tourn. l. c. v. Quæres. et Salm. ibid. n.* 107. *cum Corn. Dian. et Cand.* Et licet citatio rei non possit fieri extra territorium, sufficit tamen ad censuram incurrendam, ut reus in propria domo, vel in loco publico proprii territorii citetur; ita *Salm. ibid. n.* 108. Et hoc currit, etiamsi subditus delinqnat extra diœcesim, si agatur de re quæ in illa fit; prout si excommunicentur clerici omnes qui ad Synodum non accedunt, etc. Ita *Suar. d.* 5. *sect.* 4. *n.* 8. *Bon. l. c. n.* 7. *et Salm. ibid. n.* 109. *cum Avila, Corn. et Cand.* Probabilius tamen est, quod si crimen extra territorium consummetur, reus censuram non incurrit; ita *Suar. l. c. n.* 7. *Bon. n.* 10. *et Salm. ibid. n.* 111. *cum Corn. Dian. et Cand.* (*contra Vill. et Sayr.*) et probatur *ex cap.* 2. *de Constit. in* 6. Casus esset, ex gr. si sit lata censura contra stuprum committentes, eam non incurrit, qui virginem extrahit a proprio territorio, et extra illud stuprum consummat; secus, si quis vulneret aliquem in Ecclesia, qui alibi moriatur. *Salm. ib. in med.* Vel si vulneret in diœcesi, et ille moriatur extra, ut *Tourn* [1].

23. — Quær. III. Si Episcopus fert censuram in subditum suum per præceptum particulare, si delinquat (puta si furetur); utrum subditus delinquendo extra territorium, censuram incurrat?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Suar. d.* 5. *sect.* 5. *in fin. Spor. p.* 117 *n.* 12. *Croix lib.* 7 *n.* 43. *Laym. c.* 4 *n.* 8. *cum Abb. Sa, et Ugol. ac Bon. q.* 1 *p.* 9. *n.* 17. *cum Salas, et Fill.* Ratio quia statutum respicit territorium, et ideo extra illud neminem ligat; præceptum vero respicit personas, et ideo ligat etiam existentes extra territorium.

Secunda sententia negat, et hanc tenent *Holzm. t.* 1. *p.* 359. *n.* 103. *Contin Tourn. loc. supra cit. v. R.* 2. *Ronc. p.* 76 *qu.* 3. *r.* 1. *cum Con. Hurt. et Ant. a Spir S. Avila*, item *Sayr. Henr. ap. Laym. l c.* Idque probat *ex c. Ut animarum* 2. *de const. in* 6. ubi sic dicitur : *Statuto Episcopi, quo in omnes qui furtum commiserint excommunicationis sententia promulgatur subditi ejus furtum extra ipsius diœcesin committentes minime ligari noscuntur cum extra territorium jus dicenti non paretur impune.* Ergo sicut statutum non ligat, non eo quod non afficiat personas sed quia non licet Episcopo jus dicere extra territorium, ita neque ligare potest præceptum. Utraque sententia est probabilis, sed prima videtur probabilior nam textui opposito respondetur, quod cum censura est lata per statutum, ideo Episcopus non potest jus dicere extra territorium, quia statutum immediate afficit locum ; ac propterea quando subditus delinquit extra territorium, non agit contra legem, quæ tantum locum afficit ; at cum præceptum particulare afficiat personam, et illi hæreat, quocumque discedat (ut fatetur ipse *Holzm.*) ideo subditus, cum extra territorium li

(1) Vide Ligori, *hom. apost.*, tr. XIX. n. 5)

getur præcepto, ligatur etiam censura. Certum autem est ex præfato textu, quod si Episcopus nullum subdito antea dederit præceptum sub pœna censuræ, nequeat eum censura punire, si delinquat in aliena diœcesi. Et item dicendum, si ille delinquat in loco exempto, quia in eo manet ac si esset in loco extra diœcesim, *ex c. Cum Episcopus, de officio ordin. in* 6. *et c. I. de privil. in* 6. *et Clementin. Archiepiscopo, eod. tit.*

24. — An autem Ecclesiæ et monasteria Regularium sint loca exempta? *Vide dicta l.* 1. *n.* 156. ubi diximus probabilem esse sententiam affirmativam cum *Bon. Sayr. Avila, Cand. ac Salm. de cens. c.* 1. *p.* 9. *n.* 114. quibus adde *Ronc. p.* 76. *q.* 1. *v. Sententia, et Croix l.* 7. *n.* 26., qui ait cum *Avila, Henr. Hurt. Delbene, etc.* quod si Episcopus prohibeat statuto generali aliquid, puta lusum alearum sub censura, eam non incurrit ludens in loco exempto.

25. — Notandum tamen hic, quod si agatur de damno alteri resarciendo, et fur ille in proprium territorium veniat, atque ibi conveniatur de furto extra commisso, bene potest illius Ordinarius eum cogere sub censura ad restituendum; ita *Suar. d.* 5. *sect.* 5. *n.* 5. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 9. *n.* 112. *cum Cand. Soto, Avila, et Corn.* Ratio, quia, si postea ille delinquit, debitam restitutionem negligendo, recte Episcopus ratione delicti eum excommunicat.

26. — Quær. IV. An Episcopus possit censuris ligare alienum subditum in sua diœcesi delinquentem? Affirma, quia quicumque delinquens sortitur forum illius loci, ubi delinquit, ex *c. fin. de foro comp.* Excipe 1. Si delinquens esset illius Episcopi superior, ut ejus Archiepiscopus, vel Patriarcha; secus, si Episcopus non esset illi suffraganeus; nam, licet par in parem juridictionem non habeat, ut notant *Salm. ibid. p.* 4. *n.* 40. *in fine cum Ugolin.*, ratione tamen delicti ille Archiepiscopus fit Espicopi subditus, ut dicunt *Salm. ibid. n.* 37. *cum Corn.* Ex qua ratione *Croix lib.* 7. *n.* 32. (*contra Salm. dict. n.* 37.) *cum Pign. et Giball.* afferente declarationem S. C. quod Episcopus etiam Archiepiscopum suum in diœcesi Episcopi delinquentem possit excommunicare. Regulares autem sunt simpliciter exempti a jurisdictione episcopali, ex c. *Ne aliqui, de priv. in* 6. *Vide Salm. ib. in fin.* Et in Religiosos exemptos, sive privilegiatos, ut Mendicantes, et Jesuitas (*vide infra n.* 241. *Dub.* 9.) nequit Episcopus ferre censuras, etiamsi procedat tamquam delegatus apostolicus, ut *Croix l.* 7. *n.* 30. *cum Pell. et aliis.* Excipe 2. Si reus, antequam ejus causa cognoscatur ab Ordinario loci, ab illius territorio exeat (ad differentiam delinquentis in sua patria, qui, etiamsi postea a proprio territorio discedat ante sententiam, et ante citationem, bene potest censura ligari a suo Ordinario, ut diximus supra *Qu. II.*). Secus, si delinquens in alieno territorio, antequam discedat, citatione præveniatur, tunc enim ratione judicii inchoati subjectus remanet Episcopo loci; ita *Conc. p.* 422. *n.* 11. *Ronc. p.* 77. *q.* 2. *cum Hurt. Laym. c.* 6. *n.* 7. *cum Abb. Henr. et Sayr. ac Con. Dian. Sylv. Avil. Corn. etc. cum Salm. de cens. c.* 1. *p.* 4. *n.* 36. *in fin. et p.* 7. *n.* 115.

27. — V. Quær. An censura alicubi lata, v. g. contra furantes in Ecclesia, vel contra non revelantes furtum, liget etiam alienigenas ibi existentes? Si censura sit lata per modum præcepti particularis, seu sententiæ in casu particulari, nempe si sit lata excommunicatio contra non revelantes fures, hæc non ligat alienigenas, quia præceptum particulare non potest non subditos adstringere. Ita comm. *Suar. Con. Dian. Sylv. Sayr. etc. cum Salm. ibid. n.* 117. *ex c. A. nobis* 28. *de sent. exc.* Si autem censura sit lata per modum statuti generalis pro delictis futuris, puta contra furantes in Ecclesia, tunc ligat etiam alienigenas in illo loco existentes, si ibi sint animo commorandi per majorem partem anni : secus, si transeunter ibi commorentur. Ita *Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 18. *n.* 6. *et* 16. *et Salm. ibid. n.* 116. *cum Suar. Bon. Sylvio, Sayr. etc.* Hæc sententia probabilior mihi est, sed non puto improbabile, quod tam in primo, quam in secundo casu peregrini ligentur censura, etiamsi alicubi sint per breve tempus ; quia satis probabile est, quod peregrini fiant subditi, si, adhuc per breve tempus, in aliquo loco morentur, juxta sententiam relatam *l.* 3 (IV). *n.* 332.

28. — Notand. hic. I. quod semel innodatus una censura potest et alias plures incurrere, etiam ejusdem rationis. Ita *comm. DD. cum S. Th.* 3. *p. qu.* 22. *art.* 5. *ad* 2. *et Salm. ibid. p.* 14. *n.* 173. *ex Clem.* 2. *de sent. exc.* Notandum II. quod propter idem delictum potest quis multipliciter ligari a diversis, scil. a jure et ab homine, a Papa et Episcopo ; ita

ut ab utroque absolvi debeat. Ita probabilius *Suar. d.* 5. *Sect.* 2. *n.* 13. *Pal. p* 6. *n.* 5. *Bon. p.* 5. *n.* 13. *et Salm. ibid. n.* 176. *cum Fill. Corn. etc. contra aliquos.* Hoc tamen intelligendum, si secundus superior intendat vere novam pœnam imponere; alias regulariter secunda censura habetur ut innovatio, seu publicatio primæ; *Bon. n.* 11. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 14. *n.* 177. *cum Bon. Cand. Sayr. et Corn.* Notandum III. quod is qui per unicum actum duo peccata committeret specie diversa, quorum utrique censura est imposita, tunc duas censuras incurreret, prout si quis occideret clericum in loco, ubi quodvis homicidium sit vetitum sub censura; secus, si peccatum non haberet malitias plures specie diversas. Ita *Suar. sect.* 3. *n.* 13. *Bon. n.* 8. *et Salm. ibid. n.* 178. *cum Corn. Diana, et Cand.* Notandum IV. quod, si quis reiterat idem crimen moraliter distinctum a primo, cui imposita est censura, toties censuram incurrit; secus, si moraliter actus non interrumpitur. Hinc unam censuram incurrit, qui pluries successive clericum percutit; qui eodem actu duos homines extrahit ac Ecclesia, ita etiam, dicunt *Salm. ibid. n.* 179. *et n.* 180. *cum Lugo Rodr. etc.* Sacerdos excommunicatus, qui eodem tempore plures confessiones excipit; quia, sicut si sacerdos ille una absolutione plures absolvit, unam irregularitatem incurrit; sic etiam, si plures absolvit successive; tunc enim una actio moralis reputatur; (sed verius dicendum oppositum juxta dicta *de pecc. l.* 5 (II). *n.* 50. *Qu.* 6.). Idem, si quis uno verbo blasphemaret 12 apostolos, vel eodem impetu plures Sanctos; *Salm. ibid. n.* 183. *cum aliis*, et hoc probabile est juxta *cit. lib.* 2. *de pecc. n.* 47. Quid, si quis plures clericos eodem actu vulneraret, an plures excommunicationes incurreret? Negant *Suar. d.* 5. *sect.* 3. *n.* 8. *Bon. p.* 5. *n.* 7., et probabile putant *Con. Cand. Diana apud Salm. ibid. n.* 184., quia sicut unum peccatum iste committeret, sic unam incurreret excommunicationem. Et idem censet *Leand. ib.* si læsio plurium accideret in eadem rixa et impetu. Sed nos oppositum sequimur cum *Salm. ibid. n* 185. qui citant *Corn. Machad. etc.*, quia probabilius est (ut diximus eodem *l.* 5 (II). *n.* 46.) quod qui uno ictu plures homines occidit, plura peccata committat.

DUBIUM IV.

Ob quam causam possit ferri censura?

29 Ob quale peccatum incurrantur censuræ?
30 An ob veniale incurratur levis suspensio, vel interdictum?
31 An aliæ censuræ ob veniale sint nullæ? Et qui ex hoc inferatur.
32 An in dubio de gravitate materiæ incurratur censura?
33 An præceptum sub censura obliget sub gravi?
34 An ad incurrendam censuram actus debeat esse externus?
35 An possit imponi censura contra Officium recitantes distracte?
36 An actus peccati debeat esse consummatus? An censura contra homicidam incurratur etiam a mandante etc.?
37 An censura contra mandantem, etc. incurratur etiam effectu non secuto?
38 Observa distinctionem.
39 Utrum incurratur in dubio, an mandatum influxerit?
40 Quid, si dans consilium pro occisione illud revocet ante executionem?
41 An requiratur culpa propria?
42 Quid excuset a censura incurrenda?
43 An ad incurrendam censuram requiratur scire crimen vetitum esse etiam ab Ecclesia?
44 An hoc valeat etiam pro suspensione, et interdicto?
45 An detur ignorantia excusans a censura, quin excuset a mortali?
46 An metus gravis excuset a censura
47 Quando excuset ignorantia etiam crassa?
48 An excuset ignorantia affectata?
49 An incurratur censura ob peccatum mere præteritum? An Episcopi possint ferre censuras pro delictis futuris?
50 Censura est invalida I. Ob defectum ferentis.
51 II. Si præteritur ordo judicii.
52 An in omnibus censuris requiratur monitio rei
53 An censura sine monitione sit nulla?
54 Et quando sit nulla ob peccatum mere præteritum
55 An requiratur monitio, si censura sit a jure ferendæ sententiæ?
56 An monitio debeat esse trina cum debito intervallo Et an debeat esse fieri ab ipso judice?
57 Quid si censura sit contra plures generaliter?
58 An censura sine trina monitione sit invalida?
59 Quid notandum quoad sententiam censuræ?
60 Quæ solemnitates in ea sint servandæ?
61 Quando autem istæ solemnitates non requirantur
62 An incurratur censura lata disjunctive, v. g. Si *excommunicatus, vel suspensus*?
63 An possit ferri censura sub conditione?
64 An, transacto termino, incurratur censura si creditor proroget?
65 Vide alia notanda circa ordinem ferendi censuras?
66 III. Censura est invalida ob defectum justæ causæ.
67 Quomodo quis se gerere debeat in dubio, an incurrerit censuram?
68 An in dubio censura judicanda sit justa? Et si reus teneatur parere judici jubenti aliquid sub censura si putet probabiliter se ad id non teneri?

29. — « Resp. Ob solum peccatum » externum, censuræ proportionatum » et conjunctum cum contumacia. E » quidem in interdicto locali potest esse » alienum, v. g. Prælati, vel communitatis, non tamen hominis privati, alia » requiritur proprium. *Bon. p.* 3.

Unde resolves :

« 1. Non possunt censurari infantes, » vel amentes, quia non peccant. *Bon.* » *d.* 1. *q.* 1. *p.* 4. *Laym.* c. 4. *n.* 3. *ex* » *S. Th. Suar. etc.*

30. — « 2. Etsi ob peccatum veniale » interdum ferri possit levis suspensio, » vel leve interdictum : » (*Nempe suspensio, aut interdictum ad breve tempus, et privans aliquo tantum usu; secus, si sint ad omnem usum, vel ad longum tempus, tunc etiam habentur ut censuræ majores. Ita Suar. d.* 4. *sect.* 4. *n.* 2. *Pal. d.* 1. *p.* 3. *n.* 2. *Bon. p.* 3. *n.* 6. *Con. d.* 13. *n.* 67. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 10. *n.* 124. *cum Avil. et Cand. Ideo suspensio ad longum tempus lata ob culpam levem censetur invalida, ut ait etiam Viva, vide infr. n.* 321.); « excommunicatio tamen major, » suspensio gravis, et interdictum per- » sonale speciale, quidquid sit de gene- » rali, non potest ferri, nisi ob culpam » mortalem , quia alioqui pœna non » esset proportionata culpæ. Imo, cum » sint pœnæ medicinales, non debent » infligi pro quovis mortali, sed quibus- » dam tantum, ne censuræ contemnan- » tur, ut monet *Trident.*

31. — Itaque invalida est censura gravis ob culpam tantum venialem imposita, ut communiter docent *Sanch. Dec. l.* 1. *c.* 4. *n.* 3. *Suar. d.* 4. *sect.* 4. *n.* 2. *Bon. p.* 3. *n.* 6. *Pal. p.* 7. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 126. *et* 127. Et colligitur ex c. *Nullus, caus.* 11. *q.* 3. atque ex *Trid. sess.* 25. *c.* 3. *de ref.* Ratio, quia de jure tam naturali, quam divino pœna debet esse culpæ proportionata. Ex quo infertur 1. quod non potest quis gravem censuram incurrere, nisi gravem culpam prius committat : et ideo qui excusatur a gravi culpa, etiam excusatur a censura gravi. Infertur 2. quod, si aliquid præcipiatur, quod, inspectis omnibus, leve est, nec præceptum obligabit ad mortale, nec censura incurretur ; ita *Suar. d.* 4. *s.* 6. *n.* 9. *Pal. l. c. et Salm. ibid. n.* 128. *cum Con. Soto, Corn. et Cand.* Dixi, *inspectis omnibus* : nam materia in se levis potest reddi gravis ex adjuncta circumstantia scandali, aut periculi, aut finis intenti, ac similium : et tunc juste imponitur præceptum ac censura, ita ut transgredientes graviter peccent, et censuram incurrant; uti incurritur excommunicatio ob levem clerici percussionem, quæ, licet in se sit levis materia, erit gravis respectu reverentiæ debitæ statui clericali. Sic pariter Præfatus potest imponere censuram gravem iis, qui non interveniunt publicæ processioni pro aliqua re gravi ordinatæ. Item clerici, qui contra præceptum comam nutriunt, et sic de aliis ; secus vero, si res sit de se levis, et in ordine ad finem intentum leviter conducat. Ita *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 10. *n.* 130. *et* 131. *cum AA. cit.*

32. — Quær. autem hic I. An in dubio de gravitate materiæ, obliget superioris præceptum, et censura incurratur ? Respondetur affirmative cum *Salm. ibid. n.* 132 *in fin. et Corn.* Ratio, quia in dubio possidet superioris potestas; quamvis, ut recte notant *Salm. ib. cum Diana*, prælati sedulo cavere debent, ne subditos censuris gravent ob materias non tam graves, quando eis non constat illas valde conducere ad bonum finem.

33. — Quær. II. An eo ipso quod præceptum fiat sub censura, obliget sub gravi? Intellige, quando res præcepta non est de se certe gravis nec certe levis, sed est talis, ut multum conducere possit ad finem intentum; et respondetur, quod si præceptum contineat censuram latæ sententiæ, tunc obligabit sub gravi, quia eo ipso quo superior censuram vult ipso facto incurri, vult etiam, ut suum præceptum obliget sub mortali, sine quo censura incurri non posset. Ita *Ronc. p.* 74. *q.* 1. *r.* 2. *Suar. d.* 4. *sect.* 9. *n.* 11. *Bon. p.* 6. *d.* 6. *n.* 8. *et Salm. ibid. n.* 134. *cum Soto, Castro, Avila, et Cornejo.* Si vero materia de se non sit gravis, et censura sit tantum ferendæ sententiæ, ita ut ad eam incurrendam requiratur monitio, ut dicemus hic infra *n.* 55. tunc transgrediens non peccabit graviter, nisi post monitionem, vel nisi in præcepto adsit clausula, *quod sine ulla monitione talis censura possit a prælato applicari* ; quia tunc ipsum præceptum habetur ut monitio. Ita *Ronc. loc. cit. et Sot. Avil. Sylv. Caj. etc. cum Salm. l. c. n.* 135.

34. — « 3. Actus peccati, ob quem » censura fertur, debet esse mortalis, » non tantum quoad actum internum, » sed etiam quoad substantiam operis » externi. Hinc non excommunicatur » leviter percutiens clericum, etsi inten- » tionem mortalem habuisset : uti nec » qui interius tantum est lapsus in hæ- » resim, quam exterius non significavit; » quia Ecclesia tantum judicat de ex- » ternis. *Bon. loc. cit.*

Invalida itaque est censura pro actu mere interno imposita : Ecclesia enim

non judicat de internis, ex *c. Consuluit* 2. *q.* 3. Ratio, quia, cum Ecclesiæ potestas resideat apud homines, non possunt hi legem ferre, nisi de externis, de quibus tantum possunt judicare. Ita *S. Th.* 1. 2. *q.* 91. *art.* 4. *et Con. Pal. Sayr. etc. comm. cum Salm. de cens. c.* 1. *p.* 11. *n.* 136. Hinc si quis percutiat mensam, aut dicat, *ita est*, intendens suam hæresim internam confirmare, non incurrit ideo censuram, quia talis actus, aut verbum non est de se aptum ad hæresim significandum; ita *Suar. d.* 4. *sect.* 2. *n.* 20. *Croix l.* 7. *n.* 48. *Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 2. *v. Ex his, cum Sayr. et Salm. ibid. n.* 142. *cum Turrian. Con. Castro, Diana, etc.* Item, si quis fornicetur, hæretica mente judicans fornicationes licere; *Salm. ibid. in fin.* Imo ad censuram incurrendam actus non solum debet esse externus, sed etiam graviter externus; et ideo non incurrit censuram, qui leviter percutit clericum, licet intenderit occidere. Ita cum *Bus. Suar. sect.* 3. *n.* 5. *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *Cont. Tourn. l. c. et Salm. ibid. n.* 143. *cum Sot. Sayr. Henr. Portel. etc.* Excipitur tamen, nisi actus interior præceptus, aut vetitus, necessario cum exteriori conjungatur, prout cum fulminatur censura contra scienter transgredientes. Sic etiam Ecclesia punit simoniam mentalem, non quidem illam, quæ tantum interne consummatur, et non probatur externe; quæ nequit puniri, ex *c. finali, de simon.* sed illam quæ ex pravo animo interiori producit largitionem pecuniæ, etc. *Salm. ibid. n.* 139.

35. — An autem incurrat censuram impositam contra officium non recitantes, aut Sacrum non audientes, qui omnino distracte recitat, aut audit? Negat *Croix l.* 7. *n.* 48. et satis probabiliter; sed probabilius affirmandum, juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 313. *v. Circa, et l.* 4 (VI). *n.* 177. in quibus locis tenuimus tam ad officium, quam ad missam audiendam probabilius requiri attentionem internam.

36. — « 4. Actus peccati in suo genere » debet esse perfectus, et consummatus, » nisi expresse aliud sonent verba legis; » quia pœnæ, et odia sunt restringenda. » (*Ita Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 2. *n.* 5. *Suar. d.* 4. *sect.* 3. *n.* 7. *Pal. p.* 8. *n.* 10. *Bon. p.* 3. *n.* 12. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 11. *n.* 144. *cum Con. Hurt. Avil. etc.*) « Hinc » excommunicationem homicidæ non incurrit favens, mandans, consulens, juvans, nec vulnerans lethaliter, nisi » mors sequatur.

37. — « Item, quando excommunicatur mandans, consulens, etc. vel ferens suffragium pro indigno, subintellige, efficaciter, seu effectu secuto: » quia sine eo mandatum, consilium, et » suffragium non est completum, et perfectum in genere homicidii, furti, etc. » Alii tamen attendendum esse putant, » utrum in mandantes, consulentes, etc. » principaliter, et per se feratur excommunicatio, an vero accessorie tantum: » et dicunt priore casu esse excommunicatos, etsi non sequatur effectus; » non item in posteriore. Quæ sententia » in praxi est tutior. *Bon. l. c.*

38. — Et juxta hanc sententiam dicunt *Salm. cit. n.* 144. *in fin. Croix l.* 7. *n.* 59. *et* 60. *cum aliis*, quod, si censura sit imposita contra mandantes, aut consilium dantes præcise ob mandatum, aut consilium, tunc incurritur etiam effectu non secuto; secus, si sit imposita, sed accessorie, nempe propter opus quod ex mandato, aut consilio causaretur. Qua de re sentiunt *Salm. l. c. p.* 12. *n.* 147. non incurrere excommunicationem mandantem percussionem clerici, sed percussio non accidat, quia tunc jam non influit in opus principaliter sub censura prohibitum. Sic pariter asserunt *Salm. dict. n.* 147 *et Croix l.* 7. *n.* 65. *Nav. Dian. etc.* excusari a censura, qui simplex mandatum, aut consilium dederit ei, qui jam erit determinatus ad opus exequendum.

39. — Quær. I. Utrum in dubio, an meum mandatum, aut consilium influxerit, censuram incurram? Negant *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 12. *n.* 147. *in med.*, quia pœna non incurritur, nisi constet de crimine, et de ejus effectu secuto; sed affirmat *Croix l.* 7 *n.* 66. *cum Sanch. Dic. etc.* Utraque est probabilis, juxta dicta *de rest. l.* 3 (IV). *n.* 562.

40. — Quær. II. An mandans, sive dans consilium pro occisione clerici incurrat censuram, si ante executionem consilium pro viribus revocetur? Affirmat *Conc. p.* 448. *n.* 14. *cum Nav. Con. et Bon.*, quia malum consilium præstitum semper pergit influere; sed communius et probabilius negant *Suar. d.* 44. *sect.* 3. *n.* 11. *et* 13. *Pal d.* 1. *p.* 7. *n.* 15. *Laym. l.* 5. *c.* 5. *n.* 7. *Viva qu.* 1. *a.* 4. *n.* 10. *et Salm. ibid. n.* 150. *cum Avil. Hurt. Tab. Dian. Giball., et aliis*, quia Ecclesia nequit ligare censuris, nisi contumaces.

Et idem probabiliter dicunt *Viva, et Pall. ll. cc. Salm. ibid. n.* 153. *cum Fill. Giball. et Tab. ac Croix l.* 7. *n.* 54. *cum Boss.* (*contra Con. Corn. Avila, etc. ap. Salm. l. c. n.* 152.) etiamsi revocatio consilii non potuerit innotesci executori, prout idem dicunt *Salm. dict. n.* 152., de eo qui dedit venenum clerico, et antequam incipiat operari, animum retractavit, et modo quo potuit procuravit effectum impedire : quia dum postea evenit læsio, ille non est contumax, unde non debet incurrere censuram, quæ est pœna medicinalis ad impedienda peccata. Idque videtur satis probabile, juxta dicenda *n.* 80., ubi probabilius est, quod præbens clerico venenum non incurrit censuram, nisi illud incipiat parere effectum, id est lædere. Et quod dictum est de consulente, idem affirmandum de mandante. Advertendum tamen 1. quod consulens, sive mandans in tali casu, etsi excusatur a censura, non ideo tamen excusetur a restitutione, ut *Salm. ibid. n.* 148. *in fine*, juxta probabiliorem sententiam relatam *l.* 3 (IV). *n.* 559. An autem consilium dans, aut mandans, vel qui dedit venenum, revocando consilium, aut mandatum, aut pœnitendo veneni dati, antequam mors sequatur, irregularitatem incurrat ? *Vide dicenda de irreg. n.* 370. Advertendum 2. quod, qui consilium præbuit, si executionem nequeat impedire, tenetur nihilominus ex justitia monere lædendum, ut sibi caveat, alias nec a censura excusatur, quia omittit modum quo ille possit vitare damnum, in quod jam suo consilio influxit ; *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 12. *n.* 158. *in fin.*, nam tenetur ex justitia avertere homicidium, unde si non avertit, illud ejus culpæ imputatur.

41. — Item hic notandum, quod non incurritur censura, prout excommunicatio, suspensio, interdictum personale, nisi ob culpam propriam, ut *Salm. ibid. p.* 10. *n.* 121. *cum Suar. Bon. Corn. etc. ex c. Si sententia, de sent. exc. in* 6. Secus autem, si fulminetur interdictum generale, quo ligantur etiam innocentes ; ita tamen, quod si hi mutent domicilium, et exeant ab oppido interdicto, aut collegio, non remanent interdicti, *ex c.* 2. *de Const.* Quod vero non currit pro specialiter interdictis, qui ubique interdicti sunt : ex c. 24. *Si habes*, *caus.* 24. *quæst.* 3.

42. — « 5. Quidquid excusat a peccato » mortali, excusat etiam a gravi censura, » v. g. materiæ parvitas, impotentia le» gem implendi, defectus advertentiæ, » et deliberationis, ignorantia invinci» bilis, sive ea sit facti, ut v g., si nes» cias, quem percutis, esse clericum, » sive juris, ut si scias esse clericum, » teque mortaliter peccare percutiendo, » nescias tamen percussionem illam sub » excommunicatione prohibitam esse. » Ratio est, quia talis non est contumax.

43. — Ut quis censuram incurrat, non solum debet scire crimen illud esse vetitum jure divino, sed etiam ecclesiastico, quia alioquin deest contumacia contra Ecclesiam, a qua puniri debet. *Ita comm. Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 9. *et* 24. *Viva de cens. qu.* 1. *art.* 3. *n.* 5. *et Salm. ibid. p.* 15. *n.* 192. *cum Suar Sot. etc. vide infra n.* 350. *Qu. II.* Imo scire debet, illud sub censura prohibitum esse, alias eam non incurrit; quia alias tunc deest adhuc contumacia, et contemptus censuræ. Ita pariter comm. docent DD. cum *Sanch. n.* 13. *Con. Henr. Dian. etc. cum Salm. ibid. n.* 193. *et Croix. l.* 7. *n.* 95. (*contra Avil. Cov. etc.*) Ideo excusat ignorantia invincibilis, non solum si sit antecedens, sed etiam si sit concomitans. Unde si quis occidit clericum ignorans esse clericum, non incurrit excommunicationem, quamvis, si scivisset, etiam occidisset, aut si factum scienter approbat. Quia nec ille pravus animus, nec ratihabitio (nisi occisio sit facta nomine suo, *vide n.* 267.) de facto influunt in illam clerici occisionem; secus vero esset, si diceret : *Volo hunc occidere, etiamsi sit clericus ;* nam, si vere clericum occidit, tunc excommunicationem non effugiet. Ita *Fill. Suar. Pal. Caj. etc. comm. cum Salm. c.* 1. *n.* 202. *Suar. d.* 4. *s.* 8. *n.* 9. *Bon. q.* 2. *p.* 1. *n.* 14. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 15. *n.* 202. *cum Caj. Montesin. Cand. Fill. Corn. etc. Vide dicenda n.* 275. *v.* Sic etiam.

44. — Quod autem dicitur de excommunicatione , idem dicendum putant *Salm. ibid. n.* 193. *in fin.* de suspensione et interdicto. Et idem probabiliter asserunt de irregularitate, quæ ob delictum incurritur, si delinquens nesciat invincibiliter illud esse jure ecclesiastico prohibitum, ex *cap. Cognoscentes, de const.* et *Proposuisti dist.* 82 , ubi excusatur depositione imposita in incontinentes, qui illam ignorans peccavit peccato incontinentiæ ; *vide Salm. ib. et vide infra n.* 350. *Qu. II.* An autem incurrat qui scit jus prohibens, sed non irregularitatem impositam? Adest duplex satis pro-

babilis sententia, *vide dicenda de irregul. n.* 351.

45. — Quær. I. An possit dari aliqua ignorantia vincibilis, quæ excuset a censura, licet non excuset a peccato gravi? Affirmant *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 31. *ac Pal. Dian. etc. ap. Salm. ibid. n.* 196., dicentes posse dari ignorantiam, quæ non sit crassa, seu supina, et tamen sit graviter culpabilis : nam ignorantia crassa involvit summam negligentiam; ergo (ut aiunt) ignorantia, quæ accidit ob magnam, sed non summam negligentiam, erit mortalis, sed non crassa, et ideo excusabit a censura, ut inferunt ex c. 2. *De condit. in* 6. ubi ignorantes excusantur a censura : *dum tamen ignorantia crassa non fuerit, aut supina.* Verumtamen merito contradicunt *Laym. c.* 20. *n.* 20. *Bon. p.* 1. *n.* 10. *Boss. de usu matr. c.* 5. *n.* 85. *cum Suar. et communi, ac Salm. ibid. n.* 197. *cum Vasq. Con. Corn. etc.*, qui asserunt prædictam sententiam vix esse practice probabilem, cum vix inveniri possit ignorantia graviter culpabilis, quæ non sit etiam crassa. Crassa etiam evenire potest, non solum quando nulla diligentia, sed etiam quando valde parva adhibetur.

46. — Quær. II. An metus gravis excuset a censura? Resp. Si res est vetita jure tantum ecclesiastico, certe excusat, quia præcepta humana non obligant cum incommodo gravi. *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 15. *n.* 203. Hinc notat *Croix. l.* 7. *n.* 102., quod, si præcipiatur detectio criminis sub censura, nemo tenetur prodere seipsum, vel complicem, vel alium, si crimen probari nequeat, vel si proditio ipsi grave damnum afferret. Imo gravis metus excusat ab incurrenda censura, etiamsi res alias jure divino sit prohibita; et ideo, qui ob gravem metum patraret homicidium vetitum sub censura, peccaret quidem, sed non incurreret censuram, quia non peccaret contra jus Ecclesiæ, contra cujus potestatem specialis injusta contumacia ad censuram requiritur, ita *Pal. d.* 1. *p.* 8. *n.* 9. *Suar. d* 4. *s.* 3. *n.* 14. *Bon. q.* 2. *p.* 3. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 204. *cum Con. Cand. Henr etc.* Nec obstat textus in *c Sacris de his, qui viæ, etc.* ubi dicitur metus, qui non excusat a mortali, nec etiam excusare a censura; nam respondent *DD. cit.* textum loqui, vel de metu levi, vel quando agitur in contemptum; *vide Salm. ib. n.* 206. Incurrit autem censuram, aut aliam pœnam, qui metu gravi cogitur aliquid agere in contemptu præcepti ecclesiastici, vel qui ob metu perpetrat malum gravissimum, v. g. Episcopum occideret, vel sine jurisd tione absolutionem sacramentalem pr beret; secus, si impeditus ob metu ministraret in Sacris, tunc enim non i curreret irregularitatem; ita *Bon. et P ll. c. et Salm. ibid. n.* 205. *cum Mac Con. Henr. et Corn.* Ratio, quia in dic primis casibus metus non excusat culpa, etiam contra præceptum eccl siasticum : secus in aliis.

47 — « Dixi *invincibilis*, quia ign » rantia culpabilis, et crassa non exc » sat, nisi addatur in lege certus modu » v. g. qui hoc fecerit, *scienter, consul* » vel *qui præsumpserit ausu temera* » *violare*; quæ verba utpote in re odios » accipienda sunt stricte; talis aute » non potest dici temere præsumere, n » ignorantia esset affectata, formale » dolum includens; *Escob. t.* 4. *c.* » *n.* 37. *Sanch. de matr. c.* 3. *l.* 9. *d.* 3 » *n.* 31.

48. — Quæstio est, an si censura imposita scienter peccantibus, excus ignorantia affectata?

Prima sententia communior negat, hanc tenent *Suar. d.* 4. *s.* 10. *n.* 3. *P de pecc. tr.* 2. *d.* 1. *p.* 18. *n.* 8. *Cont. Tour de cens. part.* 1. *cap.* 4. *v. Addit Suar Conc. c.* 19. *p.* 434. *num.* 6. *Viva de cen q.* 1. *ar.* 6. *n.* 7. *Auct. addit. ad. Sp p.* 122. *n.* 39. *Boss. de usu matr. c.* 5. 163. *cum S. Anton. Pont. Per. Fill. Sala Reg. etc.* Item *Avil. Henr. Led. Vill. e ap. Salm. de cens. c.* 1. *p.* 15. *n.* 198. Rati tum quia ignorantia affectata incluc dolum formalem ; tum quia talis ign rantia æquivalet scientiæ, ut probat ex c. *Eos qui, de temp. ord. in* 6. ubi *Eos qui clericos parochiæ alienæ absq superioris ordinandorum licentia sciente seu affectata ignorantia, vel quocumq alio figmento quæsito, præsumpserint o dinare, per annum a collatione ordinum a cernimus esse suspensos.* Et ibi Glos verb. *Affectata*, dicit : *Æquipollent er scientia, et affectata ignorantia..*

Secunda sententia vero affirmat, ear que tenent *Sanch. Dec. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 3 *Bon. d.* 2. *p.* 4. *n.* 9. *Ronc. p.* 78. *q.* 1. 2. *et Salm. ibid. n.* 199. *cum Sylv. Ta Hurt. Dian. Cœlest. Corn. Durand. et* Ratio, quia ignorantia affectata in rigo non est vera scientia, qualis requiritur pœnis impositis scienter peccantibu cum pœnæ stricte sint intelligendæ; lic

autem talis ignorantia includat dolum virtualem, non tamen formalem ; qui enim peccat scienter contra legem, vere contemmit eam ; qui vero peccat ex ignorantia affectata, etsi velit ignorare ut liberius peccet, tamen demonstrat aliquam reverentiam erga legem, dum quærit ipsam ignorare ex timore, quod si ipsam sciret, retraheretur a peccando. Ad textum autem oppositum responderi potest, quod ibi per specialem dispositionem legis suspenditur. Episcopus sic injuste ordinans, non solum si sciat, sed etiam si affectate suspensionem ignoret. Hanc secundam sententiam non audeo dicere improbabilem, sed primæ magis adhæreo saltem ut communiori. Recte autem *Sanch. n.* 41. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 15. *n.* 200. *cum Cov.* minime approbant sententiam *Panormitani* (quamvis probabilem eam putent S. *Anton. Sylv. Rodriq. etc.*) scilicet quod si quis cum ignorantia crassa, et etiam affectata clericum occidit, excusatur a censura canonis, cum ibi dicatur : *Si quis suadente diablo, etc.*, nam respondetur, quod hæc verba non importent scientiam formalem censuræ, sed tantum peccati.

Notandum hic cum *Viva de cens. q.* 1. *art.* 1. *n.* 5. *cum Fill.*, quod, ut incurratur censura pro foro interno, requiritur contumacia vera, pro foro autem externo, sufficit præsumpta.

49. — « 6. Non incurritur censura » ob peccatum soli naturali, vel divino » juri repugnans, sed requiritur præcep» tum Ecclesiæ, quod contumaciter vio» letur. Item nec ob peccatum mere » præteritum potest censura infligi ab » homine, nisi aliquo modo pendeat » in futurum, ratione scandali, vel res» tutionis non factæ, vel perseverantiæ in » peccato post monitionem, quia abest » contumacia. » (*Ita S. Th. Suar. Con.* » *Pal. et Salm. ibid. p.* 10. *n.* 120. *comm.*) « Nec refert quod quis ob peccatum præ» teritum, vel etiam sine peccato (modo » justa causa subsit) possit ad tempus » arceri ab aliorum consortio, altari, » communione, etc. ut subinde fit in re» ligionibus , et injure etiam vocatur » excommunicatio, vel suspensio, sed » late, quia non est censura proprie dic» ta, cujus violatio inducat irregularita» tem, sed simplex tantum pœna. *Fill.* » *t.* 11. *c.* 6. *n.* 186.

« 7. Non incurrit censuram, qui le» gem transgreditur ex gravi metu, licet » quandoque non excusetur a gravi culpa » quia non censetur contumax. *Laym* » *l.* 1. *t.* 5. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 9. *Bon. d.* 1. *q.* » 2. *p.* 3. *n.* 2. *ex Suar. Con. etc.*

Dubitatur, an Episcopus possit per » sententiam ferre censuram pro crimine futuro ? Negat *Cont. Tour. de censur. part.* 1. *cap.* 1. *v. Censura ab homine;* et probat ex c. *Romana, de sent. excom. in* 6. ubi dicitur : *Caveant prælati, ne tales sententias excommunicationis, sive specialiter, sive generaliter, in aliquos pro culpis futuris, videlicet si quid tale fecerint, proferre præsumant, nisi culpa seu offensa præcesserit ;* sed affirmant *Laym. de cens. c.* 2. *n.* 2. *cum Abb. Cov. et Ug. Spor. ac Viva q.* 1. *art.* 1. *n.* 5. *cum Suar. et Con.* Et hoc est valde probabile, quando adest justa causa; atque hic est usus communiter receptus in Ecclesia. Respondent autem præfati AA. ad textum oppositum, illud intelligi quando sine causa fertur hujusmodi censura.

50. — « Censura invalida est ex triplici » capite.

« Primo ob defectum ferentis, si scili» cet careat jurisdictione, vel eam habeat » impeditam per censuram, vel suspen» sam per legitiman appellationem, de » qua vide *Laym.*

51. — « Secundo, si substantialis ordo » judicii prætereatur, ut si reus non ci» tetur, nec moneatur sub comminatione » censuræ. Ratio quia non est contu» max, qui ante non fuit monitus de » præcepto, et pœna annexa. Quod ta» men intellige de censura ab homine » lata per sententiam particularem : » quia quæ fertur a jure, vel per senten» tiam generalem, vel etiam specialem, » respectu tamen actus futuri, non eget » alia monitione ; cum lex, aut senten» tia ipsa satis monet. Idem est de senten» tia non illativa censuræ, sed declaratoria » tantum : qui absque alia monitione » declarari potest censura incursa, quan» do crimen, cui est annexa, commissum » esse evidenter constat. Porro, ut censu» ra sit licita, requiritur primo, ut dic» ta monitio sit canonica, id est, trina » juxta canones, etsi aliquando ex justa » causa sufficit una tribus æquivalens, v. » g. moneo te semel pro tribus vicibus. » 2° Ut ex scripto recitetur. 3° Ut causa » censuræ exprimatur. 4° Ut reo petenti » exemplum scripturæ intra mensem » tradatur, alioquin judex ipse suspendi» tur a divinis officiis. *Fill. t.* 11. *c.* 4. »

52. Prænotandum est hic quod non in

omnibus censuris requiritur monitio rei; nam in excommunicatione, quia ibi omnino requiritur rei contumacia, requiritur etiam monitio; in suspensione autem, et interdicto particulari (secus generali), quia hæ censuræ feruntur aliquando per modum non censuræ, sed puræ pœnæ ad punitionem peccati præteriti, ideo non semper monitio requiritur, ex *c. Tam litteris* 33. *de testib. c. Cum in cunctis* 7. *de elect. c. Sacro* 48. *de sent. exc. et c.* 1. *eod tit. in* 6. ita *Pal. d.* 1. *p.* 5. *n.* 5. *Bonac. q.* 1. *p.* 9. *n.* 8. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 7. *n.* 80. *cum Con. Gibal. et Dian.*

53. — Sed quær. I. An censura sine monitione prolata sit valida? Quin monitio sit necessaria de necessitate præcepti, nemo dubitat ex *c. Reprehensibilis, de appell. etc. Vide Salm. ibid. n.* 82. Et hic notandum, quod monitio debeat specialiter fieri de censura, cujus fit comminatio, ut *Suar. d.* 3. *sect.* 11. *n.* 7. *et Salm. ibid. n.* 83. *cum Sot. Con. Suar. etc. comm.* Utrum autem monitio sit necessaria de essentia, adest duplex sententia probabilis.

Prima sententia, quam tenent *Suar. d.* 3. *sect.* 8. *n.* 8. *Bon. q.* 1. *p.* 9. *n.* 4. *v. Secundo*, item *Cajet. Dian. etc. apud Salm. ibid. n.* 85. (qui putant probabilem) dicit Ecclesiam, sive Papam ex plenitudine potestatis posse censuras ferre, nulla præmissa monitione. Et probant ex *c. Duo sunt, d.* 96. ubi *Innocentius* excommunicavit *Arcadium* ob delictum præteritum. Et *c. Tanta, d.* 86. ubi S. *Gregorius* excommunicavit quosdam sine monitione ob crimen jam factum.

Secunda sententia vero communior et probabilior, quam tenent *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 13. *et* 21. *Anacl. p.* 488. *q.* 2. *n.* 19. *Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 4. *sect.* 1. *v. Dico* 1. *et Salm. ibid. n.* 84. *cum Soto, Con. Avil. Corn. Giball. etc.* docet omnino præmittendam esse monitionem canonicam, nisi censura sit jam lata a jure. Probatur ex *c. Statuimus* 3. *de sent. excomm.* ubi dicitur quod canonica monitio necessario præmittenda est, *aliter excommunicatio prolata non teneat.* Et idem dicitur in *c. Constitutionem* 9. *eod. tit.* Præterea probatur ex *Matth.* 18. ubi : *Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus.* Ergo Ecclesia non habet facultatem ferendi censuras, nisi contra contumaces qui nolunt Ecclesiam audire; censura enim est pœna medicinalis, quæ tantum in eum fulminanda est, qui ob suam contumaciam aliter sanari non potest; nullus autem contumax dici potest, nisi prius de pœna infligenda fuerit admonitus. Nec obstant textus oppositi : nam ad *c. Duo sunt*, respondent *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 7. *n.* 85, quod *Arcadius* ibi excommunicatus fuerit, quia *Chrysostomum* injuste prius ejectum noluit revocare. Ad textum autem in *c. Tanta*, respondetur non esse ibi proprie sermonem de excommunicatione, sed tantum de privatione Eucharistiæ. Dixi autem, nisi censura sit a jure jam inflicta latæ sententiæ, quia tunc ipsa lex monet; excipitur tamen 1. suspensio lata contra Religiosos usurpantes decimas, vel prohibentes, aut non permittentes eas solvi, ex *Clem.* 1. *de Dec.* Excip. 2. excommunicatio lata in Religiosos impedientes visitationem Episcopi; ex *Clement. un.* § *fin. de statu monachor.*; in utroque enim casu in præfatis textibus requiritur monitio.

54. — Stando autem in jure communi, procul dubio invalida est censura lata ob peccatum mere præteritum, nisi habeat tractum successivum in futurum, ut docent *Anacl. p.* 448. *n.* 17. *Conc. p.* 422. *n.* 1. *et Salm. ibid. p.* 10. *n.* 120. *ex c. Ex parte, de sign. verb.* Nulla enim esset censura lata ob blasphemiam, vel furtum mere præteritum. Quando ergo excommunicatur aliquis ob furtum, excommunicatur ratione contumaciæ, vel quia fur sciebat furtum esse ab Ecclesia vetitum sub censura, vel quia monitus sub pœna censuræ, renuit restituere; ita *Viva de cens. q.* 1. *art.* 4. *n.* 5. (*Vide dicta n.* 33. *in fin.*) Tunc enim incurritur censura sine alia sententia declaratoria, ad differentiam aliarum pœnarum Ecclesiasticarum, ut sunt privatio officii, inhabilitas ad officia, etc. quæ semper sententia saltem declaratoria indigent : *Croix l.* 7. *n.* 77. *cum Less. Barb. Pell. etc. comm.*

55. — Quær. II. An requiratur monitio, si censura sit comminata a jure ferendæ sententiæ. Si censura sit comminata ab homine, certum est non requiri monitionem, quia per illud præceptum jam etiam habetur monitio ab ipso judice facta, ut *Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 24. *n.* 28. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 7 *n.* 90. Dubium ergo est, si sit a jure? Duæ sunt sententiæ.

Prima dicit omnino requiri monitionem, et hanc tenent *Pal. p.* 5. *n.* 7. *Suar.*

d. 3. *sect.* 10. *n.* 19. *Laym. c.* 5. *n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 91. *cum Cajet. Corn. Diana, etc.*, quia (ut dicunt) cum sententia censuræ ferenda est ab homine, sicut censura lata a jure petit monitionem a jure, sic ferenda ab homine petit monitionem ab homine.

Secunda sententia tamen probabilior dicit non requiri monitionem, eamque tenent *Bus.* ut sup. *n.* 51. *Bon. q.* 1. *p.* 9. *n.* 4. *Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 24. *n.* 28. item *Fill. Abb. et Avila apud Pal. n.* 6. qui probabilem putat. Ratio, quia ad hanc censuram jam habetur utrumque, monitio, et contumacia : monitio quæ facta est ab ipsa lege, tam eum monet lex infligens censuram latæ sententiæ, quam ferendæ : et contumacia, quia ille jam monitus noluit obtemperare. Nec obstat ratio opposita, quia tunc Superior cum teneat locum primi legislatoris, sicut posset legislator, sic etiam ipse superior potest censuram exequi. Bene tamen advertunt *Suar. d.* 3. *sect.* 14. *n.* 6. *Tolet. l.* 1. *c.* 45. *n.* 3. *et etBon. d. n.* 4. *v. Quarto, et p.* 13. *num.* 6. *cum Nav. Fill. Felin. etc.* quod eo casu requiritur citatio rei ad censuram declarandam, cum bene fieri possit quod reus probabilem sui facti excusationem afferat; nisi forte, excipit *Bon. eod. n.* 4., crimen sit adeo notorium, ut evidenter constet nullam reo competere defensionem.

56. — Notand. autem I. quod monitio canonica proprie est trina, sed etiam canonica est, si fiat una pro tribus (adhuc sine causa), dummodo pro ista una æquivalens tempus designetur, nempe sex dies (nam pro unaquaque monitione requiritur spatium saltem duorum dierum, ut dicunt *Suar. d.* 3. *sect.* 9. *n.* 3. *et Salm. ibid. p.* 8. *n.* 93. et colligitur ex *c. Constitutionem, de sent. exc. in* 6.) ; et dummodo terminus sex dierum assignetur ut peremptorius, et ultimus, alias reus contumax non constitueretur. Ita *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 8. *n.* 93. *Bon. quæst.* 1. *p.* 9. *n.* 5. Sufficit tamen, si dicatur : *Mandamus, ut infra sex dies restituat, alias excommunicatur ipso facto*; quia tunc virtualiter terminus peremptorie assignatur : *Suarez d.* 3. *sect.* 12. *n.* 7. *Pal. p.* 5. *n* 8. *et. Salm. dict. n.* 93. *in fin.* Notandum II. quod ex justa causa tria illa intervalla redigi possunt ad unum diem, vel brevius tempus, modo tria spatia assignentur ; ut *Bonac. p.* 9. *n.* 7. *Suar. d.* 3. *sect.* 9. *n.* 3. *et Salm. ib. n.* 94. *cum Con. et Gibal.* Et aliquando, si periculum sit in mora, ut si clericus ad mortem ducatur, vel si agatur de reprimenda violentia, et turbatione jurisdictionis, sufficit tunc una monitio sine illis competentibus tribus spatiis, modo terminus designetur, ut *Salm. ib. cum Corn. et Croix l.* 7. *n.* 73. Notandum III. quod monitio debet fieri ab ipso judice, vel ab alio ejus nomine. Et si censura imponitur in commodum partis, ad illius instantiam citatio fieri debet ; ita *Suar. d.* 1. *sect.* 11. *n.* 1. *Bon. n.* 4. *et Salm. ibid. n.* 95. *cum aliis.* Debet etiam monitio fieri in scriptis, nisi judex procedat ex officio, prout tenetur aliquando ob bonum commune, ex *c. Venerabilibus*, §. *Porro, de sent. exc. in* 6. Quia tunc sufficit, si monitio fiat oretenus, ita tamen, ut probari possit in foro. Ita *Salm. cit. n.* 95. *in fin. cum Giball. et Corn. ex c. Sacro, de sent. excomm.*

57. — Notand. IV. quod, si censura ferenda sit contra plures generaliter, sufficit, ut fiat monitio in Ecclesia coram populo ; si vero ponatur interdictum contra communitatem, sufficit, ut moneantur ii ob quorum culpam fertur : ita *Suar. d.* 3. *sect.* 8. *n.* 2. *Bon. p.* 9. *n.* 11. *et Salm. ibid. n*, 96. *cum Giball. etc.* Si autem fulminetur censura contra particularem personam, tunc ipsa specialiter monenda est. Excipe tamen tres casus sequentes, in quibus sufficit fieri monitio in ejus domo, vel si domum non habeat, in Ecclesia, vel loco publico. Casus I. est quando reus absconditur, aut fraude impedit monitionem, ut *Salmant. de censur. c.* 1. *p.* 8. *n.* 96. *cum Avil. ex c. final. De dolo, et contum.* Dolus autem debet constare testibus, aut manifestis indiciis ; *Con. n.* 9. *et Cornejo cum Salm. ibid.* Casus II. quando reus est semel personaliter citatus ; tunc enim aliæ citationes fieri possunt domi, aut in Ecclesia, aut tribunali ; *Salm. cit. n.* 96. *cum Bon. ex decis. Rotæ Rom.* Casus III. est quando probari potest citatio domi facta jam ad notitiam rei pervenisse ; tunc enim reliquæ citationes etiam domi fieri possunt : *Suar. Bon. Corn. etc. cum Salm. l. cit.* et colligitur ex *Clem.* 3. *de elect.*

58. — Notand. V. quod licet de necessitate præcepti trina monitio sit necessaria, alias judex lethaliter peccabit (nisi urgentissima causa, ut supra, excusaret), uti apud omnes est certum ; sine tamen illa trina monitione minime

equidem censura erit invalida, cum *in c. Romana, de sent. excom. in* 6. censuræ sine monitione debita inflictæ vocentur injustæ, sed non invalidæ : imo in *c. Sacro, de sent. excom.* dicuntur justæ, intellige, eo quod saltem non sint contra justitiam commutativam, aut distributivam, quamvis sint contra legalem ; ita *Pal. p.* 5. *n.* 7. *Bon. p.* 9. *n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 97. *cum Con. Gibal. Corn. et Diana.* Excipiuntur tamen duo casus, in quibus, nisi præcedat trina monitio, vel una pro tribus, ut supra, invalida est censura : I. Quando judex excommunicat aliquem (vel suspendit, aut interdicit) communicantem cum excommunicato a se, ex *c. Statuimus*, et *c. Statutum*, *de sent. excom. in* 6. II. Quando constat, delegatum non aliter accepisse facultatem ferendi censuras, quam trina monitione præcedente. *Salm. ib. n.* 98.

59. — Hæc quoad monitionem censuræ. Quoad autem censuræ sententiam, notandum I. quod ad censuram incurrendam non sufficit simplex voluntas superioris, sed requiritur, ut sensibiliter ipse eam manifestet scripto aut verbis, ut est certum *ap. Salm. ibid. p.* 6. *num.* 61. aut etiam alio externo signo, ut communiter *Suar. d.* 3. *sect.* 2. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 65. *cum Corn. Villat. Candid. etc. contra aliquos.* Notandum II. quod, licet pro censuris valide ferendis non sint necessaria verba, aut signa determinata, oportet tamen, ut sufficienter determinetur persona, crimen, et censura ; *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 6. *n.* 66. *ex D. Th. in* 4. *d,* 27. *q.* 1. *art.* 2. Et idem dicitur de censuræ absolutione; *Salm. ib. in fine cum Cand. Cord. et Gibal.*

60. — Notand. III. quod ad censuras licite ferendas, observandæ sunt solemnitates assignatæ ab *Innoc.* IV. in *c. Cum medicinalis* 1. *de sentent. excom. in* 6. ubi sic habetur : *Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, et causam excommunicationis expresse conscribat... Exemplum vero hujusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere infra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litteras testimoniales confici, sigillo authentico consignatas.* Postea additur : *Si quis autem judicium hujusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu Ecclesiæ, et divinis officiis noverit se suspensum.* Et ibidem : *Et hæc eadem in suspensionis et interdictis sententiis volumus observari.* Ratio Pontificis hæc omnia præscribendi fuit, ne festinanter, et temere, et imprudenter censuræ fulminentur. Ultra autem has pœnas ipso facto incurrendas, alias assignat Pontifex a superioribus inferendas, nempe 1. Ut reus protinus a censura absolvatur. 2. Ut, si judex in eo mense, in quo suspenditur ab officiis, et ingressu Ecclesiæ, illis se ingesserit, tunc irregularitem incurrat. 3. Ut idem judex teneatur solvere expensas omnes, et insuper arbitrio superioris alias pœnas subire. Ex quo infertur, quod licet censura sine præfatis solemnitatibus sit valida, ut verius tenent *Pal. d.* 1. *p.* 5. *n.* 10. *Salm. ibid. n.* 73. *cum Avila, Leand. Gibal. Candido, etc. contra Ripa, et Sayr.* dum ex ipso *c. cit.* præcipitur ut judex censuram relaxet, ergo valida censetur; attamen judex procul dubio graviter peccabit, si aliquam ex dictis solemnitatibus omittet, nempe si non ferat censuram in scriptis; si causam non assignet: si exemplum postulanti non concedat : ita *Bonac. p.* 8. *n.* 1. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 2. *n.* 72. *cum Sayr. Gibal. etc.*

61. — Advertendum tamen I. quod hoc currit, quando censura fertur per modum sententiæ, cognita causa, cum citatione, ut patet ex verbis in *cit. c. Cum medicinalis, Si quis judicum, etc.* Secus, si censura fertur a jure, vel etiam ab homine, sed per modum legis generalis, sive præcepti particularis, v. g. alicui, ne aliquid agat : tunc enim tales solemnitates non requiruntur. Ita *Salm. ibid. num.* 74. *cum Gibal. Sayr. et Cor.* Advertendum II. quod in scriptura debet exprimi causa censuræ, non in genere, sed in specie; et insuper scriptura debet esse authentica; ita ut sit sigillo obsignata, et subscripta a judice, vel alio ejus nomine : aut saltem, quæ idoneis testibus probari possit; *Salm. ibid. n.* 75. *cum Gib. Corn. etc.* Advertendum III. quod, si judex sit Episcopus, sufficit si proferat censuræ sententiam per alium; si vero sit Episcopo inferior, debet per seipsum proferre, vel saltem, per notarium, aut alium ministrum; *Salm. ibid. n.* 76. *cum Villal. Corn. Mach. etc.* Advert. IV. non incurrere pœnas, qui dictas solemnitates omitteret ex causa urgenti, quæ moram non pateretur, cum in textu dicatur : *Si quis temerarius, etc.* Ex quo infertur quod non solum non incurrit pœnas Episcopus, etiamsi culpabiliter solemnitates omittat, dum

n pœnis suspensionis et interdicti debet specialis mentio fieri de Episcopis, ut ex c. *Quia periculosum, de sent. excom. in* 6. Unde, dum in *cit. c. Medicinalis*, inter alias pœnas indicitur suspensio, apparet quod sanctio illa, sicut non respicit Episcopos quoad suspensionem, neque quoad alias pœnas; ita *Pal. tr.* 29. *d.* 1. *part.* 5. *n.* 9. *et Salm. ibid. n.* 77. *cum Cand. et Mac.*; sed nec etiam quivis alius ex ignorantia culpabili omittens, quia temeritas veram scientiam requirit; juxta dicta *l.* 1. *n.* 174. Advertendum V. quod pœnæ incurruntur, etiamsi censura non habeat effectum, puta, si judex jurisdictionem habeat impeditam, vel si reus solvet aut appellet. Quia a Pontifice non punitur prolatio injustæ censuræ, sed prolatio sine solemnitatibus præscriptis. Ita *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 6. *n.* 79. *cum Gibal. Felin. etc. contra aliquos.*

62. — Sed dubitatur hic 1. An incurratur censura lata sub distinctione, v. g. si dicatur : *Maneat excommunicatus, aut suspensus?* Adsunt duæ sententiæ, ambæ probabiles. Negant *Sylv. Nav. Henr. etc.*, quia ad censuram incurrendam requiritur, ut ipsa in specie individue determinetur; affirmant autem *Suar. d.* 3. *sect.* 2. *n.* 12. *Bon. part.* 7. *n.* 4. *et Cand. Corn. cum Salm. ibid. n.* 63. *et* 64. quia vi illius propositionis copulativæ tantum optio datur reo eligendi censuram, qua malit ligari; si autem nullam eligat, dicunt *Bon.* et *Cand.* utramque incurrere ; sed melius tenent *Salm.* cum *Suar.* quod, si unam frangat, alteram eligere censeatur.

63. — Dubit. 2. An possit ferri censura sub conditione? Potest sine dubio ex *c. Præterea* 2. *de appel.* Sed censura postea non incurritur nisi conditione impleta. Quare non incurritur, si ante impletionem appelletur, ex *eod. c.* 2. *vide Salm. ibid. n.* 68. (Advertendo, quod appellatio ante sententiam censuræ eam suspendit; secus si fiat post sententiam, *Croix. l.* 7. *n.* 109.), vel si creditor, pendente conditione, proroget terminum pro censura a judice assignatum. Quia sicut potest creditor debitum remittere, ita et terminum prorogare, ut docent *Pal. p.* 8. *n.* 5. *Salm. ibid. n.* 69. *cum. Nav. Sylv. et Corn. ac Cont. Tourn. tr. de censuris part.* 1. *cap.* 4 *quær.* 5. *r.* 2. *ex cap. Pastoralis de appel.*

64. — Sed hic dubit. 3. An transacto termino prorogato a creditore, judice inconsulto, si debitor non solvat, censura incurratur. Negant *Ugol. Henr. Sayr. Nav. ap. Salm. ibid. n.* 70. quia suspendere et prorogare censuram est actus jurisdictionis, quam non habet creditor. Sed probabilius affirmant *Suar. d.* 3. *sect.* 2. *n.* 11. *Pal. p.* 8. *n.* 6. *Cont. Tourn. loc. cit. quær.* 4. *v. Cæterum, et Salm. l. c. in fin. cum Cov. Corn. et Leand.* Ratio, quia ille terminus non assignatur ad finiendam obligationem, sed ne solutio ultra prorogetur sine creditoris consensu ; quare transacto termino a creditore prorogato, eadem censura manet, et incurritur.

65. — Incurrit etiam censuram qui, pendente conditione, mutat forum, quia adhuc primum forum retinet jurisdictionem. Ita *Ugol. et Con. ap Salm. de cens. c.* 1. *p.* 6. *n.* 68. Limitant tamen *ibid. in fin. Con. et Suar.*, nisi ex justa causa, et non in fraudem domicilium cum foro mutaretur.

Hinc deinde notand. I. quod censura ferri debet diebus non feriatis, quando ipsa per modum sententiæ profertur, ex *c. final. de feriis.* Si vero diebus feriatis feratur, erit illicita quidem, sed non invalida, ut *Palaus p.* 5. *n*, 13. *et Salmant. ibid. p.* 9. *n.* 100. *cum Sayr. et Corn.* Verum bene possunt ferri diebus feriatis censuræ, quando imponuntur per modum legis, aut præcepti ; et etiam illæ quæ feruntur per modum sententiæ, quando contumacia ita patet, ut cognitione causæ non egeat, ex c. *Evidentia, de accus.* Monitio autem censuræ frequenter fieri solet die non feriato, si causæ cognitio non præcedat ; secus, si præcedat. *Salm. ibid. in fin. cum DD. cit.* Notand. II. quod, si judex sciat censuratum esse absolutum pro foro interno, docent *Henr. Fill.* et *Dec. ap. Croix l.* 7. *num.* 80., non esse puniendum pro foro externo. Notand. III. quod, qui semel censuram incurrit, debet denuntiari, et publicari, ut sic citius resipiscat, ex c. *Pastoralis*, §. *fin. de appell.* et *Clem. fin. de cen.* Hæc autem , si lata fuit ab homine , sive per modum statuti, sive per modum sententiæ particularis, ab ipsomet debet denuntiari. Si vero lata fuerit a jure communi, denuntiatio debet fieri ab Ordinario loci, ubi censura incursa fuerit ex *Clement.* 1. *de privil.* Sed tunc ante denuntiationem præcedere debet citatio rei, facienda a superiore proprio, dato ei termino ad jus suum dicendum, alias denuntiatio erit nulla ex *Clem. Sæpe, de verb. sign.* Ita *Croix l.* 7 *n.* 76. *cum Nav.*

Cov. Pal. et aliis comm. apud Salm. ibid. n. 101. *et eod. tr. c.* 3. *p.* 2. *n.* 16. Si autem reus satisfactionem offerat, statim est absolvendum, *Salm. cum Suarez. cit. n.* 101. *in fin.*

66. — « Tertio, ob defectum justæ » causæ. Hæc autem deficere potest tri- » pliciter : 1. Si nec a parte rei, nec se- » cundum allegationes fori externi sub- » sistat. 2. Si a parte rei crimen subsis- » tat quidem, non tamen in ordine ad » judicium, quia reus de eo non confite- » tur, nec legitime de eo convincitur. 3. » Si a parte rei non subsistat crimen, » etsi juridice probetur, ideoque titulum » seu causam præsumptam habeat judex. » In quo casu, etsi sententia a parte rei » sit injusta, ideoque probabilius censu- » ra non liget in foro conscientiæ ; in » foro tamen externo servari debet pro- » pter scandalum. *Vide Laym p.* 1 *c.* 6. »

67. — In dubio an censura sit incursa, vel ne, in foro conscientiæ non tenemur nos gerere ut censuratos. Et hoc sive dubium sit facti, id est circa crimen, puta si dubitetur an percussio clerici, fuerit graviter injuriosa, ut docent *Sanch. Dec. l.* 1. *c.* 10. *n.* 42. *Bon. d.* 2. *q.* 1. *p.* 6. § 2. *num.* 49. *Holzm. de cens. c.* 4. *n.* 151. *Mazz. t.* 1. *p.* 63. *Pal. d.* 1. *p.* 8. *n.* 8. *Laym. c.* 5. §. 4. *n.* 38. *Ronc. de* 5. *præc. c.* 2. *q.* 6. *et Salm. de cens. c.* 1. *p.* 16. *n.* 209. *cum Cand. Tanner. et Diana contra Sayr. Azor, etc. apud Bon.*, sive dubium sit juris, id est circa sententiam, puta si dubitetur an censura fuerit latæ, an ferendæ sententiæ, vel an conditio apposita in sententia sit impleta vel non, ut *Sanch. Bon. Holzm. Ronc. ll. cc. et Salm. ibid. n.* 210. *cum Val. Cov. et Diana ex D. Th.* qui *Quod l.* 4. *art.* 14. docet, quod post determinationem judicis standum est ejus sententiæ, secus ante determinationem. Ratio pro dubio facti est, quia in dubio nemo est exspoliandus jure suo commmunicandi, quod possidet ; pro dubio autem juris ratio est, quia pœnæ sunt restringendæ, unde in dubio non incurruntur. Si vero post censuram incursam dubitetur de absolutione obtenta, vel de appellatione interposita et similibus, tunc omnino reus debet se habere ut censuratum, quia tunc possessio stat pro superiore, ut recte dicunt *Sanch. l. c. num.* 67. *et* 59. *Pal. l. c. et Salm. cit. n.* 210. *cum Cov.* Et idem dicendum *cum Sanch. n.* 60. *et Salm. ib. in fin.*, si dubium sit de potestate superioris, quando hic pacifice eam possidet.

68. — Dubit. 1. In dubio, an censura fuerit justa vel ne, an ut justa sit judicanda ? Negat *Dicast. ap. Croix l.* 7. *n.* 123., dicens superiorem esse quidem in possessione ferendi censuras justas, sed cum de justitia dubitatur, potius dicendum est possidere libertatem subditi. Et idem sentiunt *Vasq. Sancius, etc. ap. Viva de leg. q.* 1. *art.* 3. *n.* 4., loquendo de lege dubie justa, probabile putat *Tamb. Dec. l.* 1. *c.* 3. *verb. Subditus.* Sed verius affirmant *Salm. de legib. c.* 1. *p.* 2. *num.* 15. *in fin. Viva l c. Bonav. eod. tit. d.* 1. *q.* 1. *p.* 7. § 3. *n.* 11. *cum Vasq. Suar. et Salas : item Pal. et alii communiter cum Croix dict. n.* 123, quia in dubio possidet potestas judicis.

Dubit. 2. An, si reus habet opinionem probabilem pro se, teneatur parere judici aliquid præcipienti sub censura, puta solutionem pecuniæ ? Affirmandum etiam cum communi, sive dubium sit juris, sive facti, quia alias nunquam lites finirentur ; ita *Salm. de cens. c.* 3. *p.* 1. *n.* 6. *cum Soto, Dian. Vasq. et Avila.* Bene tamen advertunt *Salm. ib. in fin cum Avila*, quod in dubio facti id procedit durante dubio ; nam si postea censuratus fieret certus de sua innocentia, tunc non tenetur nec solvere, nec se gerere ut censuratum ; tunc enim sententia non potest obligare, cum nitatur præsumptione certe falsa. Sed si talis censuram in publico violaret, v. g. in Sacris ministrando, licet irregularitatem non incurreret, peccaret tamen ob scandalum ; et tunc in foro externo gerere se deberet ut irregularem, ita *Suar d.* 4. *sect.* 7. *num.* 11. *Pal. p.* 8. *n.* 15. *et* 16. *Croix l.* 7. *n.* 84. *et Salm. eod. tr. c.* 1. *p.* 16. *n.* 212. *cum Coninck.* Hoc tamen intelligendum, nisi publice constet censuras esse nullas ita ut omnio absit scandalum : *Salm. tr. cit. c.* 3. *p.* 1. *n.* 5. *cum Nav. Avila, etc.* ex *Clement. Pastoralis, de re judicata.* Præterea advertit *Cont. Tourn. cum D. Th.* ex *c. Pastoralis, de offic. et pot. jud. del.*, quod executor sententiæ, quæ sit justa secundum allegata et probata, tenetur eam executioni mandare, etiamsi ex privata scientia noverit esse injustam ; secus vero si sententia etiam secundum probata esset omnino injusta, ex *c. Super eo, de crim. falsi.*

DUBIUM V.

Qui possint absolvere a censuris?

69. — « Resp. 1. A censura lata per » sententiam particularem ordinarie is » tantum potest absolvere qui eam tulit, » vel ejus superior, vel successor, vel » delegatus. Ab ea quæ lata est a jure » communi, vel ab homine per sententiam generalem, si non sit reservata, » potest absolvere quivis, qui censuratum » potest absolvere a mortalibus : si vere » sit reservata, ordinarie et per se potest » tantum relaxari ab auctore legis, vel » ejus successore, vel delegato.

« Dixi 1. *ordinarie*, quia in articulo » mortis quivis sacerdos absolvere potest » a quavis censura.

« Dixi 2. *per se*, quia per accidens, et » ex privilegio possunt etiam alii. *Laym.* » *l.* 1. *t.* 5. *p.* 1. *c.* 7

70. — Universe loquendo, ad tollendas censuras ex parte absolventis requiruntur eædem conditiones, quæ requiruntur ad ferendas, juxta dicta *n.* 12.

Cæterum dicendum I. A censuris latis *a jure*, non reservatis certum est, Episcopum, vel proprium sacerdotem absolvere posse, ex c. *Nuper, de sent. excom.* Ubi, licet sermo sit de excommunicatione minori, idem tamen de omnibus aliis censuris communiter DD. intelligunt; ut *Pal. d.* 1. *p.* 11. § 5. *Roncaglia de censuris c.* 6. *quæst.* 3. *r.* 111. *Suarez d.* 7. *sect.* 3. *n.* 2. *et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 4. *n.* 42. *cum Henr. Ugol. Corn. et Gibal. commun.* Et idem concedunt capitulo, sede vacante, Prælatis religionum, et habentibus jurisdictionem quasi episcopalem. An autem ab hujusmodi censuris omnes confessarii possint absolvere? Negant S. *Antonin. Cov. Palud. etc. apud Salm. ibid. n.* 43. Quia, ut dicunt, sicut ad ferendas censuras, ita ad absolvendas requiritur jurisdictio in foro externo, qua carent simplices confessarii, et etiam parochi. Affirmandum est tamen cum communi sententia, quam tenet S. *Th. Suppl. q.* 24. *art.* 1. ubi ait : *Si excommunicatio sit major, aut est lata a judice, et sic ille qui tulit, vel ejus superior potest absolvere; vel est*

lata a jure, et tunc Episcopus, vel etiam sacerdos potest absolvere. Ita etiam *Cont. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 4. *art.* 1. *r.* 5. *Conc. p.* 441. *n.* 3. *Pal. l. c. Ronc. ut supra, Salm. de cens. c.* 2. *p.* 4. *n.* 44. *cum Soto, Vasq. Con. Avila, etc.* Ratio, quia, licet ex jure ordinario nec confessarii, nec parochi hanc facultatem habeant, habent tamen ex concessione speciali *Innoc.* III. qui in *d. c. Nuper* 29. sic inquit: *In secundo casu* (scil. quod excommunicatio non sit reservata) *a suo Episcopo, vel a proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtineri. Quamvis enim et tunc non juris, sed judicis sententia sit ligatus, quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.* Quoties igitur censura non reservatur a jure, ab ipso jure datur potestas absolvendi cuilibet confessario, ut intelligitur sub nomine *proprii sacerdotis*, prout probavimus *lib.* 6. *de Euch. n.* 564. Et hic advertendum 1. quod hæc absolutio valebit etiam pro foro externo, ut dicunt *Pal. n.* 4. *et Gibal. Ugol. apud Salm. l. c.* Advertunt 2. *Ronc. p.* 80. *q.* 3. *r* 3. *cum Con. Pal. d.* 2. *p.* 11. § 5. *n.* 3. *cum Suar. et Ugol. Sporer Suppl. p.* 124. *n.* 55. *cum Avila, et Salm. dict. n.* 44. *in fin. cum Con.*, quod hanc absolutionem parochi, et alii confessarii impertiri possunt tam intra, quam extra confessionem. Ratio, quia decreta Pontificum præcipue forum externum spectare solent, et cum favores principis ampliari debeant, non est cur tantum ad forum internum restringantur. Advertunt 3. *Salm. ibid. n.* 49. *cum D. Th. Pal. Sot. Vasq. ac aliis cit. n.* 45. *contra Candid.* quod confessarii possunt absolvere non solum ab excommunicatione, sed ab omnibus aliis censuris non reservatis, nempe a suspensione et interdicto personali, etsi absolutio earum non requiratur ad perceptionem sacramenti pœnitentiæ. Ratio, quia illa concessio, cum sit favorabilis, merito ampliatur ad omnes censuras.

71. — Certum est autem, et commune inter DD. omnes Episcopos et confessarios absolvere posse innodatos excommunicatione minori. *Vide Salm. de cens. c.* 3. *p.* 14. *n.* 164. Sed valde dubitatur, an simplex sacerdos possit absolvere ab excommunicatione minori? Affirmant *Salmant. ibid. n.* 166. *cum Navar. Arm. et Hurt.* ac probabile putant *Bon. q.* 3. *n.* 15, *et Viva q.* 2. *art.* 2 *n.* 5., quia (ut aiunt). cum sacerdos probabiliter possit absolvere a culpis venialibus, potest etiam a censuris eis annexis, juxta id quod dicit *D. Th. in* 4. *d.* 28. *q.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *A minori excommunicatione quilibet potest absolvere, qui potest absolvere a peccato participationis.* Sed omnino negandum cum *Suar. d.* 7. *sect.* 4. *n.* 17. *Pal. d.* 2 *p.* 21. *n.* 23. *et Soto, Cajet. Corn. et Led. ap. Salm. ibid. n.* 165., tum quia in *c. Nuper, de sent. excomm.* dicitur excommunicatio minor absolvenda esse vel ab Episcopo, *vel a proprio sacerdote,* qui sane intelligi nequit simplex sacerdos; tum quia juxta decretum *Innocentii* XI, relatum in *l.* 6 (v). *n.* 543. *v. Quær.* hodie vetitum est sacerdotibus simplicibus absolvere a venialibus. Hæc reddunt primam sententiam omnino improbabilem.

72. — Dicendum II. quoad censuras *ab homine* latas, quod, si censura feratur per modum sententiæ particularis contra determinatam personam, non potest illa absolvi, nisi ab ipso ferente, vel ab ejus superiore, vel ab ejus successore, aut delegato. Est certum et commune; *vide Croix l.* 7. *n.* 131. *et Salm. c.* 2. *p.* 4. *n.* 50. Quod si autem judex in foro externo testetur censuratum jam satisfecisse partibus, vel esse emendatum, tunc censetur vel ipse jam absolvere, vel cuilibet absolvendum remittere; *Salm. ib.* Et hic obiter notandum I. quod Episcopus etiam in alieno territorio potest suos subditos absolvere in foro tam externo, quam interno, semper ac absolutio sit sine strepitu judiciali, ut *Sylv. Henr. Avil. cum Salm. ibid. n* 36. Notand. II. quod si quis in alieno territorio delinquit, et ab illius Episcopo specialiter excommunicatur, non potest absolvi ab Episcopo proprio, nisi de Episcopi loci licentia. Ita *Cont. Tour. loc. cit. Diana, Cand. et cum Salm. de cens. c.* 2. *p.* 4. *n.* 37. Dixi *specialiter*, nam si excommunicatus sit per sententiam generalem, potest a quocumque absolvi, ut mox dicetur.

73. — Si vero censura feratur ab homine per modum statuti, sive sententiæ generalis contra personas indeterminatas, sive in futurum, v. g. in omnes, qui hoc crimen patrabunt, sive in præteritum in omnes, qui hoc crimen commiserunt (posita contumacia, juxta dicta *n.* 54.) : tunc alii, ut *Suar. d.* 7. *sect.* 2. *n.* 23. *et Vasq. Fill. etc. apud Salm. ibid. n.* 50. tenent non ab alio quam ab ipso ferente absolutionem impendendam esse, quia censura ab homine, juxta regulas juris, ab eo dun-

taxat auferri potest, a quo est lata. Sed probabilius dicendum, absolutionem tunc a quocumque confessario impertiri posse, si censura non sit reservata, ut cum *Bus.* tenent *Pal.* §. 4. *n.* 10. *Laym.* c. 7. *n.* 3. *Ronc. qu.* 3. *resp.* 11. *Conc. p.* 443. *n.* 6. *Holzm. p.* 365. *n.* 127. *Sporer. Suppl. p.* 124. *n.* 53, *et Salm. ibid. n.* 51. *cum Con. Sayr. Tol. Sot. Avil. Bon. et Croix. lib.* 7. *n.* 128. *cum communi.* Ratio, quia hæ censuræ æquiparantur censuris latis a jure, et ideo a quocumque absolvi possunt, cum agatur de re favorabili, quæ amplianda est, quantum res patiatur, *ex cit. cap. Nuper, de sent. excom.*

74. — Resp. 2. Episcopi secundum » *Trident. sess.* 24. *c.* 6. possunt 1. absol- » vere in foro conscientiæ per se vel Vi- » carium ab omnibus censuris occultis, » etiam in bulla Cœnæ Papæ reservatis, » excepta hæresi, a qua per seipsos tan- » tum absolvere possunt (quantum est » ex vi hujus decreti). Dicitur autem » censura occulta, quæ contracta est ob » delictum non publicum, nec ad forum » contentiosum deductum, aut si deduc- » tum fuit, a quo reus ob defectum pro- » bationis fuit absolutus. *Bonac. dub.* 1. » *q.* 3. *part.* 1. *n.* 15. *et part.* 2. *n.* 1. » *ex declar. Cardin. etc.* 2. Possunt etiam » sæpe absolvere a censura Papæ reser- » vata, propter impedimentum ejus qui » incurrit, vel quando propter senium, » morbum, sexum, pauperiem, Pontifex » non potest adiri. *Bon. l. c. ex. Nav.* » *Sanch. Avila, Con. etc.*

75. — Quoad facultatem, quam habent Episcopi circa peccata reservata Pontifici, ante omnia notanda sunt verba *Trid. in cap. Liceat.* 6. *sess.* 24. *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus et suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reservatis, delinquentes.... subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. Idem et in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicariis, sit permissum.*

76. — Hinc notand. I. quod Episcopi, licet non possint absolvere ab hæresi occulta, juxta sententiam, quam mox exponemus, possunt tamen dispensare in irregularitate ex hæresi occulta contracta. Ita *Potest. t.* 1. *n.* 3338. *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 54. Notand. II. quod ut crimen dicatur non occultum, requiritur, ut vel sit deductum ad forum contentiosum, vel sit notum fere omnibus, ut ait *Viva cum Suar.* aut saltem majori parti oppidi, viciniæ, parochiæ, collegii, seu monasterii, ut dicunt *Bonac.* § 4. *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 34. *n.* 35. *Salm. ibid. n.* 59., *cum Pal. Pell. etc.* Ita ut occultum adhuc dicatur crimen, si illud sciant quinque vel sex personæ, ut ait Auctor cit. (*Istr. etc.*) *p.* 2. *c.* 13. *n.* 300. *Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 593. *v. Hic autem et n.* 1111. Tunc autem crimen censetur ad forum deductum, cum ibi est probatum saltem per unum testem; secus, si nullo modo fuerit probatum, etsi reus malis artibus hoc obtinuerit, et ibi absolutus fuerit, quia tunc adhuc censetur occultum; ita *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 34. *n.* 57. *Bonac. q.* 3. *p.* 2. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 60. *cum Con. Avila, Henr. etc.* Imo dicitur occultum, etiamsi crimen complicis sit ad forum deductum, quia ex *l.* 1. *c. Res inter, etc. Res inter alios acta non potest afferre præjudicium aliis, quibus res judicata non nocet.* Ita *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 60. *in fin. cum Nav. Bon. et Sanch.*

77. — Sed hic dubit. 1. an possit absolvi ab Episcopo reus alicujus casus papalis, qui jam punitus sit in foro alterius Episcopi, ubi judicium sit finitum?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Sanch. l.* 1. *c.* 11. *n.* 21. *et Salm. ibid. n.* 62. *cum Reg. Avila, Leandro, etc.* Ratio, quia intentum concilii fuit servare auctoritatem judicum, et vitare scandalum, si publica crimina publice non punirentur; at eo casu neque scandalum adest, neque auctoritati judicum præjudicatur.

Secunda sententia vero communior et verior negat, eamque tenent *Suar. d.* 4. *sect.* 2. *n.* 6. *Pal. t.* 1. *tr.* 4. *d.* 4. *p.* 3. § 1. *n.* 17. *Barb. all.* 39. *n.* 3. *Conc. p.* 445. *n.* 12. *Bon. de irreg. qu.* 5. *p.* 1. *n.* 6. *cum Garcia, et Rodr. ac Croix l.* 7. *n.* 146. *cum Mascard. Menoch. etc.* Ratio, quia, licet tunc judici sit satisfactum, tamen cum crimen juridice publicum factum fuerit, manet simpliciter publicum, et ut tale omnino est Pontifici reservatum.

78. — Dubit. 2. an crimen in uno loco publicum possit absolvi ab Episcopo in alio, ubi est occultum? Negant *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 3 *et Suar. t* 4. *d.* 30. *sect.* 2. *n.* 3.; sed probabiliter affirmant *Sanch. l.* 2. *c.* 11. *n.* 20. *Cont. Tourn. tr. de irreg. part.* 3. *cap. ult. not.* 2. *cum Piasec.*

Barb. all. 35. *n.* 28. *cum Gutt. et Salm. cit. n.* 62. *cum Trull. Leand. Avila*, *et aliis apud Croix l.* 7. *n.* 144. Dummodo locus, ubi crimen est notum, ita distet, ut non sit timor, ne publicetur ubi est occultum.

79. Notand. III. quod nomine Episcoporum veniunt Abbates, et alii jurisdictionem episcopalem habentes, ut *Sanch. n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 54. *circa fin. cum Henr. Dic. et Avers.* (*contra Bon. et Suar. ap. Croix l.* 7. *n.* 141.) *Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 593. *v. Eamdem.* Venit etiam Capitulum, Sede vacante, ut *Bon. n.* 1. *Sanch. n.* 4. *et Salm. ib. in fin.* Notand. IV. Nomine subditorum veniunt etiam vagi, et omnes habentes animum permanendi in loco illo per majorem partem anni, ut *Croix l.* 7. *n.* 136. *cum Sanch. Suar. Bon. Barb. etc.* Notandum V. quod Episcopi vi concessionis in dict. *c. Liceat*, possunt absolvere a casibus papalibus etiam post Tridentinum reservatis, ut probabile esse diximus *l.* 6 (v). *n.* 594. *Dub.* 9.

80. — Notand. VI. circa facultatem a Tridentino concessam Episcopis in *c. Liceat*, absolvendi, aut dispensandi a casibus papalibus, vel ab irregularitatibus occultis, id quod dicit *Fagn. in c. Dilectus* 15. *de temp. ordin.* ubi ait : *Ex sententia sancti conc. Episcopi illarum regionum, in quibus concilium adhuc receptum non est*, *non possunt uti facultate in hoc decreto concessa.* Notat deinde ibidem declaratum fuisse a *Greg. XIII.* prædictam facultatem nec etiam Cardinalibus competere, etsi Ecclesiarum Urbis titulum habeant.

81. — Quær. I. An Episcopus possit dispensare in irregularitatibus et suspensionibus occultis cum suo subdito, qui in aliena diœcesi moratur?

Prima sententia negat, et hanc tenent *Avila*, *Henriq. et Ugolin. ap. Barb. in Trid. sess.* 24. *c.* 6. *n.* 44. Ratio (ut aiunt), quia concilium tribuit Episcopis facultatem dispensandi tantum in sua diœcesi.

Secunda sententia vero communior et probabilior affirmat, et hanc tenent *Sanch. Del. l.* 2. *c.* 11. *n.* 12. *Suar. d.* 41. *sect.* 1. *n.* 10. *et* 12. *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 1. *v. Tertio*, *et d.* 7. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 4. *Dian. p.* 4. *tract.* 4. *r.* 96. *Cont. Tourn. de censur. part.* 1. *cap.* 5. *r.* 3. *v. Possunt Episcopi. Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 53. *et Bard. l. c. cum Boss. Marchin. Fag. etc.* Ratio, quia dispensatio per se potest concedi absenti; ergo non oportet, ut dispensandus adsit in diœcesi, cum actus jurisdictionis voluntariæ bene possit exerceri etiam extra territorium. Nec obstat quod in Trident. dicatur *in diœcesi sua*; nam respondetur, quod vel particula illa satis verificatur, cum aut Episcopus aut subditus existit in propria diœcesi, ut dicunt *Cont. Tourn. loc. cit. et Salm. dict. n.* 53. Vel quod præfata particula refertur tantum ad secundam partem, ubi agitur de absolutione casuum, ut respondent *Suar. n.* 10. *et Sanch. n.* 13. *Holzm. p.* 413. *n.* 227. *cum Pal. Pignat. et Croix n.* 139. Ex quo hi Auctores inferunt, quod etiamsi uterque tam Episcopus quam subditus sint extra diœcesim, bene poterit Episcopus dispensare ab irregularitate, et absolvere a suspensionibus. An autem Episcopus possit absolvere et delegare facultatem absolvendi casus papales occultos extra sacramentum pœnitentiæ. Affirmant *Sanch. Suar. Bon. Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 54. Sed id hodie omnino negandum ex declarat. *Greg. XIII.* relata *lib.* 6. (v) *num.* 593.

82. — Quær. II. An prædicta facultas a Tridentino Episcopis concessa fuerit revocata per bullam Cœnæ quoad hæresim, et alios casus in ea reservatos? Adest duplex sententia.

Prima negat, et hanc tenent *Nav. Man. c.* 27. *n.* 260. *ac Bannez*, *Vega*, *Sa*, *Arrag. Angl. Henr. Fag. etc. ap. Barb. all.* 40. *n.* 21. item *Coninck*, *Avila*, *Becan. Granad. P. Led. etc. ap. S. Milant.* in prop 3. *Alex.* VII. et probabilem putant *Salmant. ibid. n.* 56. Ratio (ut aiunt), quia in bulla Cœnæ nulla fit mentio concessionis factæ Episcopis per Trident., sed per clausulam generalem minime revocantur facultates a Conc. Generali alicui tributæ, ut habetur ex *c. Ex parte*, *de capell. monach. cum* Glossa *ib.* verbo, *Nulla mentio*, *et ex cap. Nonnulli*, *de rescriptis*, et ibid. Glossa verbo : *Fecerit mentionem.*

Et juxta hanc primam sententiam notant *Salmant. ibid. n.* 54. *cum Nav. Henr. et Gran. ac Felix Potesta*, *cum Dic. et Diana*, quod Episcopus circa crimen hæresis, licet non possit concedere alteri generalem facultatem absolvendi ab illa, cum talis facultas fuerit tributa a concilio Episcopis *tantum*, *non eorum Vicariis*, bene tamen eam potest delegare alteri in casu particulari; quia cum ipsa sit annexa dignitati episcopali, competit Episcopus jure ordinario, et ideo potest ab eis delegari omni modo quo eisdem expresse non est vetitum.

82. — *Secunda sententia* vero verior af-

firmat, et hanc tenent *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 11. *n.* 27. *Pignat. t.* 1. *Cons.* 291. *Lugo de pœnit. d.* 23. *sect.* 2. § 1. *Anacl. de Fide d.* 4. *p.* 124. *n.* 30. *Tolet. in explic. B. Cœnæ n.* 14. *in fin. Diana p.* 7. *tr.* 2. *r.* 23. *Ronc. de cens. tr.* 4. *q.* 1. *c.* 6. *q.* 4. *Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 1617. *Viva in prop.* 3. *Alex. VII. n.* 7. *Vidal in ead. prop. Holzm. t.* 1. *p.* 386. *n.* 218. *Mazz. t.* 3. *p.* 460. *n.* 2. *Elbel t.* 2. *p.* 486. *n.* 253. *Barb. all.* 40. *n.* 23. *cum Sayr. Molin. Philiarch. Homob. Ugol. et pluribus aliis;* item *Fagn. l.* 1. *in c. Quoniam, de constit. n.* 28. ubi id affert decisum a S. C. Duasque similes declarationes affert *Pitton. de Episcop. n.* 960. *et n.* 1026. unam emanatam die 4 Dec. 1642, alteram 28 Oct. 1741. Eamdem sententiam omnino tenendam docet *Bened. XIV de Syn. l.* 9. *c.* 4. *n.* 4. *cum Card. Petra, Duard. Cleric. etc.* ibique testatur quod *P. Suar.* prius censuerit probabilem primam opinionem, sed deinde in *tr. de Fide d.* 1. § 4. *n.* 13. ab illa recessit, et asseruit ipsam revera omni probabilitate esse destitutam. Probatur nostra sententia ex verbis ipsius bullæ Cœnæ, ubi dicitur: *Nullus per alium quam per Romanum Pontificem nisi in mortis articulo, absolvi possit, prætextu quarumvis facultatum et indultorum, quibuscumque personis, etiam episcopali vel majori dignitate præditis... per Nos et dictam Sedem ac cujusvis* (nota) *concilii decreta concessorum, vel concedendorum.* Per quæ ultima verba jam apparet derogatum concessioni Tridentini. Nec obstat ratio opposita, quod per clausulam generalem non revocantur facultates concessæ per concilium generale. Nam respondetur 1. id locum habere, quando revocatio fit per rescripta, non vero cum fit per constitutiones pontificias; in præfatis enim textibus adductis (ut legenti patet) tantum de rescriptis habetur sermo. Valde autem dispar est ratio inter rescripta, et pontificias constitutiones; nam rescripta, quia sunt contra jus, et propter importunitatem ac multitudinem petentium, non fiunt ea maturitate et consilio, quo constitutiones Pontificum et decreta consiliorum emanantur; ideo id quod dicitur de rescriptis, non procedit de constitutionibus, ut bene advertunt *Fagn. in d. c. Nonnulli, de rescript. et Ronc. de leg. p.* 47. *q.* 4. *cum Card. de Luca, et communi.* Ac propterea observat *Fagn. n.* 24. Tridentinum derogasse pluribus decr. concil. generalium, nulla ipsorum facta mentione; imo testatur idem *Fagnan. l.* 3. *in c. Nulla, de concess. præb. n.* 86. *S. Pium V.* in quodam Motu proprio (relato ad litteram a *Nic. Garcia*) declarasse, satis esse ad revocandum concilium, quod Papa contrarium disponat, supplicationem manu propria signando. Insuper laudatus *Bened. XIV.* testatur, *S. Pium V et Greg. XIII.* (et idem asserit *P. Viva. l. c. p.* 4. *ac alii apud Barb.*) de hac re signanter interrogatos, respondisse, nulli præter Papam hodie integrum esse absolvere ab hæresi etiam occulta. Item in Vita S. Francisci Salesii descripta a Petro Galitia *l.* 2. *c.* 32. narratur (ut notat idem *Bened.*) quod, cum Papa *Clem. VIII.* Salesium pro examine ad Episcopatum præsentatum interrogasset, an posset Episcopus ab hæresi absolvere, respondit affirmative. At Papa subjunxit: *Sed Nos non ita sentimus.* Et tunc S. Franciscus dixit: *Beatissime Pater, si S. V non ita sentit, nec ego deinceps sic sentiam.*

Respond. 2. quod, etiamsi ad derogandum decr. Trid. fuisset requisita specialis illius mentio, hæc jam adfuit in præfata bulla Cœnæ, cum ibi dictum fuerit Episcopum non posse absolvere a casibus Bullæ, *prætextu facultatum per cujusvis concilii decreta concessarum.* Quænam hic expressior mentio fieri debebat? Tanto magis quod solum conc. Trident. et non aliud talem facultatem Episcopis concesserat.

Accedit ad hæc damnatio propositionis 3. ab *Alex. VII.* quæ dicebat: *Sententia asserens bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, et aliorum criminum quando publica sunt; et id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno.* 1629. 18 *Julii in Consistorio S. C. Eminentiss. Card. visa et tolerata est.* Merito hinc dicunt *Viva, Holzm. et Elbel, et Bened. XIV.*, quod per hanc damnationem prima sententia ita a sua probabilitate (si quam habeat) deturbata est, ut nunc probabilis non amplius videatur. Nec obstat dicere cum *Coreglia, Conc. Salm. et Milante,* quod Pontifex non damnavit sententiam, sed tantum quod ipsa in consistorio visa et tolerata fuerit; et ideo putant, illum illam in sua probabilitate reliquisse. Nam respondetur, quod licet Pontifex directe solum damnaverit factum, nempe quod visa fuerit, et tolerata, indirecte tamen aperte ipsam sauciavit opinionem; nisi enim falsam existimasset, non utique tam sollicitus fuisset de mendacio illo damnando; cum igitur declaravit eam

non fuisse toleratam, implicite declaravit non esse dignam ut toleretur. Ex his omnibus concludit præfatus *Ben. XIV. loc. cit. n.* 4. hodie *Episcopos non sine temeritatis nota hanc auctoritatem* (nempe absolvendi ab hæresi) *posse sibi ostentare, et tanto minus delegandi.* Poterit ergo solummodo Episcopus ut delegatus apostolicus hæreticum notorium pro foro externo absolvere, ut dicit *Ronc. l. c. cum Pal. et Farinac.* Postquam autem ab Episcopo sublata fuerit excommunicatio, a quovis confessario peccatum hæresis absolvi poterit.

84. — Quær. III. An Episcopi absolvere possint a censuris bullæ Cœnæ impeditos Romam adire? Adsunt tres sententiæ.

Prima absolute negat cum *Bonac. de censur. disp.* 1. *qu.* 22. *p.* 2. *num.* 22. qui citat *Suar. et Innoc.* (sed dicit *in simili*, ergo prædicti DD. non loquuntur proprie de hac sententia.) Ratio *Bonac.* tum quia in Bulla excipitur tantum articulus mortis, tum quia contrarium nullo jure probatur. Non autem suffragatur epikeja (ut ait) in hoc casu, ubi constat de contraria intentione Pontificis; nec obstare addit textus infra citandos, quia vel ibi non datur facultas absolvendi Episcopis, vel, si datur, hæc revocata fuit per bullam Cœnæ, sicut fuit revocatum decretum Tridentini. Excipit tamen *Bon. n.* 23. casum gravis necessitatis, v. g. celebrandi, communicandi, et similis.

Secunda sententia concedit Episcopis absolvere a cæteris casibus, sed negat ab hæresi. Ita *de Alex. Conf. Mon. c.* 6. § VIII. *qu.* 3. *et* 4. Ratio, cur excipit hæresim, quia in generali concessione (puta in jubilæo) absolvendi a casibus bullæ, non datur facultas absolvendi ab hæresi, ut declaravit *Greg. XIII.* Sed hæc ratio debilis est, nam ex infra dicendis, hæc facultas non oritur ex concessione, sed ex epikeja, et præsumpta mente Pontificis.

Tertia sententia communis, cui subscribo, docet Episcopos posse per se, vel per alios ab eis specialiter delegatos, absolvere in utroque foro legitime impeditos ab omnibus casibus, et etiam ab hæresi, præstito tamen juramento ab eo, qui absolvitur, de se præsentando postea superiori, ut infra dicetur. Ita *Pal. disp.* 1. *p.* 2. § 5. *n.* 6. *Ron. c. d. qu.* 2. *r.* 11. *Laym. de censur. c.* 2. *n.* 63. *Conc. p.* 445. *n.* 13. *cum comm. Lugo de pœnit. n.* 218. *Salm. tr.* 10. *c.* 2. *p.* 5. *n.* 63. *et tr.* 18. *c.* 4. *p.* 4. § 11. *n.* 164. *Viva in prop.* 3. *Alexand. VII. n.* 5. *Milante. ibid. cum Con. Avil. Corn. etc. Potest. t.* 1. *n.* 3347. *cum Tamb. Donat. Leand. Pelliz.*, et communi theologorum, et Canonistarum, ut testatur *Ronc. l. c.* Ratio, quia, existente impedimento adeundi Papam, restituitur Episcopis potestas ordinaria, non jam vi Tridentini, sed vi juris communis; et probatur ex *c. Ea noscitur* 13. *de sent. excom.* ubi: *Mulieres, senes, et valetudinarii, seu membrorum destitutionibus impediti, licet ad apostolorum Sedem non veniant, ab Episcopis valeant fidelium communioni restitui.* Idem sancitur in *c. Quamvis* 58. *eod. tit.* ubi habetur, quod percussor clerici a Sede apostolica absolvi debet: *Nisi* (additur) *imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili vel senili ætate, fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, sive quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire.* Idem *in c. De cætero, et in c. Nuper* 20. *eod. tit.* ubi in fine generalius dicitur, quod quoties difficulter quis ex justa causa possit accedere pro absolutione excommunicationis ad eum a quo absolvendus esset, *a suo absolvatur Episcopo, vel proprio sacerdote.* Quamvis autem prædicti Canones loquantur de censura ob percussionem clerici, quia hæc frequentior est, tamen communiter DD. extendunt ad omnes alias censuras, in quibus currit eadem ratio salutis animarum, ex *c. Cum dilectæ, de confirmat. etc.*; nam ibi notat Glossa: *Ubi eadem ratio, idem jus debet esse.* Ita *Salm. Potest. Ronc. etc. l. c.* Immo (ut bene notat *Ronc. ibid.*) *in. c. Eos qui* 22. *de sent. excom. in* 6., universe sancitur, omnes casus papales, quando adest impedimentum Papam adeundi, posse ab alio absolvi; sic enim ibi habetur: *Eos, qui a sententia canonis, vel hominis, cum ad illum a quo alias de jure fuerant absolvendi, nequeunt propter impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absolvantur.* Per quæ verba to, *a sententia canonis*, intelliguntur omnes casus Papæ reservati, ut notat ibi Glossa, verbo *Canonis*.

De bulla *Cœnæ* Scavini adnotat:

« Celebris Bulla *Cœnæ* (quæ incipit *Pastoralis Romani Pontificis vigilantia*) est antiquissima, de cujus origine certo non constat: jam a Paulo III, an. 1536, publicabatur Romæ singulis annis feria V in *Cœna Do-*

mini; ac propterea dicta fuit Bulla *Cœnæ.* Quæ tamen uti dicunt, nunquam fuit recepta in Hispania, neque in Germania (neque Venetiis juxta aliquos), neque in Gallia. Lata est propter tria ; tum ut servetur *integritas fidei catholicæ et romani Principatus;* tum *unio fidelium cum Christo* ejusque *Vicario;* tum *societas* inter ipsos fideles. Bullam exponunt inter ceteros Bonacina, Duardus, Palaus, Abreu, *Instructio parochi.* — Ferraris, V. *Bulla Cœnæ* (artic. novus Cassinensis).

Casus autem his versibus contrahuntur :

Hæretici ; a Papa appellantes, atque piratæ ;
Augens vectigal ; vel Breve falsificans.
Hostibus arma ferens ; seu victum qui amovet urbe ;
Quos Papa aut pietas aut sua causa ciat.
Præsulibus gravis, ad laicos et sacra trahentes ;
Prælati, Ecclesiæque usurpans jura, onus et qui
His statuit ; laicus Clerum si crimine damnat.
Sedis Apostolicæ terras quique occupet atrox :
Hos omnes *Domini Cœnæ* anathema ligat.

Etsi a tempore Clementis XIV, non amplius Romæ publicetur Bulla *Cœnæ*, ut prius erat in more singulis annis ; adhuc tamen pergit obligare, et passim ab omnibus citatur pro iis locis, ubi jam erat in vigore (neque sane nulla positiva ac contraria lege fuit abrogata). Unde temeritatem non fugeret qui id negaret, cum sit contra universalem Episcoporum, et Theologorum vigentem sententiam atque sanam doctrinam. Illa enim publicatio non erat necessaria conditio ad Bullam, cum id nullibi legatur præscriptum, sed quædam tantum solemnitas ideo inducta, tum ut nullus illius oblivisceretur, tum ut magis terrerentur mali. Sic plura quotannis contra sectas occultas, bonorum ecclesiasticorum usurpatores, decimarum detentores, etc., in Ecclesia Dei repetuntur Constitutiones ac Decreta, quæ si non repeterentur, non ideo vim amitterent suam, in omnium judicio. Neque ullibi invenitur, quod leges Ecclesiæ debeant publicari singulis annis, ut obligent. » (T. II. n. 162.)

85. — Quær. IV. Quinam dicantur legitime impediti? Dicuntur (ut habetur ex *d.* c. *Ea. noscitur* 13. *de sent. excom.* mulieres, senes, valetudinarii. Adduntur in c. *Quamvis*, pueri, pauperes, habentes inimicitiam, *vel alias justas excusationes* (ut dicitur in c. *De cætero, eod. tit.*), *quibus ab itinere rationabiliter excusentur.* His verbis comprehenduntur omnia alia justa impedimenta, quæ infra adnotabimus.

86. — Sed hic præcedenter advertendum, quod si impedimentum sit ad breve tempus, tunc innodatus censura reservata non potest ab alio absolvi, nisi urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi; nempe ad evitandum scandalum, aut infamiam. Si tamen impedimentum sit ad longum tempus, puta ad annum, vel sex menses (imo *Mendoza ap. Viva. in prop.* 3. *Alex. VII.* n. 6. ad unam noctem, sed *Viva* non admittit neque ad biduum, quia in tali spatio non adest morale periculum mortis), tunc, excepto impedimento ætatis puerilis, quisque alius impeditus non debet absolvi, nisi præstito prius juramento, quod cessante impedimento, ad Sedem apostolicam quantocius se præsentabit, ut habetur ex c. *De cætero, de sent. excom.* Alias omittens se præsentare reincidet in eamdem excommunicationem, ex *c. Eos qui, de sent. excom. in* 6. *Vide Ronc. d. qu.* 4. *r.* 11. *cum Mansi;* et iste ab hac obligatione se præsentandi non excusatur, etiamsi confessarius omittat illam ei imponere, cum ea sit imposita a jure. *Sanch. l.* 2. *c.* 13. *n.* 50. *Salm. de cens.* c. 2. *p.* 4. *n.* 46. Sufficit autem, ut reus se præsentet per procuratorem. *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 66. *cum Caj. Leand. Avil. et Potest. n.* 3351., qui excipit casum percussionis clerici, pro quo in *c. Quod de his, de sent. excom.* taxative exigitur persona.

87. — Sed hic dubitatur, an si aperte constet reum esse omnino emendatum, et partibus satisfecisse, ipse excusetur a tali præsentatione?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Navar. Man. cap.* 26. *n.* 26. item *Avila, Cornejo, et Henr apud Salm. dict. n.* 66., qui putant probabilem saltem extrinsece. Ratio, quia (ut dicunt) finis Pontificis non est alius quam emendatio rei, et partium satisfactio; idque inferunt ex *c. Quamvis, de sent. excom.* ubi nulla alia ratio præsentationis exprimitur, quam ut reus excipiat mandatum satisfaciendi : *ad apostolicam Sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.*

Secunda sententia vero communior et probabilior negat, quam tenent *Suar. t.*1. *in.* 3. *p. d.* 30. *s.* 3. *n.* 6. *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 13. *n.* 29. *Laym. de cens. c.* 6. *num.* 4 *et Salm. l. c. in fin.* Ratio, quia mandatum ad quod suscipiendum tenetur reus se præsentare, non solum suscipi debet ad implendam satisfactionem partis læsæ; obligatio enim hæc de ipso jure naturæ in omni læsione est insita; sed etiam ad exequenda cætera quæ a Pontifice imponuntur ad cavendum idem crimen futurum, ut dicit *Croix l.* 7. *n.* 164 *cum Suar Sanch. etc.*, tanto magis quod in *eod. c. Quamvis*, supponitur casus de eo qui jam satisfecerit. Et pro ca-

sibus bullæ Cœnæ id in eadem bulla circa finem expressum est, his verbis: *A prædictis censuris nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, et satisfaciendo (cautione præstita) absolvi possit.* Ubi observa bene distingui obligationem standi Ecclesiæ mandatis, et satisfaciendi, id est parti læsæ.

88. — Si autem impedimentum sit perpetuum, absoluti omnino manent liberi ab onere comparendi; *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 4. *Conc. p.*445, *n.* 13. *Cont. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 5 .*v. Possunt* 2. *Viva de sacr. pœnit q.* 9. *art.* 2. *n.* 8. *Potesta. n.* 3349. *Ronc. d. q.* 4. *r.* 11. Dicuntur autem perpetuo impediti, I. filiifamilias, *argum. c. Mulieres, et c. Relatum, de sent. exc.* II. Regulares ex *c. Monachi* 2. *et c. Cum illorum* 32. §. *Qui, de sent. excom.* etiamsi censura incursa sit ante ingressum in religionem, ut *Ronc. p.* 82. *q.* 6. *Barb. all.* 41. *n.* 17 *et Holz. p.* 364. *n.* 126. Hi enim absolvi possunt a suis Prælatis : nisi (excipitur in *d. c.* 32.) *excessus extiterit enormis. Vide alia circa percussionem num.* 280. III. Senes ex *c. Ea noscitur, de sent. exc.* quamvis hi sint potentes ad ambulandum, ut *Barb. n.* 27. *cum Sylv. Sayr. et Graff.* Nomine autem *senium* veniunt non solum septuagenarii, ut ait *P. Milant. in. prop.* 3. *Alex. VII.*, sed etiam sexagenarii, ut probabiliter *P. Viva l. c.* juxta dicta *de jejun l.* 3 (IV). *num.* 1036. Non vero quinquagenarii, ut improbabiliter dicit *Farin. ap. Barb. et. alii ap. Vivam.* IV. Servi. V. Pauperes, scilicet qui ob inopiam nequeunt Romam petere, ut in *c. Quamvis, de sent. excom.* Secus, si inopia iter non impediret ut evenit in mendicis vagabundis; et sic intelligitur textus in *c. Ea noscitur, eod. tit.* ut explicat ibi Glossa *v. Pauperes.* Nemo autem tenetur accedere mendicando (ut ait *Potesta*), si ad hoc non sit solitus, ut notat *Pal. p.* 23. *n.* 18. VI. Carceribus vel triremibus perpetuo damnati, et similes. VII. infirmi, scilicet laborantes longa et gravi ægritudine, licet non mortifera, puta, quartena, ut dicunt *P. Milante in prop.* 3. *damn. ab Alexand. VII. ex Innoc.* III. *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 64. *et Potesta cum Pal.* Qui his addunt debiles, sive delicatos, non valentes ferre labores itineris. Sed pro istis, nisi periculum sit in mora, consulendus est Papa, ex *cap. Mulieres, de sent. excom.* VIII. Cura obstricti alendi, sive administran familiam, vel publicum gerendi officiu quod non possit relinqui sine publico d trimento, *Laym. Potesta, et Pal.* IX. Mulieres, non solum Moniales, de quibus e certum ex *c. De Monialibus* 33. *de sen. exc.* ubi earum absolutio remittitur Ep copis; sed omnes mulieres. Ratio, qui dum in *c. Quamvis, de sent. excom. et Ea noscitur eod. tit in* 6. fœminæ excu santur a se præsentando, non alia rat assignatur, nisi quia fœminæ sunt. I *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 68. *Milan in. d. prop.* 3. *Cont. Tourn. loc. cit. Pal. p.* 23 *n.* 8. *ac. Barb. cum.* 30. *cu Nav. Bonac. etc.* Hic autem advertendu quod Moniales non possunt absolvi Episcopo a censura ob violationem cla suræ etiam occultam, excepto mortis a ticulo, ex declaratione *Gregorii XIII.* diximus *l.* 6 (V). *n.* 593. Pontifex enim lam sibi specialiter reservavit, quamvis s ret Moniales esse perpetuo impeditas. Impuberes, quorum absolutio ex ju ordinario datur Episcopis in *c. fin. sent. exc.* Ideoque hi sunt exempti onere comparendi, etiamsi post pubert tem absolutionem petant, *Salm. ibid n.* 6 *cum Con. Corn. Avila, et cap. fin. de se exc.* ubi assignatur ratio : *Cum propt defectum ætatis, in qua fuit commiss rigor sit temperandus.* Recte autem *Av* ibi advertit, quod si sacerdos carens f cultate absolvendi absolvat impurebe in periculo mortis a censura papali, d bet ei imponere, ut extra periculum præsentet Episcopo. Etiam impediti ce sentur illi, qui simul vitam ducunt, milites, vel qui in seminario morantu unde hi ab Episcopis absolvi possunt casibus Romano Pontifici reservatis, *Milante in d. prop.* 3. *et Barb. all.* 4 *n.* 16. *cum Nav. Bon, etc. ex c. Quonia de vita et honest. cler.*, ubi datur fac tas Episcopo absolvendi eos, qui sim vivunt, si quis eorum clericum sociu percusserit, modo percussio non fue enormis. Denique censentur impedi quicumque iter arripere nequeunt si gravi damno spirituali, vel tempor suo, vel suorum. *Viva l. c. Quamvis, sent. excom.* ubi dicitur excusari, *si quolibet impedimento canonico retrahatu* Ut autem si supra enumerati dicunt perpetuo impediti, sufficit, ut tali imp dimento laborant per decennium, et s cundum *Tamb. in Dec.* etiam per qui quennium, et consentit *Viva in prop. Alex. VII. n.* 6. *et Ronc. d. q.* 4. *r.* 1

Leviter autem clericos percutientes semper possunt absolvi ab Episcopo, ex *arg. cap. Pervenit.de sent. excom. Vide dicenda n.* 279.

89. — Quær. V. An impediti adire Romam in persona, teneantur adire saltem per Epistolam, aut procuratorem, ad absolutionem a prædictis casibus obtinendam. Affirmat *Bon. d.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 4. (cui adhæret *Potesta t.* 1. *n.* 3346.) putans, quod pro casibus occultis recurrendum sit per epistolam ad S. Pœnitentiariam, quando commode fieri possit, et aliqua necessitas non impediat; quia ad hoc est S. Pœnitentiaria a Pontifice constituta. Hæc sententia est probabilis, sed probabilior, et communis est sententia negativa cum *Ronc. d. q.* 4. *r.* 11. (qui vocat tutissimam sententiam) *Milante in prop.* 3. *Alex. VII. Viva ib. n.* 7 *Pal. d.* 1. *p.* 11. § 5. *num.* 6. *et Spor. p.* 264. *n.* 750. *cum communi, et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *num.* 65. *cum Con. Henr. Dic. Avil. Dian. Conin. Vide dicta l.* 6 (v). *num.* 563. *v. Dub.* 3. Idem dicit *Sanch. Dec. l.* 4. *n.* 13., qui excipit casum hæresis, et hanc exceptionem rejiciunt *Pal. d.* 1. *p.* 2. § 5. *cum Avers. et Dic. apud Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 1624. Ratio, tum quia, stante impedimento Romam adeundi, restituitur (ut diximus) ex jure Episcopis potestas ordinaria absolvendi per reservationem bullæ ablata; tum quia (ut ait *Ronc. l. c.*) jus non obligat reum, nisi ut personaliter adeat Papam : unde, si id præstare nequit, ad aliud non tenetur. Præterea (addit bene *Ronc.*) obtinere absolutionem a S. Pœnitentiaria, est privilegium ; sed privilegia, utpote favorabilia, nullam inducunt obligationem iisdem utendi. Et sic pariter ab Episcopo in casu impedimenti reus absolvi potest; etiamsi adsit Nuntius apostolicus, qui possit facile adire, ut probabilius tenent *Ronc. et Salm. eod. n.* 65. *cum Corn. Dian. Avil. Henr. et Lugo apud Croix l. c.* (*contra Mol. Bon. Con. etc. apud Salm. loc. cit. in fin.*) Sicut enim Nuntius, ita et Episcopus tunc absolvere potest ex delegatione Pontificis.

90. — Quær. VI. An casu quo hæreticus sit impeditus recurrere ad Papam, possit Episcopus eum absolvere (juxta sententiam mox supra relatam in Quæst. III.), non solum per se, sed etiam per alios? Jam diximus supra in Quæst. II. *n.* 82. quod extra casum impedimenti non potest Episcopus absolvere ab ullo casu in bulla Cœnæ reservato, et tanto minus delegare. In casu vero impedimenti dicimus cum *Bonac. in bulla Cœnæ d.* 1. *q.* 22. *p.* 2. *n.* 14. *Ronc. p.* 81. *c.* 6. *qu.* 4. *r.* 2. *v. Quod si, et De Alexandro Confess. Monial. c.* 6. § 8. *quæst.* 3. valde probabiliter posse Episcopum ab omnibus casibus pontificiis, etiam hæresis absolvere, et delegare, non solum specialiter in casu particulari, sed etiam generaliter. Nec obstat Tridentinum in laudato *c. Liceat*, ubi, cum sermo fit de hæresi, dicitur : *Eis tantum, non eorum Vicariis*, (absolvere) *sit permissum.* Nam recte respondent AA. citati, quod id procedit juxta antiquum præscriptum Tridentini, ubi concessum erat Episcopis absolvere ab hæresi occulta etiam extra casum impedimenti; sed cum agitur de impedito ab adeundo Pontificem, facultas hæc absolvendi ab hæresi, aliisque casibus bullæ Cœnæ competit Episcopis non jam vi Tridentini, sed vi juris communis, ut communiter loquuntur DD. utque late probavimus in *dicta Quæst. III. n.* 84. ex pluribus textibus ibi allatis. Unde, cum in casu impedimenti prædicta facultas de jure ordinario spectet ad Episcopos, eo quod est annexa ipsi episcopali officio et dignitati, ideo ipsi bene possunt generaliter eam delegare. Et hoc est juxta communem doctrinam AA. nempe quod omnes qui habent potestatem ordinariam possunt eam delegare, ut docent *Salm. tr.* 11. *de legib. c.* 5. *p.* 4. § 3. *n.* 51. *et tr.* 17. *de voto c.* 3. *p.* 10. *n.* 83. *cum commnni, Cont. t.* 2. *de leg. p.* 194. *v. Quod spectat, Holzm. t.* 1. *p.* 98. *n.* 485. *et alii passim* ex *l. More* 5. *de jurisd. omnium judic.* ubi expressum habetur : *Is demum jurisdictionem mandare potest, qui eam suo jure* (id est *ordinario*, ut explicat ibi Glossa) *non alieno beneficio habet.* Certum contra est, quod cum alicui Prælato aliqua potestas conceditur, et ejus officio sive dignitati annectitur, illa est, vel saltem æquiparatur potestati ordinariæ, ut docent iidem *Salm. dict. c.* 5. *de leg. p.* 4. § 3. *n.* 50. *et Laym. l.* 1. *tr.* 5. *c.* 22. *n.* 6. qui id probat ex *l.* 1. *ff. de offic. ejus cui comm. est jurisd.* et ex *c. Quoniam, de offic. deleg.*

91. — Quær. VIII. An quando ob mortis periculum, vel ob aliud impedimentum absolvitur ab inferiore peccatum reservatum, sed absque censura, imponendum sit onus pœnitenti, ut Superiori se præsentet? Negant *Sanch. Dec. l.* 2.

c. 13. *n.* 24. *cum Corduba*, *Zambran.*, item *Salm. de censur. c.* 2. *p.* 4. *n.* 46. qui citant *Suar. in* 3. *p. t.* 4. *d.* 30. *s.* 3. *n.* 6. sed non bene, ut infra videbimus. Ratio (ut aiunt), tum quia eo casu directe absolvitur peccatum, tum quia nullo jure cavetur tale onus comparendi. Sed omnino distinguendum ; si peccatum sit absolutum in articulo sive periculo mortis, tunc nulla remanet obligatio se præsentandi ad superiorem, quia tunc vere directe peccatum fuit absolutum, cum eo casu cesset omnis reservatio, ut recte docent *Suar. dict. n.* 6. *et Salm. de pœn. c.* 11. *p.* 2. *n.* 21. *cum Palud. et Nav. ac Dian. p.* 5. *tr.* 3. *r.* 66. *cum Gran. Præp. Hurt. etc.* Secus vero, si peccatum est absolutum ab inferiore propter aliquod impedimentum adeundi superiorem extra mortis articulum, quia tunc nullus inferior potest directe absolvere a reservatis, sed tantum indirecte, juxta dicta *l.* 6 (v). *n.* 585. *v. Dub.* 1. Unde pœnitens, ut postea directe a superiore absolvatur, omnino cum convaluerit tenetur eum adire ; ita communissime *Suar. l. c. n.* 8. *Laym. de pœn. c.* 12. *n.* 10. *cum Nav. Soto, Con. Ricc. etc. et Ciera de cas. reserv. n.* 164. *cum communi*, ut asserit.

92. — Quær. VIII. An impediti adhuc Episcopum adire pro his censuris, vel aliis reservatis, possint a quocumque confessario absolvi? Negant communius *Suar. Lug. Dec. etc. apud Viva de pœnit. qu.* 9. *art.* 2. *n.* 9., quia hoc in jure conceditur tantum Episcopis, nec in lege positiva valet argui a pari. Sed probabiliter affirmant (cum onere tamen comparendi ad Episcopum, cessante impedimento) *Ronc. d. c.* 6. *qu.* 4. *r.* 3. *Pal. d.* 2. *p.* 11, § 5. *n.* 6. *Spor. p.* 264. *n.* 750. *Croix lib.* 6. *p.* 2. *n.* 1624. *cum Nav. Ab. Ang. et Tab. Salm. de cens. c.* 2. *p.* 5. *n.* 93. *prope finem cum Tann. Sylv. Henr. Viva l. c. cum Perez, Hurt. Gran. Dic. Boss. et Cœlest.* Ratio tum quia, ubi eadem est ratio, idem jus debet esse, ut dicit Glossa *in c. Cum dilecta, de confirm.* Tum quia non deest lex hoc expresse indulgens ; nam in *c. Nuper* 29. *de sentent. excom.* habetur, ut supra annotavimus, quod impeditus ex juxta causa adire superiorem jus habentem absolvendi a censura, *a suo absolvatur Episcopo, vel proprio sacerdote*. Sub nomine autem *proprii sacerdotis* venit quidem quilibet confessarius, ut notat ibi Glossa ex *c. ult. q.* 26. ut recte inferunt *Salm. de cens. c.* 3. *p.* 14. *n.* 164. *ex c. Omnis, etc. de pœnit. et rem.* ubi præcipitur quemque semel saltem in anno confiteri *proprio sacerdoti*, qui communiter intelligitur quivis confessarius, ut probavimus *l.* 6 (v). *n.* 564. *et* 670. Si igitur non potest verificari casus quod sacerdoabsolvat reum a censuris Pontifici reservas tis, quando Episcopus adiri potest, saltem verificari debet quando Episcopus adiri non potest, ut recte arguunt *Roncag. et Salm. ll. cc. cum Henriq. et Diana.* Imo *Pal. l. c.* dicit ex vi prædicti textus, impeditum adire Papam, posse indistincte absolvi a proprio sacerdote. Sed probabilius puto cum *Sporer p.* 264. *n.* 761. *Salm. eod. tr. c.* 2. *p.* 5. *n.* 63. *Ronc. l. c. et aliis communiter, ut supra*, hoc non admittendum, nisi quando non patet facilis recursus ad Episcopum ; nam to *a suo Episcopo vel proprio sacerdote*, communissime DD. interpretantur non disjunctive, sed subrogative, nempe quando Episcopus nequit adiri. Tanto magis quod in *c. De cætero* 11. *et c. Ea noscitur* 13. expresse disponitur, quod cum non potest adiri Pontifex, adeatur Episcopus. Satis etiam probabile est cum *Suarez, Sanch. et Mol.* ut notavi *l.* 6 (v). *n.* 563. *v. Dub. I.* quod in articulo sive periculo mortis quilibet confessarius possit, etiam præsente Episcopo, absolvere a casibus papalibus, quia tunc omnis reservatio cessat. Nec obstant textus mox supra citati in *cap.* 11. *et* 13. *de sent. excom.* Nam probabiliter respondet *Sanch. cum aliis, ut supra*, eos procedere tantum in casu percussionis clericorum; de quo loquuntur, non vero in aliis. Præterquam quod nullum expressum inveni textum, qui in articulo mortis præscribat, quod infirmus ab Episcopo absolvatur a censuris Pontifici reservatis. Excipit tamen *Sanch. l. c. cum aliis*, si casus Pontifici reservatus esset occultus, quia tunc jure ordinario potest Episcopus ab illo absolvere, vi Tridentini in laudato *c. Liceat.* Unde censet tunc omnino adeundum Episcopum, si ad eum est recursus, cum ipsi tunc reservatus sit casus. Sed hoc non obstante, mihi et aliis junioribus videtur probabile, etiamsi crimen fuerit occultum, posse absolvi in periculo mortis a simplici confessario, adhuc præsente Episcopo, quia in tali periculo (ut diximus) cessat omnis reservatio quorumcumque peccatorum, et censurarum, ut docet Tridentinum *sess.* 14. *c.* 7. Neque in hoc mihi contradixi *dicto n.* 563. *Dub.* 1. ubi videor oppositum tradidisse ; nam ibi sermo fit de censuris ab eodem Episcopo

reservatis, et eo casu, cum confessarius debeat imponere pœnitenti, ut postquam convaluerit se præsentet Episcopo ad congruam pœnitentiam ab eo accipiendam, ut communiter docent DD. cum *Sanch. de pœnit. c.* 11. *p.* 2. *n.* 21. *et Tamb. de cas. res. l.* 5. *c.* 10. § 4. *ex c. Quod de his, et c. Sæpe, de sent. excomm.* ac signanter ex *c. Eos, qui,* ubi id expressum habetur : notantque ibi *Tamb. n.* 7. *cum Fill. Boss. et Pasqualig. ac Viva in prop.* 3. *Alex. VII. n.* 5. *cum Val. Nav. Bordon., etc.* quod eo casu pro foro externo confessarius debet exigere a pœnitente juramentum se præsentandi superiori, cum primum poterit, (sed pro foro interno dicunt sufficere promissionem), ideo præsente Episcopo infirmus nequit absolvi a simplici confessario. At quando agitur de censuris papalibus, non debet infirmus, elapso periculo, se præsentare Episcopo, sed Pontifici, unde cessat ratio cur præsente Episcopo non possit absolvi. An autem in articulo mortis laicus, aut simplex clericus possit absolvere a censuris, deficiente sacerdote ? Probabilius negandum juxta dicta *l.* 6. (v) *n.* 540.

An vero habens peccata, et censuras reservatas teneatur ea exponere confessario non habenti super eis potestatem, casu quo urgeat necessitas communicandi, aut confitendi, et aditus non pateat ad superiorem? Vide dicta *de Euchar. l.* 6 (v). *n.* 265. *v. Quær. II.* ubi diximus teneri ; vide ibi rationem.

Si quis autem est impeditus adire Episcopum, an possit simplex confessarius eum absolvere a casibus et censuris ab eodem Episcopo reservatis? Respondet *Ronc. tr.* 4. *c.* 6. *q.* 5. *cum Hurtado, et Diana,* quod si impedimentum esset diuturnum, poterit absolvi, cum obligatione tamen comparendi coram superiore, cessante impedimento. Si vero impedimentum sit perpetuum, poterit absolute absolvi. Attamen *Laym. de pœnit. cap.* 12. *n.* 10. *cum Suar. Soto, Coninch. etc.* dicunt, casu quo urgeat necessitas, et Episcopus longe distet, simplicem confessarium posse pœnitentem absolvere directe tantum super non reservata, et indirecte super reservata.

93. — Quær IX. Quomodo Episcopi hanc facultatem eis concessam in *d. c. Liceat,* tam dispensandi in irregularitatibus, quam absolvendi a casibus reservatis occultis, possint aliis delegare?

Prima sententia, quam tenent *Henriq. Menoch. et Cord. apud Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 40. *n.* 16., dicit non posse Episcopos hanc facultatem generaliter delegare, sed tantum specialiter in aliquo casu particulari qui occurrit.

Secunda sententia vero probabilior, quam tenent *Suar. t.* 4. *d.* 30. *s.* 2. *n.* 9. *Sanch. loc. cit. n.* 17 *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 2. *ac Croix l.* 7. *n.* 135., docet bene posse Episcopos generaliter committere hanc facultatem tam dispensandi, quam absolvendi, alteri specialiter ad hæc deputato. Idque testatur *Suar.* sic esse receptum, et interpretatum a consuetudine, quæ est optima legum interpres. Imo probabiliter dicunt *Sanch. ibid. n.* 25. *Barb. in Trid. d. c.* 6. *sess.* 24. *num.* 45. *v. Ego tamen* (et idem clare sentit *Suar. loc. cit. d.* 41. *s.* 2. *n.* 8.), quod non solum alius specialiter deputatus, sed etiam quicumque, cui Episcopus generaliter suam facultatem committit, potest dispensare in irregularitatibus, et absolvere a suspensionibus reservatis occultis. Ratio, quia concilium facultatem circa hæc non limitat, sicut limitat in secunda parte facultatem absolvendi a casibus : unde, cum eam habent Episcopi de jure ordinario, generaliter possunt eam delegare, nulla facta speciali deputatione ad ipsa. Bene autem advertit *Pal. de leg. d.* 6. *p.* 8. § 2. *n.* 7. Episcopum non posse dispensare in irregularitatibus (vel absolvere a suspensionibus reservatis) cum alienigenis, etiamsi ipsi habeant quasi domicilium in sua diœcesi ex decl. *Greg. XIII.* relata *l.* 6 (v). *n.* 593.

94. — « Resp. 3. Multi Religiosi, præ» sertim Mendicantes, possunt ex suis » privilegiis, in foro tamen interno » tantum, a variis censuris absolvere. » *Vide Diana p.* 9. *t.* 4. *res.* 63. Quare a » superioribus suis illa privilegia petant, » cum ad confessiones audiendas expo» nentur, et circa ea sequentes regulas » sequantur [1].

95. — Quoad Regularium autem facultatem in reservata, distinguenda est facultas, quam habent erga sæculares, ab illa erga subditos.

Et I. Quoad *Sæculares,* olim Regulares absolvere poterant eos a censuris tam a Pontifice, quam ab Episcopis sibi reservatis, ex diversis privilegiis, quæ referunt *Salm. de sacr. pœnit. c.* 13 *p.* 3. *n.* 51., nempe *Eugenii IV., Urbani IV.,*

[1] Vide infra n. 109. et seq.

Pauli III., Julii II., S. *Pii V.* etc. Verum (ut testantur ipsi *Salm. ibid. et Viva in prop.* 12. *Alex. VIII. n.* 1.) *Clemens VIII.* die 26 Nov. anni 1602. et *Paulus. V.* 7 Jan, 1607. limitarunt talem facultatem, et declaraverunt eos extra Romam, et intra Italiam non posse absolvere sæculares a casibus Papæ reservatis in bulla Cœnæ; nec ab aliis sex celebribus illis, nempe percussionis clericorum, duelli, violationis immunitatis, violationis clausuræ Monialium ad malum finem, simoniæ realis, et simoniæ confidentialis in beneficiis (Decretum *Clementis* in extensum refert *P. Milante in prop.* 12. *Alex. VII. t.* 1. *p.* 98.) nec pariter a casibus quos Ordinarii sibi reservant. Deinde S. Congr. de mandato *Urb. VIII.* 17 Nov. 1627 sic sancivit: *Per confirmationes privilegiorum, quas Regulares a Sede apostolica post sacrum conc. Trid. obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi a casibus Ordinario reservatis; quemadmodum nec indulta absolvendi a casibus contentis in bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueverunt, utpote sublata per annuam ipsius bullæ publicationem, vires ac robur acquisivisse ex sequentibus privilegionum confirmationibus. Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, etc.* Ibique additum fuit: *Ab aliis casibus et censuris* (præter casus bullæ Cœnæ) *Sedi apostolicæ reservatis absolvendi facultatem extra Italiam minime sublatam fuisse ejusdem S. C. Decretis hac de re editis jussu Clem. VIII.*

96. — Sed dubit. 1. an Regulares possint absolvere sæculares a casibus Papalibus?

Prima sententia negat cum *Viva in prop.* 12. *Alex. VII. n.* 14. *Bord. et Floron.* ex Decr. *Pauli V.* quo sancitum fuit: *Ac insuper ut nulli ex sacerdotibus prædictis* (scil. Sæcularibus et Regularibus) *quibuscumque privilegiis, indultis, et facultatibus suffulti ab excommunicationibus, vel casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi apostolicæ reservatis, præterquam in articulo mortis, absolvere audeant, vel præsumant.*

Secunda sententia tamen probabilior, quam tenent *Bonac. p.* 2. *n.* 18. *Salm. tr.* 18. *de privil. c.* 4. *p.* 2. § 10. *n.* 153. atque *Aversa, et Pell. apud Vivam l. c. n.* 13. *et* 14., sequitur *Potest. t.* 1. *de min. pœnit. c.* 5. *n.* 3458. *cum Peyr. Donat. Rodr. Vidal, Joan. De la Croix*, et ipse *Viva* se revocans id admittit in *tract. de cens. qu.* 2. *art.* 2. *n.* 6. *et* 7., docet Regulares posse absolvere sæculares a casibus papalibus occultis; et probant ex privilegio Soc. Jesu (in quo communicant omnes Regulares, ut notat *Potesta n.* 3459.) concesso a *Paulo III.* anno 1545. In dicto privilegio, cujus verba refert *Potesta ibidem*, conceditur absolvere fideles *ab omnibus peccatis etiam Sedi apostolicæ reservatis, exceptis contentis in bulla Cœnæ, etc.* Nec non vota *quæcumque, exceptis votis castitatis, religionis, etc.* Nec obstare dicunt *Pell. apud Vivam, et Bon. n.* 19., laudatum decretum *Pauli V.* Nam prohibitio ibi facta de absolvendis casibus papalibus, refertur ad casus in decr. *Clementis VIII.* reservatos, quod *Paulus V.* et inde *Urbanus VIII.* confirmarunt, et innovarunt, ut referunt *Bon. Viva, etc.* Ibi enim tantum casus bullæ Cœnæ, et alii sex enuntiati excepti fuerunt.

97. — Quod autem tuentur *Pelliz. apud Vivam, et Rodriq. apud Potest.*, scilicet ex præfato privilegio posse Regulares absolvere etiam a papalibus pro foro fori, merito rejicit *Potesta n.* 3465. Nam ex verbis privilegii, *Confessionibus auditis*, atque *pœnitentiam salutarem injungendi*, satis constat facultatem pro solo foro interno esse concessam.

98. — Dubit. 2. an Religiosi possint absolvere sæculares a casibus ab Episcopis sibi specialiter reservatis? Affirmarunt *Suar. Hurt. etc. apud Salmant. de cens. c.* 2. *p.* 4. *n.* 40. Ratio, quia qui potest majus (nempe absolvere a papalibus), potest etiam minus, scil. absolvere ab episcopalibus. Et huic opinioni inclinarunt *Rodriq. Quint. Cand. etc. apud Vivam in d. prop.* 12. *n.* 4., ob privilegia postea, et iterum Regularibus concessa. Nec obstare dicebant decr. S. Congr. de mandato *Clem. VIII. et Urb. VIII.* cum talia decreta non habeant vim legis. His tamen non obstantibus, omnino tenendum est oppositum, cum præfata decreta fuerint confirmata ab iis Pontificibus pro tota Ecclesia ipsorum speciali mandato, et ideo vere habent vim legis, juxta communem doctrinam relatam *lib.* 1 *n.* 106. Insuper (ut recte dicunt *Salm. l. c. prope fin. et Viva de cens. qu.* 2. *art.* 2. *n.* 7.) prædicta opinio satis evasit improbabilis post prop. 12. damnatam ab *Alex VII.* quæ dicebat: *Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episco-*

porum facultate. Hæc enim proscriptio sola sufficit ad privilegia revocanda.

99. — Dubit. 3. an Regulares privilegiati possint absolvere a censuris Episcopis reservatis a jure vel a consuetudine? Adest duplex sententia probabilis.

Prima sententia negat, et hanc tenent *Cabassut. T. I. l. 1. c. 11. Conc. de pœnit. p.* 571. *n.* 6. *Milante in prop.* 12. *damn. ab Alex. VII. et Viva in d. prop.* 12. *n.* 14. *cum Bordon et Floron.* Quia in decreto citato *Pauli V* fuit Regularibus sublata facultas absolvendi a censuris Ordinariis reservatis.

Secunda sententia tamen probabilior affirmat, quam tenent *Conc. de cens. p.* 447. *n.* 17. *Spor. de pœnit. p.* 264. *n.* 745. *Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 1628. *Salm. de sacram. pœnit. c.* 13. *p.* 3. *n.* 52. *cum Sanch. Aversa, Lez. Pelliz. Peyr. Dian. etc.* Et sequitur se revocans *Viva in tract. de cens. qu.* 2. *art.* 2. *n.* 7., qui docet posse absolvi a Regularibus censuras Episcopis reservatas a jure communi. Quænam autem sint censuræ, *vide infra apud Busemb. n.* 213. Excipe tamen eas quas Episcopi sibi reservant. Ratio, quia, licet in decretis *Pauli V. et Urb. VIII.* Regularibus vetetur absolvere a casibus Ordinariis reservatis, attamen hoc verius intelligitur, ut dicunt *Salm. l. c. et Avers. Lez. Leand. apud Vivam d. prop.* 12. *n.* 13., de casibus tantum ab Ordinariis sibi reservatis, cum hæc decreta sint (ut supra diximus) confirmativa decr. *Clem. VIII.* ubi dicitur: *Nec a casibus, quos Ordinarii reservarunt, aut in posterum sibi reservabunt.* Notatque recte *Suar. de pœnit. d.* 29. *s.* 3., quod casus a jure Episcopis reservati reipsa magis dicendi sint Episcopis delegati, quam reservati. Omnino tamen excipiendi sunt sex casus expressi in decreto edito jussu *Clem. VIII.* ut supra. At hoc intelligendum intra Italiam, ut explicavit *Urban. VIII.* (prout supra *n.* 95.) nam extra Italiam, vel in Urbe, ut dicitur in decr. *Clementis,* bene possunt Regulares absolvere ab omnibus censuris, quæ a jure sunt Episcopis reservatæ, et intra Italiam Rgulares possunt absolvere a censura propter abortum fœtus animati, cum hic casus non sit in casibus expressis a *Clem. VIII,* Ita communiter DD. *Vide l.* 3 (IV) .*n.* 367. *vers. Pariter.* Si vero Episcopus hunc casum specialiter sibi reservaverit, tunc nullo modo Regulares possunt illum absolvere, ut diximus *loc. cit. in finc, et lib.* 6 (v). *n.* 699. *vers. Cerdum, circa fin.*

100. — Quod autem dicit *Viva de cens. q.* 5. *art.* 3. *n.* 10. *et in prop.* 12. *damn. ab Alex. VII., cum aliis,* nempe Regulares posse absolvere etiam a sex casibus *Clement. VIII.* quando sunt occulti, ob eamdem rationem ut supra, quia prædicti casus, cum sint occulti, reservantur Episcopis, non Papæ, vi Trident. in c. *Liceat*; id minime probatur : nam in tantum Regulares possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, sive delegatis, in quantum ipsi etiam sunt papales, quare, ablata Regularibus facultate absolvendi a casibus *Clem.* uti papalibus, non habent illi unde hac facultate uti possint, sive casus sint publici, sive occulti. Probabiliter autem *Viva q.* 2. *art.* 2. *n.* 7. *cum Comit.* et communiori sententia, cui adhæret etiam *Conc. p.* 447. *n.* 17., dicit posse Regulares absolvere casus in Synodis reservatos, quando Episcopus eos in tabella non exponit; quia eo ipso, quod in tabella non reservat, censetur velle omnibus confessariis facultatem concedere absolvendi ab iis, ex regula : *Non expressum habetur pro emisso.*

101. — II. Quoad facultatem autem, quam Prælati Regulares habent erga *suos subditos,* communiter docent DD. posse ipsos subditos absolvere ab omnibus casibus Papæ reservatis extra bullam Cœnæ. Ita *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 6. *n.* 70. *Conc. p.* 444. *n.* 19. *Viva in prop.* 4. *Alex. VII. n.* 6. *et Potest. de min. pœn. t.* 1. *n.* 3372. ex variis privilegiis, quæ congerunt *Salm. l. c.* (Quidquid in contrarium dicat *Croix. l.* 8. *n.* 141. *cum Dic.*) Nam licet ex vi Trident. in c. *Liceat,* non censeatur data Prælatis Regularibus facultas ibi concessa Episcopis, quia videtur concessa tantum iis, qui habent diœcesim propriam, cum in Trident. dicatur, *in diœcesi sua;* attamen adest privilegium a *S. Pio V.* (quod in extensum referunt *Conc. l. c. et Salm. de sacr. pœnit. c.* 13. *p.* 3. *n.* 33.) cujus vi prælati regulares in suos Fratres, et Moniales possunt idem, quod Episcopi in suos subditos vi Trid. in *c. Liceat.* Et licet *Mendo ap. Croix l. c.* astruat confutare privilegium *S. Pii,* tamen illud authentice referunt *Salm. cit. n.* 33. *Viva, et Conc.,* qui etiam asserit ipsum confirmatum fuisse cum aliis a *Bened. XIII. in const.* 79. *Pretiosus,* edita an. 1727. quam refert etiam *P. Milante in prop.* 3. *Alex. VII. p.* 33. Qui insuper refert ab eodem Pontifice concessam fuisse facultatem

absolvendi etiam a casibus bullæ Cœnæ, exceptis *Relapsu in hæresim, falsificatione litterarum apostolicarum, et delatione prohibitorum ad infideles* ; Generali vero Ordinis concessit, *ut ipse solus possit ab irregularitate hujusmodi* (orta ex homicidio) *dispensare cum Fratribus sibi subditis, dummodo homicidium non fuerit appensatum, et intra claustra extiterit consummatum.* Nomine autem Prælatorum veniunt Provinciales, et eorum Vicarii in ipsorum absentia, vel alii ab eis deputati, ut asserunt *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 6. *n.* 80. Necnon veniunt omnes superiores locales, rectores, priores, guardiani, etc. ut ait *Potest. l. c. n.* 3379. Sed post hæc scripta inveni, quod *Clemens XII.* in bulla, *Romanus*, die 30 Maii 1732., revocaverit omnes constitutiones, et privilegia (præsertim contenta in præfata bulla, *Pretiosus*) concessa a *Bened. XIII.* omniaque reduxit ad pristinum statum. Insuper hic notandum, quod cum disceptatum fuisset, an revocatio per Tridentinum facta privilegii Regularibus concessi absolvendi hæreticos, esset vel ne intelligenda pro sæcularibus, non vero pro Religiosis subditis : S. C. dijudicavit intelligi pro omnibus ; ita refert *P. Ferraris Bibl. verb. Absolvere, art.* 1. *n.* 40.

102. — Possunt etiam Prælati Regulares absolvere novitios sui ordinis a censuris papalibus (exceptis casibus bullæ) ante ingressum in religionem contractis. Ita *Salm. dict. n.* 80. *cum Rodr. Cand. etc.* ex privilegio a *Clemente VII.* concesso anno 1530.

103. — Sed dubit. 1. An dicti Prælati possint novitios absolvere etiam a censuris ab Episcopis sibi specialiter reservatis ? Respondetur negative ex decreto S. C. edito de mandato *Urb. VIII.* ut supra relato ; quamvis etiam contradicat *Jo. de la Crux apud Salm. l. c.* cui ipsi adhærent *ibid. n.* 81. quia (ut aiunt *Salm.*) per tale decretum revocata est facultas concessa per privilegium *Clementis VII.* quoad absolutionem casuum episcopalium; non autem illa quæ per consuetudinem est obtenta, ut est ea, qua habentes facultatem absolvendi a reservatis Papæ, possunt absolvere etiam ab illis, quæ Ordinarii sibi reservant, ut testantur *ib. Suar. et Hurt.* Addunt alii apud *Vivam in d. prop.* 12. *Alex VII. n.* 6. decretum illud non habere vim legis, quia non fuit de ejusdem Pontificis speciali mandato solemniter promulgatum pro tota Ecclesia, juxta sententiam relatam *n.* 106. Omnes tamen hæ rationes ex supradictis non videntur amplius probabiles post prop. 12. damnatam ab *Alex VII.* ut supra allatam, qua oppositum apparet satis declaratum.

104. — Dubit 2. an Prælati regulares possint absolvere suos subditos Religiosos a casibus reservatis in bulla Cœnæ, ac etiam ab hæresi ? Quod sæculares, jam damnata fuit ab *Alex. VII.* propositio 4. quæ dicebat. *Prælati regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, et ab excommunicatione ob ipsam incursa.* Quoad subditos vero, adsunt tres sententiæ.

Prima universe affirmat cum *Pal. Rodr. Peyrin. etc. ap. Salm. de cens. c.* 2. *p.* 6. *n.* 75. et hanc sequitur, et enixe defendit *Potest. t.* 1. *p.* 4. *c.* 5. *n.* 3375. *cum Villal. Donat. et aliis,* ex diversis privilegiis, et juribus quæ ibi congerit.

105. — *Secunda sententia*, quam tenent *Salm. l. c. n.* 76. *et* 77. *cum. Suar. Bann. Cand. Arrag. et aliis*, dicit non posse absolvere, ab hæresi, sed bene posse a cæteris casibus bullæ. Ratio istorum, quia, licet per bullam Cœnæ revocentur quæcumque privilegia Regularibus indulta, per verba, *Non obstantibus privilegiis, etc. alicui, vel aliquibus cujuscumque Ordinis concessis* ; attamen *S. Pius V.* extendit ad Prælatos regulares privilegium Episcopis concessum per Trident in *cap. Liceat,* ut supra, eodem modo ac in Episcopis, invenitur. Sicut igitur (dicunt *Salm. ibid. n.* 77.), non obstante dicta bulla, possunt Episcopi vi illius privilegii absolvere suos subditos, etiam a casibus bullæ occultis, sic etiam posunt Regulares. Excipiunt autem *Salm. ibid. n.* 76. hæresis crimen, quia ex constit. *Pauli V.* ut referunt, hæretici omnino remitti debent ad Inquisitores. Sed hoc explicant in *Tract. de sacr. pœnit. c.* 13. *p.* 3. *n.* 50, valere pro locis, ubi viget tribunal S. Inquisit. ; et ideo pro aliis locis referunt doctrinam *Suarii*, qui dicit Prælatos posse absolvere subditos etiam in hæresim relapsos ex concessione *Greg. XIII.*

106. — *Tertia sententia* demum, quam tenendam esse dicunt *Viva in prop.* 4. *damnatam ab. Alex. VII. et Croix l.* 6. *p.* 1. *n.* 1622. citans *Sanch. Suar. Dian. et Mendo*, dicit non posse absolvere ab ullo casu bullæ Cœnæ. Ratio est, tum quia decr. *Urbani VIII.* (ut supra allatum) expresse declaravit per annuam bullæ publicationem sublatam esse regularibus facultatem a casibus bullæ Cœnæ absol-

vendi; tum quia (ut recte arguit *Viva in d. prop.* 4. *n.* 3.), si hodie nec etiam Episcopi a casibus bullæ absolvere possunt post prop. 3. damnatam ab *Alex. VII.* ut diximus supra *n.* 83. Ergo tanto minus potaerunt Prælati regulares. Sed hodie quæstio finita est; nam (ut referunt *P. Milante in dicta prop.* 3. *t.* 1. *p.* 23. *et P. Conc. t.* 10. *p.* 449. *n.* 21 *et* 22. (*Bened. XIII.* in bulla *Pretiosus*, (cujus verba retulimus *n.* 101.) novissime concessit Superioribus Ord. S. Dominici, et per communicationem aliorum Ordinum, posse absolvere suos subditos, nempe Fratres, et moniales sibi subjectas, a quibusvis censuris etiam in bulla Cœnæ, aliquibus tamen exceptis.

107. — Dubit. 3. an Prælati regulares possint absolvere suos subditos a censura ob percussionnm alterius Religiosi, aut clerici sæcularis? Diximus *suos subditos*; nam circa sæculares nihil Regulares possunt, cum facultas absolvendi sæculares ab hac censura sit ipsis expresse adempta a *Clem. VIII. et Paulo V.* extra Roman, et intra Italiam : *vide dicta n.* 95. In c. *Cum illorum* 32. § *Qui, de sent. excom.* affirmatur, si Religiosus percusserit alium ejusdem Ordinis, *nisi excessus* (ut ibi dicitur) *extiterit difficilis et enormis, utpote si ad mutilationem membri, vel ad effusionem sanguinis est processum, aut in Episcopum, aut Abbatem violenta manus injecta*. Si vero percusserit Religiosum alterius claustri, dicitur ibid., quod *per Abbatem proprium, et ejus qui passus est injuriam, absolvatur*. Si autem percusserit clericum sæcularem, dicitur, *nonnisi per apostolicam Sedem absolutionis gratiam poterit promereri.* Idem autem quod dicitur de Religioso, dicunt communiter *Pal. d.* 3. *p.* 23. § 4. *n.* 10. *Laym. tr.* 5. *p.* 2. c. 5. *circa finem, et alii passim* de novitio percussore, etiamsi ipse crimen commiserit ante ingressum, quia in favorablibus novitii habentur ut Religiosi. Addunt tamen *Laym. l. c. in fin.*, *et Pal. ib. cum Mol. et Sayr.* quod novitius, si egrediatur ante professionem, tenetur se præsentare Sedi apostolicæ c. *Eos qui, de sent. excomm. in* 6. adhuc si fuerit a Prælato absolutus, quia illa absolutio fuit concessa ob temporale impedimentum, ne vagaretur. Hic vero notandum 1. quod si Religiosus levi percussione læserit clericum sæcularem, bene poterit absolvi ab Episcopo ilius, ut communiter dicunt iidem, *Laym. et Pal. ll. cc. cum aliis* ex c. *Religioso, de sent. excom. in* 6. Notand. 2. cum eisdem AA. et *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 6. *n.* 69. quod prædicta procedunt juxta jus commune; nam, spectatis privilegiis, Religiosi bene possunt absolvi a suis Prælatis, etiamsi percussio fuerit enormis, ex pluribus privilegiis, quæ referunt *Pal. n.* 10. *in fin. Salm. l. c. et Ronc. p.* 104. c. 2. *q.* 2. Idque dicunt præfati AA. valere, etiamsi Religiosus percusserit alium alterius Ordinis, vel clericum sæcularem. Additque *Croix l.* 7. *n.* 32. *cum Krimer.* etiamsi percussio fuerit publica; ac posse Abbatem absolvi per confessarium a seipso electum. Notandum 3. quod licet Regulares possint absolvi a suis Prælatis ob hujusmodi privilegia, tamen valent etiam se subjicere Episcopis, ut ab eis absolvantur : intellige, si percussio fuerit levis, vel enormis occulta. Et in eo casu illi qui sunt Prælati alicujus Ordinis, possunt per se exposcere talem absolutionem ab Episcopis; reliqui vero Religiosi de suorum Prælatorum licentia, nisi hæc injuste denegetur, ut docent *Sanch. Dec. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 10. *et Salm. ibid. p.* 5. *n.* 52. *cum Boss. Henriq. Diana, etc.*

108. — A quibus autem censuris possint absolvi recipientes bullam Cruciatæ? *Vide Salm. ibid. p.* 7. *n.* 8. *et Croix toto l.* 8.

109. — « Regulæ : *Prima.* Qui habet
» potestatem absolvendi a censuris re-
» servatis Episcopo, non potest vi illius
» absolvere a reservatis Papæ.

110. — « *Secunda.* Qui habet potes-
» tatem absolvendi a reservatis Papæ,
» non censetur posse absolvere a censuris
» bullæ Cœnæ, eo quod hæ censeantur
» majores, nec comprehendi in conces-
» sione generali. *Dian. p.* 5. *t.* 12.
» *res.* 14. »

111. — Ita *Bon. q.* 3. *p.* 1. *n.* 12. *et Suar. Ugol. etc. apud Salm. de cens. c.* 2. *p.* 4. *n.* 41. Cæterum quotiescumque conceditur a Papa facultas absolvendi a censuris, etiam de papalibus intelligitur, alias nihil concederetur, quia quilibet approbatus potest absolvere a non reservatis, ut *Bon. n.* 11. *et Salm. l. c. cum Nav. Azor, Cand. etc.* Pariter in jubilæo, concessa facultate ab omnibus censuris reservatis, intelliguntur comprehensæ ex communi usu etiam reservatæ Episcopis, *Croix l.* 7. *n.* 132. *et* 149. *cum Suar. et Dic.* An autem, data potestate absolvendi a censuris tam a jure, quam ab homine latis, comprehendantur censuræ ab Episcopo specialiter latæ? Affirmant apud *Croix n.* 133. *Avil. Henr.*

etc.; negant *Vasq. Hurt. etc.* Utraque est probabilis. Facultas autem concessa ab Episcopo de absolvendis casibus reservatis, non intelligitur data pro peccatis, quibus annexa est censura reservata. *Tamb. de cas. r. c.* 9. § 1. *n.* 11. Secus si talis concessio fiat a Papa; *Croix l.* 7 *n.* 134. Ratio, quia omnes casus papales sunt principaliter reservati cum censura, et propter censuram; *vide l.* 6 (v) *n.* 580.

112. — « *Tertia.* Qui habet potestatem » absolvendi a censuris bullæ Cœnæ, » habet etiam a quibusvis papalibus, et » epiecopalibus a jure latis, etsi aliqui » negent de excommunicatione contracta » propter hæresim, de qua alii probabi- » lius affirmant, præsertim pro regio- » nibus septentrionalibus pro quibus » alioqui concessio per magnam partem » esset inutilis.

113. — Concessa facultate absolvendi a casibus papalibus, non intelligitur a casibus bullæ Cœnæ; quia in generali concessione non veniunt ea quæ Superior non fuisset concessurus, si specialiter de iis rogatus fuisset, ut dicunt *Bon. q.* 3. *p.* 1. *n.* 12. *Croix. l.* 7. *n.*132. *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 4. *num.* 41. *cum Suar. Cand. Ugolin. etc.* Certum autem est hodie, quod concessa facultate absolvendi a casibus bullæ Cœnæ, non comprehenditur facultas absolvendi ab hæresi, licet occulta, ut decrevit *Alex. XIV.* die 23 Martii 1656. et novissime rursus declaravit *Bened. VII.* in bulla *Convocatis*, emanata pro jubilæo anni 1750. *n.* 53. Qui tamen *n.* 7 concessit in eodem jubilæo facultatem absolvendi ab hæresi occulta, modo pœnitens non habuerit complicem.

114. — « *Quarta.* Possunt Regulares » per sua privilegia, sicut ab aliis cen- » suris Papæ reservatis, ita etiam absol- » vere duello certantes (idem dic de » similibus casibus) post Constitutionem » *Clementis VIII.* sicuti poterant ante » eam : præterquam in Italia extra » Urbem ; idque ex declaratione ipsius- » met *Clementis* apud *Comitolum l.* 6. » *mor. Regin. l.* 21. *d.* 83. *Filliuc. t.* 1. » *tr.* 15. *c.* 5. *Laym. l.* 3. *t.* 3. *p.* 3. *c.* 5.

115. — « Resp. 4. Ampla etiam solet » dari potestas a censuris absolvendi in » jubilæis : in quibus diligenter consi- » derandum est, quid, quantum, et quo- » modo concedatur. Si enim detur po- » testas absolvendi a casibus reservatis » Papæ, etiam conceditur potestas ab- » solvendi a censuris Papæ reservatis : » quia is non solet reservare casus, nisi » ratione censuræ adjunctæ. » (*Cæterum universe loquendo, qui absolvere potest a peccato reservato, potest etiam a censura annexa, cum nequeat absolvi peccatum, nisi prius censura absolvatur. Salm. ibid. n.* 38. *cum Avil. Cand. etc.*) « Porro ab- » solutio data confitenti bona fide in » jubilæo, cum intentione lucrandi illud, » etsi postea vel sua negligentia, vel » propter aliud impedimentum non lu- » cretur, est valida, tollitque censuram; » secus si ab initio indulgentias lucrari » noluerit, eo enim casu probabilius est » absolutionem non valere, et tam pec- » cata reservata, quam censuram de » novo debere tolli ab eo, qui potest » extra jubilæum. » (*Vide dicta de pœnit. l.* 6 (v). *n.* 536.)

DUBIUM VI.

Quomodo danda sit absolutio a censura?

116. — « Resp. Id statuendum esse ex » natura tum censuræ, tum cujusvis ab- » solutionis.

Ex qua circa absolvendi modum resolves :

« 1. Ex natura rei non requiruntur » certa verba, sed sufficiunt ea signa, » quibus aperte significetur absolutio » impendi. » (*Ad absolvendam censuram sufficiunt quæcumque signa externa, sed non sufficit sola voluntas judicis. Suar. d.* 6. *sect.* 9. *n.* 2. 5. *et* 6. *Pal. d.* 1. *p.* 11. § 3. *n.* 1 *et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 2. *n.* 14. *cum Cornejo, et Giball.*)

« In foro tamen externo communiter » servanda est forma cujusque episco- » patus. In foro autem conscientiæ hæc » fere est in usu : *Ego te absolvo*, v. g. » *a vinculo excommunicationis, suspensio-*

» *nis*, etc. *quam incurristi propter* NN. » (talem causam) *et* (si sit excommuni- » catus) *restituo te Sacramentis Ecclesiæ,* » *et communioni fidelium,* (*aut* si sit sus- » pensus) *executioni tuorum ordinum,* » *vel officiorum, in nomine Patris,* etc. In » publica autem ac solemni absolutione » præmittitur psalmus *Miserere*, et ad sin- » gulos versus pœnitentis humeri denu- » dati leviter percutiuntur (nisi ex justa » causa talis cæremonia videatur omit- » tenda, præsertim in fœminis ; tum ad- » jectis precibus absolvitur, et in Ecclesia » introducitur. Idem modus fere serva- » tur in absolutione mortuorum, nisi » quod sepulchrum virga percutiatur. » *Rituale Roman.*

117. — « 2. Absolvi a censura potest » absens ; » (*Certum est quod absens sicut potest ligari censura, ita absolvi, ex c. De manifesta, caus.* 2. *qu.* 1. c. *Quanto, caus.* 2. *q.* 5. *Cæterum sine urgenti causa non licet absolvere absentem, Sanch. l.* 2. *c.* 11. *n.* 14. *Salm. ibid. n.* 16. *cum Pal. Avil, Sagr. etc. qui notant, quod si obtineatur absolutio per procuratorem, hic debet habere speciale mandatum censurati de obtinenda absolutione, ut constet de emendatione : debetque procurator implere, quæ mandans implere deberet, si præsens esset*) « imo et invitus ; et si hoc communiter » non liceat, ne censura contemnatur. » Ratio, quia sicut pœna in absentem et » invitum potest statui, sic et auferri, » *Turr. Dian. p.* 5. *t.* 9. *r* 10. » (*Vide* » *infra n.* 131.)

118. — » 3. Is, qui pluribus censuris » est astrictus, potest absolvi ab una, » relictis aliis ; quia inter eas non est » necessaria connexio. Unde si dicatur, » *absolvo te ab omni vinculo, etc.* valet pro » omnibus : ideoque si sic absolutus in » jubilæo forte omisisset invincibiliter » peccatum habens annexam censuram, » id est excommunicationem, posset is » postea ab eo peccato per quemvis ap- » probatum absolvi, cum non sit amplius » reservatum, sit sublata. » (*Vide d. n.* » 131. *in fine.*)

119. — « 4. Absolutio vi, aut metu » gravi injuste incusso extorta non valet; » imo novam excommunicationem incur- » rit, qui metum incutit. » (*Ex c. unic. De his, quæ vi, etc. in* 6. *Secus tamen si metus non fuerit injuste incussus, nempe si extorta sit absolutio a judice, qui nolebat absolvere, adhuc cessante contumacia. Ronc. cap.* 6. *q.* 6. *et Cont. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 5. *art.* 2. *Quær.* 6.

120. — « 5. Absolutio data ab Ordinario, » non præstita satisfactione, etsi sit illi- » cita, valida tamen est, imo etiam data a » delegato, modo non delegetur cum con- » ditione satisfactionis : quæ si impossi- » bilis sit, sufficit præstare cautionem, » aut juramentum de satisfaciendo cum » poterit.

121. — Quær. utrum sit invalida absolutio censuræ data a delegato, non satisfacta parte, si illi facultas concessa est absolvendi cum clausula, *satisfacta parte?* Probabiliter negant *Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 33. *n.* 6. *Pal. d.* 1. *p.* 51. §. 3. *n.* 6. *Bon. q.* 3. *p.* 9. *Ronc. c.* 6. *q.* 6. *et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 2. *n.* 25. Nisi exprimatur in concessione, nullam fore absolutionem, hac conditione non impleta: alias, cum illa conditio sit de jure, intelligitur apposita ad monendum delegatum non ad limitandam facultatem ; sed probabilius affirmant *Suar. d.*7 *s.* 5. *n.* 42. *Sporer Suppl. p.* 279. *n.* 214. item *Vasq. Con. Sayr. ap. Pal. l. c. et alii citati l.* 6 (v). *n.* 537. *v. Qu. VII.* cum communiori sententia, ut fatetur ipse *Palaus*. Ratio, quia prædicta clausula probabilius importat veram conditionem, ut in simili dictum est *eod. l.* 6 (v). *n.* 1115. *circa fin.* Tanto magis quod, cum Pontifices volunt tantum monere de aliqua obligatione, monitionem exprimant per verbum, *hortamur, monemus*, et simile ; cum vero adhibent ablativum absolutum, aliquid aliud exprimere intendunt. Hoc tamen non obstante, non puto improbabilem (ut dixi) primam sententiam saltem ob auctoritatem DD. qui hic illud *satisfacta parte,* non interpretantur pro conditione. Omnes autem conveniunt graviter peccare confessarium qui censuratum absolveret, parte non satisfacta. *Vide tamen alia dicta cit. n.* 537. *v. Qu. VII.*

122. — Certum autem est, quod etiam secuta emendatione, vel satisfacta parte, ad cujus instantiam lata est censura, hæc non aufertur sine absolutione, quia licet, cessante contumacia, censura debeat statim absolvi, ex c. *Cum desideres, de sent. exc.*, ex hoc tamen non infertur, quod sit jam absoluta; patet ex prop. 44. damnata ab *Alex.* VII. *Quoad forum conscientiæ, reo correcto, ejusque contumacia cessant censuræ.*

123. — « 6. Dari potest absolutio sub » conditione de futuro contingenti, cum » sit actus jurisdictionis externæ, qui » conditionatus esse potest. Communi- » ter tamen non expedit sic absolvi : si

» enim reus absolutionem meretur, non » debet apponi conditio ; si non mere» tur, non debet absolvi. » (*Ideo illicita de se est talis absolutio, quamvis ex aliqua causa posset cohonestari, ut Ronc. ib. q.* 2. *cum Suar. Con. et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 1. *n.* 11. *et* 12. *Si quis excommunicet sic* : excommunico te, donec solvas *vel si quis ita absolvat :* Absolvo te,si intra mensem solvas : *facta solutione, tollitur censura, ut Pal. Heur. Avil. Con. Vasq. etc. cum Salm. ibid. n.* 13.)

124. — « 7. Potest etiam dari absolu» tio ad reincidentiam, id est pro certo » actu, et tempore, quo transacto, rein» cidit : item sub certo onere, quo non » impleto, censura reviviscat.

125. — Quær. autem utrum, censura absoluta cum reincidentia, (v. g. si intra mensem non satisfacias) requiratur nova culpa ad reincidendum.

Prima sententia negat, quia tunc manet eadem prima censura, quæ non fuit sublata, nisi sub tali conditione. Ita *Suar. d.* 7. *sect.* 8. *n.* 27. *Bon. q.* 3. *part.* 3. *n.* 16. item *Hurt. Fill. etc. ad. Salm. ibid.*

Secunda sententia tamen probabilior, quam tenent *Ronc. c.* 6. *q.* 2. *in fin. Pal. d.* 1. *p.* 11. § 2. *n.* 10. *et Cont. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 5. *art.* 2. *in fin. et Salm. de cens. c.* 2. *p.* 1. *n.* 6. *cum Avil. Henr. Con. Laym. etc.* docet requiri novam culpam. Ratio, quia prima censura non potest dici suspensa, cum non possit suspendi censura, nisi auctoritate Pontificis, ut dicunt *Salm. l. c.* Ergo fuit sublata, et ideo sine nova culpa renasci non potest. Et idem dicendum aiunt *Salm. cum iisdem AA. cit. n.* 6. *in fin.* si Pontifex a censura absolverit ad omnem effectum, etsi ad reincidentiam; quia, nisi aliud exprimat, censetur absolvisse modo ordinario; secus tamen, si a censura absolverit ad aliquem effectum tantum, nempe ut censuratus reddatur habilis ad beneficium obtinendum, etc. manente censura quoad alios effectus.

126. — « 8. Probabilius est, eum, qui » habet potestatem absolvendi in foro » conscientiæ a censura, posse id facere » etiam extra confessionem, ut contra » *Navar. Suar. et alios* docent *Sanch. l.* 8. » *de matr. d.* 16. *Con. Dian. etc.* » (*Idem tenent Salm. ibid. p.* 4. *n.* 44. *in fin. cum Con. Ugol. Vide tamen l.* 6 (v). *n.* 593. *v. Eamdem, ubi diximus, Episcopum non posse absolvere a casibus papalibus occultis extra sacramentum pœnitentiæ ex declar. Gregorii XIII.*

127. — Sed pro complemento hujus puncti hic sedulo recensendæ sunt solemnitates requisitæ a jure, ut absolutio debite impendatur.

Requir. I. Ut reus prius satisfaciat parti, in cujus damnum commissum fuit crimen, ob quod censura lata fuit, nimirum furtum, percussio, etc. ; nam licet absolutio data, parte non satisfacta, fuisset valida, graviter tamen peccat absolvens, et tenetur illa damna restituere, quia ex officio tenebatur ei consulere. Ita communiter *Avil. Con. Henr. Cand. cum Salm. ibid. p.* 2. *n.* 22. Sufficit tamen, cum creditor est in loco distanti, si reus pecuniam in loco tuto depositet, ut possit absolvi, ut bene notant *Salm. ibid. n.* 21. *in fin. cum Avila.*

128. — Tribus tamen casibus posset reus absolvi, non satisfacta parte. I. Quando pars injuriam remittit ; sufficit enim satisfactio damnificati, quin satisfiat Ecclesiæ, ut tenent *Salm. de cens.* c. 2. *p.* 2. *n.* 20. *Vide l.* 6 (v). *n.* 536. Hinc si percussus a clerico remittat injuriam expresse, vel tacite, percussorem familiariter tractando, hic bene posset absolvi, ut *Avila, Navarr. Sylv. apud Salmant. ibid.* II. Quando pars læsa rejicit justam satisfactionem oblatam, quia tunc jam per se satisfacit. *Salmant. cum Card. l. c. in fin.* III. Quando reus impotens est ad satisfaciendum, quia tunc judex eum absolvere bene potest, imo tenetur, et valet compelli, ut ait *Con. apud. Salmant. ibid. n.* 21. *ex c. Qua fronte, de appel.*, quia, cessante contumacia, debet reus absolvi. Reus tamen, qui non est solvendo, nec in toto, nec in parte, debet cautionem præstare, si potest : alias saltem juramentum solvendi, cum poterit, ex *c. Odoardus, de solut. et c. Ex parte* 23. *de verb. signif.* Sed *vide dicta lib.* 6 (v). *n.* 537. *v. Si vero.* Hoc autem currit, si reus certe est debitor ; nam si habet opinionem probabilem pro se, vel si sit dubius, cum melior sit conditio possidentis, non potest obligari, nisi ad summum ad præstandum juramentum solvendi, si de obligatione constiterit. Quod si debitor statim solvere non posset, nisi cum magno damno, aut incommodo, potest etiam, præstita cautione, absolvi ; nisi pars idem incommodum ex dilatione pateretur, ut *Nav. Con. Avil. cum Salm. dict. n.* 21. *De hoc vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 701.

129. — Requir. II. Ut reus ante absolutionem censuræ, præstet juramentum de non committendo amplius tale crimen,

colligitur ex c. *De cætero*, et c. *Ex tenore, de sent. excomm.* Hoc juramentum tamen exposcitur tantum ab iis, qui ob enorme crimen excommunicationem incurrunt, utpote sunt scandalose violantes Ecclesias, graviter percutientes clericum, incendiarii, usurarii publici, notorii percussores Episcopi, vel Cardinalis, etc. Secus, si excommunicatio sit contracta ob alia peccata non ita gravia; et hoc currit tam in foro interno, quam externo. Ita comm. *Pal. d.* 1. *p.* 11. § 3. *n.* 4. *et Salm. ibid. n.* 18. *cum Suar. Con. Hurt. Avil. Dian. Henr. etc.*

130. — Requir. III. ex c. *Per tuas, de sent. ex.* ut censuratus absolutionem petat; ibi : *Nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur.* At quia textus dicit, *non debet*, non autem *non potest*, ideo bene docet *S. Th.* 3. *p. qu.* 24. *art.* 2. quem sequuntur *Pal. d.* 1. *p.* 11. § 3. *n.* 9. *et Con. Avila, etc. cum Salm. de cens. c.* 2. *p.* 3. *n.* 29. censuratum, modo sit emendatus a peccato, etiam renitentem valide posse absolvi.

131. — Hinc autem notandum I. quod, si reus non sit emendatus, et peccatum habeat tractum successivum, ut hæresis, furtum, non potest absolvi, nisi a ferente censuram; secus tamen, si peccatum non habeat tractum successivum, ut perjurium, blasphemia, ut *Cont. Tourn. de cens. part.* 1. *cap.* 5. *art.* 2. *Quær.* 2. *et Salm. ibid. n.* 28. Notandum II. cum *Ronc. c.* 7. *q. ult. et Salm. ibid. n.* 30. *et ibi Pal. Suar. Sayr. Dian. etc.* quod aliquando ex juxta causa etiam licite datur absolutio censurato adhuc contumaci, puta ob bonum publicum, vel ut reus facilius resipiscat. Notandum III. quod si privilegium sit factum pœnitentibus, prout in jubilæo, ubi datur eis facultas eligendi sibi confessarium a quo absolvantur, tunc nequit absolvi invitus, quia usus privilegii pendet a voluntate privilegiati; ita *Pal. et Tourn. ll. cc.* item *Avil. Con. Corn. apud Salm. ibid. n.* 29. *cum Ronc. l. c.* Secus, si privilegium sit in favorem confessarorium, ut sunt privilegia Regularium, prout recte notant *Salm. ibid. cum Ant. a Spir Sancto.* Notandum IV. quod aliquis pluribus censuris innodatus posset absolvi ab una, et non ab aliis, quare, si censuratus unius tantum petat absolutionem, odiose alias celando, ab illa tantum censetur, nisi Superior aliud exprimat, ex c. *Cum pro causa, et c. Officii, de sentent. excomm. Vide Salm. ibid n.* 32. Si autem sine dolo alias celasset, judicatur absolutus ab omnibus, nisi constet absolventem aliud intendisse. Ita *Salm. ib. cum Cand. Gibal.* Et hæc absolutio valet etiam pro foro externo, si absolvens jurisdictionem habet in contentioso; si vero in foro conscientiæ tantum, sive in sacramento pœnitentiæ jurisdictionem solum habet, tunc reus qui omiserit confiteri inculpabiliter peccatum, cui annexa erat censura reservata, poterit tantum pro foro conscientiæ a quocumque postea absolvi, ut cum *Bus.* dicunt *Salm. de cens. c.* 2. *p.* 3. *n.* 33. *et* 34. *cum Con. Avil. Gibal.* Idem dicitur ibi cum *Cov. Avil. Sylv, etc.*, de absolutione generali, quam prælati impertiuntur suis subditis in visitatione. Excipiunt tamen cum *Bonac. Avil. etc.*, si aliqua censura exposcat satisfactionem partis, quia tunc non præsumitur prælatus velle ab illa absolvere contra juris præscriptum, et in alterius præjudicium; ita præfati AA. et quidem probabiliter : sed. *l.* 6 (v). *n.* 597. probabilius esse diximus cum *Suar. Sylv. Conc. Antoine, et aliis.* quod pœnitens confessus Superiori, etiamsi inculpabiliter fuerit oblitus peccati reservati, non sit ablata reservatio, quia reservatio imposita est, ut culpæ cognoscantur a Superiore, utque debitis pœnitentiis puniantur, monitisque in futurum vitentur. Secus vero dicendum, si privilegium sit ipsi pœnitenti concessum, ut in jubilæo, etc. *Vide d. n.* 597.

132. — An autem valeat absolutio, quando datur ob falsam causam, nempe si judex absolvat, quia reus dicit jam se emendatum, vel parti satisfecisse, quod verum non sit? Respondetur negative, si deficiat causa principalis; secus, si minus principalis; vel si judex certo conscius sit falsitatis, ut *Cont. Tour. l. c. Quær.* 6. *r.* 2. *cum Suar. et Bonac. ita Salm. ibid. n.* 35. *cum Pal. Sayr. Avil. Henr. communiter.*

CAPUT II.

DE EXCOMMUNICATIONE

DUBIUM I

Quid sit, et quotuplex?

133 Quid excommunicatio? Quænam veniat illius nomine major ne, aut minor? et qui sint vitandi?
134 Resolutiones.
135 Quid requiratur, ut quis sit vitandus? Vide constitutionem conc. Constantiensis.
136 De 1. conditione, ut sit nominatim excommunicatus.

133. — « Resp. Excommunicatio est » censura, per quam quis privatur com- » munione Ecclesiæ. Estque duplex, » minor, quæ tantum privat usu passivo, » seu receptione sacramentorum : et ma- » jor, quæ etiam dicitur anathema, ac » in jure fere semper nomine excommu- » nicationis intelligitur » (*Habetur in c.* 1. *Si quem* 59. *de sent. excomm. quod nomine excommunicationis intelligatur major, non minor, et ita AA. ap. Croix l.* 7. *n.* 177. *Per anathema autem intelligitur excommunicatio major lata cum majore solemnitate*) « privatque omni commu- » nione ecclesiastica, secundum dicen- » da. » (*Non dicitur simpliciter* omni communione : *nam etiam excommunicatus cum fidelibus tanquam membris unius corporis communicat in pluribus bonis spiritualibus*; *sed additur* ecclesiastica, *id est pro bonis, quorum distributio ad Ecclesiam pertinet. Vide Salm. de cens. c.* 3. *p.* 1. *n.* 1.) « Per hanc majorem excommuni- » catus rursus est duplex : Toleratus, » quem fideles non tenentur vitare : non » toleratus, quem tenentur vitare. Et » quidem post conc. Constantiense, non » tolerati sunt hi tantum : I. Notorius » clerici percussor, de quo infra. 2. Qui- » vis nominatim excommunicatus, et » specialiter ac publice denuntiatus.

De excommunicatione Scavini sic habet in genere :

« Qui in excommunicationem incidit, ideo est, quia Ecclesiam non voluit audire; sed qui Ecclesiam non audit, ex Christi verbis, est habendus ut ethnicus ac publicanus. At numquid poterit ethnico Sacramentum ministrari, sepultura ecclesiastica donari, et alia bona Ecclesiæ ei tribui, qui renuit Ecclesiæ præsulibus se subdi, neque Ecclesiæ bonis frui meretur? Necesse ergo est, ut primum se retractet a sua pervicacia : vel privatim, si ejus delictum occultum sit; vel publice, si delictum fuerit publicum.

« Neque sufficit protestari, se velle catholice vivere et mori; Ecclesiæ non verbis tantum, sed maxime operibus obtemperandum est : unde quando Ecclesia aperte loquitur, absoluta et absque nulla conditione submissio nostra esse oportet. — Neque etiam faceret, si quis protestaretur, se omnia peccata sua confessum fuisse, ideoque suæ obligationi satisfecisse; nam Confessio est de fero interno, et nemo potest vel debet scire quid in Confessione actum sit. Sed quoad alia Ecclesiæ Sacramenta res est de foro externo : hinc si publico censura nota est, publico debet esse nota, si aliud non obstat, hic et nunc retractatio, ne dicatur indignis Sacramenta ministrari. (V. *Allocutio* Pii IX, 1 novemb. 1850, *In Consistoriali.*)

« Norma hæc esse solet, ut requiratur tum generalis fidei professio, tum et maxime expressa retractatio erroris, in quem quis lapsus merito creditur.

« Hic etiam notare non abs re erit, nempe jansenianum esse dicere excommunicationem non incurri ab illo, qui intentionem non habet eam incurrendi, imo habet intentionem contrariam, servandi scilicet unionem cum Ecclesia per charitatem, qua etiam expulsus non intendit ab ejusdem sinu disjungi. Hæc fuit tristissima et fallax Paschasii Quesnelli argutia ad eludendam Ecclesiæ potestatem in censuris ferendis : *Nunquam nos* (inquiebat iste) *eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Christo et ipsi Ecclesiæ per charitatem affixi sumus :* quæ propositio sub numero 91 a sancta Sede damnata fuit. Et jure merito, nam quid, quæso, discriminis est (in re quidem, si non in verbis) inter dictam Quesnellianam sententiam et illam Martini Lutheri : *Excommunicationes sunt pœnæ æternæ?* Atque ut discipulos suos ad conculcandas Ecclesiæ excommunicationes inflammaret magister audacissimus, hæc addebat pravitatis hæreticæ plenissima verba : *Excommunicationis injustæ metus nunquam debet nos impedire ab implendo officio nostro. Pati potius iniquam excommunicationem et anathema injustum quam prodere veritatem, est imitari sanctum Paulum : tantum abest ut sit erigere se contra auctoritatem aut scindere unitatem.* Proh Jupiter! *Apage hæc immitia poma* e scholis nostris in æternum et ultra !

« Vel apud ipsos gentiles obtinebat hæc spiritualis pœna; absit ergo, ut eos audiamus, qui ideo Ecclesiam insectantur. *Si quis privatus aut publicus eorum decreto non steterit, sacrificiis interdicunt* (ita de Druidibus sacerdotibus scribit Cæsar, *de Bell. Gall.*, l. VI, c. v). *Hæc pæna apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur ; ab iis omnes decedunt; aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant ; neque iis petentibus jus redditur, neque honor ullus communicatur.* Similia habet Tacitus, *Hist.*, l. V, n. 5.

« Apud Judæos autem triplex erat excom-

municatio : alia minor » *separatio* (Niddui) nuncupata, in qua trigenta diebus usus sacrorum erat interdictus ; alia, *anathema* (Cherem), quæ reum synagoga et civili commercio extorrem faciebat ; alia, *excisio* (Schammata) quæ 400 tubis promulgabatur, omnemque in synagogam regressus spem præcidebat ; imo, juxta plures, etiam sententiam mortis involvebat. (V. Calmet *verbo* EXCOMMUNICATIO.) (T. II. n. 165 ad. 167.)

Unde resolves :

134. — « 1. In Germania catholici se» cure communicant cum iis, qui notorie » sunt hæretici, et consequenter excom» municati; quia non sunt nominatim » excommunicati, ac publice denuntiati.

« 2. — Non teneris vitare eum, quem » scis pecasse contra legem, per quam » illi, etiam in particulari, sub pœna ex» communicationis aliquid est vetitum, » vel præceptum, quia requiritur ut per » sententiam expressam, et specialem, » contra personam in particulari, post » peccatum commissum, censura sit pu» blicata, v. g. ut Joannes sit denuntia» tus excommunicatus, vel saltem ita » exprimatur persona, ut non liceat de » ea dubitare, v. g. excommunicamus » talis loci decanum, prætorem. » (*Nota hic, quod agere rem sub excommunicatione majori vetitam, non excusatur a culpa gravi*; *Salm. ibid. n*, 7. *cum S. Th. Suar. Lez. et comm. Nota deinde, quod, si peccatum est vetitum sub censura ex eodem motivo, puta si vetetur homicidium, peccans unum peccatum committat*; *secus, si ex diverso motivo, ut si vetetur homicidium clerici ob reverentiam status. Est commune cum Laym. c.* 5. *n.* 1. *Pal. Avil. et Salm. ibid. n.* 8.)

« 3. Licet dicatur: *Excommunicamus* » *Petrum*, v. g. *incendiarium, et ejus* » *complices*, solus Petrus vitandus est, » non vero alii, etsi sint notorii : quia » sententia quod illos est tantum gene» ralis,et non specialis contra certam » personam.

« 4. Non teneris eum, qui privatim in » conclavi est denuntiatus, quia id non » est factum publice ; ad hoc enim requi» ritur, ut sententia legatur, vel affiga» tur alicui loco celebri, v. gr. in tem» plo, tempore concionis, vel aliter pro » more regionis.»

135. — Notandum I. olim omnes excommunicatos fuisse vitandos; post constitutionem vero concilii Constantiensis, quæ incipit, *Ad evitanda*, (cujus exemplum nunc non extat, sed legitur ap. *S. Anton.* et *Sot.* ultra quod sufficit fuisse confirmatam a *Martino V Extrav. Ad evitanda*,) vitandi tantum sunt nominatim excommunicati, ac denuntiati, et publici percussores clericorum; verba Const. relata *a Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 10. hæc sunt : *Ad evitanda scandala... indulgemus, quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, vel aliis quibuscumque Divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ, aut censuræ a jure vel ab homine generaliter promulgatæ...... teneatur aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum observare* : *nisi sententia vel censura ejusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, etc. vel locum certum, a judice publicato, vel denuntiata specialiter, vel expresse... Salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in clericum sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari* : *nam a communione illius, licet denuntiatus non fuerit, volumus abstineri, juxta canonicas sanctiones.* Sed inde additur: *Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos suspensos, et interdictos, seu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.*

Sunt igitur vitandi tantum nominatim excommunicati, ac denuntiati, et deinde notorii percussores clericum. De singulis hic discutiemus.

136. — Et quoad primos, ut aliquis excommunicatus sit vitandus, juxta prælaudatum decretum, requiritur I. Ut sit nominatim excommunicatus, expresso nomine per verba, aut signa indubitata, v. g. *Excommunico prætorem Salmantinum*, et ita ut non possit cum alio prætore æquivocari ut notant *Sotus, Avil. et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 15. Ex quo infertur, quod non tenemur vitare hæreticos, etiamsi notorium sit hos esse a jure excommunicatos, nisi sint insuper nominatim excommunicati et denuntiati. Nec obstat 1. decretum posterius concilii Basiliensis, quo sancitum fuit esse vitandos omnes notorie excommunicatos. Nam respondetur 1. cum *Turrecr Salm. et aliis DD. comm.* quod decreta dicti concilii edita post schisma (prout hoc decretum editum fuit) ab *Eug. IV.* fuerunt revocata ; *vide dicta l.* 1. *n.* 133. *Resp.* 2. quod tale decretum, quamvis legitimum fuisset, a contraria tamen consuetudine Ecclesiæ fuit abro-

gatum; et decretum concilii Constantiensis communiter fuit receptum. Ita communiter DD. *Vide Salm. ibid. n.* 13. Nec obstat 2. dicere, quod saltem ex jure divino tenemur publice excommunicatos, maxime hæreticos, vitare, ex illo ad *Titum* 3. *Hæreticum hominem post primam, et secundam correptionem devita.* Et ex *Ep.* 2. *Joan. Nolite recipere eum in domo, nec ave ei dixeritis.* Hoc enim respondetur intelligi præceptum, quando esset periculum, quod ab eo inficeremur, vel si scandalum adesset, aut si spes esset, fore ut delinquens ex vitatione resipisceret. *Salm. ibid. n.* 14.

137. — Requir. II. ut reus publice excommunicatus publice etiam denuntietur. Circa quod non sufficit si denuntiatio fiat coram litigantibus, sed debet fieri in loco publico (prout in Ecclesia, tempore Missæ, vel concionis), et in charta affigi in loco publico, vel alibi juxta usum regionis. *Pal. disp.* 2. *part.* 4. *Salm. ibid. n.* 15. *in fin. Croix. l.* 7. *n.* 185. *cum Suar. Henr. Con. Avil. Hurt.* Et in dubio, an quis excommunicatus sit sufficienter denuntiatus, non tenemur eum evitare, ut notat *Croix n.* 186. *cum Dic. et aliis,* nisi adest periculum scandali. Sufficit tamen, ut teneamur vitare, si constet nobis esse illum denuntiatum per famam publicam, vel per testimonium etiam unius personæ gravis authoritatis, ut *Croix ib. cum Nav. Dic. etc.* Notandum II. excommunicatus a jure (nisi crimen sit notorium) debet prius a suo proprio Superiore citari, ut se defendat; *Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 16. juxta dicta supra *n.* 55. *in fine.* Et deinde debet publice ut excommunicatus denuntiari seu declarari. Sufficit autem, ut excommunicatus a jure tantum denuntietur tanquam talis, ut jam sit vitandus; *Salm. ib. n.* 15. Non vero sufficit, si reus sententia declaretur tantum, quod commiserit crimen, cui annexa est excommunicatio, ut alias tenent sufficere *Suar Sayr. Avil. etc. apud Salm. ibid. n.* 17. Nam verius requiritur, ut expresse declaretur excommunicatus, uti docent *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 9. *n.* 4. *Pal. n.* 6. *Ronc. p.* 84. *q.* 2. *r.* 1. *et Salm. dict. n.* 17. *cum Bon. Reg. Dian. etc.* (quod probabile putat *Croix l.* 7. *n.* 183.). Ratio, quia in decreto conc. Constant. et in Extrav. *Martini V.* dictum est, neminem esse vitandum, *nisi censura vel sententia ejusmodi fuerit a judice publicata, vel denuntiata specialiter, et expresse.* Ex quibus verbis *Gibal.* cum *Sanch.* addit nec sufficere, si declaretur reus incurrisse omnes censuras crimini annexas, nisi specie denuntietur excommunicatus. Notandum III. quod, licet vitare non teneamur excommunicatum non denuntiatum, possumus tamen vitare, etiam publice, eum qui publice est notus ut excommunicatus, uti recte dicunt *Avil. et Dic. apud. Croix. l.* 7. *n.* 184.

138. — Notand. IV. quod etsi permissum sit aliis communicare cum excommunicato tolerato, attamen, prout patet ex verbis concilii ut supra, cuicumque etiam clam excommunicato interdictum est cum aliis communicare tam in Divinis, quam in humanis. Sed dubium id fit an liceat fidelibus cum illo communicare in Divinis et sine necessitate? Dixi *in Divinis*; nam in humanis certum est semper licere. Dixi item *sine necessitate*, quia in casu necessitatis, vel specialis utilitatis, puta, si alius æque utilis non inveniatur, licite potest quisque ab excommunicato sacramenta petere; ita *Suar. d.* 11. *sect.* 1. *n.* 15. *Pal. d.* 2. *p.* 5. *n.* 3. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 23. *cum Con. et Cornejo.*

139. — Quær. igitur, an liceat communicare in Divinis cum excommunicato tolerato sine necessitate, vel utilitate? Negant *Pont. l.* 5. *c.* 18. § 9. *Suar. d.* 4. *sect.* 4. *n.* 10 *et Avila, Pal. ac Con. apud Salm. ibid. n.* 24. quia, licet communicans non agat contra præceptum censuræ, agit tamen contra charitatem, inducendo excommunicatum ad actum illicitum; nisi (excipiunt) ille esset paratus sacramenta ministrare, aut nisi teneretur ea præstare ex officio, nempe si esset parochus, quia tunc alter utitur jure suo. Probabilius vero affirmant universe *Sanch. de matr. l.* 7. *d.* 9. *n.* 8. *Pal. d.* 2. *p.* 5. *n.* 5. *Bon. p.* 1. § 3. *n.* 4. *et Salm. ibid. n.* 25. *cum Soto, Hurt. Sayr. Corn. Gibal. Henr. etc.* Ratio, quia, quando excommunicatus rogatus communicat, v. gr. sacramenta ministrat, nec ipse tunc peccat; nam, si ipse adhuc peccaret, inutilis evaderet concessio facta fidelibus a concilio, dum eis, saltem indirecte, ratione charitatis prohiberetur communicatio. Quare, cum fidelibus communicatio cum excommunicato universe concessa sit, indirecte indultum est etiam excommunicatis cum fidelibus petentibus communicare. Hoc tamen currit, si sacramenta petantur ab excommunicato, quia, si petantur a ministro existente in mortali, ad licite petendum requiritur

equidem causa justa, secundum dicta *l.* 6 (v). *n.* 88. *v. Resp.* 3.

140. — Notand. V. quod hæc, quæ hucusque dicta sunt de excommunicato, currunt pariter de suspenso, aut interdicto, vitando in iis rebus, in quibus vi suspensionis, vel interdicti, vetitum est eis communicare; ita ut usquedum non sint publice denuntiati, possimus indifferenter communicare cum illis, quia concilium loquitur universe de quacumque censura; *Pal. p.* 5. *n.* 8. *et Salmant. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 21. *cum Sayr. Caj. Gutt. etc. commun.* Et idem asserit *ib. Avila* de irregulari, qui si non sit denuntiatus, non est vitandus; hinc ait licite posse fideles a parocho irregulari, etiam ob publicum homicidium, sed non denuntiato, petere missam, et sacramenta, cum concilium loquatur tam de impeditis per censuram, quam per quamcumque sententiam, per verbato *cujuscumque sententiæ, vel censuræ.*

141. Quoad vero *percussores clericorum*, hi ut sint vitandi, requiritur ut sint notorii. Sed hic quæritur, an requiratur notorietas juris, vel facti? Notorium *juris* dicitur, quod notum est vel per sententiam judicis, vel per confessionem rei in judicio, vel per sufficientem dispositionem judicialem testium. Notorium autem *facti* dicitur, quod notum est majori parti collegii, monasterii, viciniæ vel magno numero personarum, sive quod creditur mox venturum ad earum notitiam; nam ut bene notant *Salm. ibid. n.* 19. *cum. Bon. Hurt. Nav.*, in magna civitate non requiritur, ut factum sit notum majori parti civium; verum non sufficit contra ut sciant 14 testes, ut dicunt *Salm. l. c.* cum *AA. cit.* Licet *Dicast. apud Croix l.* 7. *n.* 182. putet, quod si percussio fiat in foro coram septem, dicenda sit notoria; secus, si fiat in domo privata, aut in monasterio, *vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 975.; sufficit autem fama communis orta a viris fide dignis, et integre probata; quæ quidem jam præbet moralem certitudinem, ut *Pal. d.* 2. *p.* 4. *n.* 8. *Bon. d.* 2. *q.* 2. *part.* 1. § 1. *n,* 9. *Salm. cit. n.* 19. *in fin. cum Sayr. et aliis* Putant tamen *Viva q.* 3. *a.* 2. *n.* 5. *Avil. et Dic. apud Croix l.* 7. *n.* 187., non sufficere famam quod quis percusserit, sed requiri etiam famam quod publice percusserit. Imo docent *Suar. Mol. et Dic. ib.* non sufficere publicam hujusmodi infamiam, quando hæc non procedit ex notorietate, facti per testes oculatos: alias dicetur crimen famosum, sed non notorium, et hoc *Croix* probabile censet ex verbis bullæ, *Ad evitanda*, ut supra *n.* 135. ubi: *Si sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari.* Hinc, ut dicit *Viva l. c.* non erit notorius percussor, qui laborat publica infamia, quod clericum percusserit, si revera ipse non percusserit publice.

142. — His positis dubitatur 1. an sufficiat, ut percussor clerici sit vitandus, sola notorietas juris? Resp. negative cum communi; namque licet olim ante concilium Constantiense sufficiebat notorietas juris, quia tunc omnis excommunicatus erat vitandus, nunc tamen requiritur etiam notorietas facti, ex verbis illis: *Quod factum non possit aliqua tergiversatione celari.* Ita *Suar. d.* 9. *sect.* 2. *n.* 11. *Pal. d.* 2. *p.* 4. *n.* 7. *Bon. d.* 2. *p.* 1. § 1. *n.* 3. *Croix l.* 7. *n.* 180. *cum Laym. et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 18. *cum. Con. Avila. etc.* Advertendum tamen est, quod sicut est vitandus is quem per publicam famam constat fuisse notorium clerici percussorem, ut dictum est supra, ita etiam vitare debemus eum qui per sententiam judicis (juxta concilium Constant.) denuntiatus est vitandus, quia tunc per talem sententiam satis certi evadimus etiam de notorietate. *Vide Croix loc. cit.*

143. — Sed dubit. 2. An sufficiat, ut factum sit alicui notum, quamvis aliis sit occultum, ut ille percussorem vitare teneatur? Affirmant *Suar. Dic. et alii apud Croix lib.* 7. *n.* 179. quia factum jam illi notorie constat. Sed probabilius negant *Bona c. d.* 2. *q.* 2. *p.* 1. § 1. *cum Avila, et Pal. l.* 2. *n.* 6. *cum Nav. Laym. Hurt. ac Con. et Croix. ib. cum Pignat.* Quia ex verbis mox relatis jam satis apparet requiri ut crimen sit simpliciter notorium, id est pluribus notum, ita ut celari non possit.

144. — Dubit. 3. An ultra notorietatem facti, ut percussor sit vitandus, requiratur notorietas juris, id est quod reus sit etiam in judicio confessus, vel per sententiam damnatus? Visum est alicui omnino negandum, casu quo factum nulla possit tergiversatione celari, ut supra; at probabiliter quidem affirmant *Avil. Cœlest. Fag. Cov.* quos sequuntur. *Salm. ibid. dict. n.* 18. *et* 19. *et Ronc. p.* 84. *q.* 2. *r.* 2. Ratio, quia dicit textus (*vide n.* 135.) quod ad obligationem vitandi percussorem requiritur ut constet, non so-

lum eum percussisse, sed etiam censuram incurrisse, ita ut factum non possit celari, *nec* (nota ut additur) *aliquo suffragio excusari*. Ideo usquedum reus non sit in judicio confessus, aut condemnatus, semper aliquo suffragio valet excusari, dicendo v. g. se ad defensionem percussisse, ebrium fuisse, ignorasse censuram, etc. Huic sententiæ adhæret *Diana p.* 5. *tr.* 9. *res* 60. ubi dicit: *Quamobrem raro contingit percussionem clerici ita notoriam esse facto, ut non possit aliquo juris remedio, aut probabilitate aliqua excusari*. Et idem docent *Viva quæst.* 3. *art.* 2. *n.* 5. *et Pignat. apud Croix lib.* 7. *n.* 181. Quare nisi saltem constet facto, quod percussor advertenter voluerit censuram incurrere, probabiliter nunquam est vitandus.

145. — Dubit 4. An percussor clerici notorius in uno loco, sit vitandus in alio, ubi non est notorius? Affirmant *Hurt. Bonac. Vasq. apud Salm. de cens. c.* 3. *p.* 2. *n.* 20. quia a concilio universe fuit declaratus ut vitandus, qui alicubi fuit notorius clerici percussor. At probabiliter negant *Pal. n.* 9. *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 12. *et Salm. ibid.* Quia, ut dicunt, factum publicum in uno loco, non vere est publicum in alio, ubi communicatio cum excommunicato occulto non affert scandalum, quod præcipue voluit concilium evitari. Et idem quod dicitur de clerici percussore, dicendum de excommunicato in aliquo loco denuntiato, modo notitia denuntiationis non sit brevi in illum alium locum perventura, ut dictum est supra *n.* 78.

146. — Ultimo hic notandum quod, postquam noscatur quis semel esse denuntiatus sive declaratus excommunicatus, tenemur eum vitare, donec constet nobis de absolutione vel per publicam famam, vel saltem per testimonium unius fide digni, uti habetur in *c. Sicut* 39. *de sent. exc.* Potest tamen ipsi excommunicato fides adhiberi, si alias sit fide dignus, et timoratæ conscientiæ, asseratque se absolutionem recepisse, vel se gerat ut absolutum. Ita *Croix l.* 7. *n.* 188. *cum Nav. Avil. Dic et Henr.*

DUBIUM II.

Ob quam causam incurratur, et quem effectum habeat excommunicatio minor?

147 Ob quam causam incurratur excommunicatio minor?
148 An Episcopus possit alicui interdicere sacramenta? Effectus directus excommunicationis minoris est privatio suscipiendi sacramenta.
149 An sit privatio etiam ministrandi?
150 Effectus indirecte est privatio electionis passivæ ad beneficia.
151 Incurritur communicando cum vitando.
152 An sit mortale recipere sacramenta cum excommunicatione minori? An ministrare?
153 An incurratur cum solo veniali?
154 Et an hoc veniale possit omitti in confessione?
155 Quis possit absolvere ab ea? An etiam quiscumque, qui potest absolvere venialia?
156 Quis incurrat, remissive.

147. — « Resp. Incurritur ob unicam » tantum causam, si quis nimirum cum » excommunicato majore excommunicatione communicet iis casibus, quibus » non licet. Effectus ejus est privatio sa- » cramentorum perceptionis. *Vide Laym.* » *l.* 1. *t.* 5. *p.* 2. *c.* 3. »

148. — Quoad causam igitur, excommunicatio minor de jure incurritur tantum ob communicationem cum excommunicato vitando. Hoc tamen non impedit, ut docet *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 5. quominus Episcopus in pœnam alicujus criminis possit nominatim alicui interdicere usum passivum sacramentorum, vel saltem communionis. Quoad effectum vero, excommunicatio minor unicum tantum effectum directum habet, nempe privare perceptione sacramentorum, ex *c. Si celebrat, de cleric. exc.* Ibique dicitur graviter peccare, qui hac excommunicatione irretitus sacramentum aliquod suscipit; ut est commune apud DD. valide tamen recipere. *Vide Salm. de cens. c.* 3. *p.* 14. *n.* 159.

149. — Sed magnum dubium est, an hic peccet sacramenta ministrando? Commune est inter DD. (contra *Vasq.*) non peccare graviter quia in *d. c. Si celebrat*, postquam Pontifex dixit peccare graviter, si sacramenta recipiat, addidit: *Peccat autem conferendo sacramenta*, sed non dixit *graviter*. Hinc probabiliter sentiunt *Pal. d.* 2. *p.* 21. *n.* 8. *Sayr. Con. et Avil. apud Salm. ibid. n.* 160. saltem peccare venialiter. Attamen *Bon. d.* 2. *q.* 3. *n.* 4. *et Nav. Sayr. Vill. aliique multi apud Croix l.* 7. *n.* 190. *cum Bus. hic n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 161., tenent nec etiam venialiter peccare, quia in nullo jure reperitur vetita ei ministratio, sed tantum perceptio sacramentorum; immo expressum in cit. textu habetur: *Cum non videatur a collatione, sed participatione sacramentorum remotus.* Cum autem dicitur ibi, *peccat conferendo*, intelligendum, (dicunt citati DD.) quando minister ad conferendum

aliquod sacramentum, ante illud aliud sacramentum suscipere debet, nempe cum Episcopus confert ordines sacros, vel cum sacerdos communionem dispensat in missa, opus est ei antea celebrare, et Eucharistiam suscipere, de quo casu specialiter loquitur textus, et tunc certe peccat, imo graviter. Utraque sententia est satis probabilis.

150. — Habet autem excommunicatio minor et alium effectum indirectum, qui est privatio electionis passivæ ad beneficia, ut habetur *ex eod. c. Si celebrat*, Qui enim directe privatur susceptione sacramentorum, prohibetur etiam indirecte beneficia recipere, quæ ex institutione Ecclesiæ ordinantur ad receptionem ordinum, et ad missæ celebrationem. Et quamvis textus loquatur tantum de receptione per electionem; idem tamen communiter DD. intelligunt etiam de receptione per collationem, et præsentationem, tum quia eadem ratio currit; tum quia collatio, et præsentatio sunt quædam virtualis electio. Quare tam excommunicatus beneficium recipiens, quam eligentes, præsentantes, et conferentes tunc graviter peccant, cum transgrediatur præceptum Ecclesiæ in re gravi. Ita *Laym. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 5. *Pal. d.* 2. *p.* 21. *n.* 13. *Bon. disp.* 2. *q.* 3. *n.* 7. *Croix l.* 7. *n.* 194. *Salm. de cens. c.* 3. *p.* 14. *n.* 162. *cum Suar. Avil. Sayr Hurt. Henr et communi*. Talis autem electio, etc. non erit de se irrita, sed irritanda, ut legitur in eodem textu, ubi sancitur: *Si scienter excommunicatus electus fuerit, ejus electio est irritanda.* Dubitatur, ex cujus parte hæc scientia requiratur, ut electio sit irritanda. Adest triplex sententia:

Prima docet requiri scientiam tantum ex parte electi, qui sciverit suam excommunicationem, et inhabilitatem ad beneficium: ita *Pal. d.* 2. *p.* 21. *n.* 19. *Laym. l. c.* citans Glossam *d. c. verb. Scienter*, quæ dicit sufficere quod electus scienter communicarit cum excommunicatis. *Pal. et Laym.* adhæret *Croix l.* 7. *n.* 195., qui dicit saltem requiri quod electus memor sit suæ excommunicationis, dum beneficium ei confertur: nam contra, cum ipse ignorans bene capax sit sacramentorum, sic etiam capax est beneficiorum. Et hoc probabilius mihi videtur, quia illud *Scienter*, verius ad to *electus*, quam ad to *excommunicatus* refertur.

Secunda sententia autem requirit scientiam ex parte electorum, ut *Avil. et Sylv. apud Laym. l. c.* atque idem tenent *Con. Hurt. Reg. apud Salm. ibid n.* 163. Ex quibus sententiis

Tertiam sententiam demum probabilem deducunt *Salm. ib.*, nempe requiri tam scientiam excommunicationis ex parte electorum, quam scientiam inhabilitatis ex parte electi. Electores autem scienter conferentes beneficium excommunicato nullam pœnam incurrunt. *l. c. in fin. Avil. Dian. etc.*

151. — «1. Cum jura dicunt, communicantem cum excommunicato incurrere » similem excommunicationem, sensus est » quod similiter, id est, vere excommunicetur, licet minore excommunicatione.

« 2. Propter communicationem cum » excommunicato minore excommunicatione, etiam nominaitm denuntiato, » nulla incurritur censura.

152. — « 3. Etsi excommunicatus minore excommunicatione recipiendo aliquod sacramentum, non incurrat irregularitatem, graviter tamen peccat: » administrando vero, probabile est nec » venialiter peccare. » (*Vide dicta n.* 149.)

153. — « 4. Incurritur hæc censura, » etsi quis propter levitatem materiæ » tantum venialiter peccet, v. g. confabulando cum nominatim excommunicato, quando non licet: secus, si sit » veniale propter imperfectum usum » rationis, quia pœna infligitur propter » actum, qui, quantum est ex se, sufficit ad mortale.

154. — « 5. Etsi peccatum veniale possit omitti in confessione, non tamen » illud, cui hæc censura est annexa, ne » sacramentum in ea recipiatur. Unde » etiam confessarii ordinarie prius absolvunt fideles ab omni vinculo excommunicationis, etiam minoris, deinde a » peccatis.

155. — « 6. Ab hac excommunicatione » lata a jure absolvere potest parochus, » et quisquis potest a mortalibus: cum » non sit reservata. An vero qui potest » absolvere a veniali habente annexam » hanc excommunicationem, possit etiam » ab ipsa? Quidam affirmant, ut *Nav. et Tolet.*; et alii probabilius negant, » ut *Suar. Coninck.*, quia, sicut hæc absolutio est distincta a sacramentali, » ita etiam ad eam requiritur distincta » jurisdictio, quæ nusquam conceditur » omnibus sacerdotibus. *Vide Laym. l.* 1. » *t.* 2. *p.* 2. *c.* 3. »

[illegible]. — Quomodo, et quando incurratur excommunicatio minor non ob communicationem cum excommunicato vitando? *Vide seq. n.* 168.

DUBIUM III

Quot effectus habeat excommunicatio major?

157. — « Resp. Habet duplices, mediatos, et immediatos. Mediati, sive remoti sunt hi :

« I. Irregularitas, quam excommunicatus incurrit, exercendo actum alicujus ordinis.

« II. Si excommunicatus toto anno in excommunicatione contumaciter persistat, et, ut jura loquuntur, insordescat, fit suspectus de hæresi, et contra eum, ut talem, procedi potest ; *Trid. sess.* 25. *c.* 3. ideoque, si crimen grave, et beneficii privatione dignum commisit, privandus est beneficio ; imo, etsi crimen non sit adeo grave, si tamen ad hæresis suspicionem purgandam citetur, tanquam hæreticus privari debet. *Bon. d.* 2. *qu.* 2. *p. ult. ex Rebuff. Dian. Navarr etc.* » (*Insordescere est per annum animo pertinaci, et cum contemptu potestatis Ecclesiæ perseverare in eadem excommunicatione, sive in alia censura, ut dicit Croix l.* 7. *n.* 287. *et probat ex Trid. sess.* 25. *c.* 3.)

158. — « Immediati effectus sunt sequentes :

« I. privat susceptione, et usu passivo sacramentorum ; unde nullus excommunicatus, sive toleratus, sive non, potest ea licite recipere sub mortali ; nisi excuset ignorantia invincibilis, metus mortis, infamiæ, jacturæ bonorum, etc., quia censura non obligat cum tanto rigore. *Laym. l.* 1. *t.* 5. *p.* 2. *c.* 2. » (*Et ita comm. docent Bon. d.* 2. *p.* 1. § 1. *n.* 4. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 4. *n.* 43. *cum Fill. Dian. Con. etc. nisi fiat in contemptum censuræ.*)

« Dixi, *licite*, quia valide suscipit omnia, saltem quoad substantiam, præter pœnitentiam, imo etiam hoc, si adsit ignorantia inculpabilis : dummodo cætera ad essentiam sacramenti requisita non desint ; quia per censuram non fit incapax absolutionis, etsi prohibeatur

» eam recipere, priusquam absolvatur a » censura. *Bon. d.* 2. *q.* 2. *p.* 2. *ex Fill.* » *Suar. Con.* Nec obstare, etiamsi excom- » municatio sit reservata, vel confessarius » sciens peccata habere annexam excom- » municationem, tamen ex malitia ab- » solvat, docet *Dian. p.* 3. *t.* 4. *r.* 78. *ex* » *Conin. Suar etc. et p.* 5. *t.* 9. *r* 53.

159. — Duplex est sententia super hoc puncto : Alii negant excommunicatum, qui adhuc sine culpa suscipit sacramentum pœnitentiæ ante absolutionem censuræ, valide suscipere. Ita *Vasq. Sylv. Hurt. etc. ap. Salm. de cens. c.* 3. *p.* 4. *n.* 46. Ratio istorum, quia hic, ut membrum abscissum, excluditur omnino ab Ecclesia, ut possit in bonis ejus communicare. Sed oppositum verius est tenendum cum *Suar. d.* 10. *sect.* 3. *n.* 9. *Pal. d.* 2. *p.* 7. *n.* 4. *Bon. p.* 2. § 1. *n.* 1. *Croix l.* 7 *n.* 191. *Salm. ibid. n.* 47. *et Con. Cajet. Sayr. Dian. Fill. ac communissima.* Ratio potissima, quia Ecclesia non irritat sacramentum pœnitentiæ, neque ex parte ministri auferendo illi potestatem, cum censura afficiat solum censuratum ; neque ex parte pœnitentis, cum hoc nullibi habeatur sancitum ; nec Ecclesia sancire posset, dum Ecclesia nequit directe inhabiles reddere ad sacramentum eos, qui ex jure divino habiles sunt. *Vide dicta l.* 6 (v). *de Euch. n.* 265. *v. Quær. III.*

160. Hic autem notandum I. quod minister conferens sacramentum excommunicato tolerato peccaret quidem contra jus divinum, dando sacramentum indigno; sed non peccaret contra præceptum Ecclesiæ, quia per concilium Constantiense, ut supra, cuique permissum est communicare cum tolerato, etiam in Divinis: ita probabilius *Suar. d.* 10. *sect.* 2. *num.* 9. *Pal. d.* 2. *p.* 7. *n.* 4. *et Salm ibid. n.* 51. *cum Vasq. communiter.* Ex quo inferunt *Salm. ibid.* quod si excommunicatus cum ignorantia inculpabili, et alias dispositus petat sacramenta, licite potest minister illa ei conferre, eumdem relinquendo in sua bona fide. Notandum II. quod excommunicatus, si recipit sacramentum ordinis, remanet suspensus, *ex c.* 32. *de sent. exc.* Utrum autem excommunicatus ordinem suscipiens incurrat irregularitatem? *Vide dicta l.* 6 (v). *de ordine n.* 7[illegible]. *v. Utrum autem.* Si vero suscipit alia sacramenta, peccat quidem graviter, sed nullam pœnam incurrit ; *Croix l.* 7. *n.* 198. *cum Dic. et Salm. vide l. c.* Notandum III. quod in articulo mortis probabilius potest ministrari excommunicato vitando Eucharistia, etsi ipse sacramentum pœnitentiæ non susceperit, ut *Croix cum Suar. et Dic. contra Avilam*, etc., quia præceptum divinum de Viatico sumendo fortius obstringit, quam prohibitio generalis Ecclesiæ non sumendi Eucharistiam. Idem ait *Croix l. c.* de sacramento Extremæ Unctionis citans *Suar. et Diecast.* Sed probabilius negant *Avila, etc. ibid.* juxta dicta *lib.* 6. *n.* 88., nisi infirmus non potuerit aliud sacramentum recipere. Notandam IV. quod in dubio, an quis sit absolutus, an non, ab excommunicatione contracta, non est negandum ei sacramentum, si ille petat, maxime si asserat se esse absolutum ; quia nemo præsumitur delinquere ; ita *Suar. d.* 10. *sect.* 2. *n.* 12. *Con. p.* 2. § 12. *n.* 2. *Pal. d.* 2. *p.* 7. *n.* 7. *Croix l.* 7. *n.* 199. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 4. *cum Nav. Con.*

161. — Quæritur hic, an excommunicatus teneatur tollere impedimentum excommunicationis ad implendum præceptum missæ, vel annuæ confessionis, et communionis? Negant communiter DD. teneri quoad missam, etiamsi negligens sit in obtinenda absolutione, nisi hoc faciat animo se eximendi ab obligatione audiendi Sacrum ; ita cum *Bus. Bonac. q.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 4. *et Salm. ibid. p.* 6. *n.* 74. *et de sac. mis. c.* 6. *p.* 5. *n.* 53. *cum Sa, Nav. Az. Con. et aliis, contra paucos.* Secus tamen dicunt, quoad annuam confessionem, et communionem, cum hoc sit unum ex præceptis divinis, erga quæ tenemur tollere impedimenta. Ita *Salm. de cens. dict. n.* 74. *in fin. Croix l.* 1. *n.* 197. *Tamb. de Comm. c.* 4. *n.* 41. *Vide dicta l.* 6 (v). *de Euch. n.* 299. *et de pœnit. n.* 663.

162. — « II. Privat, saltem non tole- » ratos, communibus Ecclesiæ suffragiis, » orationibus, et fructu indulgentiæ, » non tamen privatis. Unde non tantum » quivis privatus, sed etiam sacerdos » potest, tamquam persona privata, pro » excommunicatis orare, etiam in pu- » blicis precibus, et sacro : imo actio- » nem sacrificandi, prout pendet a me- » rito privato operantis, offerre, vel eos » in Memento in particulari meminisse. » (*Hoc est certum cum S. Th. Sot. Pal.* » *Salm. ibid. p.* 5. *n.* 58. *etc. commun.*)

« Dixi, tamquam persona privata ; » quia, ut minister Ecclesiæ non potest. » Hinc irritæ sunt, ac nullæ omnes pre-

» ces, quas pro excommunicato, in » persona Ecclesiæ intercedentis pro » ipso, Deo offert : adeoque privatur » omnibus bonis, quæ in gratiam Ecclesiæ Deus concessurus fuisset. »

163. — Sed duæ quæstiones hic agitantur. Quæritur I. An possint offerri sacrificia, suffragia, et orationes communes Ecclesiæ pro excommunicato vitando, qui sit in gratia, nec per ipsum stet quominus absolvatur? Affirmant *Navarr. Henr. Sayr. Avil. et alii apud Salm. de cens. c.* 3. *p.* 5. *n.* 55. qui probabile putant; quia non præsumitur Ecclesia velle suis bonis privare amicum Dei, et non amplius contumacem. Negant vero longe probabilius *Croix l.* 7. *n.* 205. *ac Suar. Dian. Sot. Con. etc. cum Salm. ibid. n.* 56. Et videtur patere ex *c. A nobis* 28. *de sent. excomm.*, ubi dicitur quod excommunicatus, *quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus.* Ratio, quia juste Ecclesia vult, ut non remittatur vinculum a se positum, nisi illud per absolutionem ab ipsamet auferatur.

164. — Quær. II. An autem pro excommunicato tantum tolerato possint offerri sacrificia, etc. etiam nomine Ecclesiæ? Adest duplex sententia probabilis.

Prima negat cum *Bellar. l.* 2. *de missa c.* 6. *Suar d.* 9. *sect.* 2. *n.* 17. item *Sotus, Avil. Bon. etc. ap. Salm. ibid. n.* 59. Quia concessio communicandi fuit facta a concilio in commodum solum fidelium, non autem excommunicatorum. Sed non minus probabilis est.

Secunda sententia, quam tenent *Nav. c.* 27. *n.* 36. *Pal. d.* 2. *p.* 6. *n.* 10. *ac Con. Reg. Hurt. Dian. etc. cum Salm. ibid. n.* 60. Ratio, quia leges favorabiles cum omni amplitudine intelligendæ sunt; dum igitur fidelibus concessum fuit communicare cum toleratis, concessum etiam fuit orationes publicas pro eis offere : nam communicare id etiam importat, ut habetur ex *c.* 28. *et c.* 38. *de sent. excomm.* Tanto magis, quia jure antiquo non erat vetitum pro excommunicatis occultis suffragia publica offerre, prout colligitur ex *c. Cum. non ab homine eod. tit.* et ipse *Suarez* fatetur; offerre autem sacrificia pro excommunicato, hoc etiam directe cedit in commodum fidelium, tum spirituale ob meritum charitatis, tum temporale ob stipendia, etc. quæ hi percipere possunt ex oblationibus pro illo exhibitis.

165. — « III. Privat usu activo sacramentorum, et administratione. Quæ » tamen excommunicato tolerato, et ad » id requisito, et se non ingerenti, quandoque est licita, v. gr. si sit pastor, » cujus subditi teneantur audire sacrum, » nec sit alius, qui celebret : imo, si » etiam non parochus forte rogetur, et » invitetur ad celebrandum. Ac, licet » communis doctrina sit apud *Laym. hic* » *c.* 4., peccare fideles, si sine causa » necessitatis, vel magnæ utilitatis talem inducant ad sacramentorum administrationem, quando alius minister » haberi potest, contrarium tamen est » probabile ob facultatem concessam a » concilio Constant. cum talibus communicandi; et hinc nec illum qui petit a » tali sacramentum, nec ipsummet excommunicatum, si conferat, præcise » ob censuram peccare docet *Laym. l. c.* » *n.* 5. *ex Soto, Sanch. l.* 7 *de matr. d.* » 9. *n.* 8. Idem docet *Bonac. d.* 2. *q.* 2. » § 2. *et Vasq. Suar. etc.* » (*Vide dicta* » *n.* 138. *et* 139.) « Non tolerato autem » illicita est sacramenti administratio, » præterquam in casu extremæ necessitatis, extra quam valide illud administrat, præterquam pœnitentiam, quia » hæc requirit jurisdictionem, qua ipse » caret. *Vide Laym. hic c.* 2. *Bon. l. c.* »

Ad majorem claritatem hujus puncti videndum est, quando excommunicati conferant sacramenta valide, et quando licite.

166. — Hinc quær. I. An excommunicatus valide ministret sacramenta? Respondetur affirmative (excepto sacram. pœnitentiæ, ut infra). Ita docent *S. Th.* 3. *p. q.* 64. *ar.* 9. *ad.* 2. *et alii communiter cum Salm. de cens. c.* 3. *p.* 3. *n.* 26. Ratio, quia ubi essentialia sacramenti concurrunt, non præsumitur (nec etiam posset) Ecclesia illud invalidare. Excipiunt aliqui sacramentum matrimonii; sed in eo adhuc probabile est cum *Croix l.* 7. *n.* 197. *Salm. de matr. c.* 8. *p.* 4. *n.* 46., uti diximus *l.* 6 (v.) *n.* 1082., quod valide assisteret parochus excommunicatus, etiam vitandus; et etiam licite præberet licentiam alteri assistendi matrimonio, juxta dicta *l.* 6 (v). *n.* 1084. *contra Croix l. c.*

167. — Sacramentum vero pœnitentiæ certum est invalide ministrari ab excommunicato vitando sine necessitate. Ratio, quia ad hoc sacramentum requiri-

tur in ministro potestas non solum ordinis, sed etiam jurisdictionis, qua ille privatus est ab Ecclesia, ut ex *cap. Omnis, etc., de pœnitent. et rem.* et ex *c. Ad probandum, de sent. et re jud.* Et ita communiter DD. cum *Pal. Suar. et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 3. *n.* 27. Et hoc, etsi confessio sit de solis venialibus, ut *Salm. ibid. in. fin.* Ex eadem ratione parochus vitandus nequit alteri delegare jurisdictionem ad confessiones suorum audiendas; *Croix l.* 7. *n.* 177. Intellige, nisi hoc posset parochus vi privilegii specialis.

168. — Dixi autem invalide ministrari sacramentum pœnitentiæ ab excommunicato vitando, quia, si sit toleratus, profecto valide hoc sacramentum ministrat : nam hic non privatur jurisdictione, cum hoc expediat ad utilitatem fidelium; *Croix l.* 7. *n.* 217. *et Salm. ibid. n.* 30. *in fine cum communi.* Utrum excommunicacatus vitandus possit valide et licite absolvere in articulo mortis? *Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 560. *v. Qu. I.* Ubi sententiam negativam tenuimus cum *D. Th. Fagn. Petrocor. Conc. etc.* contra sententiam communiorem, non vere communem, ut propter non omnem diligentiam adhibitam diximus *l.* 6 (v). *n.* 88.

169. — Quær. II. An excommunicatus aliquando licite conferat sacramenta ? Et hic distinguere oportet excommunicatum vitandum a tolerato. Toleratus enim, licet ei universe sit vetitum sub gravi sacramenta ministrare, ex *c. Apostolicæ, de cler excom. min.*, quando tamen est requisitus, semper licite potest quæcumque sacramenta conferre, prout diximus *hoc lib. n.* 139. Et probabiliter addit *Pal. d.* 2. *p.* 8. *n.* 3., quod, si festus dies occurrat, nec alius sacerdos sit, qui missam pro populo dicat bene potest toleratus celebrare, etsi non rogetur ; quia juste præsumitur populum petere missam ad præceptum implendum : nisi alias hoc scandalum afferret.

170. — Excommunicatus vero vitandus nequit etiam requisitus sacramenta ministrare. Probabiliter tamen potest ministrare Viaticum, et etiam Extremam Unctionem, quando infirmus nequit alius sacram. suscipere. An autem parochus excommunicatus possit assistere matrimonio? vel alteri licentiam assistendi præbere ? *Vide dicta de matr. n.* 1082. *ad* 1084. Dicunt autem probabiliter *Ronc. Pal. et Salm. c.* 3. *p.* 3. *n.* 36. *cum Con. Dian. et Corn.*, quod excommunicatus vitandus etiam licite sacramenta ministrat, quando alias grave incommodum, puta jacturam famæ vel bonorum timeret; quia præcepta Ecclesiæ non obligant cum incommodo gravi.

171. — Quær. denique III. Quam pœnam incurrat excommunicatus illicite sacramenta ministrans? Resp. Incurrit irregularitatem, sive sit vitandus, sive toleratus, ex *c. ult. de cler. excomm. min.* Sic pariter, si solemniter baptizet, aut nuptias solemniter benedicat : secus si privatim, ut *Salm. ibid. n.* 40. Sed dubium est, an excommunicatus vitandus invalide sacramentum pœnitentiæ ministrans, incurrat adhuc irregularitatem; Negat *Rich.* et probabile putat *Suar. apud Salm. cit. n.* 40. *circa fin.*, quia tunc deficit actus consummatus. Sed. communissime affirmant *Palaus d.* 2. *p.* 8. *n.* 13. *Suar. d.* 11. *sect.* 3. *n.* 15. *Bon., de irreg. d.* 7 *q.* 3. *p.* 5. *n.* 6. *Cont. Tourn. tr. de irreg. part.* 3. *cap.* 4. *concl.* 1. *et Salm. ibid. n.* 41. Quia hic punitur actus etiam attentatus, quia jam satis consummatus dicitur, cum minister intentat contra jus absolvere. Sed hæc ratio non suadet; potius hæc sententia nihil probatur ex *c. Si quis* 7. *caus.* 11. *q.* 3., ubi *Martinus V* declarat irregularitatem quemlibet constitutum in Sacris, qui *post excommunicationem præsumpserit quasi in officio suo agere sicut prius.* Nota illud *quasi*, quod importat similitudinem actionis; ergo etiamsi invalide absolvat, irregularitatem incurrit.

172. — Qui recipit igitur sacramentum a vitando sine necessitate, peccat graviter, et excommunicationem minorem incurrit. Qui autem recipit ordinem ab Episcopo excommunicato vitando, incurrit etiam suspensationem ab exercitio ordinis suscepti, ex *c. Cum illorum*, § *fin. de sent. exc. Vide Salm. de cens. c.* 3. *p.* 3. *n.* 42.

173. — « IV. Privat usu divinorum of-
» ficiorum, ita ut excommunicatus non
» tantum careat eorum fructu, sed etiam
» sub mortali iis nequeat interesse, parte
» notabili, ita ut moraliter censeatur
» cum aliis communicare, nisi excuset
» ignorantia, vel necessitas vitandi scan-
» dali. » (*Secluso tamen scandalo, excommunicatus etiam missam inchoatam tenetur relinquere, si nondum consecraverit. S. Thom.* 8. *p. q.* 83. *art.* 6. *ad* 2.)
« aliave justa causa : *Bon. l. c. p.* 3. § 1.

» *ex Suarez, Fill. etc.* Similiter peccant » etiam alii, qui cum excommunicato » vitando eidem missæ intersunt, ut ex » communi docet *Bon. l. c. n.* 9. *contra Durand.*, quia participant cum illo » in Divinis. Aliud tamen esset, si trans» iens per Ecclesiam aliud tractaret, vel » breviter privatim, aut omnino separa» tim oraret, aut si, aliis unum sacrum » audientibus, ipse aliud audiret; quia » sic moraliter non censeretur commu» nicare cum aliis, nec conjungi ad unam orationem fundendam. *Bon. l. c. n.* 16. » *ex Suar. Henr. Fill. Coninck. etc.* Ac licet » peccatum hoc ex genere suo sit mor» tale ex parvitate tamen materiæ sub» inde tantum est veniale, ut sit exigua » pars missæ, v. g. usque ad Evangelium » tantum cum illo audiatur, *Ita, Dian.* » *p.* 5. *t.* 5. *res.* 24. vel si Horæ priva» tim cum eo recitentur, *Dian. part.* 5. » *t.* 9. *r.* 89. *ex Suar., et aliis novem.* » (*Ut tenent etiam Salm. de cens. c.* 3. *p.* 3. *n.* 63. *cum Con. Bon. et pluribus. Graviter tamen peccaret, qui cum vitando in choro, vel publice, et solemniter recitaret, ut Salm. ibid. n.* 62. *in fine cum S. Th. Famulus autem, qui jussu domini excommunicati officium cum illo recitat, ne leviter quidem peccat, quia tunc non communicat, sed tantum obsequium famulatus sui, præstat. Ita probabiliter Croix l.* 7. *n.* 214 *cum Suar. et Dic. ex c. Quoniam, caus.* 11. *q* 3.)

174. — Ad majorem intelligentiam advertendum, quod non prohibetur excommunicato usus sacrarum imaginum, et reliquiarum, eas venerando; imo nec usus aquæ benedictæ; et aliorum sacramentalium, non quidem ut participet fructum, quem illa producunt ex benedictione Ecclesiæ, sed tantum ut ea veneretur. *Suar. d.* 12. *sect.* 3. *n.* 3. *Pal. l. d.* 2. *p.* 9.*n.* 14. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 6. *n.* 67 *cum Henr. et Sayro.* Potest etiam tempore, quo non celebrantur Divina, Ecclesiam ingredi ad orandum privatim, et seorsim ab aliis in distincto sacello, ut communiter *Suar. n.* 1. *Pal. c. Bon. q.* 2. *p.* 3. § 2. *n.* 8. *et Salm. ibid. n.* 68. *cum Conin. et Capt.* Qui addit posse etiam in eodem sacello, ubi alii orant, privatim et ipsum orare, quia privatæ orando, minime cum aliis communicat. Imo dicunt *Salm. ib. cum Con. Bon. Dian. Turr. Palud. etc.* quod etiam, dum Divina celebrantur, non prohibetur excommunicatus ab ingressu Ecclesiæ, ut se liberet a satellitibus, vel ex alia causa, et si ibi privatim oret; quia tunc nullam habet cum aliis communicationem. Et ideo tunc non tenentur sacerdotes cessare, nec eum repellere, nec alii a templo discedere.

175. — Graviter autem peccaret excommunicatus, qui vellet audire missam, vel interesse officiis, et similibus publicis functionibus, ex *cap. Illud, de cler. exc. min.* et ex *c. fin. de sent. exc.* Et, si monitus a sacerdote, nolit exire, incurrit excommunicationem Papæ reservatam, ex *c. Eos, de sent. exc.* Sicut illam etiam incurrit interdictus denuntiatus, pertinaciter assistens missæ, et omnes qui impediunt, ne excommunicatus, aut interdictus recedat, ut *Pal. d.* 2. *p.* 9.*n.* 4. *Bon. q.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 7. *et Salm. ibid. n.* 70. *ex c. Gravem, de sent. exc.* Item notandum, quod sacerdos excommunicatus faciens coram se missam celebrari, incurrit irregularitatem, *ex c. Tanta, de excess. prælat. Vide Salm. l. cit.*

176. — Item si excommunicatus sit vitandus, et monitus non velit ab Ecclesia exire, tenentur clerici eum (etiamsi esset sacerdos) expellere, si possunt; aut si non possunt, ab officiis cessare et alia agere, quæ leguntur apud *Bus.*, alias graviter peccant, et excommunicationem minorem incurrunt, ex *c. Is qui, de sent. exc.* et *Clem.* 2. *eod. tit.* Sicque pariter dicunt *Bon. q.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 9. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 6. *n.* 72. graviter peccare assistentes eidem missæ, quam audit excommunicatus, nisi excuset aliqua necessitas, aut parvitas materiæ. Et hoc videtur probabilius, quia in missa necessario omnes audientes conveniunt in una oblatione. Quamvis *Suar. ap. Salm. l. c.* non improbabiliter dicat hanc communicationem adstantium culpam venialem non excedere; et hoc probabile putant *Pal. d.* 2. *p.* 6 *n.* 5. *et iidem Salm. cit. n.* 72. *in fin. et Sayr Fill. Henr Krim. ap. Croix l.* 7. *n.* 207., quia talis communicatio videtur nimis remota, et accidentalis, nisi illi sint etiam causa ut excommunicatus intersit. Hac tamen ratione non obstante, nullus Author hujusmodi assistentes excusat saltem a culpa veniali, et ab excommunicatione minori. Communiter autem docent *Bus. hic, et Pal. loc. cit. cum Suar Sayr. Henr. Fill. Bon. et aliis cum Salm. ibid. n.* 73. *ac Ronc. q.* 5. quod, si adstantes audiant aliam missam ab illa, quam audit excommunicatus, tunc nec ipsi nec celebrans tenentur recedere, quia tunc nulla adest communicatio in eodem divino, et

illa assistentia in eodem loco materialiter se habet.

177. — « Porro per divina officia intelliguntur sacrificium missæ, publica » oratio, processio, cantus horarum benedictio olei, aquæ, candelarum, et cætera annexa ordini clericali, quæ solemniter fiunt, excepta concione. » (*Nam audire concionem, sive lectionem theologiæ, canonum, etc. nec excommunicato, nec aliis cum ipso prohibetur, cum ibi nulla sit communicatio, argumento ex c. Responso, de sent. exc. Salm. dict. n. 73. Croix l. 7. n. 231. Ipse autem excommunicatus nequit concionari, aut legere, nisi sit toleratus, et ab aliis requiratur; aut nisi ad hoc teneatur ex officio, quia tunc præsumitur ab aliis requiri, ut Suar. d. 12. s. 2. n. 5. Pal. d. 2. p. 9. n. 5. cum Bon. et adhærent Salm. l. c. in fin.* « in quibus licet » alii fideles non teneantur vitare toleratum, tenetur tamen non toleratum sub » mortali vitare » (*ex c. Is qui, de sent. exc.*) « nisi vel levitas materiæ, vel » ignorantia, aut simile quid excuset. » Unde si talis præsens sit, moneri debet » ut recedat : si nolit, debet extrudi, vel » exportari, licet sit sacerdos » (*Ex c. » Veniens, de sent. exc.*); « nisi tamen » gravius inde timeatur incommodum, » ob quod, si expelli non possit, omittendum est officium, etiam die festo; » et celebrans, nondum inchoato canone » debet abrumpere missam; si inchoavit, potest, cæteris abeuntibus, Sacrum » prosequi, » (*Ut tenent Suar. et Henr. contra Bon. et Corn. ap Salm. de cens. c. 3. p. 6. n. 71. in fin. qui merito utrumque probabile putant*) « vel abrumpere, » ob sententiæ utriusque probabilitatem » si consecravit, debet, solo ministro manente, pergere usque ad communionem inclusive; et reliqua perficere » in sacristia, vel alio decenti loco » (*ut certum est cum Salm. dict. n. 71.*) » » Quodsi excommunicatus negligat procurare absolutionem, eo fine ut non » audiat Sacrum die festo, peccat mortaliter omissione Sacri; secus si alia de » causa negligat. » (*Vide dicta n. 161.*)

178. — « Quod si etiam obligatus est » ad Horas, non excusatur ab illis; » (*Ita comm. Laym. c. 2. n. 7. Sayr. Cov. Avil. etc. cum Salm. ibid. n. 66. Etiamsi teneatur ad officium ex solo titulo beneficii. Et si fructus illius beneficii non recipit, hoc provenit ex culpa sua; Croix l. 7. n. 324. cum Pal. Suar. Nav. Laym. et Salm. l. c. in fin. qui notant cum Cov. et Avila, quod si omnino privetur beneficio, tunc non tenetur amplius ratione beneficii recitare*) « etsi non debeat dicere : *Dominus vobiscum*, sed, *Domine exaudi, etc.* » (*Si tamen diceret,* Dominus vobiscum, *venialiter tantum peccaret, ut Salm. ibid. n. 64. cum Bon et Henr. Imo Avila et Hurt. ap. Sal. loc. cit dicunt nullo modo peccare, quando solus recitat, quia ly* Dominus vobiscum *erit tantum privata oratio pro aliis, sicut quando dicit in Invitatorio:* Venite adoremus) « Si autem horas cum » alio privatim legat, venialiter tantum » videtur peccare. » (*Quamvis enim in c. Excommunic. 11. q. 3. interdicitur excommunicato communicare cum aliis, etiam in oratione privata; at secluso scandalo et contemptu, non videtur materia gravis uti socio ad recitandum officium privatim, sicut ad dicendum Rosarium. Ita probabiliter Cont. Tourn. de cens part. II. cap. 1. sect. 4. quær. 2. r 2. Bon. q. 2. p. 3. §. 2. n. 4. et Con. Dian. Cov. Corn. Ugol. apud Salm. de cens. c. 3. p. 6. n. 63. Si autem sit toleratus, nullo modo peccat, si recitet cum alio, ab eo requisitus, juxta dicta n. 138. v. Utrum.*)

179. — « V Collatio beneficii facta » excommunicato nulla est, uti et præsentatio, vel electio, institutio, et confirmatio. Ratio, quia excommunicatus » etiam toleratus non potest communicare in officio, proindeque incapax » est beneficii, quod datur propter officium. Idque, licet ignoretur excommunicatio, quia ignorantia invincibilis, » etsi excuset a culpa, non tamen supplet defectum conditionis requisitæ ad » valorem actus; *vide Less. l. 2. c. 34. » d. 22.* Imo probabile est, excommunicatum, quamvis beneficio ante obtento non privetur, fructus tamen, et distributiones non facere suas, ideoque » eas teneri restituere etiam ante sententiam judicis, quia est privatus officio; fructus autem dantur propter » officium, velut merces propter opus. Ita » *Suar. et alii contra Sanch. et Conc.*, qui » probabiliter putant, ex consuetudine » non teneri ante sententiam, modo per » se, vel alium inserviat beneficio.

180. — Plura hic notanda, et examinanda. Equidem nulla est omnis beneficii collatio, electio, etc. facta in favorem excommunicati, ex *c. Postulastis, de cler. exc. min.* Hinc notandum 1. quod tunc non solum recipientes, sed etiam conferentes, etc. peccant graviter, et incurrunt, ultra excommunicationem

minorem etiam suspensionem a collatione, ex *cit. c. Vide Salm. ibid. p.* 9. *n.* 96. *et* 97. Valida tamen est collatio, si Papa scienter conferat beneficium excommunicato : vel si in concessione Pontificis adsit clausula absolutionis a censura ad effectum valide consequendum, nisi quis excommunicatus sit ob hæresim, quæ non comprehenditur sub generali absolutione; *Salm. de cens. c.* 3. *p. n.* 98. *in fin.*

Notand. II. quod idem quod dictum est de beneficiis, dicitur de collatione, et receptione dignitatum ecclesiasticarum habentium jurisdictionem, prout episcopatus, prioratus, et similis; ita communiter *Suar. d.* 13. *sect.* 1. *n.* 7. *Bon. q.* 2. *p.* 4. § 1. *n.* 3. *Pal. p.* 10. *n.* 9. *et Salm. ibid. n.* 102. An autem idem procedat quoad dignitates sæculares? Affirmant *Salm. ibid. n.* 103. *cum Bon. Cornejo, Henr. Garcia, Ugol. etc.*, quia excommunicati invalide exercent actus jurisdictionis. Negant vero *Pal. d.* 2. *p.* 10. *n.* 11. *ac. Con. Fill. Giball. et Hurt. ap. Salm. ib.* (qui recte probabile vocant). Ratio, quia nullum habetur expressum jus de facto irritans collationem hujusmodi dignitatum. Nec obstat, quod acta judicis excommunicati sint nulla, prout probabilius docent *Suar d.* 16. *s.* 1. *n.* 2. *Dian. p.* 5. *tr.* 9. *r.* 108. *Salm. ibid. p.* 11. *n.* 121. *cum Con. et Hurt.* ac ipse *Pal. d.* 2. *p.* 14. § 2. *n.* 2. *cum Innoc. Panorm. Vasq. Laym. Bon. etc.*, eo quod consuetudine jam receptum est, annullationem actorum pro judice ecclesiastico præscriptam in *c. Cum audimus, caus.* 24. *q.* 1 *et in cap. Tanta, de excess. prælat.*, extendi etiam ad judicem sæcularem. Nam respondetur, quod licet excommunicatus impediatur a suo officio externo, hoc tamen non efficit ut officii collatio sit nulla; post enim absolutionem valide et licite poterit talis judex suo munere fungi.

Notand. III. idem quod de beneficio, dicendum esse de pensione clerici, quæ datur in titulum beneficii ob ministerium ecclesiasticum; et de pensione ecclesiastica, licet temporali, quæ datur ob officium ecclesiasticum, prout Vicario, aut Coadjutori Episcopi; ita *Salm. ibid. p.* 9. *n.* 107. *cnm Pal. Suar et comm.* Secus autem, si pensio sit mere laicalis, vel etiamsi mixta (juxta dicta apud *Bus. l.* 5. *n.* 137.), ut probabiliter *Pal. Avil. Laym. Sa, etc. cum Salm. ibid. n.* 108.

Notand. IV. quod, si quis ante excommunicationem fuisset præsentatus, vel electus ad beneficium, valide acceptat, et possessionem obtinet, etiamsi tempore acceptationis sit excommunicatus, quia acceptatio, seu possessio non sunt actus jurisdictionis, sed privati; ita *Pal. p.* 10. *n.* 18. *Bon.* § 1. *n.* 9. *Cov. Avil. etc. cum Salm. de cens. c.* 3. *p.* 9. *n.* 110. (*contra Suar. apud. Cont. Tourn de cens. part. II. cap.* 1. *art.* 3. *sect.* 5. *Quær.* 2. qui sententiam *Suarii* vocat æque probabilem). Secus dicendum, si is erat excommunicatus tempore collationis, licet postea tempore acceptationis absolutus sit : est commune, *vide Salm. ibid. n.* 111. Quare requiritur tunc nova collatio, quamvis probabile putent *Salm. ibid. in fin. cum Less. Bon. Nav. Henr.*, sufficere, quod collator sciens in prima voluntate perseveret. Notandum V. quod excommunicatus beneficium recipiens non potest facere suos fructus perceptos tempore excommunicationis; etiamsi postea absolvatur, et rite beneficium reobtineat. Attamen eo casu, si pro illo tempore per se, vel alios satisfecerit officio annexo, potest fructus retinere ; quia fructus beneficii vacantis, ubi non est usus *spolii*, spectant ad successorem, ut dicunt *Bon d.* 2. *q.* 2. *p.* 4. § 1. *n.* 5. *et Salm. ibid. n.* 101. *cum Con. Henr. Diana, et Leand.* Ubi autem est lex *spolii*, recte ait *Pal. d.* 2. *p.* 11. *n.* 1. *cum Nav. Henr. Con. et Avila*, posse tantum retinere fructus correspondentes servitio præstito. Imo probabiliter dicunt *Suar. d.* 13. *sect.* 1. *n.* 3. *Cont. Tourn. loc. cit. v. Hic, Dian. p.* 3. *tr.* 9. *r.* 89. *et Salm. ibid.* 100. *cum Con. et Cornejo*, quod si ille bona fide beneficium receperit, et servitium præstiterit, tunc licet teneatur beneficium dimittere, potest tamen retinere, aut exigere fructus suæ congruæ sustentationi correspondentes pro tempore servitii præstiti; quia reipsa Ecclesiæ inservivit, et ratione illius operis dignus est congrua sustentatione.

181. — Sed quær. I. An excommunicatus etiam toleratus sit inhabilis ad beneficia, officia, etc.? Negant *Giball. Navarr Dian. Hurt.*, *et* probabile vocat *Less. apud Salm. ibid. n.* 104., quia concilium Constantiense, concedens fidelibus cum excommunicato tolerato communicare, consequenter concedit excommunicato beneficium recipere. Verius tamen affirmant *Pal. q.* 10. *n.* 3. *Suar. d.* 13. *s.* 1 *n.* 29. *Cont. Tourn. loc. cit. Quær.* 1. item *Avil. Con. etc. cum Salm.*

de cens. c. 3. *p.* 9. *n.* 105. Ratio, quia, etsi concessum sit aliis cum tolerato communicare, excommunicatus tamen non potest officia præstare, quare collatio semper fit indigno. Exciperem, si in aliquo casu officia præstanda essent in commodum conferentium beneficium petentium illius communicationem in prædictis officiis. Hinc licet in *c. Postulastis, de cler exc.*, lata sit suspensio contra conferentes beneficium excommunicato, tamen recte dicunt *Salm. ibid. n.* 106., hanc suspensionem sublatam fuisse ex concilio Constantiensi.

182. — Quær. II. An valida sit collatio beneficii facta alicui inculpabiliter ignoranti, se esse excommunicatum vel non esse ab excommunicatione absolutum? Negant communius *Pal. n.* 4. *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 117. *et Sanch. Con. l.* 2. *c.* 2. *d.* 10. *n.* 7. *Suar. d.* 3. *et alii cum Salm. ibid. n.* 99. Ratio, quia ignorantia excusat quidem a culpa, sed non tollit inhabilitatem. Dicunt tamen *Less. et Salm. ll. cc.* probabilem esse sententiam *Dianæ et Baunii* cum *Fabro*, quod collatio tunc satis sit valida, quia collator ad cautelam solet absolvere a censuris, dum alicui de beneficio providet, ad effectum scilicet tantum præsentis collationis consequendum. Idque revera est satis probabile cum *Cabass.*

J. l. 5. *c.* 11. *n.* 11

183. — Quær. III. An qui est excommunicatus post beneficium obtentum, privetur fructibus ante sententiam judicis, etiamsi per se aut per alium officium præstat? Affirmant *Conc. p.* 462. *n.* 29. *cum Suar. Fill. etc.* Sed probabilius negant *Pal. Sanch. Laym. Cont. Tourn. loc. cit. Quær.* 4. *Salm. ibid. p.* 10. *n.* 114. *et alii* quos retulimus *l.* 4. *n.* 670. Post sententiam vero excommunicatus restituere quidem tenetur omnes fructus, donec absolvatur, etiamsi per se non stet, quominus absolvatur. Nisi esset pauper, quo casu sibi fructus tamquam pauperi applicare posset; ita *Laym. lib.* 1, *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 10. *Pal. dub.* 2. *p.* 11. *n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 117. *cum Av.ila Sylv. Corn. etc.*

184. — « VI. Privat communicatione » forensi. Unde excommunicatus nequit » esse judex, advocatus, procurator; licet pro semetipso respondere possit » ipse. *Coninck, Præpos. Dian. p.* 5. *t.* 9. » *res.* 111. » (*Et etiam actorem reconvenire; et hoc, etiamsi per alium commode possit se tueri, ut Coninck, Pal. Suar. etc. contra alios apud Salm. de cens. c.* 3. *p.* 11. *n.* 125.) « Item actor, tabellio, testis, » etc. ita ut contra excommunicatum, » etiam toleratum, semper possit reus » excipere. » (*Ita ex c. Veniens, de testib. c. Pia, de except. in* 6. *et c. Nullus, caus.* 3. *q.* 4. *Quamvis is actor excommunicatus valide agat, donec repellatur, ut ex d. c. Pia. Dicunt tamen Dian. et Lez. apud Salm. ibid n.* 118. *non peccare graviter actorem, qui juste petit suum, si non repellitur. Toleratus vero licite tuetur se, et alios in judicio, ut Pal. punct.* 14. *Salm. ibid. cum Avil. Vitandus tamen non potest alios in judicio defendere; quamvis, si faciat, et stipendium recipiat, non teneatur illud restituere : Nav. Av. Lez. Salm. l. c. in fin. Exceptio autem opponi potest etiam post sententiam ante ejus executionem : Salm. ibid. n.* 119. *ex d. c. Pia.*) « Quod si non faciat, nec judex eum re- » pellat, valida ejus acta erunt, si sit to- » leratus. Secus est de judice non tole- » rato, cum sit privatus jurisdictione. » (*Hoc recte putant esse probabilius Salm. ibid. n.* 121. *juxta dicta supra n.* 180. *ad Not. II. Testis pariter vitandus valide testatur, si non repellitur; toleratus autem valide et licite, si ab una partium requiritur; Salm. ibid. n.* 123. *cum Avil. et Pal.*) « *Vide Laym. c.* 2. *Dian. p.* 5. *t.* 9. *resp.* » 112. *et* 113. Non potest etiam esse tu- » tor, aut curator. *Dian. p.* 5. *t.* 9. *resp.* » 115. *ex Sylv.* neque testamenti exe- » cutor. *Dian. p.* 8. *t.* 9. *resp.* 2. *ex Casp.* » *etc. contra Sanch. Lugo etc.* si tamen » non fiat oppositio, valide exequitur, » *ibid.* Nec potest ipse testari licite, etsi » faciat valide, etiam cum excom- » municatum instituit hæredem. *Suar.* » *Villal. Merc. etc. cum Dian l. c. res.* » 129. Denique contractus omnes ab eo » facti (etsi sint illiciti, et ratione eorum » non detur actio in foro externo du- » rante executione) valent, nisi fiant ab » eo ut persona publica, vel ministro ra- » tione muneris, et beneficii; quia tunc » spectant ad jurisdictionem, quæ sus- » pensa est. » *Dian. p.* 5. *t.* 9. *r.* 128. *ex Con. Fill. Merc. etc.*

185. — VII. « Excommunicatus non » toleratus privatur usu jurisdictionis. » Unde non potest valide eligere, con- » ferre, præsentare, ferre leges, vel » sententiam; et qui sic beneficium a » non tolerato accipit, dicendus est in- » trusus, ac proinde tenetur, sine alia » juris declaratione, beneficium una » cum fructibus relinquere. » (*Ita com-*

mun. Salm. de cens. c. 3. p. 11. n. 121.)

« Dixi *non toleratus;* quia acta tolerati » probabile esse valida ob bonum com- » mune ; graviter tamen peccat, si abs- » que necessitate talia exerceat. » (*Et hoc certum est cum Salm. dict. n. 121. quoad judicem ecclesiasticum,in c. Tanta, de excess. prælat.*)

186. — « VII. Non toleratus privatur » ecclesiastica sepultura, ita ut non pos- » sit in loco sacro, seu benedicto sepe- » liri ; et si contrarium fiat, ac corpora » discerni possint, debet exhumari, nec » in eo loco divina peragi ante recon- » ciliationem.

Ita ex *cap. Sacris, de sepult.* Polluta autem Ecclesia, manet pollutum et cœmeterium, sed non contra, ex *c. Consuluisti, de cons. eccl. in* 6. Si vero excommunicatus decessit cum signis pœnitentiæ, non est exhumandus, sed absolvendus, petita absolutione ab hærede ; *Salm. ibid. p.* 7. *n.* 75. *cum Pal. et Corn.* Peccant graviter comitantes vitandum ad sepulturam, clerici canentes, etc. *Vide Salm. ib. n.* 77. Sepelientes autem illum incurrunt excommunicationem majorem, ex *Clement.* 1. *de sepult.* Per *sepelientes* autem non intelliguntur comitantes, canentes, etc. An autem intelligantur procurantes sepeliri? Affirmant *Salm. ibid. n.* 82. *Pal. Con. Suar* Sed negant *Caj. Con. Avil. Henr. etc. ib. n.* 81. Recte dicunt *Salm. ibid. n.* 80. *in fin.* utramque probabilem.

187. — « Dixi *non toleratus ;* quia Ec- » clesia non polluitur, etsi hæreticus non » speciatim denuntiatus in ea sepeliatur, » ut docent *Suar. Laym. et alii.* » (*Hinc tolerati licite sepeliuntur in loco sacro, si cum signis pœnitentiæ a vita migraverint; Palaus q.* 6. *n.* 12. *Salm. de cens. c.* 3. *p.* 7. *n.* 75. *Nav. Con. Sayr.*) « Jure nihilominus id prohibent » Episcopi in Germania, eo quod inter » cæteras pœnas non communicantium » in Paschate, etiam statuatur priva- » tio sepulturæ ecclesiasticæ.

De sepultura ecclesiastica atque cœmeteriis has adnotationes habet Scavini tum quoad jus, tum quoad praxim :

« Eamdem circa cœmeteria jurisdictionem habet Episcopus, quam circa Ecclesiam (*de immunt. Eccl.* c 2 in 6 *de sepult.* c. 13) ; sunt enim cœmeteria loca religiosa ac sacra, speciali benedictione consecrata ideoque ab humanis subducta ; imo est veluti pars Ecclesiæ, ad quam quidem spectat, cujus etiam loco sufficitur ; cœmeterium enim in suo sinu religiose recipit mortuos quos Ecclesia habuit vivos. Hinc Ecclesiæ tantum esse debet dignos in eo recipere, indignos repellere. *V.* Gilbert, *Corpus juris Canonici. Tract. de Eccles.* tit. 7, § 2. — L. Ferraris, *Bibl. Canonica*, art. novissimus : *Cœmeterium.* — Affre, *Traité de la propriété des biens ecclésiastiques.* Paris, 1837. — *Armonia*, Torino, anno 1854, n. 138, 16 novembr. — *Il Cattolico di Lugano.* 1848, vol. XXXI.

« Cum ecclesiastica sepultura pars sit catholicæ communionis quæ etiam post mortem manet, ideo merito ab illa repelluntur, qui viventes ea communione carebant, atque ab Ecclesia sejuncti ab hac vita publice migraverunt. Hinc e pluribus juris capitibus ecclesiastica sepultura privantur judæi, ethnici, infideles omnes et infantes non baptizati, apostatæ, hæretici, schismatici manifesti, nominatim interdicti, suicidæ, duellantes in torneamentis, usurarii manifesti, fures et latrones in crimine deprehensi et occisi, raptores Ecclesiarum si non satisfecerint, qui Paschate non communicaverint, uno verbo publici peccatores, quos constet impœnitentes decessisse. Qui hos temerarie sepelierint in catholico cœmeterio graviter delinquunt : imo si sepelierint aliquem infidelem, aut hæreticum declaratum aut excommunicatos vitandos, nempe vel publicos Clericorum percussores, vel nominatim declaratos excommunicatos, vel suicidas (can. *Si quis;* Extr. *Ad evitanda* et Bulla *Detestabilem* Benedicti XIV), incurrunt etiam excommunicationem ipso facto ; taliter sepulti, si adhuc fieri possit, sunt extrahendi ex sepultura, et cœmeterium est reconciliandum ; et interim sub gravi peccato prohibetur aliquem in eo sepeliri : quod si necessitas urgeat sepeliendi, locus sepulturæ benedicatur, prout habetur in Rituali. — *V* Devoti *Inst. Can. de sepulturis.* — L. Ferraris. *Bibl. Canonica*, v^is^ Sepultura; Ecclesia, art. IV. — Liguori., *Op. Mor.*, l. I. *append.* 2, n. 91 ; l. IV, n. 363 ; *Homo apost.*, tract. XIX. n. 20 ; tract XX, n. 91. — Nardi, *Elementi de diritto Eccl.*, § 518.

« Pro praxi hæc notamus : — 1. contingere potest, ut quis Sacramentis fuerit privatus, non tamen ecclesiastica sepultura, ut si quis, v. g., excommunicatus in ultimo vitæ suo puncto sese pœniteat, nec amplius fiat locus Sacramentis.

« 2. Qui morte ab humana justitia plectuntur, sepeliendi sunt in loco sacro, si signa dederint pœnitentiæ, sed sine solemnitate.

« 3. In dubio, an sit deneganda sepultura sacra interrogandus Episcopus ; si non potest interrogari, concedenda juxta illud : *In dubio odia restringenda;* idque magis, cum hodie tot incommoda ex denegatione sequantur, quibus præstat occurrere. Hinc etiam si Sacerdos solus testis fuerit repulsæ moribundi, taceat, ni aliud obstet, ut sic vitet scandalum.

« 4. Mimis et comœdis sacra sepultura on est deneganda, cum nulla sit lex Canoica, quæ eos sepultura ecclesiastica privet.

« 5. Cum benedicitur cœmeterium pars liqua extrema illius sine ulla benedictione elinquatur, ut inserviat pro sepultura infanum non baptizatorum, aliorumque, quibus enegatur sepultura Ecclesiæ : nec requiriır, ut illa pars per murum, vel quid aliud eparetur (etsi murum desiderent), modo iscerni possit. Cum tamen nonnullis in ocis contingat, ut sacrilege per vim sepeantur in loco sacro qui sepeliendi non int; sapienter in illis locis statutum est d præcavendam profanationem, ut omittaır totius cœmeterii benedictio, sed ut sinılis vicibus benedictio fiat ejus loci, in quo ıdaver est deponendum. *Gousset*, *Gury*, .c. Ceterum, quoad potest, servetur usus, semper interrogetur Episcopus. » (T. II, 170 et 171.)

Ait Gousset :

« On doit refuser la sépulture ecclésiasque à ceux qui passant publiquement pour s'être pas confessés dans l'année, et n'aoir pas reçu le sacrement de l'Eucharistie Pâques, sont morts sans donner aucun gne de contrition. Mais, comme aujourhui il y a malheureusement un trop grand ombre de personnes qui ne remplissent ni devoir de la confession annuelle ni celui la communion pascale, on est obligé de odifier ce réglement en restreignant le fus de la sépulture ecclésiastique à celles entre elles qui, par impiété, auraient puiquement refusé les sacrements à l'article la mort. Si, par exemple, le malade avait nvoyé le prêtre, blasphémant en présence ceux qui l'entouraient, sans que celui-ci it obtenir de lui parler en particulier avant mort, on lui refuserait la sépulture ecclé- ıstique.

« Il peut arriver que le lieu destiné aux humations des fidèles soit profané par la pulture d'un juif, d'un infidèle ou d'un communié dénoncé. Dans ce cas, on ne it, suivant les canons, réconcilier le cimere qu'après avoir exhumé le corps qui l'a ofané. Si l'autorité civile s'oppose à l'ex- ımation, malgré les justes et légitimes réımations de l'autorité ecclésiastique, l'évêe pourra permettre de réconcilier le ciɛtière par une nouvelle bénédiction. L'Ése n'exige pas l'impossible. Mais que fera curé, si, avant d'avoir reçu la décision l'Ordinaire, quelque fidèle de sa paroisse ent à mourir? Pourra-t-il accompagner le rps au cimetière, et y faire la cérémonie igieuse ? Il le pourra, à raison des graves convénients qu'il y aurait à ne pas le faire; ais il bénira la fosse où le corps doit être posé. Les temps ne sont pas les mêmes; ne faut donc pas s'étonner si les règles, matière de discipline, varient dans leur plication. (*Théologie morale.*)

« Aliquando cadaver, addit Scavini, in cœmeterio benedicto jam sepultum, civili auctoritate imperante, exhumari debet ad illius inspectionem. Hoc utique licet, cum sit ad bonum publicum ; attamen prius esset obtinenda licentia a superiore ecclesiastico, cum loca sacra sint sub ejus jurisdictione posita. Qui tamen hodie hoc curant ? ideo parochi permissive se habendo, ad scissiones evitandas, curent saltem ut omnia decenter ac religiose fiant, hoc adveniente. » (T. II n. 170.)

« Excommunicatus sive vitandus sive non, adnotat quoque Scavini, fit etiam ineptus ad obtinenda quæcumque Rescripta tam gratiæ quam justitiæ, ita ut quidquid fuerit impetratum, ipso jure nullum extet atque invalidum, Ex cap. *Dilectus* XXVI de rescrip. Hinc in Apostolicis Litteris, in quibus confertur aliqua gratia, præmitti solet absolutio a censuris : quæ quidem est tantum ad effectum gratiam illam specialem consequendi : unde non est vera absolutio, sed potius dispensatio, qua conceditur, ut non obstante censura, quæ quoad alios suos effectus adhuc subsistit, possit quis frui hac vel illa gratia, cujus aliunde incapax foret utpote censuratus. Hujus rei recens exemplum habemus in Brevi *Quamquam* Pii IX dato die 6 sep. 1853, pro reductione festorum in Pedemontano Regno, ubi legitur : *Itaque omnes et singulas personas, quibus hæ Litteræ favent, peculiari beneficentia prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis, sententiis, censuris et pœnis, quovis modo vel quavis de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes*, etc. » (T II. n. 103.)

Quæritur, inquit Gury, an deneganda sit sepultura mimis et comædis ? ac respondet :

« *Neg.* modo sacramenta Ecclesiæ non recusarint, sicut de cæteris peccatoribus dictum est. Nulla enim invenitur lex canonica talis et eos excommunicans. — Gousset. *de extrem. unct.* n. 637. » (*de censur.* n. 1014.)

188. — « IX. Excommunicatus privatur omni alia civili communicatione » fidelium, ita ut ipse non possit cum » aliis, et, si non toleratur, etiam alii » cum ipso non possint communicare, » idque in casibus hoc versu compre- » hensis :

« I. *Os*, II. *Orare*, III. *Vale*, IV, *Com-* » *munio*, V. *Mensa negatur*

Ista eruuntur ex iis quæ declaravit *Calixtus* Papa in *c. Excommunic. caus.* 11 *qu.* 3. ubi dixit : *Nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet ; nec ave eis dicat ; quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, juxta apos-*

tolorum institutionem, et ipse simili excommunicationi subjacebit. Non autem hic illud *simili* importat æqualitatem (scil. excommunicationem majorem), sed tantum similitudinem, prout excommunicatio minor similis est majori.

189. — « Dicitur I. *Os*, per quod in» telligitur osculum, et omne colloquium, » etiam privatum ; item per nutus, litte» ras, internuntium, et quodvis signum » benevolentiæ. » (*Ut missio vel accepta» tio munerum ; Salm. ibid. p.* 12. *n.* 135. *cum Bon. Avila, Reg. etc.*)

190. — « Dicitur II. *Orare*, id est om» nis communicatio in Divinis, de qua » supra. » (*Vide dicta n.* 173.)

191. — III. *Vale*, quod comprehendit » omnem salutationem (saltem honorifi» cam) verbo, vel signo, vel amplexu ; et » secundum quosdam, etiam resalutatio» nem, eo quod sit actus observantiæ ; » sed contrarium videtur, verius, quia » est solutio debiti. Imo *Sayr. etc. cum.* » *Dian. t.* 5. *p.* 9. *res.* 16. putant proba» bile, quod sola verbalis salutatio sit » prohibita, non autem alia signa, v. g. » aperiendo caput, etc. quæ urbanitatis » causa fieri solent.

192. — Dubit. igitur 1. an liceat exhibere excommunicato signa urbanitatis, v. g. adsurgendo, aperiendo caput, dando locum, sine tam ulla expressione verborum ?

Prima sententia valde probabilis negat; et hanc tenent *Suar. d.* 15. *s.* 1. *n.* 3. *Pal. d.* 2. *p.* 17. *n.* 4. *cum Laym. Salm. de cens. c.* 3. *p.* 12. *n.* 136. *cum Hurt. Escob. lib.* 50. *n.* 254. *cum Vasq. et Sylv. ac Bon. d.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *n.* 4. *cum Henr. Ugol. et Reg.* Ratio, quia hujusmodi actus reverentiæ, esto solis nutibus fiant, et sine animo honorandi, sunt quædam communicatio, et vera signa amicitiæ ac salutationis.

Secunda sententia vero affirmant, modo absit animus salutandi ; hanc tenent *S. Anton.* 3. *p. tit.* 25. *c.* 2. *in princ. cum Guil. Nav. cap.* 27 *n.* 20. *cum Major. et Ang. Fill. tr.* 13. *n.* 85. *Spor. Suppl. p.* 134. *n.* 97. item *Sotus, Avila, Graff. et Sayr. apud Pal.* Ratio, tum quia tales actus non exhibentur ut signa amicitiæ, aut communicationis, sed ut vitetur nota inurbanitatis ; tum quia, esto hujusmodi actus involvant quamdam salutationem, talis tamen salutatio videtur consuetudine introducta ut necessaria, non quidem ad honorandum excommunicatum, sed ne ille contemnatur. Hanc autem secundam sententiam merito vocant probabilem ipsi fautores primæ sententiæ, nempe *Bon. Pal. Salm. et Escob.* Maxime (ut aiunt *Croix. l.* 7. *n.* 277. *Mazz. t.* 4. *p.* 316. *Bon. cum Suar. loc. cit. et Renzi t.* 1. *p.* 542. *q.* 4. *cum Laym. et Pelliz.*) si excommunicatus sit superior, vel persona publica, uti Episcopus, prætor, etc., quia tunc prædicta signa potius exhibentur ad vitandum damnum, vel indignationem illius.

193. — Dubit 2. an liceat excommunicatum resalutare ? Affirmant *Bus.* ut supra, *ac Fill. tr.* 12. *c.* 5. *q.* 3. *n.* 84. *Henr. et Krimer ap. Croix. l.* 7. *n.* 277. et probabile putat *Pal. d.* 2. *p.* 17. *n.* 4. quia, ut aiunt, resalutatio illa non exhibitio honoris, sed debiti solutio, quæ non videtur ab Ecclesia vetari. Sed probabilius negant *Bon. d.* 2. *q.* 2. *p.* 126. § 2. *n.* 4. *Holz. p.* 382. *n.* 197. *et Salm. de cens. c.* 3. *n.* 136. *cum Avila.* Ratio, quia, cum vetitum sit salutare excommunicatum, ille non habet jus, ut resalutetur, eo quod in pœnam sui criminis est illo privatus. Et sic pariter probabilius dicunt *Bon. l. c. Croix d. n.* 277. *Viva de cens. q.* 3. *art.* 2. *n.* 9. *Salm. cit. n.* 136. *cum Avila, et Renzi p.* 541. *q.* 2. *cum Pelliz.* (*contra Sa, et Henr ap. Viram l. c.*, quorum opinionem probabilem putat *Mazz. t.* 4. *p.* 316.) neque esse licitum excommunicato rescribere. Ratio est eadem, ut supra, quia, cum prohibitum sit communicare cum excommunicato, ille non habet jus, ut ei rescribatur. Cæterum quoad resalutationem, non audeo primam sententiam dicere improbabilem, quia licet excommunicatus non habeat jus, ut resalutetur, tamen resalutatio illa non videtur proprie actus honoris, et contra negatio illius videtur quidam actus contemptus, vel saltem inurbanitatis. Quoad rescriptionem vero, non valeo acquiescere sententiæ oppositæ, quia rescriptio videtur vera communicatio.

Qui autem excommunicatum injuriis afficeret, vel ei diceret, *Deus te illuminet, convertat, etc.*, nullam quidem censuram incurrit ; ita communiter *S. Anton. p.* 3. *tit.* 25. *c.* 2. *in princ. Salm. l. c. et Croix l.* 7. *n.* 276. *et* 277.

194. — « Dicitur IV. *Communio*, quæ » comprehendit omnem contractum ; » qui tamen validus est, si fiat. » (*Ita Salm. ib. n.* 138. *cum Pal. Con. Av.* (*contra aliquos*), *ex c.* 32. *de sent. exc. etc.*; *illicitum autem est excommunicato testari, licet testamentum sit validum, nisi ille sit*

usurarius. *Vide Salm. ibid. n.* 139.) item » cohabitationem, cooperationem, societatem, v. g. in contractibus, ita ut moraliter censeatur communicare; quod » prudens æstimabit : unde nec iter cum » eo, tanquam cum socio, facere licet. » (*Nec licet cum eo collaborare, sedere, sub eodem tecto vivere, dormire; intellige per modum societatis; nam alias cubare tantum ad quiescendum, etiam in eodem lecto non vetatur, ita probabiliter Suar. d.* 15. *sect.* 2. *n.* 8. *Bonac. part.* 6. § 2. *n.* 5. *Pal. d.* 2. *p.* 17. *n.* 4. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 12. *n.* 137.)

195. — « Dicitur V. *Mensa*, per quam » intelligitur omnis convictus, et convi» via, per modum societatis, et commer» cii ; qualis non est, si casu incidas in » idem hospitium, iter, mensam, imo » lectum. *Vide Bon. dict.* 2. *q.* 2. *p.* 6. » § 1. *et* 2.

Non licet igitur communicare cum excommunicato in eadem mensa formaliter, idque accidit quando excommunicatus invitat alterum ad cœnam; aut quando aliquis vitam communem agit cum excommunicato, esto non vescatur eisdem cibis, ut evenire solet in monasteriis, et seminariis, in quibus, tametsi diversæ sint mensæ in eodem refectorio, nihilominus omnes censentur communicare in eadem mensa et refectione. Idem est quando multi invitantur ab excommunicato, et in eodem cubiliculo accumbunt, licet in diversis mensis; secus si accumbunt in mensis valde disjunctis, seu dispositis in diversis cubiculis; ita *Suar. d.* 15. *sect.* 2. *n.* 6. *Salm. ibid. n.* 140. *et Bon. d.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *n.* 5. *cum Henr. Avil. Sayr Fill. Reg. et Ugol.* Secus etiam, si quis ederet cum excommunicato in diversorio, adhuc in eadem mensa, ubi tamen unusquisque sibi intendit, ut *Suar. Salm. et Bon. ll. cc. cum Sayr. et alii.* Item secus, si quis casu conveniat cum excommunicato in eadem domo, itinere, vel mensa; *Holzm. p.* 382. *n.* 197 *Spor. Suppl. c.* 3. *n.* 97 *et Pal. d.* 2. *p.* 17. *n.* 5. *cum Suar. Laym. Sayr. et Hurt.*

196. — « Quæres. I. Quale peccatum » sit communicare cum excommunicato » non tolerato? Resp. Communicatio in » Divinis censetur mortale propter gra» vitatem materiæ; in civilibus autem » (etsi inducat minorem excommunica» tionem), secluso tamen contemptu, » tantum est veniale regulariter. *Suar. Bon. etc. Dian. p.* 7. *t.* 11. *r.* 47. » (*Ita etiam S. Th. q.* 23. *n.* 3. *Salm. ibid. p.* 1. *n.* 7. *et p.* 12. *n.* 127. *cum Lez. Suar. et comm.*) « Quod addo, quia aliquando est » mortale, ut si quis cum excommuni» cato communicet in eodem crimine, » v. g. si quis concubinam excommuni» catam cognoscat.

197. — Distinguendum inter peccatum et pœnam communicationis cum vitando. Quoad peccatum in duobus casibus communicans certe peccat graviter : I. Si communicat cum eo in Divinis, nisi excuset parvitas materiæ, juxta dicta *n.* 173. *et* 176. II. Si communicat in crimine criminoso, id est in eodem crimine, sine contumacia, ob quam lata est excommunicatio, v. g. si quis suam concubinam excommunicatam post excommunicationem iterum cognoscat, ut habetur ex *c. Concubinæ, de sent. excom.* vel si quis post excommunicationem latam in aliquem ob furtum, concubinatum, etc. impendit ei auxilium, aut consilium, ne restituat, ne concubinam dimittat, vel ne exeat ab excommunicatione ita *Bon. q.* 2. *p.* 6. § 1. *n.* 8. *Suar d.* 15. *s.* 7. *n.* 4. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 12. *n.* 133. *ex c. Nuper.*

198. — Dubit. autem, an sit mortale frequenter communicare in civilibus cum vitando? Adest duplex probabilis sententia. Negant *Nav. c.* 27. *n.* 30. *Pal. q.* 18. *n.* 3. *ac Sayr. Avila, Henr. Reg. Dian. Leand. etc. apud Salm. ibid. n.* 128.; quia communicatio in civilibus de se est tantum veniale : veniale autem per quacumque mutiplicationem non fit mortale. Tunc autem dicunt *Nav. et Pal. cum Sayr. et Avila, ll. cc.* frequentem communicationem esse mortale, quando ex ipsa communicatione crederet communicans excommunicatum sumere occasionem in sua contumacia perseverandi. Affirmant vero probabilius *Suar. d.* 15. *s.* 2. *n.* 11. *Bon. q.* 2. *p.* 6. § 1. *n.* 6. *Holzm. p.* 382. *Spor. Supepl. p.* 134. *n.* 99. *et Salm. ibid. n.* 129. *cum Vill. Con. et Fill.* Ratio, quia communicatio etiam civilis cum excommunicato vitando de se videtur materia gravis, quod maxime probatur ex *c. Excommunic.* 11. *q.* 3. ubi (ut diximus *n.* 188.) *Calixtus* Papa æque prohibet communicationem in Divinis, quam in humanis. Item probatur ex *cap. Exceptionem* 7. *de except.* ubi communicans civiliter cum excommunicato dicitur, *in periculum animæ suæ communicare*; periculum autem animæ utique importat periculum damnationis, quod nonnisi

per culpam mortalem incurritur. Communicatio igitur etiam civilis tantum ex parvitate materiæ potest esse venialis, ergo si actus multiplicentur, et conjungantur, erit mortalis. Advertunt vero *Cont. Tourn. de cens. part. II. cap. 1. art. 3. sect. 7. v. Dico 1. ac Suar. Holz. Spor. et Salm. de cens. c. 3. p. 12. n. 129. cum Con. l. c.* ad peccandum graviter non sufficere, si quis frequenter etiam per longum tempus sejunctim communicet cum excommunicato, sed requiri ut tales communicationes sint connexæ saltem per modum unius objecti voliti, nempe cum his habet propositum formale, aut virtuale seu quasi ex habitu, sæpius communicandi longo tempore cum excommunicato, vel adsciscat eum sibi in socium, aut famulum.

199. — Quoad pœnam vero, communicans cum vitando sive in humanis, sive in Divinis, incurrit tantum excommunicationem minorem. in tribus autem casibus incurrit etiam majorem : I. Quando clericus scienter communicat in Divinis cum excommunicato a Papa nominatim, et denuntiato, ex *c. Significavit, de sent. exc. Vide Salm. ibid. n. 131. cum comm.* II. Quando excommunicatio est lata contra aliquem, et simul contra participantes; tunc enim qui communicat cum illo (post monitionem tamen), incurrit excommunicationem majorem, et non potest absolvi, nisi ab eo qui absolvere potest principalem, ita *S. Th. Suppl. q. 23. art. 3. Pal. p. 18. n. 6. et Salm. ibid. n. 132. cum Avila, Hurt. etc.* III. Quando quis scienter communicat cum excommunicato vitando in crimine criminoso, juxta mox dicta *num.* 197. ; et hic absolvendus tantum a quo principalis absolvendi potest, ex *c. Nuper, de sent. exc.* Ita *Salm. ibid. n 133. cum aliis.* Addunt autem *ibidem* etiam Episcopum excommunicantem, excommunicationem majorem incurrere, si communicet in crimine criminoso.

200. — Quæres 2. an aliquando liceat cum non tolerato communicare?

« Resp. Quod sic, extra Divina, in his quinque casibus. » (*Qui habentur c. Quoniam multos, can. 11. q. 3. et in sequenti versiculo continentur* :

I. Utile, II. Lex, III. Humile, IV. Res ignorata, V. Necesse.)

201. — « I. *Utile* intelligitur in casu » utilitatis, sive spiritualis ipsius excom» municati, v. g. ut convertatur; sive » alterius, v. gr. ut ab excommunicato » consilium petat, quod ab alio habere » non potest; sive etiam utilitatis tem» poralis, v. g. ut ab eo restitutio vel » debitum ex contractu exigatur. Con» tractus tamen novos cum ipso inire » non licet, etsi, si ineantur, sint validi, » cum nulla sit lex irritans.

Licet igitur ob bonum spirituale excommunicatum monere verbis, vel litteris, et ideo ante, vel postea, alia verba inserere, ex *cap. Cum voluntate, de sent. exc.* ac signa benevolentiæ ostendere. *Sot. Bon. Av. Salm. de cens. c. 3. p. 13. n. 142.* Licet etiam concionem coram eo facere. An autem liceat in theologia eum instruere? Negant *Con. Avil. etc.* Sed affirmant *Salm. ibid. n. 143. cum Soto et Sayr.*, quia in hoc jam est utilitas spiritualis excommunicati. Ob bonum autem sive spirituale, sive temporale aliorum, licet ab excommunicato concionem audire, consilium petere, si desit alius æque idoneus; *Salm. dict. n. 143. in fin. cum Con. et Bon.* Licet etiam societatem prius initam cum eo continuare; item ab eo medicinas, vel eleemosynam petere; ita *Pal. p. 19. n. 2. Suar. d. 15. s. 4. n. 8. p. 6. § 2. n. 10. et Salm. ibid. n. 144. cum Con. et Avila.*

202. — « II. *Lex*, id est in casu legis » matrimonialis : quomodo uxori licet » communicare cum marito, et contra, » nisi factum sit divortium. *Dian. p. 5.* » *t. 9. r. 122.* Non tamen sponso de fu» turo cum sponsa, *l. c. r. 136. ex Sayr.* » *Sanc. et Fill.* »

Tam igitur excommunicato, quam ejus conjugi, licet petere et reddere debitum, ut periculum incontinentiæ vitetur, et in aliis omnibus mutuo conversari : ita *D. Th. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Bon. q. 2. p. 6. § 2. n. 18. et Salm. ibid. n. 147. cum Suar. Sanch. et Pal. ex c. Inter alia 31. de sent. exc.*, ubi permittitur tam conjugibus quam filiis, famulis, etc. communicare cum excommunicato, ut debitum ei obsequium præstent. In tribus autem casibus nequeunt tales conjuges inter se communicare : 1. Quando ipsi sunt jam per divortium separati, ut cum *Busemb.* ut supra, dicunt *Bon. n. 21. Salm. de cens. c. 3. p. 13. n. 148. et alii communiter.* 2. Quando excommunicatio lata est propter dubium valoris matrimonii, ut *Cont. Tourn. de cens. part. II. cap. 1. art. 5. v. Excusat. 2. Holzm. t. 1. p. 383. n. 202. et Bonac. ac Salm. ll. c.* 3. Quando alter conjugum est ob hæresim excom-

micatus, ex c. *Decrevit, de hæret. in* 6. *de Salm. c. cit. n.* 148. *in fin.*

Dubit. autem 1. An quis possit communicare etiam in Divinis cum conjuge excommunicato?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Salm. ibid. n.* 154. *ac Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 14. *n.* 5. *cum Nav. et Henr.* probant ex c. *Quoniam*, ut supra, 11. 3. ubi generaliter *Gregor. VII.* videtur eximere conjuges (sicut etiam filios, famulos, etc.) ab anathemate, communicat cum excommunicato in iis, in quibus sunt soliti communicare.

Secunda sententia tamen verior negat, hanc tenent *Bon. q.* 2. *p.* 6. § 2. *n.* 22. *nc. p.* 464.*n.* 36. *et Cajet. ac Armill. ap. nch. l. c.* Ratio, quia in c. *Inter alia de sent. exc. Innoc. III.* declarans præ...um textum *Gregorii*, dicit uxores et os ut supra tunc tantum posse, imo teneri cum excommunicato communicare, quando id est necessarium ad præstandum obsequium ei debitum; uxori autem, ut præstet debitum obsequium viro, minime est necessarium, quod cum eo communicet in Divinis.

Dubit. 2. An conjux qui scienter nupcum excommunicato, possit deinde cum ipso communicare.

Prima sententia valde probabilis, et communior negat, eamque tenent *D. Th. suppl. q.* 23. *art.* 1. *Suar. d.* 15. *s.* 4. 36. *Pal. d.* 2. *p.* 19. *n.* 15. *et Salm. id. n.* 152. *cum Con. Ang. et Sayr. Cont. urn. loc. cit. Conc. p. n.* 36. *item Fill. ornejo, Gordon. etc. apud Boss. de usu atr. c.* 1. *n.* 286. Probatur ex dicto c. *Inter alia* 31. *de sent. exc.* ubi dicitur concedi facultas uxoribus, et aliis personis subjectis communicandi cum excommunicatis, eodem modo quo possent, et tenerentur ante excommunicationem; ergo subjectio contrahitur post excommunicationem, non datur ipsis licentia communicandi. Id probatur etiam ratione, quia subjectio illa fuit inique contracta, et inique acquisita, unde non debent eximi ob onere censuræ qui contra eam deliquerunt.

Secunda sententia vero affirmat, et hanc tenent *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 14. *n.* 3. *Bon. d.* 2. *p.* 6. §. 2. *n.* 18. *cum Ugol. et Alter. ac Boss. l. c. n.* 288. *cum Con. Tamburin. Diana, et Villal.*, et merito probabile vocant *Pal. et Salm. ll. cc.* Ratio, quia in c. *Quoniam* 11. *q.* 3. *Gregorius* indistincte, et absque ulla restrictione concedit personis subjectis facultatem communicandi cum excommunicato. Nec obstat textus oppositus in dicto c. *Inter alia*, ex eo enim quod ibi dicitur, nempe subjectos teneri ad præstandum obsequium excommunicato eodem modo ac ante excommunicationem, minime evincitur non posse communicare, qui tempore excommunicationis subjectionem contraxerunt; imo in tantum ibi dicuntur subjecti teneri communicare, quia obligatio contracta præstandi debitum obsequium non eliditur ob excommunicationem supervenientem; unde sicut obligatio illa non cessat ob excommunicationem supervenientem, ita nec ob antecedentem. Neque obstat, quod nemo possit se obligare ad illicitum, prout est communicare cum excommunicato, nam hoc curerret quando quis directe se obligaret ad communicandum, non vero quando indirecte se obligat ratione contractus; unde quamvis illicite subjectio fuerit contracta, cum tamen contractus fuerit validus (prout certum est esse validum matrimonium cum excommunicato), ex eo bene oritur et viget obligatio debitum obsequium præstandi. Et quod hic dicitur de conjugibus, idem dicunt præfati AA. de filiis, et famulis.

203. — « III. *Humile*, id est in casu » subjectionis ; quo modo possunt filii » etiam emancipati, » (*Ut probabiliter dicunt Suar. d.* 15. *s.* 5. *n.* 3. *Bon. p.* 6. § 2. *n.* 29. *et* 33. *Pal. p.* 19. *n.* 10. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 13. *n.* 149. *cum Cornejo et Sayr. contra Soto, Nav. etc. ibid.*) « ad» dit *Diana p.* 5. *t.* 9. *r.* 118 *et* 119. *ex* » *Con. Fill. Hurt. etc.* etiam adoptivi, » vel illegitimi, imo etiam nepotes, pro» nepotes, et in eodem genere affines, » (*Ut nurus, privigna, etc. Salm. de cens. c.* 3. *p.* 13. *n.* 149. *cum Suar Pal. Bonac. etc.*) communicare parenti, servi, et an» cillæ domino, si ante excommunica» tionem fuerint in servitio. Similiter » religiosi prælato : non tamen, nisi » quoad eam communicationem, quæ ab » habitantibus in eadem familia evitari » non potest. *Dian. l. c. r.* 117. *contra* » *Sotum. Vide Fill. t.* 12. *c.* 8. *n.* 203. » *Laym. et Bon. l. c.* »

Sic pariter excusantur omnes servientes, etiam gratis, et tota familia excommunicati, ex c. *Quoniam, et c.* 34. *de sent. exc. Vide Salm. ibid. n.* 150. Ita etiam milites possunt communicare cum duce excommunicato ex *d. c.* 34. Non autem vassalli cum suo domino, ex c. *Nos sanctorum, caus.* 15. *q.* 6. nisi quod solutio-

nem tributorum, si ligati sint juramento fidelitatis, ut *Salm. ibid. cum Suar. Av. Corn.* Attamen judicio sæpe istos alias excusari, ratione necessitatis vel utilitatis. Idem Religiosi possunt communicare cum suis prælatis excommunicatis; *Suar. d.* 15. *s.* 7. *n.* 2. *et Pal. d.* 2. *p.* 19. *n.* 18. *cum Bon. Sayr. et communi, contra paucos.*

An vero famuli excommunicati ejusdem domini possint inter se communicare? Per se certe non possunt, cum in *cit. c. Quoniam* 11. *q.* 3., id eis non conceditur; possunt tamen per accidens, eo quod moraliter obligantur simul cohabitare; ita *Suar. n.* 13. *Nav. c.* 27. *Bonac. d.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *n.* 32. *et Pal. n.* 23. *cum Hurt. Sayr. et Ugol.* Hoc tamen intelligendum quando ipsi serviunt impulsi necessitate se sustentandi, et insuper non possunt commode dominum illum relinquere.

204. — Notandum autem I. quod sicut filii, uxores, et famuli possunt cum excommunicato communicare, ita parentes, mariti, et domini possunt communicare cum filiis, uxoribus, et famulis excommunicatis, *S. Th. Suppl. q.* 23. *art.* 1. *Pal. d.* 2. *p.* 19. *n.* 21. *Bon.* § 2. *n.* 38. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 13. *n.* 153. *cum Soto, Henr. Corn. Avila, Con. et Hurtado.* Notandum II. famulos, uxores, aut filios non posse communicare cum excommunicato in Divinis, nisi tantum in iis in quibus communicatio est necessaria ad præstandum obsequium illi debitum, ut mox supra diximus *n.* 202. Dub. 1. Hinc famuli licite comitantur dominum ad missam, ac licite jussi ministrant celebranti excommunicato, aut cum eo officium recitant, ut dicunt *Suar. d.* 15. *s.* 5. *n.* 22. *et Salm. ibid. n.* 154. Hoc tamen intelligendum, quando famuli, vi contractus, tenentur ad hujusmodi obsequia exhibenda; secus si non obligantur vi contractus, aut si obsequia illa sint extraordinaria, nec ad suum famulatum pertineant, ut recte ait *Suar. l. c.* Ubi bene pariter advertit non posse celebrantem uti clerico excommunicato, si commode alium adhibere possit. Notandum III. quod si famuli veniunt in familiam domini excommunicati, vel locant ei operas suas ante excommunicationem, vel etiam post excommunicationem, sed bona fide, quia nesciunt excommunicationem, vel quia coguntur necessitate gravi, non peccant, et bene possunt communicare cum illo eodem modo, ut supra. Peccant vero, si scientes veniant, et sine necessitate; ita *Suar. l. c. n.* 13. *Pal. p.* 19. *n.* 14. *et Salm. ibid. n.* 151. *cum Con.* An autem in hoc casu teneantur postea discedere, et peccent communicando? *Vide mox supra dicta n.* 202. de eo qui matrimonium contraxit cum excommunicato; idem currit pro famulis locantibus excommunicato operas suas, ut dicunt AA. ibi citati.

205. — « IV. *Res ignorata*, id est in casu ignorantiæ juris, vel facti.

Certum est quamlibet ignorantiam, aut inadvertentiam inculpabilem, sive juris, sive facti, excusare communicantes cum excommunicato, ex dicto *c. Quoniam* 11. *q.* 3. Sed dubitatur, an excuset etiam ignorantia culpabilis, et crassa? Negant *Bon. d.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *n.* 14. *et Salm. ibid. n.* 155. quia Ecclesia imponit excommunicationem communicantibus cum vitando, semper ac communicatio est peccaminosa. Affirmant vero satis probabiliter *Suar. d.* 15. *s.* 3. *n.* 3. *Holzm. p.* 383. *n.* 202. *Pal. d.* 2. *p.* 19. *num.* 24. *cum Con. et Hurt.* Et probatur ex eod. *c. Quoniam.* Primo, quia, cum ibi expresse excusentur ignorantes, videntur omnes quomodocumque ignorantes excusari, et damnari tantum scienter communicantes; secundo, quia, cum Pontifex excuset ignorantes, videtur aliquem favorem velle concedere culpabiliter ignorantibus, dum ignorantes inculpabiliter ipso jure naturæ excusantur; tertio quia (et hoc fortius urget) in dicto canone Pontifex asserit se moveri ad prædictam indulgentiam concedendam *quoniam multos* (sic enim ibi incipit loqui) *pro causa excommunicationis perire* (nota) *quotidie cernimus, partim simplicitate, etc.* Ergo Pontifex intelligit excusari etiam vincibiliter ignorantes, nullus enim perit ex ignorantia invincibili.

206. — « V. *Necesse*, id est in casu » necessitatis, sive animæ, sive corporis, » sive bonorum temporalium.

Excusat igitur quævis necessitas gravis, sive spiritualis, sive temporalis, sive communicantis, sive excommunicati, sive aliorum, si res non possit haberi ab alio, quam ab excommunicato, ut communiter *Bon. p.* 6. § 2. *n.* 59. *Pal. p.* 19. *n.* 29. *et Salm. de cens. c.* 3. *p.* 13. *n.* 157. *cum Avila, Hurt. Sayr. et Lez.* Idque patet signanter ex *c. Si vere* 34. *de sent. exc. et dicto c. Quoniam multos.* Sic pariter excusat necessitas per coactionem metus,

ıia lex humana non obligat cum gravi commodo, ut recte *ibid. in fin.* addunt *ılm.* juxta dicta *l. 1. n.* 175.

207.— Ultimo autem hic advertendum, ıod nemo tenetur excommunicatum vire, nisi moraliter ei constet illum esse tandum, vel ad minus sciat per publiım famam, vel per testimonium duorum ıltem dignorum fide, cuivis enim unico ·sti credere non tenemur; ita *Sanch. Dec.* 1. *c.* 19. *n.* 63. *Nav. c.* 22. *n.* 82. *Pal.* 10. *n.* 26. *Cont. Tourn. de cens. part. II.* 1. *art.* 5. *Quær.* 4. *et Salm. ibid. ım.* 156. *cum Bon. Avila. et Corn.* Bene men advertit *Tourn. l. c.* quod in dubio ı quis sit vitandus, non licet ab eo suspere sacramentum pœnitentiæ, propter ·riculum illud invalide percipiendi. Di.nt autem *Suar. d.* 15. *s.* 3. *n.* 7. *Pal. n.* 27. *ın.* § 2. *n.* 54. *et Salm. dict. n.* 156. *in ı. cum Cov. Avila, Corn. et Hurt.* quod ·ite communicare possumus cum eo ıi fuit excommunicatus si adsit fama ıblica de ejus absolutione; vel etiam si se excommunicatus (qui alias sit fide gnus) se absolutum fuisse asserat, posmus ei credere.

Circa effectus excommunicationis majo› in nostro quidem tempore ponit Scavini o praxi quædam S. Pœnitentiariæ resnsa (data ad mentem Pontificis) quoad s qui bona Ecclesiarum usurparunt vel urpatoribus auxilium dederunt, pro qui.s adest excommunicatio latæ sententiæ servata : quæ responsa pro casibus simi›us valent :

« Q. 1 : Si ceux qui ont coopéré en quelque ınière à l'usurpation des biens ecclésias[ues peuvent être admis comme parrains ıx Sacrements de baptême et de confirıation? — Réponse : La Sacrée Pénitence:, après avoir mûrement pesé le doute oposé, répond que, depuis la publication de Extravagante de Martin V *Ad evitanda andala*, soit dans l'administration des saements, soit dans tout autre acte relieux ou non, les fidèles ne sont pas obligés éviter une personne, à raison d'une sennce quelconque ou d'une censure *a jure ı ab homine*, promulguée en termes généux, si cette sentence n'a pas été publiée ›minativement contre cette personne, surut quand ils prévoient un scandale ou autres maux résultant de leur éloigneent. Les excommuniés, interdits, susns, qui n'ont point été réhabilités, savent en qu'ils commettraient un péché, dont gravité croît en raison directe du scan.le causé, si, nonobstant les censures, › communiquaient avec les fidèles *in dinis*.

« Q. 2 : Si le curé, ou celui qui le remplace, peut assister au mariage que ces personnes veulent contracter, sans avoir auparavant acquis la certitude qu'elles sont absoutes de leurs censures? — Réponse : Le curé requis d'assister au mariage d'un excommunié notoire doit commencer par dissuader de cette union les contractants, empêcher ou suspendre le mariage tant que l'excommunié ne s'est pas réconcilié avec l'Eglise. Si ses efforts sont inutiles, qu'il doive en résulter de graves scandales, du dommage pour le pasteur ou pour la paroisse, le curé pourra assister au mariage d'un excommunié notoire mais toléré. L'évêque jugera des circonstances, et, prenant les précautions voulues, accordera au curé l'autorisation.

« Q. 3 : La Sacrée Pénitencerie, à la date du 5 septembre 1855, ayant répondu que les évêques et les pasteurs doivent se conduire *passivement* (*passive se habeant*), quand il y a danger grave et imminent de dommage public, d'emploi de la force, s'ils ne procèdent pas à la sépulture des personnes susdites qui n'ont pas fait rétractation, on demande si cette décision regarde la simple inhumation, en sorte qu'on puisse les laisser enterrer en terre bénite, ou si, pour éviter le danger, le curé peut accorder les honneurs funèbres, accompagnant le corps à l'église avec le clergé et les confréries, chantant la messe, etc..? — Réponse : Qu'ils consultent le droit divin et ecclésiastique, et les auteurs approuvés. V. *Dicta de privatione suffragiorum.*)

« Q. 4 : Dans quelques rescrits qui accordent l'autorisation d'absoudre les intendants et les fauteurs de la loi de spoliation ou ceux qui l'on fait exécuter par la force, on marque, entre autres conditions, celle de réparer le scandale (*eo meliori modo qao potest*); cette condition est diversement interprétée, et dans quelques lieux, sans avoir exigé de réparation, on les a admis aux sacrements. On demande si cet exemple peut être suivi, parce que, si l'on exigeait une rétractation quelconque de ces employés, ils risqueraient de perdre leur place, et c'est là un très-grave dommage pour eux et leur famille.

« Q. 5 : On demande encore, dans le cas où ces employés courent risque d'être destitués, leur rétractation étant connue, s'ils peuvent se contenter de la faire en présence de l'évêque ou de leur confesseur. Pour éviter le scandale qui en résulterait s'ils s'approchaient des sacrements sans rétractation publique, peut-on leur administrer en secret, en admettant qu'ils soient toujours disposés à se rétracter publiquement en danger de mort, ou s'il survient un changement dans le royaume?

« *Réponse* aux deux *Demandes*. Il suffit, pour leur rétractation, qu'ils demandent pardon à l'église lésée, et qu'ils réparent le scandale donné aux fidèles; mais tout cela

doit se mener avec prudence, afin d'éviter de les détourner de la pénitence; il suffira encore que la rétractation se fasse entre les mains de l'évêque et qu'on en dépose le texte écrit au secrétariat de l'évêché; le confesseur même pourra la recevoir et la transmettre à l'évêque, avec toutes sortes de précautions pour qu'elle ne soit point connue. S'il s'agit d'un malade en danger de mort, la rétractation faite de la manière indiquée suffira, pourvu qu'elle soit connue avant l'administration du saint Viatique. Si elle n'avait pas été faite du tout, elle se fera en présence du confesseur et de deux témoins pour être ensuite remise à l'évêque, et publiée après la mort du malade. Du reste, la Sacrée Congrégation ne croit nullement convenable d'admettre en secret aux sacrements ceux qui ne se seraient point rétractés de la manière susdite, à cause du scandale qui en résulterait pour les fidèles persuadés que le pénitent est encore lié par la censure.

« Q. 6 : Les employés du gouvernement étant continuellement exposés à renouveler l'exécution de la loi mauvaise, ne serait-il pas à désirer que les évêques pussent leur accorder des dispenses dans des cas particuliers, après qu'ils auraient eu recours au Saint-Siége?

« Q. 7 : Ne faudrait-il pas aussi de plus amples pouvoirs pour ce qui regarde l'achat ou la ferme des immeubles de l'Eglise usurpés?

Réponse. La Sacrée Pénitencerie répondra dans des lettres individuelles.

« Donné à Rome, à la Pénitencerie, le 5 juillet 1857,

« In Opere *Analecta juris Pontificii anno* 1860, pag. 2390, legitur : « Ayant été consultée pour savoir s'il serait permis, le jour anniversaire de la mort d'une princesse protestante, de célébrer un service funèbre avec la messe pour le repos des âmes des défunts de la famille royale, la S. C. a répondu, le 23 mars 1859, *non licere, et detur exemplum epistolæ in forma brevis Gregorii XVI 9 jul. 1842 ad Rupert. Feiss, præsidem monachorum de Scheyern.* »

« En Breve : ... *Litteras accepimus, quibus... significas carissimum in Christo filium nostrum Bavariæ regem in restituendo vobis cœnobio eam apposuisse conditionem, ut monachi in sua ecclesia funus celebrare tenerentur pro rege ipso cum morietur, et in anniversariis porro diebus in perpetuum; itemque pro regina conjuge ac pro futuris deinde seu regibus seu reginis tum in cujuscumque obitu tum in diebus anniversariis qui usque ad subsequentis mortem intercedent. Addis autem, te quidem, dilecte fili, jam tum præsensisse difficultatem ex eo facile obventuram quod serenissima regis uxor a catholicis sacris aliena est; sed nihilominus ex cujusdam prudentis, ut putabas, viri consilio induxisse animum, ut conditionem illam acciperes ea mente, ut si deinceps eadem regina extra communionem catholicam moriatur, sacrificium missæ in ipsius funere et anniversariis diebus offeratur pro regia catholica familia universim. Verum cum nuper in morte acatholicæ item mulieris serenissimæ reginæ viduæ non leves circa ejus funus toto regno dissensiones extiterint, tuum esse duxisti referre ad nos de conditione illa hac de ratione a te monachisque tuis eo in casu tenenda, sententiam nostram exposcere. Nos igitur sanctissimis insistentes Ecclesiæ regulis respondemus, intentionem illam offerendi divinum sacrificium seu alias preces pro defunctis e catholica regia familia universis, hauqbuaquam satis esse ad cohonestandum, publici funeris causa, quod pro a catholica persona nominatium postulatum est, et in ejus obitus aut annua die celebratur; atque hinc nos ipsi et site, dilecte fili, tuosque monachos paterna charitate prosequamur, ea tamen quæ ad cœnobitum istud ejusque res pertinent, non antea probaturi et confirmaturi erimus, quam conditio illa, incaute a vobis suscepta, ad sola catholicorum principum funera restringatur. Nec enim permittere possumus, ut ullo modo fraus fiat prohibitioni illi quæ in catholica ipsa doctrina innititur, de sacro funere pro defunctis catholicis non celebrando. Age itaque, dilecte fili, impende tuam omnem industriam atque operam quo serenissimus rex pro pietate sua id omnino annuat. . Interea si ante rem cum sua majestate compositam contingat, quod Deus avertat, reginam serenissimam extra veram catholicam fidem supremam diem obire; multa tibi monachisque tuis firmitate animi prudentiaque opus est, ut vos quidem gravissimum illud ecclesiæ sanctæ interdictum minime violetis, et pius rex intelligat haudquaquam fieri posse,* salvis religionis officiis, ut eidem ea in re morem gratis.... » (T. II. n. 169.)

DUBIUM IV.

Ob quas causas incurratur excommunicatio major?

208. — « Cum hæ multæ sint, variæ » sunt etiam excommunicationes, quæ in » 4 potissimum classes dividuntur, nam » aliæ nulli, aliæ Episcopo, aliæ Pontifici » per bullam Cœnæ, aliæ eidem extra illam reservantur.

ARTICULUS I.

Quæ sint excommunicationes non reservatæ.

209 Excommunicationes contra omnes.
210 Contra clericos.
211 Contra religiosos.
212 Excommunicationes adjectæ a Tridentino. Dub. 1. an incurrant excommunicationem cogentes puellas ingredi monasteria, tantum ut educentur? Dub. 2. an

;entes ex metu reverentiali? Dub. 3. An cogentes ma-? An impedientes ingressum puellæ?

209. — « RESP. 1. Ex jure antiquo usitatiores sunt sequentes : Contra omnes: 1. In vexantes ecclesiasticos, quod non elegerint eum, pro quo rogati fuerant, c. *Sciant*, *de elect. in* 6. 2. In directores monialium, si foveant discordias in electione, c. *Indemnitatibus*, *eod. tit.* 3. In extorquentes absolutionem a censura per vim, aut metum, c. *de His quæ vi, etc. in* 6. 4. In compellentes ecclesiasticos, ut laicis submittant jura Ecclesiæ, c. 2. *de reb. Ecclesiæ non alien. in* 6. 5. In docentes leges, vel medicinam religiosos, qui dimiserunt habitum, vel eos retinentes in suis scholis, c. 2. *Ne clerici, etc. in* 6. 6. In sepelientes tempore interdicti, vel interdictos, vel excommunicatos non toleratos, vel manifestos usurarios, *Clem.* 1. *de sepult. in* 6. 7. In impedientes visitatores monialium, *Clem. Attendentes, de statu monach.* 8. In contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis, vel cum monialibus, *Clem. un. de consang.* 9. In edentes glossas in Tridentinum, Bulla 73 *Pii IV.* 10. In imprimentes libros sine superiorum licentia, Bulla 12 *Leonis X.* 11. In præcipientes suis subditis, ne officia communia reipub. exhibeant ecclesiasticis, v. g., ne iis vendant, coquant panes, etc. c. *Eos qui, de imm. eccl.* (Et videtur reservata in bulla Cœnæ § 15. 12. In doctores et professores non facientes professionem fidei, ubi recepta est bulla 88 *Pii IV.* 13. In negligentes administrare justitiam ecclesiasticis, c. *Administrationis* 12. *q.* 5. 14. In potestates foventes usuras, *Clem. un. de usur.*

Item 15. qui ratas habent collationes dinum, et beneficiorum a schismaticis, 1. *de schismat.* 16. Qui titulo regaliæ, it defensionis occupant bona Ecclesiæ cantis, c. *Generali, de election. in* 6. 17. ui procurant, ut conservatores Regulaım se immisceant in aliis quam in mafestis injuriis, et violentiis, *cap. fin. de ic. deleg. in* 6. 18. Qui ex judicibus acdunt ad mulieres ex causa ficta ad exiendum testimonium, c. 2. *de jud. in* 6.

Qui mandant interfici christianos per sassinos, c. 1 *de homicid. in* 6. 20. ui concedunt, vel concessas repræsalias tendunt adversus ecclesiasticos, c. *un. injur. in* 6. (Repræsaliæ enim fiunt, ando passi injustum damnum auctoritate principis invadunt bona eorum qui damnificaverant usque ad justam compensationem.) 21. Qui sequestrum ab Ordinario super beneficio factum impediunt, vel fructus occupant. *Clement. un. de sequest. possess.* 22. Qui pingunt, inaurant, etc. Agnos Dei a Pontifice benedictos, Bulla 2. *Greg. XIII* 23. Qui non denuntiant S. Officio, vel Ordinario hæreticos, magos, sortilegos, vel hæreticaliter blasphemantes Deum, B. Virginem, et Sanctos, *Edictum S. Officii.* 24. Domini qui permittunt agitationes taurorum in terris suis, nempe periculosas, Bulla 48. *S. Pii* V. (Exceptis regnis Hispaniarum juxta dicta *l.* 3 (IV). *num.* 365) 25. Qui faciunt servari statuta contra libertatem ecclesiasticam, c. *Noverit, de sent. exc.* et hæc videtur reservari in bulla Cœnæ.

210. — » Contra clericos : 1. In clericos in dignitatem constitutos, aut sacerdotes, audientes publice jus, aut medicinam. c. *fin. Ne clerici. etc.* 2. In sacerdotes recipientes præfecturas sæculares, c. *Clerici, eodem.* 3. In clericos minores Episcopis locantes domos usurariis. 4. In alienantes bona Ecclesiæ, vel locantes ultra triennium, *Extrav. Ambitiosæ, de reb. eccles. etc.* 5. In impugnantes in concionibus montes pietatis, Bulla 11. *Leonis X.* 6. In contrahentes matrimonium, si sint in Sacris, *Clem. un., de cons.* 7. In ficte resignantes, vel permutantes beneficia, Bulla 58. *S. Pii V* 8. In præsumentes absolvere a casibus bullæ Cœnæ.

Item 9. In eos qui se ingerunt in alterius episcopatum ad officium, sine licentia proprii Episcopi, c. *Quoniam, de offic. Ordinar* 10. Qui procurant ut alii occupent jura, et bona ecclesiarum vacantium, c. *Generali, de elect. in* 6. Et hæc videtur reservata in *Trid. sess.* 22. c. 21.

211. — « Contra religiosos : 1. In audientes leges, vel medicinam extra claustra, c. *Non magnopere, et c. Super specula, ne clerici, etc.* 2. In habitum temere dimittentes, vel matrimonium contrahentes, *Clem. Un., de consang.* 3. In instituentes novum Ordinem, » (*vel locum acquirentes sine licentia Papæ, c. Un., de relig. dom. in* 6.) « 4. Adeuntes curias principum, ad nocendum suis monasteriis, vel prælatis, *Clem. Ne in agro, § Quia vero, de statu monach.* 5. Tenentes arma sine licentia intra claustra, *ib.* 6. Non servantes interdictum, quando servatur a Cathedrali.

» *Vide Fill. t.* 1. *tr.* 22. *c.* 84. *Bonac.* » *d.* 4. *p* 5. § 1. *n.* 36.

Item 7. Qui non adimplent disposita in bulla *Alexandri VII.* quæ incipit *Felici,* in visitatione monialium sibi subjectarnm. 8. Qui occupant decimas Ecclesiis debitas, vel illas solvi prohibent, *Clem.* 1. *de decim.* 9. Qui ex Mendicantibus recipiunt novas domos, vel receptas alienant sine licentia Papæ, *Clem. Cupientes, de pœnis.* 10. Qui non observant interdictum a Papa, vel ab Episcopo positum, *Clem* 1. *de sent. exc.* 11. Qui de Capucinis recipiunt Minores de Observantia sine licentia Papæ, aut Ordin. Gener., et qui recipiuntur, ex bulla 20 *Sixti V*

Item contra Episcopos : 1. Qui veniunt ad Urbem, et inde recedunt sine licentia Papæ, *Extrav.* 2 *et* 3. *de major. et obed.* 2. Qui impetrant a principibus litteras ad dignitates, Bulla 96 *Pii. IV.*

212. — Resp. 2. Supradictis adjectæ » sunt a Tridentino sequentes, quæ va- » lent, ubi illud receptum : 1. In impri- » mentes, imprimi mandantes, venden- » tes, apud se retinentes, vulgantes libros « de rebus sacris, sine nomine auctoris, » et approbatione ab Ordinario ob- » tenta. » (*In. Trid sess.* 4. *Decr de edit. etc. sic habetur :* Nulla liceat imprimere libros de rebus sacris, vel imprimi facere; neque vendere, aut retinere, sine nomine auctoris, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario. sub pœna anathematis.) « 2. In docentes non » esse necessariam confessionem ante » sumptionem Eucharistiæ, *Trid. sess.* 13. » *can.* 11. 3. In raptores mulierum, ju- » vantes, faventes, *sess.* 24. *c.* 9. 4. In » cogentes contrahere matrimonia cum » præscriptis, *sess.* 24. *c.* 9. 5. In magis- » tratus, qui requisiti non juvant Epis- » copos, ad restituendam vel conser- » vandam clausuram monialium, *sess.* 25. » *c.* 5. *de Regul.* 6. In ingredientes » (cujuscumque conditionis, vel sexus » fuerint) monasteria monialium, sine » licentia in scripto obtenta, *ib.* 7. In » cogentes mulieres ingredi monaste- » rium, et profiteri, *sess.* 25. *c.* 18. *de* » *Reg.* » (*Sed de hac excommunicatione vide mox infra dicenda, vers. Quoad, etc.*) « 8. In impedientes, sine juste causa, » sanctam voluntatem mulierum emit- » tendi votum, *ib.* 9. In dominos tem- » porales concedentes in terris suis locum » pro duello. *Trid. sess.* 25. *c.* 9. *de Ref.*

Quoad excommunicationem mox supra relatam in cogentes mulieres ad ingrediendum monasterium, dubit. 1. An eam incurrant qui cogunt fœminam ad monasterii ingressum, non ut profiteatur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi honeste educetur? Affirmant *Suar. de censur. d.* 23. *sect.* 7. *n.* 9. *Nav. Consil. l.* 5. *cons.* 56. *et Bon. t.* 3. *d.* 2. *q.* 2. *p.* 2. *n.* 14. *cum Fill.* Id probant ex Trid. *sess.* 25. *c.* 18. *de Regul.* ubi excommunicantur *quicumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quacumque mulierem invitam (præterquam in casibus in jure expressis) ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emittendam professionem.* Concilium igitur hic tria membra distinguit, et inurit censura omnes cogentes fœminam, sive ad ingressum monasterii, sive ad susceptionem habitus, sive ad emissionem professionis ; spectavit enim Trid., ne occasione ingressus detur ansa mulieri suscipiendi habitum, aut profitendi minus libere propter suasionem monialium, vel ob exeundi pudorem. Negant vero *Sanch. Dec. l.* 4. *c.* 4. *n.* 12. *cum Manuel.* Ratio, quia in prædicta sanctione Tridentini videntur non tria, sed duo membra contineri ; ibi enim damnantur cogentes *ad ingrediendum monasterium* (quod est quidquam commune habens duos fines, nempe) *vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emittendam professionem.* Ergo qui cogit ad ingressum, tantum causa educationis, non vero ad habitus susceptionem, vel ad professionis emissionem, ibi minime improbatur. Et cum simus in pœnalibus, juxta regulam juris, benignior facienda est interpretatio. Sed hoc non obstaute, prima sententia mihi est probabilior, et ducor, quia concil. postquam principales cogentes damnat, eamdem fert censuram contra eos, *qui consilium auxilium, vel favorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi monasterium* (nota), *aut habitum suscipere, aut professionem emittere; quoque modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint.* Ex hac igitur secunda parte sensus primæ colligitur ; sicut enim in hac secunda parte tria membra distinguuntur, cum damnentur præbentes consensum actui coacto in tribus casibus ; nempe quando mulier invita aut ingreditur monasterium, aut habitum suscipit, aut professionem emittit : sic etiam intelligendum prima parte quoad principaliter cogentes. Quia tamen concil. excipit casus in jure expressos,

cunt probabiliter *Suar. Bonac. cum Fill.* *cc.*, licite posse cogi mulierem delin-ıentem ad ingrediendum in sui cri-inis pœnam, vel ne labatur in aliquam continentiam, ut eruitur ex *c. Significavit, et c. Gaudeamus* , *de convers. con-g.*

Dubit. 2. An incurrant excommunica-ɔnem parentes inducentes puellam ad gressum monasterii, vel susceptionem ıbitus ex metu reverentiali? Si metus ncipitur a puella ex se, abque illorum operatione, certum est non incurrere. ıbium est, si metus oriatur ex declara-ɔne voluntatis parentum. Affirmant in-rrere *de Alex. Cons. Mon. c.* 2. § 2. *q.* quia, ut ait, qui non contradixit ob verentiam, in jure non censetur con-ntire, ex *l. Si cum dotem*, § *Eo autem*, *de soluto matr.* Sed probabilius negat *rbos. in Trid. sess* 25. c. 18. *n.* 4. *cum d. Portel. Riccio, et Tam.*, quia tunc re-ra non incutiunt metum parentes sed sa, ob reverentiam metum concipit, ıta dicta *l.* 3(IV). *n.* 717. *v. Idem, et l.* 6 (V). 1056. Simplex enim inductio sive suasio n est coactio, ut fatetur idem *de Alex.* 7 § 8. *q.* 4, et decisum refert *Barb.* 104. *n.* 3, *ex Armendar.* Et hoc amsi addantur preces importunæ, ut ɔbabiliter subdit idem *Barb. l. c. in id. cum Portella et Rodr.* (*contra de exand.*) quia suasio etiam importuna n est vera coactio, quæ requiritur a ıcilio ad excommunicationem incur-ıdam : et cum agatur de pœnis, talis ıctio stricte est intelligenda. Secus ve-ait *Rodrig. ap. Barb.* si preces excede-ıt limites simplicis suasionis, nempe dicit *Sanch. dec. l.* 3. *d.* 7 *n.* 8.) si eces sint instantissimæ, et sæpius in-catæ ; ipse enim videntur involvere ıvem metum ex probabili indignatione ura parentum. Addunt *Suar. et Bon. cc.* licite posse cogi puellæ ad ingre-ndum monasterium propter cautio-n, vel ob aliam justam causam secun-m jura. Hinc dico, quod etsi absolute uendo non liceat eas cogere ad in-ssum causa melioris educationis, si ıen contra prudens accedat suspicio, ɔd illa in sæculo manens pravis mori-; imbueretur, puta si videretur nimis pensa ad conversandum cum mari-, vel si domi haberet unde facile su-ret scandalum ex propinquis, aut fa-lis, tunc non auderem damnare co-tes eam, ut cautionis gratia monaste-m intraret · nam eo casu utique finis concilii prohibentis hujusmodi coactionem cessaret, non solum adæquate, sed etiam contrarie, cum alias, si non fieret coactio, majus malum eveniret ; *vide dicta l.* 1 *n.* 199. Ad hoc refert id quod scripsit *D. Hieronymus* ad Lætam: *Procul sit ætas lasciva puerorum : ipsæ puellæ, et pedissequæ a sæcularibus consortiis arceantur, ne quod male didicerint pejus doceant*[1].

Dubit. 3. An incurrant excommunicationem, qui cogunt mares ad religionem ingrediendam? Affirmat *Pal. ap. Sanch. l.* 4. *c.* 4. *n.* 3. quia eadem ratio finalis currit in maribus, quæ in fœminis. Sed communiter, et verius negant *Suar. de censur. d.* 23. *sect.* 3. *n.* 8. *Sanch. l. c. cum Bannez. Bon. t.* 3. *d.* 2. *q.* 2. *n.* 15. *cum Fill. Barb. all.* 104. *n.* 7 *cum Miranda. ac Boss. de. effect. matr.* c. 10. *n.* 74. *cum Nav. Fag. etc.* Ratio, quia a concilio excommunicatio dumtaxat fertur contra cogentes fœminas, non mares : in pœnalibus autem non fit extensio de casu ad casum, licet eadem ratio procedat; præterquam quod pro maribus non currit eadem ratio, quam pro fœminis ; quia facilius et frequentius mulieres quam mares inducuntur invitæ ad religionem suscipiendam. Quamvis vero hujusmodi cogentes excusentur a censura, nullo tamen modo excusari possunt a gravi culpa.

Insuper in Trident. *ib. sess.* 25. *c.* 18. excommunicantur, *qui sanctam virginum vel aliarum mulierum, voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impedierint.* Nomine *veli* intelligitur professio religiosa, quæ fit per veli susceptionem. Nomine autem *voti*, non intelligitur votum simplex castitatis, aut religionis, sed eadem professio cum tribus votis, sine tamen susceptione veli, ut fiat in aliquibus monasteriis ; ita *Suar. de censur d.* 23. *sect.* 7. *n.* 20. *Boss. de defect. matr. c.* 10. *n.* 67 *cum Pal. et Bon. t.* 3. *de censur. d.* 2. *q.* 2. *p.* 3. *n.* 2. *et* 4. *cum Fill.* Sed dubium fit, an incurrat excommunicationem qui tantum impedit puellam ne monasterium ingrediatur ad habitum suscipiendum. Negant *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 4. *n.* 15. *et Bon. l. c. cum Palao*, quia decretum concilii est cum rigore accipiendum : nempe tantum cum professio impeditur. Sed probabilius affirmant *Suar.*

[1] Ad Lætam. no 6. hæc epist. inscrib. in patrol. cvii in edit. Benedict. 57 ; in veter. edit. 7.

loc. cit. et Bon. n. 3. *cum Fill.* Qui enim impedit puellam, ne habitum suscipiat, vel ne ingrediatur monasterium ad habitum suscipiendum, impedit consequenter ejus professionem. Et recte subdunt *Bonac. n.* 6. *et Sanch. n.* 1. *vers. Ad finem, cum Salon.* hanc excommunicationem incurrere etiam qui dolo (non autem qui solis precibus) impediunt puellam, ne fiat religiosa.

ARTICULUS II.

Quæ sint excommunicationes reservatæ Episcopis?

213 Excommunicatio I. in eum qui leviter percutit clericum. II. In eos qui absolvuntur in articulo mortis, et postea non se præsentant superiori. III. In Fratres Minores, etc. IV. In procurantes abortum fœtus animati, effectu secuto. V. In eos qui communicant in eodem crimine, etc. VI. Excommunicationes quas Episcopi sibi reservant.
214 De excommunicatio e imposita ex Monitorio.
215 An obligatus revelare damnum, si non revelet, etc.
216 An sit obligatio revelare crimen emendatum?
217 Qui, facto Monitorio, excusentur a revelando?

213. — « RESP. Sunt hæ : I. Quæ con-
» trahitur ex levi percussione clerici, vel
» gravi si sit mulier. » (*De hac excommunicatione vide infra n.* 279.) « II. In
» eos, qui absoluti in articulo mortis à
» censura, vel peccato habente censuram
» annexam, ab eo, qui alias non poterat,
» non se præsentant superiori, postquam
» convaluerint. » (*Intellige, quando censura reservata erat ab Episcopo, vide dicta n.* 92.) « *Vide Fill. t.* 1. *c.* 10. *n.* 241. *et*
» 242. III. In Fratres Minores, si admit-
» tant in suis Ecclesiis ad officia divina
» Fratres tertii Ordinis. IV. In procuran-
» tes abortum fœtus animati, effectu
» secuto » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 395. *et* 397 *Quando autem fœtus censeatur animatus, vide ib. n.* 394. *v. Qu. III. Ab hac excommunicatione absolvere possunt etiam Regulares; vide ibid. n.* 397. *v. Pariter, et l.* 7 *n.* 99. *in fin.*) « V. In eos, qui com-
» municant in eodem crimine cum ex-
» communicatis ab Episcopo. VI. Hæ
» omnes, quas ferunt Episcopi per pro-
» pria statuta, et sibi reservant, quas
» confessarii videant in Agendis. »

214. — Hic breviter agendum de excommunicatione, quæ imponitur ex vi Monitorii ad revelanda aliqua crimina, vel ad restituendam rem alienam, et similia. Et dicendum I. Si crimen non vergit in alicujus tertii damnum, nemo tenetur illud revelare, nisi præcedat infamia, sive rumor ortus ex probis hominibus per majorem partem viciniæ, aut collegii. Ratio, quia sine tali infamia non potest superior de illo crimine inquirere; ita *Sylv. Avil. Gib. cum Salm. de cens. c.* 4. *p.* 1. *n.* 2. Dicendum II. Si delictum vergit in damnum commune, etiamsi sit occultum, tunc revelandum est, nisi tamen firmissima sit spes, quod correctio foret profutura; *Salm. de cens. c.* 4. *p.* 1. *n.* 3. *cum S. Th. Bonac. etc.* Dicendum III. Si delictum cedit in damnum tertii, distinguendum. Quando crimen est jam commissum, et ita occultum est, ut probari non possit, non est revelandum; secus vero, ut dicunt *Sotus, Corduba et Avila*, si crimen probari possit saltem per unum alium testem; vel si sit in fieri, et non possit per monitionem mipediri. Sed in hoc ultimo casu negant *Salm. ibid. n.* 5. *cum S. Thoma, Bon. etc.* Quando autem in Monitorio non præcipitur denuntiari, sed testificari, tenetur quisque manifestare, si præcedat semiplena probatio, etsi non possit probare, *Salm. ibid. n.* 5. *cum Nav. et Avila.*

215. — Quær. hic I. An obligatus revelare ex Monitorio, si non revelet, teneatur tertio damnum restituere? Resp. Si ipse aliqua arte impedit, ne Monitorium sibi intimetur, ad nihil tenetur, neque incurrit excommunicationem, nec peccat non revelando. Peccat vero, et incurrit, si jam sit citatus, ut *Less. l. c. c.* 30. *n.* 54. *Salm. ibid. n.* 6. *cum Reb. etc. Vide l.* 4 (VI). *n.* 270. An autem teneatur ad restitutionem? Affirmant *Cont. Tourn. tr. de cens. part. II. cap.* 1. *art.* 4. *sect.* 2. *et ap. Salm. ibid. n.* 7. *Nav. t. Sot. Val. Sayr. etc.*, quia dicunt, quod hic peccaret contra justitiam, cum pars læsa habeat jus ad ejus testimonium, posito judicis præcepto. At verius negant *Bon. de præc. d.* 10. *q.* 3. *p.* 3. *n.* 13. *Sylv. Bon. Bann. Tan. etc. cum Salm. ibid. n.* 8. Ratio, quia talis revera non peccat contra justitiam commutativam, sed contra legalem, vel contra obedientiam, quæ non obligat ad restitutionem; *vide dicta d. l.* 4 (VI). *n.* 270. Excipiunt tamen tanquam certum *Salm. cit. n.* 6. *cum Bon. etc.* si testis susceperit munus testis ex præcepto judicis, et cœperit respondere, quia, tali acceptatione posita, tenetur ex justitia veritatem detegere : *sed vide dicta l.* 4. (VI) *eod. n.* 270.

216. — Quær. 2. An sit obligatio ex vi Monitorii revelare crimen emendatum? Resp. Negative, nisi crimen habeat effectum in futurum, puta si sit homicidium

ım adulterio, quæ inducant impedi-ıentum matrimonii, et similia, vel nisi ·imen sit publicum, et emendatio oc-ılta : vel denique nisi superior non ıntum emendationem rei, sed etiam ›atus punitionem intendat : ita *Salm. e cens. c.* 4. *p.* 1. *n.* 16. *et* 17. *in fin. cum Anton. Sylv. et Avila.*

217. — Quinam autem, facto Monito-ıo, excusentur a revelando? *Vide dicta* 4 (vi). *n.* 248. *Q. II.* Adde dumtaxat hic, uod si in Monitorio præcipiatur reve-.tio omnibus scientibus, non tenentur ›velare, qui tantum audierunt; et si .iam audientibus, non tenentur qui au-erunt a parum fide dignis. *Vide Sal-ant. ibid. n.* 15.

Advertit autem *Cont. Tourn. loc. cit. Ergo graviter*, peccare graviter I. qui ›tunt Monitoria levibus de causis. II. ıdices sic concedentes, vel quando res ›test aliter probari; vel si præviderent ›pulum illa contempturum; item si de-tores non sint solvendo, aut si res sit leo antiquata, ut non sit qui revelet; ›m si delictum fuit factum coram iis, ıi non tenentur denuntiare.

ARTICULUS III.

ıæ sint Papæ reservatæ extra bullam Cœnæ.

218. — « Resp. 1. *Contra omnes*, ma-» gis obviæ sunt sequentes : 1. In incen-» diarios, c. *Tua nos, de sent. exc.* » (*Modo sint ab homine excommunicati, et denuntiati, ut notat Cabrin. de cas. res. p.* 129.) « 2. In habentes litteras apos-» tolicas falsas et non destruentes; item » in falsarios litterarum apostolicarum, » c. *Durand. eod. tit. et cap. Ad falsario-» rum, de crim. falsi.* 3. In effringentes, » et spoliantes ecclesias, c. *Conquesti,* » *eod. tit.* 4. In communicantes eodem » crimine cum excommunicatis a Papa, » c. *Nuper, eod. tit.* 5. In vexantes eos, » qui censuram in alios tulerunt. c. *Qui-» cumque. de sent. exc. in* 6. 6. In abso-» lutos ab excommunicatione, sub con-» ditione, et non implentes, c. *Eos qui,* » *ibid.* 7 In violantes interdictum pa-» pale, *Extrav. Etsi, de pœn.* 8. In dantes, » et recipientes aliquid ex pacto, ob ad-» missionem ad religionem, *Extrav.* » *comm.* 1. *de simon.* 9. In simoniacos » reales, circa ordinem, vel beneficium, » *Extrav.* 2. *eod. tit.* 10. In committentes » simoniam confidentialem, *Bulla Pii IV* » 86. *et bulla S. Pii V.* 11. In impedien-» tes executionem litterarum sacræ Pœ-» nitentiariæ, *Bulla* 1. *Jul. III.* 12. In » dantes, et recipientes aliquid pro gra-» tia, aut justitia, apud Sedem apostoli-» cam, *Extrav.* 1. *de sent. exc. et bulla* » *Bonif. VIII.* 1. *et Greg. XIII.* 4. 13. » In committentes duellum, et ad id coo-» perantes, suadendo, etc. *Trid. c.* 19. » *sess.* 25. *et bulla Clem. VII.* 11. *Illius* » *vices.* » (*Vide de hac excommunicatione dicenda n.* 220.) « 14. In mulieres ingre-» dientes monasteria Regularium, *Bulla*

» *S. Pii V.* 20. » (*Vide n.* 238.) « 15. In » impugnantes Institutum Societatis Jesu. » 16. In facientes jurare illicita, et con- » traria libertati ecclesiasticæ, *Bulla* » *Greg. XIII.* 93. 17. In rapientes bona » ecclesiastica, item in exigentes tributa » ab ecclesiasticis. 18. In violantes liber- » tatem ecclesiasticam, quoad fugientes » ad Ecclesiam, *Bulla Greg. XIV.* 7. 19. » In docentes posse fieri confessionem in » absentia. » (*Vide hic inf n.* 36.) « 20. » In eos, qui alterutram opinionem de » Conceptione B. Virginis damnant pec- » cati mortalis, vel hæreseos; item in » eos, qui in concionibus, aliisque pu- » blicis actionibus, ut lectionibus, con- » clusionibus, asserunt B. Virginem con- » ceptam in originali, *Extrav. Grave ni-* » *mis, de relig. etc. et bulla* 97. *S. Pii.* » *V* » (*Vide n.* 244.) « 21. In percusso- » res clericorum (*c. Si quis suadente,* » *caus.* 17. *q.* 4.). Quæ cum celebris sit, » et multa scitu necessaria habeat, age- » tur de ea peculiariter infra *n.* 264. »

Item excommunicantur 22. perseverantes per annum in excommunicatione lata a delegato Papæ, *c. Quærenti, de offic. deleg.* 23. Offendentes Cardinales, *c. Felici, de pœn.* 24. Exigentes tributa a personis ecclesiasticis, *c. Clericis, de immun. in* 6. 25. Violantes interdictum modis prohibitis, *Clem. Gravis, de sent. exc.* 26. Exenterantes corpora sanctorum, *Extrav.* 2. *de sepult.* 27. Mentientes personas in litteris apostolicis, ut earum expeditionem gratis assequantur, *Bulla Leonis X.* 27. 28. Simulantes et supponentes se alios esse pro obtinendis beneficiis a Dataria, *Bulla* 12 *Pauli IV Inter cæteras.* 29. Mittentes litteras aut nuntium in Conclave, vel inde recipientes, *Bulla Pii IV.* 64. *In eligendis.* 30. Occupantes bona Ecclesiarum, montium pietatis, seu alterius loci pii, vel impedientes ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, *Conc. Trid. c.* 11. *sess.* 22. *de Ref.* 31. Fœminæ et masculi ingredientes septa monasteriorum monialium prætextu licentiarum in casibus non necessariis, *Bulla Greg. XIII.* 28. *Ubi gratia. Vide inf.* 32. Capientes et retinentes christianos habitantes inter Turcas, et illorum bona eripientes, aut remigare cogentes, *Bulla S. Pii. V* 149. *Licet.* 33. Publicantes indulgentias, et facultatem dantes eligendi confessores iis qui aliquid solvunt, *Bulla S. Pii V* 99. *Quam plenum* 34. Accipientes et retinentes fructus beneficii vacantis, vel impedientes beneficii possessionem non solventibus dulciaria, sive aliam solutionem, *Bulla ejusdem Pontif.* 104. *Durum nimis.* 35. Diripientes animalia, et bona, vel illa ablata ementes ex statu ecclesiastico, *Bulla Greg. XIII.* 98. *Non sine.* 36. Docentes fieri confessionem sacramentalem in absentia per litteras, *Bulla Clem. VIII.* 87. *Sanctissimus.* 37. Extrahentes frumentum, blada, legumina, et oleum extra statum ecclesiasticum sine licentia, *Paul. V Bulla* 12. *Inter gravissimas.* 38. Docentes aut defendentes etiam disputative opiniones damnatas, *Decret. S. C. et S. Officii, quæ emanavere annis* 1665. 1666. *et* 1690.

Adde *et cœtera*, et, in particulari, articulum sequentem qui legitur ita apud Gury:

« Qui sectæ *Massonicæ* aut *Carbonariæ*, vel aliis hujus generis nomina dederunt vel favorem præstiterunt. Excommunicatio lata a Clemente XII (1738), renovata a Benedict. XIV (1751), a Pio VII, (1821) in bulla *Ecclesiam Jesu Christi.* et a Leone XII (1826) bulla *quo graviora.* Eodem modo excommunicantur etiam ii, qui istos non denuntiant (Pius VII. 1821) [1]. »

De, autem, denuntiandi obligatione Ballerini adnotat:

« Duo præ oculis confessarius habeat, oportet, antequam obligationem denuntiandi pœnitenti indicat: primum est, quod communiter monent doctores, et his verbis effert Thomas del bene: *Non teneris denuntiare ob metum cadentem in constantem virum, sicut nec tenetur fœmina ob metum cadentem in constantem fœminam, ut si timeas propter hanc causam te occidi, vel male tractari* [2], et rursus: *Non tenetur quis denuntiare cum probabili periculo mortis, infamiæ, vel gravis damni proprii, aut patris, aut matris, aut uxoris, fratrum, aut aliorum sanguine conjunctissimorum* [3]. — Alterum est, quod alii monent apud Bonacina: *Non esse obligationem denuntiandi quando certo scitur vel probabiliter creditur, nullum remedium adhibendum esse a prælato, facta denuntiatione; nullus enim obligatur ad opus inutile* [4]; seu ut ait Scavini, *quando nulla omnino est spes punitionis; nam ad opus inutile nemo tenetur;* sive, ut habet decretum S. Inquis: *quando denuntiatus facile pœnam declinare posse credatur.* [5] »

[1] Vide Parvum Dictionarium versus finem t. I, v° Carbonari.
[2] De Offic. S. Inquis. p, 1, dub. 19, n. 9.
[3] Ibid. dub. 21, n. 1.
[4] De Oblig. denunti. punct. 1, § 4, p. 3.
[5] Decret. 21 febr. 1630. (Apud Giraldi.)

Insuper, pergit Gury, sub eadem pœna excommunicationis reservatæ prohibetur quibuscumque fidelibus legere aut retinere catechismos et libros, quibus a carbonariis describuntur quæ in eorum conventibus geri solent; eorum etiam statuta, codices, ac libros omnes ad eorum defensionem exaratas, sive typis editos, sive manuscriptos; ac mandatur, ut illos locorum ordinariis, vel aliis, ad quos recipiendi eosdem jus pertinet, omnino tradant. — Pius VII. »

Inferius quærit idem Gury an habendi sint ut vetiti cœtus illi qui profitentur se nihil moliri contra religionem vel civilem rempublicam, et nihilominus occultum ineunt fœdus juramento firmatum? Ac respondet:

Affirmative, ex declarat. S. pœnitentiariæ die aug. 1850. quæ interrogata respondit *cœtus illos in bullis pontificiis comprehendi.*

Duo præterea tandem adnotat idem theologus, scilicet: 1° præfatas censuras a pontificibus illatas incurri etiam ubi pontificis constitutiones non fuerunt promulgatæ. Sic *S. C. Inquis.*, approbante Gregor. XVI. 27 jun. 1838 — 2 proscriptam esse a Pio IX sequentem propositionem: *Constitutiones apostolicæ, quibus damnantur clandestinæ societates, sive in eis exigatur, sive non exigatur, juramentum de secreto servando, earumque asseclæ et fautores anathemate mulctantur, nullam vim habent in illis orbis regionibus, ubi ejusmodi aggregationes tolerantur a civili gubernio.* (Encycl. *quanta cura* die 8 decem. 1864.) (*De Censur.* n. 975 et 976).

219. — « Resp. 2. *Contra clericos et » religiosos*, sunt hæ: 1. In participantes » in sacris cum excommunicatis a Papa, » *c. Significavit, de sent. exc.* 2. In procu» rantes alienationes Ecclesiarum. 3. In » concionatores, qui Scripturæ sensum » a doctorum interpretatione alienum » circa tempus Antichristi, et extremi » judicii, aliaque similia revelata prædi» cant. 4. In parochos non implentes » juramentum de residentia factum. 5. » In Mendicantes transeuntes ad alium » ordinem præter Carthusianum, *Extr.* » *Viam. de Reg.* 6. In moniales exeuntes » claustris sine licentia, *Bulla S. Pii V* » 8. 7. In religiosos. qui sine privilegio, » vel speciali licentia parochi, clericis, » aut laicis sacramentum Eucharistiæ, » vel unctionis ministrare, vel matrimo» nia solemnizare præsumunt, *Clem.* 1. *de privil.*

Item 8. Inducentes ad jurandum de eligenda, vel electa non immutanda sepultura in eorum Ecclesiis, *Clem. Cupientes* §. *Sane, de pœn.* 9. Commissarii, seu delegati interponentes decretum per gratiam, aut timorem, vel sortes in alienatione bonorum Ecclesiæ, aut per alios fieri alienationem dolose procurantes, *Bulla* 2. *Pauli II. Cum in omnibus.* 10. Prædicatores non servantes decreta circa eos lata in conc. Lateranensi, *Bulla Leonis X.* 21. *Supernæ.* 11. Absolventes sub prætextu privilegiorum a casibus bullæ Cœnæ, vel Ordinariis reservatis, *Decr. S. C. Episc. et Reg. a Clem. VIII. ann.* 1601, 12. Consentientes usurpationibus bonorum Ecclesiarum, *Conc. Trid. c.* 11. *sess.* 22. *de Ref.* 13. Euntes ultra mare, sine licentia superiorum, *Extr. Ad nostrum, de Regul.* 14. Superiores non denuntiantes religiosos qui sunt suspecti de hæresi, Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum, *Bulla Pauli V.* 26. *Rom. Pont.* 15. Minores de Observantia subornantes vota in electionibus, *Bulla S. Pii V.* 128. *Pastoralis* 16. Claustrales recipientes Minimos sine licentia Papæ, *Bulla Julii II. Virtute conspicuus, extra Bullar.* 17. Tertiarii portantes habitum Minorum, *Bulla Leonis X. Liceat alias, extra Bullar.* 18. Episcopi qui conferunt beneficia contra præscriptum *S. Pii V.* in eorum manibus resignata, *Bulla* 50. *Quanta.* 19. Cardinales ambientes papatum, et simoniaci ejus causa, *Pauli IV. Bulla* 16. *Cum secundum.* 20. Cardinales simoniaci in beneficiis, *Bulla S. Pii V.* 85. *Hodie in consistorio.* 21. Judices, officiales, laici ac prælati ecclesiastici, trahentes personas ecclesiasticas ad forum laicale, *Bulla Martini V.* 10. *Ad reprimendas, ut supra,* 22. Domini temporales, qui in terris suis suppositis interdictis cogunt celebrare, et audire divina officia, *Clem. Gravis, de sent. exc.* 23. Officiales ac domini temporales bannientes, seu facientes, et mandantes banniri personas ecclesiasticas, *Bulla Urb. VI.* 3 *Quia sicut.* 24. Officiales, judices, et domini temporales percutientes, vel bannientes Episcopos, vel hæc mandantes, aut facta ab alio ratificantes, *Clem.* 1. *de pœn.* 74. 25. Principes et domini temporales concedentes locum, vel permittentes duellum in terris suis. *Conc. Trid. sess.* 25. *de Ref. c.* 19. *Bulla Clem. VIII.* 11. *Illius vices.* 26. Episcopi et Inquisitores, eorumque substituti, qui faciendo vel omittendo contra diffamatos de hæresi, delinquunt in officio, *Multorum,* § *Clem. Verum. de hæret.* 27. Gubernatores civitatum, et locorum status ecclesiastici, re-

cipientes munera præter comestibilia, *Bulla Pauli II.* 3. *Munera.*

Adde 28. violantes clausuram religiosorum aut monialium ad malum finem; *Decretum S. Congr. Concil.* editum jussu *Clem. VIII.* 22 *Nov.* 1722. Item viri et mulieres ingredientes claustra monialium prætextu facultatum, et superiores ingredi facientes aut permittentes, *Bulla Gregorii XIII. Ubi gratia,* 13 Junii 1575, Item mulieres ingredientes claustra religiosorum prætextu facultatum; eadem bulla *Gregor. XIII.* Item ex bulla *S. Pii. V Decret. Romanum.* 16 Julii 1570. omnes mulieres intrantes monasteria religiosorum, etiam sine prætextu facultatum; superiores autem, ac quicumque religiosi introducere illas præsumentes ipso facto contrahunt privationem officiorum, et inhabilitatem ad illa, et alia obtinenda, nec non suspensionem a Divinis sine alia declaratione. Item notandum, quod *Bened. XIV.* in bulla *Regularis,* sub die 3 Januar. 1742. decrevit quod fœminæ ingredientes clausuram religiosorum incurrant ipso facto excommunicationem pariter reservatam, etiamsi prætextu pietatis et religionis ingrediantur.

Adde 29. defendentes esse licitam praxim excipiendi nomen complicis in confessione scripto, aut verbo; aut impugnantes decreta contra hujusmodi praxim; aut temere ea detorquentes seu interpretantes in alienum sensum, Constit. *Ubi primum, Bened.* XIV. 2 *Jun.* 1746. *Vide in fine Operis.*

Hic operæ pretium est adjicere plura advertenda, præsertim circa duas excommunicationes supra enuntiatas *n.* 218. ad 13. et *n.* 219. ad 28, nempe contra duellantes, et contra violantes clausuram regularium.

220. — Et I. contra duellantes, et ad duellum cooperantes, notandum 1. ex quinque propositionibus damnatis a SS. *P. Bened. XIV.* in sua Constitut. quæ incipit, *Detestabilem,* edita die 13 Nov. 1752. non esse licitum offerre, aut acceptare duellum, ne quis privetur officio etiamsi ex eo aliquis se suosque sustentet, vel spem habeat promotionis alias sibi debitæ; nec licere acceptare duellum ad vitandam vilipensionem, quamvis certo sciatur quod pugna non secutura sit; *vide alia l.* 3 (IV). *num* 400. *v. Quær.* Notandum 2. quod ex Trid. *sess.* 25. *de Ref. c.* 19. excommunicantur non solum duellantes, patrini, suadentes duellum, et sectatores; sed etiam reges, domini i terris suis locum ad duellum conceden tes; atque illi privantur dominio terri torii; et duellantes, ac patrini privantu suis bonis, ac sepultura ecclesiastic *S. Pius V.* hanc excommunicatione reservavit Pontifici; et *Greg. XIII.* in su bulla quæ incipit, *Ad tollendum,* edit anno 1582, hæc omnia extendit ad duell privata, etiam sine patrinis, et ad dom nos ea non prohibentes in locis suis, a que ad quoscumque cooperantes. Tande *Clem. VIII.* in alia bulla quæ incipit, *I lius vices,* emanata an. 1592. pro loc ubi duella a dominis permittuntur, ir terdictum papale imposuit. *Vide Salm. c cens. c.* 4. *p.* 3. *n.* 42. *et vide dicta l.* 3 (IV) *num.* 401. Sed hæ pœnæ, præter e communicationem, non incurruntur, ni post sententiam saltem declaratoria criminis, ut *Sanch. Pal. et Salm. ibi n.* 43. Notand 3. nomine *spectatorum* no intelligi omnes duellum spectantes, se tantum qui data opera ad duelli locu accedunt, et duello assistunt, cum i bulla *Greg.* dicatur *ex composito spectat res;* unde recte aiunt *P. Milante* in pr pos. 2. damnata ab *Alex. VII. et Sal dict. n.* 43. ex communi sententia, non i currere excommunicationem, qui obit et casu per locum duelli transeuntes a piciunt curiositate ducti. Imo dicunt *Con Tourn. tr. de pœnit. part. II. cap.* 8. *art. sect.* 4. *num.* 335. *et Salm. l. c.* etiam e communi sententia, eos tantum spe tantes incurrere, qui socii sunt duella tium, aut qui sua præsentia ad pugna videntur illos incitare, non autem q spectant a longe, vel in secreto, vel al modo nihil ad pugnam acuendam ind cente. Item bene addunt *Salm. ib.* nequ incurrere qui comitantur pugnaturo animo impediendi duellum. Notandum quod licet ex Tridentino, et ex bul *Gregorii* non incurrant excommunicati nem provocantes et acceptantes duellun si duellum non sequatur, quia tam in T dentino quam in dicta bulla solum excon municantur committentes duellum; t men in bulla *Clementis,* § *Præterea* (qua in extensum refert *Bon. d.* 2. 2. *q.* 6. *p. n.* 3.) excommunicantur tam provoca tes scripto aut verbo, quam duellum a ceptantes, etiamsi pugna non sequatu neque accessus nec actus ad pugna proximus; nec non comitantes, nunti suadentes, consulentes, dictantes libell provocatorios, aut eos scribentes vel a figentes, et quomodolibet ad duellu

cooperantes, publice vel occulte ineundum. Notandum 5. quod, nisi duellum sit notorium, aut deductum ad forum contentiosum, bene possint Episcopi absolvere excommunicatos, vi facultatis datæ a Trid. in c. *Liceat* 6. *sess.* 24. ut recte notant *Salm. de cens. c.* 4. *p.* 3. *n.* 45. *cum Sanch. Bon. Pal. Barb. et aliis communiter*. Regulares vero extra Urbem, et intra Italiam non possunt vi privilegiorum ab hac excommunicatione absolvere; secus tamen in Urbe, vel extra Italiam, ex decr. S. C. mandante *Clem. VIII. n.* 96.

221. — II. Circa autem violantes clausuram monialium, aut religiosorum, notandum quod ingredientes monasteria monialium sine licentia in scriptis incurrunt excommunicationem ipso facto ex Trid. *sess.* 25. *c.* 5. *de Reg.* ibi : *Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis.* Hujusmodi ingressus prohibetur etiam prælatis, sive sæcularibus, sive regularibus, ex Motu *Gregor. XIII.* incipiente, *Dubiis (ap. Barb. all.* 102. *n.* 43.) edito die 23 Dec. ann. 1581. sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ prælatis sæcularibus, si præter casum necessitatis prima vice ingrediuntur, suspensionis a munere pontificali, et a Divinis pro secunda, et excommunicationis pro tertia : prælati vero regulares incurrunt excommunicationem, et privationem omnis officii et ministerii, etiam pro prima vice, ut censent *Sanc. Dec. l.* 7. *c.* 16. *n.* 102. Quamvis *Bon. t.* 1. *tr. de clausura n.* 11. *cum Llamas* putat probabile tantum pro tertia vice incurrere pœnas excommunicationis et privationis. In casu autem necessitatis, causa visitationis possunt prælati superiores ingredi monasteria monialium; sed tunc (ut dicitur in eadem bulla) debent esse *a paucis, iisque senioribus ac religiosis personis comitati. Pauci* intelliguntur quatuor vel quinque, ut putat *Bonac. et Victor. Religiosi*, id est probatæ vitæ. Dicit tamen *Tamb. cum Victor. ap. de Alex. Confess. Monial. c.* 7. § 4. *q.* 5. quod si Episcopus solus intraret, vel non adhiberet comitantes senes aut non religiosos, aut non paucos, non incurreret pœnas; quia pœnæ tantum afficiunt prælatos ingredientes sine necessitate. Pro superioribus autem regularibus habetur in *Const. Alex. VII. ap. de Alex. l. c.*; quod si visitet Generalis, possit ipse habere secum duos sui ordinis socios, qui sint exemplares et maturæ ætatis; si vero alius a Generali, unum tantum; et insuper debent assistere quatuor moniales ex senioribus, quæ non separentur a visitatore.

Excommunicationes hæ non sunt reservatæ; sed adest excommunicatio Papæ reservata (ut supra innuimus) contra violantes clausuram monialium ad malum finem, ut habetur in decreto S. C. concilii, edito jussu *Clementis VIII.* an. 1602. Quomodo autem intelligatur illud *ad malum finem? Mazzot. t.* 3. *p.* 510. intelligit finem quomodocumque pravum; sed melius *Pellizarius* apud ipsum intelligit tantum finem libidinosum, quia finis clausuræ est, ut castitas custodiatur; et ideo vetatur etiam accessus et collocutio.

Adest alia excommunicatio Papæ reservata, lata a *Greg. XIII.* die 13 Junii 1575 in bulla, *Ubi gratia*, contra quascumque personas utriusque sexus, etiam comites, marchiones, et duces ingredientes monasteria monialium, vel fœminas ingredientes claustra religiosorum prætextu facultatem ibi revocatarum; et contra omnes superiores monasterii utriusque sexus, qui præter excommunicationem reservatam incurrunt insuper privationem officiorum, et inhabilitatam ad ipsa, si ingredi faciant, vel permittant aliquem ingredi prætextu facultatum; et contra Abbatissas aliasve superiores, si admissum quoque modo retinere ausæ fuerint, ut declaravit *Paulus V* in alia bulla incipiente, *Monialium, apud de Alex. cap.* 7. § 11. *q.* 3. Hic tamen advertendum, quod Episcopi et prælati regulares, qui ratione sive prætextu officii, sed absque justa causa, ingrediuntur monasteria, hanc excommunicationem reservatam non incurrunt : nam licet in hac bulla omnes comprehendantur, tamen in bulla, *Dubiis*, citata *num. præced.* emanata post aliam, *Ubi gratia*, ut supra, eximuntur Episcopi, et superiores regulares, ut bene advertit *Fagnan. l.* 5. *in c. Nuper, de sentent. excomm. n.* 38. contra aliquos, cum in dicta bulla, *Dubiis*, fiat diversa dispositio circa pœnas in Episcopos et regulares, ibique excommunicatio lata in ipsos, si ingrediantur tertia vice sine justa causa, non sit reservata, probat enim *Fagnanus*, illam fuisse novam constitutionem respectu pœnarum, non autem declarato-

riam primæ bullæ. Demum notandum, quod *SS. P. Bened. XIV.* novissime die 3 Jan. 1742. duabus bullis (quas invenies in fine hujus Operis, incipiente una, *Salutare*, altera *Regularis*) confirmavit omnes constitutiones antecessorum Pontificum tam ante, quam post conc. decr. emanatas; et signanter in bulla *Regularis*, prohibuit quibuscumque fœminis ingredi clausuram religiosorum sub prætextu pietatis ac religionis; tantum id concessit nobilibus fœminis de familia fundatorum, vel insignium benefactorum, qui de hoc indultum apostolicum obtinuerint ingrediendi solum, ut ad Ecclesiam recto tramite pergant. Quo revocata manet constitutio *S. Pii V.* incipiens, *Decet Romanum Pontificem*, (*apud Holz. t.* 1. *p.* 480. *n.* 592). ubi permittebatur mulieribus ingredi claustra religiosorum causa processionis, audiendæ Missæ, vel concionis, aut sepulturæ, aut magni concursus.

222. — Sed dubit. 1. An ingredientes monasteria monialium sine licentia incurrant præfatam excommunicationem reservatam, si non intrent prætextu facultatum? Affirmant *de Alexand. cap.* 7. § 11. *q.* 2. *cum Navar. Azor, Graff etc.* quia (ut ait) relata constit. *Greg. XIII. Ubi gratia*, ex stylo Curiæ intelligitur generaliter emanata in omnes intrantes monasteria, etiam sine tali prætextu. Sed probabilius negant *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 79. *Bon. de claus. q.* 4. *p.* 5. *n.* 4. *Suar. de censur. d.* 22. *sess.* 6. *n.* 11. *Fagnan. l. c. n.* 12. *Holz. p.* 338. *n.* 31. *Mazzot. t.* 3. *p.* 521. *n.* 3. *et Barbos. all.* 102. *n.* 37. *cum Sayr. Rodriq. Miranda, Sa, et Zerol.*, quia expresse in citata bulla *Gregorii* requiritur ingressus prætextu facultatum.

Dubit. 2. An præter superiores incurrant excommunicationem omnes qui alios introducunt in clausuram? Affirmant *Bonac. q.* 4. *p.* 7. *n.* 3. *et de Alexand. c.* 7. *s.* 11. *q.* 4. *cum Fill. et Llamas*, qui in eadem bulla *Gregorii* dicuntur incurrere *superiores et personæ, quocumque nomine vocentur*, admittentes extraneos in clausuram; nomen autem *personæ* (ut dicunt) genericum est, quascumque personas comprehendit. Attamen negant *Sanch. l.* 6. *c.* 16. *n.* 83. *cum Manuel, et Diana apud de Alex.* Ratio enim opposita tunc valeret, si in bulla diceretur, *superiores, et quæcumque personæ*, sed cum dicatur, *superiores et personæ, quocumque nomine nuncupentur*, nequeunt utique intelligi omnes religiosi qui diversum nomen quam religiosorum non habent, sed potius intelliguntur superiores, qui in diversis ordinibus diversa habent nomina, nempe abbatum, præpositorum, priorum, guardianorum, correctorum; idque clare explicavit *S. Pius V* in bulla *Regularium, apud Bonac. q.* 5. *p.* 3. *n.* 2. His tamen non obstantibus adest decr. S. C. Episcop. et Regul. apud *Ferrar t.* 2. *v. Conventus, art.* 3. *n.* 7. ubi dictum fuit respectu ad Fratres Minores de Observantia, quod si ingrediantur mulieres ipsorum clausuram, tam prælati, quam subditi eas introducentes incurrant eamdem excommunicationem reservatam, et remaneant ipso facto privati eorum officiis, et inhabiles in futurum.

223. Dubit 3. an licentia ingrediendi monasteria monialium quoad forum conscientiæ debeat esse in scriptis? Affirmant *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 50. *Pal. p.* 3. *d.* 4. *part.* 10. § 2. *n.* 6. *et Suar. ap. Dianam par.* 3. *tr.* 2. *r.* 129. quia, deficiente scriptura, licentia est nulla, cum deficiat forma in ejus concessione a Trident. præscripta in *sess.* 25. *c* 5. ubi : *Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* Negant vero *apud Dianam, l. c. Homobon. et Bellochius*, qui citat pro se *Innoc. Abb. et Felin.* Ratio, quia scriptura videtur requiri tantum pro foro externo : idque non videtur improbabile, cum non constet, an scriptura ibi requiratur pro forma, prout diximus in simili casu *l.* 5. *n.* 123. *v. Hic.* Dicit autem *Dian. l. c. cum Rodriq. et Villal. ac Barbos. all.* 102. *n.* 57. *cum De la Crux*, quod etiam juxta primam sententiam (quamvis adhuc repugnet *Sanch.*) licentia in scriptis non requiritur in casibus ordinariis, quando causa est manifesta, puta in ingressu medici, confessarii, cœmentarii, et similium operariorum, quorum repentina opera passim indigent moniales, prout explicat Glossa *v. Causa, in cap. Periculoso, de statu Regulari in* 6.

Dubit. 4. An hujusmodi licentia debeat esse specialis? Resp. affirmative, ita ut non sufficiat, si alicui concedatur licentia ad quoscumque casus, ad quos superior potest eam præbere, ut expresse habetur in dicto c. *Periculoso*, ibi : *Nisi speciali licentia, etc.* Dicit tamen *de Alexand. c.* 5.

§ 2. *q*. 5. *cum Miranda*, hoc non obstante, validam esse licentiam generalem, ut omnes medici, bajuli, et similes ingrediantur, quia, licet sit generalis quoad personas, est tamen specialis quoad causam ingressus. Sed huic minime acquiesco, quia censeo textum præfatum, et concilium exquirere licentiam specialem, non tantum ut superior sciat ministerium ingredientium, sed etiam qualitates personarum, nimirum an ingressuri sint viri probi, maturæ ætatis, et similia. Bene tamen poterit prælatus generaliter committere abbatissæ, vel confessario aut alteri viro prudenti facultatem concedendi licentiam aliis ad ingrediendum, ut dicetur in sequenti Dubio in fine.

224. — Dubit. 5. A quo debeat concedi licentia ingrediendi monasteria monialium? Si monasteria sint Episcopo subjecta, certum est ipsi competere jus concedendi licentiam *auctoritate propria*; *delegata* vero si monasterium immediate subsit Summo Pontifici, ut in Trid. *sess*. 25. *c*. 5. Idem probabiliter docent *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 15. *n.* 30. *et Bon. de claus. q.* 4. *p.* 2. *n.* 2. *cum aliis* de prælatis habentibus jurisdictionem quasi episcopalem in aliqua diœcesi, et de Vicariis Generalibus ordinum militarium, quia hi sunt vere Ordinarii, aut saltem nomine Ordinariorum comprehenduntur, ut probat idem *Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 29. *n.* 35.

An autem possit hanc licentiam dare Vicarius Generalis Episcopi? Negant *de Alexandro c.* 7. § 2. *qu.* 2., nisi de hoc habeat speciale Episcopi mandatum; et idem sentit *Barb. all.* 102. *n.* 38. citans *Bonac. loc. supra cit.*; sed ibi hoc *Bonac.* non dicit : unde satis probabiliter docet *Sanch. Dec. d. n.* 30. *cum Navar et Llamas*, quod in monasteriis subjectis Episcopo Vicarius Generalis bene potest licentiam concedere sine speciali mandato. Idque probatur 1. Motu proprio *S. Pii V* incipiente, *Decori*, dum ibi Pontifex explicuit, *Episcopum aut alium loci Ordinarium*; Vicarius autem Generalis Episcopi bene dicitur Ordinarius, et nomine Ordinarii jam comprehenditur in omnibus decretis, ut probat idem *Sanch. eadem d.* 29. *de matrim. n.* 10. *et* 35. Probatur 2. ratione, quia Episcopus in monasteriis ei subjectis procedit auctoritate ordinaria, Vicarius autem Generalis (ut probant *Fagnan. l.* 1. *in c. Quoniam in offic. deleg. n.* 15. *cum Imola, etc.* et idem *Sanch. d. d.* 29. *n.* 16.) potest omnia quæ potest Episcopus de jurisdictione ordinaria, quia cum Episcopo unum facit tribunal. Secus vero dicendum de iis quæ potest Episcopus de jurisdictione delegata, unde recte subdit *Sanch. Dec. eod. n.* 30., in monasteriis Sedi apostolicæ subjectis Vicarium Generalem non posse dare licentiam sine speciali mandato Episcopi.

Vicarius autem capituli Sede vacante potest utique concedere licentiam in monasteriis Episcopo subjectis, quia succedit in omnia quæ competunt Episcopis de jure ordinario. Sed difficultas est, an possit etiam in iis quæ subduntur Sedi apostolicæ? Affirmant *de Alex. cap.* 6. § 2. *q.* 2. *cum Mol. Pal. Barbos. et Tamb.*, quia talis jurisdictio et delegatione Sedis apostolicæ in perpetuum committitur muneri episcopali, unde cum ipsa competat Episcopo de officio, bene transit in capitulum, sive ejus Vicarium. Hanc rationem non approbat *Sanch. d. n.* 30. Attamen id alia ratione etiam concedit, quia (ut ait) concilii mens est ut capitulum bene possit dare licentiam, ne monasteria remaneant absque prælato, ad quem pro licentia recurrant.

Major difficultas est, a quo sit concedenda licentia, si monasterium Regularibus subsit? *De Alexand. cap.* 7. § 2. *qu.* 1., propugnat licentiam esse impertiendam tam a prælato Regulari, quam ab Episcopo, afferens de hoc decr. S. C. concilii editum 13 Nov. 1610. Sed probabilius docent *Fagnan. l.* 5. *in c. Nuper, de sent. exc. n.* 17. *Bon. q.* 4. *p.* 2. *n.* 3. *cum Rodriq. Graff et Miranda, Croix l.* 4. *n.* 76. *cum Pal. et Piasec. ac Barb. all.* 102. *.n* 41. (afferens oppositum decr. ejusdem S. C. conc. ab ipso visum, editum eodem anno quo ipse scribebat, nempe circiter annum 1628.) *ac Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 13. *cum Azor, Manuel, Llamas, et Navarro*, qui (ut refert *Sanch.*) testatur etiam declaratum fuisse a *S. Pio V* nempe quod licentia concedi potest et debet a solo prælato regulari scilicet a Generali aut Provinciali (vel etiam ab immediate superiore monasterii, ut sentiunt *Sanch. n.* 15. *et Bonac. l. c. cum aliis* ab eo citatis, contra *de Alex. l. c. qu.* 2. *et Suar.* ab eo citatum). Ratio, quia Trident. prohibet ingressum, *sine Episcopi, vel superioris licentia*; ergo loquendo disjunctive, declarat licentiam posse respective concedi vel ab Episcopo, vel a prælato regulari, prout cui monasterium subest. Bene tamen advertit *de Alex. d. q.* 2. ex decreto S. C. 21 Maji 1630. approbato ab *Urbano VIII.* licentiam concedendam a

solo Episcopo, etiam quoad monasteria exempta, ubi talis viget consuetudo.

Abbatissa autem nequit de jure ordinario hanc licentiam dare, ut dicunt *de Alex.* c. 7. § 3. *q.* 2. *et Sanch. n.* 22. *cum Nav. Azor. Man. etc.*, contra aliquos ibi citatos *n.* 21. Bene vero Episcopus potest delegare abbatissam, vel confessarium, aut alium prudentem virum, ad hanc licentiam concedendam, ut addunt *Bon. p.* 2. *n.* 5. *de Alex. l. c. Sanch. n.* 23. *cum Nav. Man. et Graff. ac Barbos. l. c. n.* 53. *contra Suarez.*

225. — Dubit. 6. Quæ causa requiratur ad hanc licentiam concedendam? Resp. Ad licentiam impertiendam non sufficit quidem quælibet causa, sed requiritur necessitas, ut præscribit *Trident. cap.* 5. *sess.* 25. illis verbis : *Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis.* Necessitas autem hæc debet esse ex parte ipsius monasterii, quia ad ipsius monasterii solam utilitatem permittitur ingressus; non enim sufficit si sit tantum ex parte extraneorum, nisi jus naturale aut divinum aliud suadeat, ut ex communi dicunt *Bon. qu.* 4. *p.* 4. *n.* 8. *et de Alexand.* c. 7. § 3. *qu.* 2. ex declar. S. C. die 9 Sept. 1611. Unde ait *Diana p.* 3. *t.* 3. *r.* 30., ex alio decr. S. C. non effugere excommunicationem uxores, quæ adhuc cum licentia Ordinarii intrarent monasterium causa adulterii, vel dissensionis cum viris, cum S. C. raro hanc licentiam concedat. Et sic pariter nec valet licentia ad collocandum in monasterio aliquam fœminam, ne redeat ad vomitum, ut de *de Alex. l.* c. ex alio decr. S. C. 18 Aug. 1588. Neque ad docendam monialibus artem, nisi quando in monasterio nulla adesset alia perita; *præfatus de Alex.* ex alio decr. S. C. 11. Mart. 1586. Notant tamen *Pignatel. t.* 7 *con.* 47. *n.* 42. et ipse *de Alex. ibid.* ex S. Congr. bene posse Ordinarium dare licentiam intrandi puellæ, de qua controvertitur, ut in monasterio ad tempus maneat, donec lis terminetur.

Talis vero necessitas ex parte monasterii, non stricte, sed late sumitur : intelligitur enim necessitas moralis, nempe cum intervenit quævis causa rationabilis, sive probabiliter justa; ita *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 4. *Bon. q.* 4. *p.* 4. *n.* 2. *d. Alex. c.* 7 § 3. *q.* 1. *cum Delbene, et Barb. all.* 102. *n.*48. *cum Miranda, Portel. et Campanile.* Dicitur, *causa probabiliter justa,* nam dubie justa non sufficit, ut recte advertunt *ib. Sanch. et Barbos.* qui insuper (contra *Bon.*) censet minorem causam requiri pro ingressu fœminæ in monasterium monialium, quam viri : et pro ingressu diurno, quam nocturno, et pro ingressu consanguineæ, quam extraneæ: et pro ingressu in priora receptacula, quam in interiora. In necessitatibus autem urgentibus, quæ moram non patiuntur, et alias grave damnum immineret, non requiritur ulla licentia ad ingrediendum, prout in casu mortis, incendii, violentiæ et similium, quia lex humana in tanto discrimine non obligat, ut recte docent *Sanchez. n.* 34. *et de Alex. c.* 7. §2. *q.* 6. *cum Nav. Graff. et communi.* Hinc potest quivis sacerdos in casu repentinæ mortis ingredi ad ministrandum Moniali sacramentum pœnitentiæ, aut Eucharistiæ, et etiam Extremæ Unctionis, ut probabiliter ait *de Alex.* Et tunc ne abbatissæ quidem licentia requiratur, ut etiam probabiliter censet idem *de Alex. q.* 7. *cum Nav. Graff. et aliis pluribus* (*contra Sanch. n.* 36.), quia tunc licentia rationabiliter præsumitur concedi immediate a Papa. Excipe nisi abbatissa habeat generalem facultatem a prælato præbendi licentiam.

226. — Hic autem notandum, quod medicus non potest ingredi nisi ex licentia renovata in singulis trimestribus, ut ex decret. Sacr. Congr. edito die 27 Mart. 1588. (*vide de Alex. c.* 7 § 5. *qu.* 1.) necnon debet associari a duabus monialibus senioribus; et intrare solus nisi infirmitas sit valde gravis. Medicus autem non potest ingredi sub initio Quadragesimæ ad cognoscendum, quæ moniales sint dispensandæ, quia hoc bene potest præstari ad crates, *de Alex. ib. qu.* 2. Posset tamen ingredi ad invisendam monialem decumbentem in lecto, et dubitantem an febri laboret; licet posset ipsa sine gravi damno accedere ad januam, si illuc renueret ire ob erubescentiam. Ita *Bonac. qu.* 4. *p.* 4. *n.* 5. *et de Alex. d. q.* 2. Medicus vero extraordinarius nequit ingredi ad libitum monialium sed tantum in defectu ordinarii, vel quando cum ordinario habendum est collegium; *de Alex. qu.* 3. *cum Barchio.* Chirurgus potest quidem intrare ad secandam venam, et etiam pharmacopola ad docendum (si opus sit), quomodo medicamentum sit parandum. *Sanch. l.* 6. *c.* 16. *n.* 59. *et de Alex. qu.* 4. Factores, notorii, et similes etiam ingredi possunt, si necessitas urgeat, puta ad judicandum

e ruina imminente, ad inveniendam cripturam necessariam in archivio, ad iciendum testamentum puellæ, *de Alex. u.* 5. Sic etiam ingredi possunt ex lientia fabri, hortulani, fabricatores, puearii, putatores, molitores, et similes, [ui artem suam non possint extra comnode exercere : item bajuli ad ferenda juæ a monialibus ferri non possunt. Si iutem licentia nominatim sit data pro ino bajulo, isto deficiente, non potest .lius substitui, nisi licentia esset indeerminata, v. g. *ut bajulus ingredi possit;* ta *Alex. qu.* 7. *Sanch. c.* 16. Admittit tiam *Sanch.* sartores, si extra non posent commode aptare vestes; et consenit *Cassian.* si adsit usus ; sed merito id iegant *Bon. q.* 4. *p.* 4. *n.* 11. *et Pal. d.* 4. ı. 10. § 3. *n.* 11. An autem, concessa lientia pro magistro artis cum discipulo, ıossit ingredi, vel immorari discipulus ine magistro? Negant *Barchius apud de llex.*§ 5. *q.* 8. nisi ex aliquo impedimento nagister non potuerit ingredi, aut imnorari. Affirmant vero alii, et *de Alex.* ıutat probabile, quia dictio *cum* æquivaet dictioni *et.* An autem possint admitti n clausuram infantes nondum doli caıaces? Affirmat *Barb. cum Nav. Azor. Bonac. com. etc.*, quia prohibitio princiıaliter afficit ingredientes : cum ergo nfantes non ligentur præcepto ob ca'entiam usus rationis, nec etiam moniaes. Attamen S. C. sæpius declaravit opıositum : *vide de Alex. qu.* 11. *l. c.* Et anto magis hac dicendum de amentibus, ·x quibus insuper potest facile timeri ıericulum scandali.

227. — Confessarius vero ingredi poest ad administranda sacramenta pœnientiæ, Eucharistiæ,et Extremæ Unctioıis moniali ægrotanti, quæ ad confes·ionale non potest accedere? Et non olum in periculo mortis, sed quoties ex ıræscripto regulæ dispensatur commuıio : item quoties illa monialis comnunicare consueverit ; ita communiter *Bon. q.* 4. *p.* 4. *n.* 4. *Barb. all.* 12. *ı.* 49. *de Alexand. cap.* 7. §. 6. *q.*2. *cum Sanchez, Rodr. et communi,* ex declar. S. C.; debet autem confessarius ingredi ndutus superpelliceo, et stola, atque sic bi morari; debetque egredi, quin ad ıliam monasterii partem se divertat, ·tiamsi esset ad visitandam aliam inirmam, quæ tamen non indigeat sacranentis; *de Alex. q.* 2. *et Barb. d. n.* 49. Confessarius sæcularis intrare debet sine iocio, ut S. C. declaravit; regularis vero debet habere socium probatæ vitæ, et maturæ ætatis, ex bulla *Alexand. VII.* Dum autem confessarius confessionem audit, debent assistere commitatrices ad januam, ita ut eum videre possint; *vide de Alex. ibid.* Potest etiam confessarius ingredi, et pernoctare in monasterio, si monialis laboret in extremis; *de Alex.* § 6. *q.* 3. ex declar. S. Congreg. Potest etiam ingredi confessarius ad benedicendum monasterium a spiritibus infestatum ; *de Alex. qu.* 9. *cum Nav. Nald. ex declar. S. Congreg.* An autem ad exorcizandam obsessam S. C. die 10 Nov. 1582. annuit posse, si sacerdos sit probatæ vitæ; sed postea 1 Julii 1606. id prohibuit, et dixit potius impetrandam esse a S. C. licentiam, ut monialis illa exorcizetur in Ecclesia exteriori monasterii; *vide de Alex. ib. q.* 5. Potest etiam confessarius post sacramentum collatum dare reliquiam ad osculandum, benedicere cellam, etc. et etiam tunc de aliquo negotio temporali loqui; ita *de Alex. c.* 7. §. 6. *q.* 9. Probabiliter dicunt plures, *de Alex. qu.* 10. ex Glossa *in c. Decret. verb. Debet dereg. jur. in* 6. quod si confessarius extraordinarius, ingrediens cum licentia data pro una vice, non possit confessionem excipere, vel perficere propter morbum, poterit postea iterum ingredi sine alia licentia. Et idem dicunt, si monialis confessa statim advocet confessarium egressum, ad dicendum peccatum oblitum, cum illud spectet ad idem judicium. Præterea sentit *de Alex.* quod confessarius, postquam confessionem monialis infirmæ audierit, bene potest aliquod novum ædificium monasterii benedicere, et etiam deferre cuidam aliæ infirmæ quamdam insignem reliquiam: sic etiam, ait, posse ob aliquam justam causam immorari in monasterio ad breve tempus ad intuendas officinas, et ad tractandum aliquod temporale negotium.

228. — Dubit. 7. An qui est ingressus monasterium cum licentia, incurrat excommunicationem, aut graviter peccet, si finito negotio statim non egrediatur? Resp. 1. Non incurrit censuram, licet ipse multum immoretur, quia clausura tum solum violatur, cum sine licentia usurpatur ingressus; ita *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 60. *Bonac. q.* 4. *p.* 5. *n.* 22. *et Bordon. Zerola ap. de Alex. c.* 7. §. 3. *q.* 4. Et hoc ait *Sanch. l. c.* (contra *Rodriq.*) procedere etiamsi quis immoretur ad malum finem, quia hic jam est cum li-

centia ingressus, ut concilium permittit. Sed *Bonac. l. c.* censet quod esto hic non incurrat excommunicationem Tridentini, incurrat tamen excommunicationem Papæ reservatam in decr. S. C. edito jussu *Clem. VII.* die 22 Nov. 1622. ubi excommunicantur omnes *violantes clausuram ad malum finem*; hunc enim, ait, jam violare clausuram immorando cum prava intentione; sed huic responderi potest, quod cum agatur de pœnis, violatio illa stricte intelligenda est, prout intelligit concilium, nempe de ingressu et egressu sine lieontia.

Resp. 2. E contrario non excusatur a peccato mortali, si mora sit longa, quia delinquit adversus obligationem clausuræ : secus si mora sit brevis, cum in hoc præcepto non immorandi bene admittatur parvitas materiæ, ita communiter *Sanch. et Bon. ll. cc. ac. Barb. all.* 102. *n.* 56. *cum Miranda. et Rodr.* Imo *Sanch. ibid. ac Mol. Rodr. et Mirand. ap. Bon.* dicunt eum qui parum immoratur excusari etiam a veniali, tum quia, sic usu receptum est etiam apud viros timoratœ conscientiæ, tum quia, cum hoc præceptum sit morale, morali modo accipiendum est. In hoc autem brevem moram censet *Dian. p.*3· *tract.* 2. *r.* 51. *cum Villal.* esse quadrantem.

Dubit. 8. an incurrat excommunicationem qui ingreditur cum licentia, et ex causa justa, sed simul cum intentione prava ? Sentit *Bon. d.* 4. *p.* 5. *n.* 18. esse probabile quod hic incurrat, quia non præsumitur superior in eo casu licentiam concessisse. Sed oppositum tenet *de Alex. c.* 7 §. 3. *qu.* 5. et merito id probabile censet ipse *Bonac. cum Rodriq. et Zerola*, quibus adhæret quoque *Sanch. l.* 6. *c.* 16. *n.* 68. *et c.* 17. *n.* 28., quia censura fulminatur tantum in ingredientes sine licentia, non autem in eos qui cum licentia intrant, etsi cum malo fine ; pœnæ enim stricte sunt intelligendæ, et prava intentio non tollit primam ingrediendi causam, propter quam data est licentia.

229. —Moniales autem clausuram violantes, necnon alii concedentes illis violare, sive eas comitantes, aut receptantes, pariter excommunicationem papalem incurrunt, const. *S. Pii V* quæ incipit, *Decori*, edita 1. Febr. 1569. *ap. Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 11. *n.* 35. ubi contra excusatur egressio, si adsit justa causa, nempe (ut ibi dicitur) *magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ.* Nomine autem *epidemiæ* declaravit S. Congr. *ap de Alex. c.* 7 §. 9. *q.* 2. intelligi tantum veram et realem pestem. Sed dicunt *Bon. qu.* 1. *p.* 9. *n.* 2. *Holzm. t.* 1. *p.* 480. *n.* 592. *et Sanch. l. c. n.* 35. *cum Nav. Manuel, et Cenedo*, venire non solum morbum vere pestilentem, sed quemcumque morbum contagiosum, qui alios inficere soleat, prout est morbus S. Lazari, ignis sacri, et similium, casu quo monialis infirma non possit curari in monasterio sine periculo infectionis aliarum. Idque inferunt ex *cap. Periculoso, de statu reg. in* 6. ubi prohibetur egressus Moniali,*nisi forte tanto et tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, ut non possit cum aliis sine gravi periculo seu scandalo commorari. E* converso recte aiunt *Bon. l. c. num* 18. *cum Rodriq. Zerola, Gutt. et Cord. ac Barbos. all.* 102. *n.* 20. *cum Miranda, Sorbo, et Cenedo* (*contra Nav. Azor, Suar. et Graff.*) non sufficere ad egrediendum infirmitatem gravem sine periculo infectionis aliarum, tum quia hic casus non excipitur in const. *S. Pii*; tum quia alias magnum sequeretur damnum clausuræ, cum tales morbi in monasteriis sint frequentes. Docent autem *Sanch. c.* 15. *n.* 60. *et* 61. *et Bon. n.* 21. monialem, finita curatione aut cessante causa egressus, statim teneri reingredi : illud tamen *statim* recte dicunt intelligi moraliter ; unde excusant monialem a mortali, si moretur extra per unum vel duos dies. Item ait *Sanch. c.* 16. *n.* 69. illam non incurrere excommunicationem, si extra commoretur, quia ipsa jam egressa est cum licentia. Quamvis autem in *c. Periculoso* fiat mentio de sola causa incendii, etc. ut supra, bene tamen aiunt *Sanch. c.* 15. *n.* 37. *et* 44. *Bon. n.* 6. *et* 7. *ac de Alex. c*, 7 §. 9. *q.* 2. *cum Nav. et Barb.* sufficere ad egrediendum causas similes, ut bellum imminens, inundatio fluminis, aut ædificii ruina. Quando vero patet aditus et tempus, nempe si periculum patitur moram, requiritur omnino ex præfata bulla *S. Pii V.* ad egrediendum licentia in scriptis ab Episcopo, et etiam a prælato regulari, si monasterium sit exemptum, cum ibi dicatur : *Sitque causa hæc cognita, probata, atque in scriptis expressa per superiores, et simul per Ordinarium.*

An autem incurrat excommunicationem monialis egrediens extra monasterium ad unum tantum pedem? Negant *Graff. Nald. Meroll.* et adhæret *Croix l.* 4. *n.* 85. *et l.* 1. *n.* 673. si statim re-

ıt. Sed probabilius affirmant *Bon. qu.* ɔ. 8. *n.* 6. *et Sanch. l.* 6. *c.* 16. *n.* 70. de tamen rationabiliter excusanda cum *Sanch.* monialis, quæ non egre- ır toto corpore extra clausuram, ut unt *Sanch. et Bon. ll. cc.*
Notandum hic ex decr. *Clem. VIII.* ud *Pell. c.* 7. *q.* 7. *n.* 22.) unamquam- ɜ moniale debere solam dormire, oque tot cellas in unoquoque monas- io faciendas esse, quot ibi degunt mo- .les. Idem declaravit S. C. Episcop. et gul. *apud Ferrar. Bibl. t.* 5. *v. Mo- les, a.* 2. *n.* 7. Sic etiam S. C. Epis-). et Regular. *ap. eumdem Ferrar. l. ırt.* 1. *n.* 5. pluries statuit, puellas nmorantes in monasteriis monialium, ısa educationis, debere habere locum ıaratum a monialibus pro earum dor- tione, sicut et pro operibus.
230. — Hæc quoad clausuram monia- m. Adest autem alia excommunicatio pæ reservata contra mulieres violantes usuram religiosorum, lata a *S. Pio V* bulla *Regularium*, an. 1566, et in alia *eg. XIII. Ubi gratia*, edita 13 Juin. 1575. as referunt *Bon. de claus. q.* 5. *p.* 3. 1. *Salm. tr.* 15. *c.* 5. *p.* 8. § 1. *n.* 176. *Spor t.* 3. *p.* 100. *n.* 159. Hancque ;ommunicationem incurrunt non tan- n fœminæ quæ prætextu facultatum ætendunt ingredi in monasteria viro- m vel mulierum, ut declaravit *Greg. II.*, sed etiam illæ quæ sine tali præ- :tu conventus virorum ingrediuntur, per aliam bullam editam die 16 Jul. 70. quæ incipit, *Romanum Pontificem*, ɜm S. *Pius V* declaravit, dicens : *De- rumus fuisse et esse mentem nostram, od dictæ litteræ non solum comprehen- nt mulieres habere prætendentes ındul- n ingrediendi monasteria , sed etiam ascumque alias, tam in genere quam in ecie, etc.* Et ita communissime et recte ıent *Pal. tr* 16. *d.* 4. *p.* 8. *n.* 1. *Suar. rel. tr.* 8. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 9. *Bon. l. c. ıv. c.* 27. *n.* 105. *et Salm. l. c. cum Lez. ll. Garc. etc.* (*contra Laym. Delb. etc.*) emque docet *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. 79. qui cum *Suar* dicit, quod Auc- res ideo contrarium tutati sunt, quia ın legerunt præfatam declarat. *S. Pii V.* ɔc obstat id quod objiciunt *Laym. ibid.* *Delbene apud Salm. n.* 175. nempe ıod, cum *Gregorius XIII.* innovaverit lam priorem const. S. *Pii V Regula- um*, faciendo tantum mentionem de ɜminis prætextu facultatum ingredien- ɔus, videtur secunda const. *S. Pii*, *Romanum Pontificem*, vel non fuisse pro- mulgata, vel non recepta. Nam respon- detur, ex eo quod præfata secunda cons- titutio fuit posita in Bullario *S. Pii*, et ex praxi atque stylo S.Pœnitentiariæ sa- tis ostendi, quod præfata secunda cons- titutio jam fuit promulgata, et usu re- cepta. Ex hic insuper notandum, quod ex bulla *Gregorii*, *Regulares*, præsertim superiores, præter pœnas suspensionis a Divinis, et privationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia, latas in bulla *S. Pii*, incurrunt etiam excommunicationem, si ingredi faciunt, vel permittunt mulieres prætextu facultatum in eorum monaste- ria. An autem regulares admittentes fœminas ingredientes sine prætextu in- currant excommunicationem? Negant *Fill. tr.* 15. *c.* 5. *q.* 7. *n.* 119. ac *Bonac. p.* 3. *n.* 2. putat probabile, quia *S. Pius* jam declaravit mentem suam, quod in prima bulla comprehendebantur mulie- res intrantes etiam sine prætextu, sed *Gregorius* hoc non declaravit.

231. — Excipiuntur tamen ab hac prohibitione I. Reginæ, electrices, et si- miles, earumque filiæ, ut docent *Suar. de censur. d.* 22. *sect* 6. *n.* 12. *Sanch. l.* 6. *c.* 17 *n.* 9. *Bon. q.* 4. *p.* 2. *n.* 5. II. Fundatrices quæ fundum concesserunt, vel situm monasterii, vel propriis sump- tibus illud ædificare fecerunt, aut redi- tibus dotaverunt : quibus insuper per- mittitur decens comitatus aliarum ; *Spor. l. c. et Elbel n.* 650. Hoc tamen declara- vit *P. Bened. XIV* in bulla *Regularis*, (quam reperies in *fine Operis.*) intelligi, dummodo habeant privilegium a Sede apostolica in forma Brevis, illudque ex- hibeant locorum Ordinariis, vel præsu- libus monasterii. III. Fœminæ necessa- riæ ad curationem alicujus religiosi (in- telligendum cum licentia superioris) : vel quæ fugerent ad evitandam necem, *Sporer, et Elbel. ll. cc.* Nomine autem *conventus*, dicunt *Pal. tr.* 16. *d.* 4. *n.* 6. *et Elbel p.* 642. *cum Sanch. Laym. et aliis*, non venire domos privatas, seu re- sidentias, ubi unus vel alter religiosus ha- bitare consuevit, quia hæ nequeunt dici conventus. Nec venire domos , addit *Elbel*, ubi religiosi degunt causa ædifi- candi monasterium, nisi ibi sufficientia sint habitacula, ita ut communitas regu- lariter jam vivere possit. Cæterum ait idem *Elbel n.* 671., quoad modum ser- vandi clausuram, attendendas esse legi- timas consuetudines ac rationabiles, auc- toritate superiorum approbatas : non

autem eas, quæ potius abusus, et corruptelæ dicendæ sunt. Dicunt autem autem *Barb. Bonac. etc.* sacristiam regularium esse clausuram; sed *P. Ferraris* (*Bibl. verb. Convent. n.* 14.) asserit praxim fere ubique esse contrariam.

232. — Hic autem refert plura adnotare circa prohibitionem indictam in jure, et in casu reservato in diœcesi Neapolitana, viris colloquendi cum monialibus. Pro hac sciendum in concilio Lateranensi anno 1179. ut habetur in *c. Monasteria, de vita et honestate cleric.*, latam fuisse excommunicationem ferendæ sententiæ ab Episcopo contra laicos, et suspensionem in clericos frequentantes monasteria monialium, his verbis : *Monasteria monialium, si quisque clericus sine manifesta et rationabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur, et si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis; si laici, excommunicationi subdantur* Per quot autem vices hæc frequentia constituatur, Glossa in *cit. c. Monasteria*, censet constitui per duas vices, scilicet in uno die, vel duobus continuis, ut dicit *Gratianus*. Verum communius *Nav. et Manuel* putant constitui per tres vices in tribus diebus continuis, ut etiam, *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 22. *et Bon. de claus t.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *n.* 4. vel per unam vicem singulis mensibus, ut iidem *Sanch. et Bon.*, aut quater in eadem hebdomada, ut ait *Bon.*, qui contra addit cum *Nav. et Manuel ap. Sanch.*, non constitui frequentiam; si sit quater in anno, sive semel in trimestri. In hoc tamen ultimo casu dicit *Barb. all.* 102. *n.* 70. posse Episcopum excommunicare accedentes, si velit.

Circa autem regulares ipsis jam prius specialiter interdictus fuerat accessus ad colloquendum cum monialibus in VIII. Synodo an. 787. ut habetur in *c. Definimus* 21. *caus.* 28. *q.* 2. ubi : *Adulterium intercipi, si habeat aditum monachus secreto singulariter ad collocutionem.* Præterea, in decreto S. C. edito jussu *Sixti V*. an. 1590. Regularibus colloquentibus cum quibuscumque monialibus, sive sui, vel alterius ordinis, vel cum qualibet muliere in monasterio degente, imposita est pœna privationis officii, vocis activæ et passivæ, ipso facto incurrenda Confessariis autem regularibus fuit interdictum, in ædibus monialium monasterio contiguis pernoctare, aut facere ut alii pernoctent, vel alias secum retinere; item ne in iis cibum sumant extra tempus confessionum generalium. Et hæc lex verius obligat sub mortali, ut docent *Bonac. q.* 4. *p.* 6. *n.* 4. *cum Sayro, Homob. et Barchio, ac Ciera d.* 7. *n.* 26. *v. Verum, cum Potesta, Verricel, Donato, Llamas, et Manuel* (*contra Nav. et Pal.*) ex decreto S. C. Conc. edito 1 Jul. 1626. ubi declaratum fuit, regulares accedentes ad monasteria monialium contra formam præfati decreti editi mandato *Sixti V ultra pœnas incurrere etiam pœnam peccati mortalis.* Item hic notandum, quod in præfato decreto *Sixti V* dictum fuit, regulares tantum a S. C. impetrare posse licentiam ad colloquendum cum monialibus; sed eadem S. C. conc. in alio decreto (in extensum relato a *Bon. q.* 3. *p.* 4. *n.* 4. et a *Ciera d.* 6. *num.* 26.) de mandato *Urb. VIII* 20. Novemb. 1623. concessit *locorum Ordinariis, ut, quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuique regulari, ut moniales sibi in primo et secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas convenire, et alloqui possit. Id vero ut nullo modo liceat diebus festivis, aut adventu, quadragesima, feria secta, sabbato, et vigiliis : prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, et ab alio ad quem spectat eam concedere, assignetur confessario ordinario monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet et præsens sit : et auscultatrices de more, non aliæ, assistant : prædictaque licentia pro die et hora certa, et in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur. Quod si Ordinarii aliter quam servata forma supradicta licentiam concesserint vel permiserint, sciant se intentionis SS. D. N. transgressores; Regulares autem pœnis in supradicto decreto* (scilicet *Sixti V.*) *contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, se noverint addictos, etc.*

Sed postquam hæc scripserim inveni, quod, cum apud S. C. conc. factum fuisset quæsitum, an Regulares accedendo ad colloquendum cum monialibus sine licentia Episcopi, peccent mortaliter, etiamsi accedant ex rationabili causa? S. C. die 26 Nov. 1682. ut habetur apud *Monacell. t.* 1. *Append. p.* 436. respondit, non licere sine licentia Episcopi. Et idem habetur in bulla *Gravissimo*, edita die 31 Octob. 1749 a *Bened. XIV* in qua refertur vetitum fuisse regularibus a S. C. accedere sine licentia Episc. ad monasteria monialium, nec etiam ipsis subjecta. His autem positis videtur hodie regula-

; (quidquid alia decreta prius statue-ıt, quæ in desuetudinem abierunt) ite posse accedere toties quoties ad col-quendum cum monialibus ex licentia ıiscopi.

Hæc præscripta sunt de jure commu-; in omnibus autem fere diœcesibus, signanter in Neapolitana adest casus servatus cum excommunicatione *in lo-:entes sine Archiepiscopi, vel Vicarii)nialium licentia cum monialibus in mo-steriis etiam exemptis, vel cum aliqua t aliquibus earum, etiamsi sit conversa, t novitia, sive educationis, sive alterius ; causa ibid. commoretur, conjunctis primo vel secundo consanguinitatis gra-dumtaxat exceptis. Declarantes, quod i facultatem obtinuerit loquendi cum :qua prædictarum, non possit data opera ex professo cum aliis loqui. Insuper :communicantur) ii præsertim qui cum aliqua ex prædictis aut coram ipsis, tam)masteriis, quam conservatoriis, seu col-;iis commorantibus, de rebus obscœnis r verba aut actus impudicos præsentes erint, absentes vero per litteras aut in-nuntios. Necnon viri aut mulieres, sive tra sive extra monasterii vel conservatorii :t collegii septa, qui prædictas litteras l mandata detulerint.*

233. — Dubit. 1. An in tali prohibi-)ne vetetur solus accessus sine collo-.tione? Affirmant *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. 112. *et Bon. de claus. d.* 3. *p.* 1. *n.* 3. *m Nav. et Rodr.* Hinc dicunt prohiberi cessum ad monasterium, etiam ad ins-ciendas moniales. Sed probabilius *de lex. c.* 7. § 10. *q.* 1. *ex Januar. et rdan.*, dicit vetari accessum formalem, ilicet cum effectu; unde accessus pro-bitus duo importat copulative, nempe :cedere ad locum, et colloqui; sic enim are colligitur ex *cit. c. Definimus*, in ıo simultanee prohibetur *aditus ad ıllocutionem;* et ex decr. mox supra re-.tis editis de mandato *Sixti V.* et *rb. VIII.* ubi semper fit mentio copu-.tive de accessu et colloquio.

Hinc probabiliter dicunt *Diana p.* 3. ' 2. *r.* 48. *de Alex. l. c. cum Lez. amb. et Januar.* et consentit idem *Bon. c. n.* 2. *cum Graff. et Homob.* (*contra !eroll. et Pasqual.*) per se loquendo, non ;se vetitum colloqui cum monialibus domo propinqua, quia deficit accessus; .cut nec etiam scribere, ut *Bon. d.* 3. 2. *n.* 5. *Mazz. t.* 3. *p.* 534. *et de Alex.)id. cum Barbos. Riccio, Tamb. Januar. t aliis.* Sic etiam non prohibetur colloqui per nuntium transmissum, *Bonac. p.* 1. *n.* 2. *cum Graff. et Homob. ac Mazzot. loc. cit. cum Quarti, Januar. et Diana.* Dixi *per se loquendo*, nam juxta casum reser-vatum Neapoli, ut bene notant *Ciera d.* 6. *n.* 26. et idem *Mazz. p.* 523. *v. Not.* 1., incurrunt excommunicationem etiam qui colloquuntur e domibus propinquis, et etiam qui loquuntur cum moniali nihil respondente; ibi enim excommunicantur non solum colloquentes, sed simpliciter *loquentes;* item omnes *absentes*, qui cum moniali, vel alia degente in monasterio, vel conservatorio, *de rebus obscœnis ege-rint per litteras, aut internuntios.*

234. — Dubit. 2. An loquentes per nutus aut signa non obscœna, incurrant casum reservatum? Affirmant *Mazzotta t.* 3. *p.* 534. *cum Quarti, Januar. Graff. et Baucio*, quia conceptus bene alteri manifestantur tam verbis quam signis. Sed merito probabile putat oppositum ipse *Mazzotta cum Pelliz. Tambur. et Diana*, nam locutio per signa non est proprie locutio; prohibitiones autem tanquam odiosæ stricte sunt intelligendæ.

235. — Dubit. 3. An sit peccatum mortale semel colloqui cum Moniali? Loquendo de jure communi, *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 16. *n.* 120. *cum Nav.*, censet, quod etiam frequenter, et sine justa causa cum monialibus colloquentes non peccant mortaliter, nisi ipsi post moni-tionem Episcopi non desistant. At dicunt *Bon. de claus. q.* 3. *p.* 3. *num.* 1. *et de Alex. c.* 7. § 10. *q.* 2. *cum Miranda, Rodr. et aliis*, ex decreto S. C. 1 Jul. 1606. quod hujusmodi monasteria frequentantes, licet non incurrant pœnas nisi post mo-nitionem Episcopi, tamen non excusantur a mortali, quia in decreto S. C. conc. (edito ut supra jussu *Sixti V.*) imponitur pœna valde gravis, quæ non solet imponi nisi pro gravi culpa. Sed huic responderi potest, id ibi dispositum esse tantum circa regulares. Loquendo vero de casu reservato in nostra diœcesi, nulli dubium quin peccet mortaliter qui adhuc semel per tempus notabile loquitur cum mo-niali, ut bene aiunt *Mazzot. p.* 343. *et Ciera dist.* 55. *n.* 9. *cum Januar. et Quarti* : ibi enim non frequentatio, sed sola locutio vetita est.

236. — Dubit. 4. An in hujusmodi locutione detur parvitas materiæ? Negat *de Alexand. c.* 7. § 10. *qu.* 3., idque probat ex decr S. C. edito 1 Maji 1669. approbato ab *Innoc. IX.* ubi : *S. Congreg. conc. Trid. habita notitia quod nonnulli*

regulares absque licentia crates monialium adire et frequentare non dubitent, prætendentes non esse prohibitum per breve tempus etiam ad quadrantem horæ cum dimidio, moniales alloqui; ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans ac damnans, declaravit regulares qui ad monasteria monialium, quamvis ipsis regularibus subjecta, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum monialibus, peccare mortaliter, eosque pœna excommunicationis, privationis vocis activæ et passivæ, aliisque statutis pœnis posse ab Ordinario tanquam Sedis apostolicæ delegato coerceri. Ex verbis igitur illis, *per quodcumque modicum temporis*, infert *de Alexandro*, non dari parvitatem materiæ in tali collocutione.

Affirmant tamen communiter *Bon. de claus. q.* 3. *p.* 3. *n.* 1. *Diana p.* 3. *tr.* 2. *r* 48. *v. Nota* 6. *Mazz. p.* 534. *cum Quarti, Veric. et Tamb. ac Ciera d.* 6. *n.* 9. *(cum Januar.)* qui ait parvitatem materiæ ab omnibus in hoc admitti debere : et merito, nam adhuc in præceptis divinis datur materiæ parvitas, quæ excusat a mortali, nisi (ut communiter DD. tradunt) in qualibet parva materia reperiatur tota malitia culpæ, ut est in perjurio, re venerea et simonia. Discrepant vero AA. in assignando, qualis sit in tali collocutione parva materia. *Ciera l. c. cum Januar.* censet esse pauca verba, quæ *Merolla ib.* putat esse decem verba. *Diana* autem, *et Mazz.* putant esse spatium unius *Miserere*, et aliquid amplius. Demum *Quarti, et Vericelli apud Mazz.* dicunt esse unum quadrantem. Neque videtur (ut putat *de Alex.*) in decreto *Clem. IX.* reprobatam fuisse hanc opinionem; licet enim prohibeatur collocutio per quodcumque modicum spatium, id tamen declaratum est tantum de regularibus, quibus utique valde strictius. vetita est collocutio cum monialibus. Nec etiam ibi omnino videtur, ut censet *Ciera*, rejectam esse opinionem *Quarti*, nempe quadrantem esse materiam parvam : nam ibi verius non fuit damnata, nisi opinio de quadrante cum dimidio, verbis illis : *Prætendentes non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio.* Propositio copulative damnata est, scilicet, quod sit breve tempus, etiamsi extendatur ad quadrantem cum dimidio. Si quis autem multoties per plurimos dies colloqueretur cum aliqua moniali per aliquod tempus continuatum, etiam per se non notabile, difficulter eum excusarem a mortali, et ab excommunicatione : quia tales collocutiones, licet non physice, moraliter tamen conjungi videntur.

237. — Dubit. 5. An liceat colloqui cum moniali ob necessitatem, vel utilitatem spiritualem sine licentia? Affirmant *Diana p.* 3. *tr.* 2. *r.* 104. *et Lez. Januar. Peyrin. Bord. etc. ap. Mazz. p.* 534. quia non præsumitur prælatus velle impedire spiritualem monialium profectum; sicut enim taliter loquens potest colloqui cum excommunicato, ita cum Moniali. Sed negat *Ciera d.* 6. *n.* 8. et illi omnino ipse adhæreo; nam si aliis permitteretur loqui cum monialibus propter hanc causam boni spiritualis sine licentia, id noceret bono communi, cum facile plurimi hallucinarentur, et ideo bonum commune præferri debet privato. Præterquam quod in nostro casu vix unquam cessat adæquate (nec etiam in particulari) finis prohibitionis, eo quod de facili in tali collocutione subest periculum, quod inter se loquens et monialis aliquo affectu capiantur, et ipsorum conversatio ex spirituali deveniat carnalis. Hinc recte decrevit S. Congr. die 26 Novembris 1632. (ut refert *Bened. XIV de Synodo l.* 13. *c.* 12. *n.* 23.) nullam quamvis honestam et rationabilem causam a gravi culpa excusare regularem, qui colloquitur cum moniali.

238. — Dubit. 6. An liceat sine licentia loqui cum abbatissa? Affirmant *Diana p.* 5. *tr.* 2. *r.* 49. *v. Not.* 3. *et p.* 10. *tr.* 14. *r.* 49. *cum Vivald. et Zambello, Pelliz. c.* 5. *n.* 208. *Mazz. p.* 536. item *Lez. Tamb. et Januar. ap. de Alex. c.* 7. §. 10. *q.* 5. ac adhæret *Felix Potesta p. n.* 1477., quia nomine monachorum non venit abbas, ut censet Glossa in *c. fin. de Simonia*, et ibi *Panorm. ac Carden. ap. Dian. l. c.* Negant vero *de Alex. l. c. cum Megala, Calderin. et Rotæ Rom. ac Ciera. d.* 6. *n.* 11. *cum Graff. et Meroll.* Ratio, tum quia prædicta prohibitio non est odiosa, sed potius est favorabilis, cum ipsa valde prosit spirituali profectui monialium; tum quia in decreto S. C. edito jussu *Sixti V.* relato *n.* 232. *v. Circa autem*, vetatur locutio non solum cum monialibus, sed cum qualibet persona intra claustra degente, et in constitut. *Alex. VII. Sacrosancti (ap. de Alex. d. qu.* 5.) prohibetur hujusmodi allocutio etiam cum *Abbatissis, Priorissis, etc.* Sed his

on obstantibus non audeo improbare rimam sententiam præsertim quia bbatissæ ut plurimum eliguntur ex mioribus et prudentioribus, ipsæque equentiorem necessitatem habent raone officii tractandi cum extraneis. Ad ecretum autem *Alexandri* respondet *otesta l. c.* illud fuisse particulare pro rbe Roma, forte ob peculiares causas i emergentes. Præterquam quod respectu Urbis, ibi expressum est comprendi etiam Abbatissas. Si igitur Pontfex, ubi voluit eas comprehendi, illas xpressit, ergo ubi non exprimuntur, dentur non comprehendi, alias non it opus eas exprimere.

239. — Dubit. 7. Quinam eximantur hac prohibitione? Eximuntur. 1. njuncti in primo et secundo gradu nsanguinitatis, ut exprimitur in casu eapoli reservato. Putat autem *Ciera d. n.* 5. eximi etiam qui sunt consanuinei in secundo et tertio gradu, quia favorabilibus lata facienda est interetatio. Sed huic opinioni non acquiesco, ım qui est in secundo et tertio, revera n potest dici esse in secundo; ille ım secundus gradus computatur in oniali respectu ad stipitem, respectu ro ad colloquentem reipsa est in rtio, juxta regulam a nemine dubitam, nempe consanguineos tot gradus stare inter se, quot gradibus remotior stat a stipite. Eximuntur 2. qui gravi etu ducti, honeste alloquuntur moniaS, quia in tali discrimine lex ecclestica non obligat; est commune, vide *era n.* 20. Eximuntur 3. pauperes et iblice quæstuantes, ex usu et ex tacita entia superiorum. Et sic etiam famuli ferentes dona, breviterque se expeentes; *de Alex. c.* 7. §. 10. *q.* 14. *et azz. q.* 534. *cum Pelliz.*

240. — Dubit. 8. An pueri impuberes imantur a prohibitione loquendi cum onialibus? Nulli dubium quin ipsi, essent doli capaces, si talem collocunem frequentarent, non excusarentur peccato, cum prohibitio in *cap. Mosteria, de vita, et honest. cler.* omnes mprehendat. An autem in illis diœcebus, in quibus collocutio prohibetur b excommunicatione Ordinario reserta, impuberes ab ea excusentur? Net *Graff.*; sed verius affirmat *de Alex. p.* 7. § 10. *q.* 9. *cum. Bon. Diana, et aliis, Pueris. c. de delict. puer.* ubi dicuntur eri non esse puniendi sicut puberes. t hoc certum est in diœc. Neapolitana, ubi pueri minores 14 ann. expresse eximuntur a casibus reservatis.

241. — Dubit. 9. An regulares colloquentes cum monialibus incurrant excommunicationem reservatam latam ab Episcopo? Adsunt quatuor sententiæ:

Prima absolute negat cum *Diana, Lez. Quarti, et Merolla ap. Ciera d.* 6. *n.* 24., quia, licet Episcopi circa clausuram monialium ex Trid. *sess.* 25 *c.* 55. *c.* 5. procedant ut delegati Sedis apostolicæ: tamen ibi nulla fit mentio facultatis ferendi censuras contra Religiosos.

Secunda sententia omnino opposita, quam tenent *Navarr. Graff. et Campanil. ap. Barbos. all.* 102. *n.* 73. et cui adhæret *Ciera n.* 26. dicit omnes regulares, etiam speciali privilegio donatos, incurrere excommunicationem latam ab Episcopo.

Tertia sententia, quam tenent *Januar. Duard. Fagund. et Riccius ap. eumd. Ciera n.* 25. distinguit et dicit non incurrere, si monasteria sint Episcopo subjecta, quia cum in illis Episcopus procedat jurisdictione ordinaria, ei non subduntur regulares, secus vero si sint exempta, quia in his Episcopi procedunt ut Papæ delegati.

Quarta sententia demum communior, cui magis adhæreo, et tenent *Sanc. de matrim. l.* 7. *d.* 33. *n.* 23. *Barbos. all.* 103. *n.* 73. *Bon. de claus. q.* 3. *p.* 4. *n.* 8. *Fagnan. l.* 4. *in c. Quanta, de priv. n.* 9. *et de Alex. c.* 7. § 10. *q.* 12. cum decr. S. C. 9. Apr. anno 1583. aliter distinguit et ait, quod regulares si habeant speciale privilegium, quod non possint excommunicari aut suspendi ab Episcopis (prout habent Mendicantes ex *Compend. privileg. v. Exemptio, n.* 9. 23. *et* 24. et Religiosi Soc. Jesu ex bulla *Pauli III.* anno 1549.) hi non incurrunt excommunicationem ab Episcopo latam; secus vero, si tali privilegio careant. Idque probatur ex bulla *Inscrutabile*, edita 5 Febr. 1522. a *Greg. XV.* ubi sic dictum fuit: *Ad hæc tam sæculares quam regulares nullis privilegiis et exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, aut circa administrationem bonorum monasteriorum monialium etiam regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis apostolicæ delegato, quoties et quando opus fuerit, puniri et corrigi valeant.* Unde infertur quod regulares speciali privilegio non muniti, bene incurrunt excommunicationem latam ab Episcopo in colloquentes cum

monialibus, sive monasterium sit exemptum, sive subjectum Episcopo; quia etiam in hoc Episcopus procedit contra regulares tamquam delegatus Sedis apostolicæ, alias in eos nullam haberet jurisdictionem puniendi et corrigendi; sicut habere dicitur in bulla. Secus vero dicendum de regularibus speciali privilegio gaudentibus; tale enim privilegium hoc importare debet, ut contra eos Episcopus non etiam ut delegatus Sedis apostolicæ possit procedere, quia, cum regulares ordinarie in aliis sint exempti a jurisdictione Episcopi, quando contra eos Episcopus procedit, semper ut delegatus procedere debet. Hoc tamen intelligendum, si privilegium post bullam *Gregorii* sit concessum, non vero si ante; dum in bulla dicitur, *nullis privilegiis et exemptionibus tueri se possent, etc.*

242. — Dubit. 10. An peregrini colloquentes cum monialibus in aliena diœcesi incurrant excommunicationem ibi reservatam? Adsunt tres sententiæ:

Prima sententia absolute affirmat, et hanc tenent omnes Auctores citati *l.* 4. *n.* 332. *in fine*, qui dicunt peregrinum etiam ad breve tempus commorantem in aliquo loco, fieri illius Ordinarii subditum. Eamdem sententiam tenent *de Alex.* c. 7 § 10. *q.* 10. *et Ciera d.* 6. *n.* 31. sed aliis rationibus ducti, quæ meo judicio non suadent.

Secunda sententia vero, quam tenent *Januar. de casib. reservat. res.* 34. *n.* 24. *et Donatus in Praxi t.* 4. *de access. ad monial. tr.* 6. *q.* 22. *n.* 8., dicit comprehendi peregrinos, si monasteria sint exempta, quia in his Episcopi ex Trid. *sess.* 25. *c.* 5. procedunt ut Papæ delegati, unde ipsi etiam peregrini subjiciuntur. Secus si monasteria sint Episcopo subjecta, quia ex eodem Trid. in illis Episcopus procedit jurisdictione ordinaria, cui non subsunt peregrini per breve tempus commorantes, ut tenet probabilior sententia, juxta dicta *l.* 1. *de legibus n.* 156.

Tertia sententia vero, quam tenent *Pelliz. Diana, et alii ap. Mazz.* p. 536., qui non reprobat, dicit peregrinos brevi alicubi commorantes non incurrere excommunicationem latam ab Episcopo loci; sive monasterium sit ei subjectum, sive exemptum, propter rationem supra allatam, quia peregrini non tenentur legibus loci. Nec obstare dicunt quod ex Trident. Episcopi circa clausuram monasteriorum exemptorum procedant ut Papæ delegati; nam hoc habent tantum in ordine ad restitutionem et conservationem clausuræ, ad quam non pertinet simplex locutio. Sed huic responso merito contradicunt *Januar de casib. reserv. res.* 34 *n.* 19. *et Fag. l.* 5. *in c. Quanto, de privil. n.* 15. *et* 16., quia accessus ad colloquendum, juxta sensum doctorum, spectat ad clausuram, idque colligitur ex *c. Periculoso* 1. *de statu regul.* (renovato a Trid. *sess.* 25. *c.* 5.) ubi dicitur: *Nullique ingressus, vel accessus pateat ad easdem, ut sic a publicis et mundanis conspectibus separatæ omnino servire Deo valeant liberius, et lasciviendi opportunitate sublata, eidem corda et corpora in omni sanctimonia diligentius custodire.* Ergo non solum ingressus, sed etiam accessus prohibitio pertinet ad clausuram, dum etiam accessus præbet monialibus lasciviendi opportunitatem, eisque obstat ne corda Deo diligentius custodiant. Et ideo Episcopi in monasteriis exemptis procedunt ut Papæ delegati, quia ut tales sunt destinati a Trident. circa clausuram monialium, prout declaravit S. C. *ap. Fagnan. l. c. n.* 31. His tamen non obstantibus, vide mox dicenda in fine numeri sequentis *v. Sed quidquid.*

Dubit. 11. An Episcopi colloquentes cum monialibus in aliena diœcisi incurrant excommunicationem latam ab Ordinatio loci? Non videtur dubitandum, quia ex *c. Periculoso, de statu regul. in* 6., etiam Episcopi prohibentur a colloquendo cum monialibus extra suam diœcesim, vel intra cum exemptis, dum ibi dicitur *nullique ingressus, vel accessus pateat ad easdem.* Nullibi enim habetur quod Episcopi, aut etiam Cardinales, sint exempti a communibus legibus, ut docet *Bon. de leg. d.* 1. *q.* 1. *p.* 6. *n.* 35., cum Rot. Rom. et aliis; et hoc dicit cum *Ugolin.* procedere etiam in odiosis. Quoad excommunicationem vero *Mazz. t.* 3. *p.* 534. *in fin., et Dian. ac Graff. ap. de Alexand. c.* 7. § 10. *q.* 6., negant Episcopos eam incurrere, quia lex non ligat æqualem, ex *c. Cum inferior, de major. et obed.* Sed affirmat *de Alex. l. c. cum aliis*, quia Episcopi in alieno territorio censentur privatæ personæ, ex *Panorm. Hostiensi et aliis*; unde ipsi subjiciuntur ac alii eisdem pœnis; et sic *de Alexand.* refert decisum a S. C. *ap. Navarr.*, die 20 Maji 1619.

243. — Sed quidquid dixerint doctores præfati, hodie concludendum, tam exteros, quam Episcopos peccare quidem accedendo ad colloquendum cum mo-

ialibus existentibus in aliena diœcesi, ·d non incurrere excommunicationem: am in bulla *Gravissimo Bened. XIV*. lita die 31 Octobr. 1749, dicitur, quod m Episcopi, quam exteri sunt quidem ıbjecti constitutionibus Ordinarii loci uoad auctoritatem directivam, non vero uoad coactivam; quapropter, licet pec- ent, non tamen pœnas incurrunt, quia piscopi et externi non subjiciuntur ıctoritati ordinariæ Episcoporum; *um vero* (verba bullæ) *iidem ordinariæ piscoporum jurisdictioni minime subsint, leoque sint immunes a pœnis*. Ratio iippe est, quia etsi Episcopi sint dele- ıti apostolici circa clausuram monia- um; eorum tamen jurisdictio est ordi- ıria, tamquam perpetuo annexa epis- ›pali officio, juxta dicta *l.* 6 (v). *n.* 594.

DISSERTATIO

ıper censuris circa Immaculatam B. V Mariæ Conceptionem.

244. — Ante omnia operæ pretium ıt recensere diversas bullas a summis ontificibus super hac materia emana- s.

Et I. *Sixtus IV*. in sua Extrav. *Cum ·æcelsa*, quæ habetur, in 6. *Decretal. xtrav. cum de reliq. et vener.* SS. sic ait: *um præcelsa meritorum insignia, quibus egina cœlorum Virgo Dei genitrix... utpote a misericordiæ: mater gratiæ et pietatis nica humani generis, consolatrix, pro sa- te fidelium, qui delictorum onere gra- ıntur, sedula oratrix et pervigil, ad Re- ım quem genuit, intercedit, debitum re- ıtamus universos Christi fideles, ut om- ipotenti Deo de ipsius immaculatæ Virgi- is mira conceptione gratias et laudes rege- ınt, et institutas propterea in Dei Eccle- a missas, et alia divina officia, dicant et lis intersint etc.* Inde S. Pontifex eis, ui missam et officium hujusmodi in die ›stivitatis Conceptionis Mariæ, et per ctavam dicunt, et illis intersunt, eam- em indulgentiam impertitur, quam lu- rantur in festo Corporis Christi. Idem ontifex in sequenti Extrav. *Grave ni- ıis, eodem tit.* edita ann. 1483. excom- ıunicationem ipso facto imposuit asse- entibus in concionibus, vel alias quo- ıodolibet, esse hæreticos, vel graviter ıeccare, qui tenent B. V Mariam præ- ervatam fuisse a peccato originali, vel ;ui celebrant officium conceptionis, vel udiunt de hac conciones. Et pariter ibi ·xcommunicantur qui pro veris tenent, vel legunt libros idem, ut supra, asse- rentes. E converso etiam ibi excommu- nicantur qui dicunt esse hæreticos, vel peccare graviter tenentes oppositam sententiam.

II. S. *Pius V*. in sua bulla 114 edita ann. 1570. incipiente, *Super speculum*, statuit: *Quatenus nemo cujusque ordinis, gradus, etc. in popularibus concionibus, vel ubicumque promissa virorum, et mulie- rum multitudo convenire solet, de hujus controversiæ alterutra parte disputare, ra- tionibus vel DD. auctoritate asserendo propriam sententiam, et contrariam refel- lendo, aut impugnando, vel de hac quæs- tione... vulgari sermone scribere, vulgari sermone scribere, vel dictare, præsumat. Qui contra fecerit suspensionis pœnam a Divinis ipso jure incurrat, si fuerit in Sa- cris constitutus, et quocumque gradu, di- gnitate et administratione sit ipso facto privatus, et ad eadem vel similia munera obtinenda vel obeunda perpetuo inhabili- tatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius; super quibus nisi a Romano Pontifice dis- pensari, aut absolvi non possit.* Cæterum additum fuit: *Liceat doctis in publicis academiæ disputationibus, ubi intersunt qui rem capere possunt, nec scandali su- best occasio, de illa quæstione disserere; dum tamen neutra veluti erronea prædi- cetur* Insuper S. *Pius V*. in festo Con- ceptionis B. V. mandavit recitari officium de Nativitate, mutato verbo *Nativitatis* in aliud *Conceptionis*.

III. *Paulus V* in sua bulla 97 emanata anno 1616, (ut refert illustriss. Episco- pus *Torni in Adnot. ad Estium l.* 2. *dist.* 3. § 2.) interdicit sub pœna suspensio- nis, et aliis contentis in bulla S. *Pii V*. mandavit, ne *audeant cujusque condi- tionis*, etc. *personæ, in publicis lectioni- bus, concionibus, conclusionibus, aliisque actibus publicis asserere B. Virginem in peccato originali conceptam fuisse*. Ulte- rius idem S. Pontifex mandavit sub eisdem censuris et pœnis, *quod negativam opinionem, videl. quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publi- cis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant seu tractent*.

IV *Greg. XV* in sua bulla 29 edita anno 1622, quam refert *Bonac. t.* 3. *disp.* 3. *de susp. quæst.* 6. *p.* 4. *n.* 2. prohibi- tionem extendit, et mandavit omnibus sub eisdem pœnis, ut supra, *ut neque etiam in sermonibus, et scripturis audeant asserere, quod beatissima Virgo fuerit*

concepta cum peccato originali : nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere seu tractare. Per hoc tamen Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei prorsus præjudicium inferre, etc. Tantum autem ab hoc Pontifice indultum fuit Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut in privatis colloquiis seu conferentiis inter se dumtaxat, et non alios, possint de opinione affirmativa disserere, sine ulla censura.

V Demum accessit constitutio *Alexand. VII. Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, edita ann. 1661. (quam refert illustriss. *Torni in Adnot, ut supra. loc. c.*) ubi S. Pontifex sic incipit loqui : *Vetus est Christi fidelium erga ejus beatiss. Matrem Virginem Mariam pietas sententium ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia, et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium et celebrantium. Crevitque eorum, atque hujusmodi cultus post editas a fel. rec. Sixto IV prædecessore nostro in ejus commendatione apostolicas constitutiones, quas S. concilium Trid. innovat.* Deinde addit : *Aucta rursus, et propagata fuit pietas hæc, et cultus erga Deiparam.,. ita ut accedentibus quoque plerisque celebrioribus academiis ad hanc sententiam, jam fere omnes catholici eam complectantur.* Deinde prosequitur ac Decreta Sixti IV. Pauli V. et Gregor. XV edita in favorem sententiæ asserentis animam B. M. Virginis in sui creatione, et in corpus infusione Spiritus sancti gratia donatam, et a peccato originali præservatam fuisse, necnon et in favorem festi, et cultus Concept. ejusdem Virg. Deiparæ secundum piam istam sententiam exhibiti, innovat, et sub pœnis, et censuris in eisdem constitutionibus contentis observari mandat. Insuper omnes, qui præfatas constitutiones ita pergent interpretari, ut favorem dictæ sententiæ, et festi, et cultus secundum illam exhibiti, frustrentur, vel qui hanc eamdem sententiam, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe, vel indirecte, quovis prætextu, scripto, seu voce loqui, concionari, tractari, contra ea quidquam determinando aut asserendo, vel contra ea argumenta afferendo, et insoluta relinquendo, aut alia quovis excogitabili modo disserendo ausi fuerint, præter pœnas in constitut. *Sixti IV* contentas, concionandi, et publice docendi facultate, nec non voce activa et passiva in quibusvis electionibus ipso facto Pontifex privat. Idem *Alex. VII.* libros, in quibus præfata sententia, festumque seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra eam quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, et disputationes contra eam continentur, post *Pauli V.* decreta edita, aut in posterum quomodolibet edenda prohibet sub pœnis, et censuris in indice librorum prohibitorum contentis, atque ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi mandavit.

245. — Hinc cum *Bon. t. 3. disp. 3. de suspens. q. 6. p. 4.* inferuntur sequentia : et I. Incurrit pœnas inflictas qui diceret defendi posse sententiam affirmativam, scilicet quod Conceptio B. V. fuerit maculata ; vel qui rationes ad eam probandam adduceret, nisi eas produxerit ad illis respondendum, quia hoc non esset agere de sententia affirmativa, sed de pia sententia opposita, ut ejus veritas magis eluceret, ut fusius mox explicabimus.

246. — Infertur II. Pœnas etiam incurrit, qui asserit festum Conceptionis celebrari, quia B. Virgo sanctificata fuit in utero Matris, nam hoc pacto (recte ait *Bon.*) satis aperte assereret per consequentiam necessariam, Deiparam fuisse in peccato conceptam, et inde sanctificatam ; sanctificatio enim necessario privationem sanctitatis supponit. Tanto magis, quod *Greg. XV.* mandavit in missa, et officio non alio, quam Conceptionis vocabulo fideles uti debere. Insuper *Alexander VII.* in præcitata bulla expresse prohibuit frustrari, aut interpretari, vel in dubium revocari ex quoquo modo directe, vel indirecte quovis prætextu favores per dictas bullas præstitos piæ sententiæ, et festo secundum eam exhibito. Quinam autem esset favor præstitus sententiæ piæ, si Concept. nomine posset accipi sanctificatio B. V. in alio instanti, quam in primo suæ Conceptionis ? Et quamvis alias impropriissime acciperetur Conceptio pro sanctificatione ; nam ita etiam S. Jo. Baptista et Jeremias possent dici sancte concepti ; attamen hæc etiam impropria interpretatio vetita certe fuit ab *Alex. VII.* in sua const. ut dixi, sub pœnis ibi contentis.

!47. — Infertur III. Pariter incurrit ι transcribit sententiam affirmativam, indicet ipsum sectari eam; esset hoc m saltem de illa agere. Infertur IV. ansgrediens ipso facto incurrit susnsionem a Divinis, et etiam (ut proɔilius tenet *Bon.* contra alios) incurrit ıabilitatem ad officia. Recte vero dicit n incurrere privationem dignitatum, nisi post sententiam judicis. Infer-V. Pœnæ supradictæ non solum in-'runtur a constitutis in Sacris, ut escribit *S. Pius V.*, sed etiam ab omıus sive ecclesiasticis, sive sæculari-;, ut extendit *Paulus V et Greg. XV* ertur VI. Ab his pœnis solus pontifex ›olvere potest; et Episcopus, quando ictum est occultum.

.48. — Quoad tuentes autem sentenn Conceptionis immaculatæ, vetatur .dem eis sub eisdem pœnis sententiam ɔositam censurare, et piam sententiam erere tanquam dogma fidei. Non auı prohibetur eam rationibus, et auctoıtibus probare; nam licet *S. Pius V* sua bulla prohibuerit in popularibus .cionibus disputare de alterutra parte us controversiæ, rationibus, vel DD. :toritatibus propriam sententiam assedo, et contrariam refellendo; et insu-' *Paulus V.* in alia bulla relata *n.* III. ndaverit iis qui piam sententiam tuen-, ut aliam opinionem in publicis acti-› non impugnent, nec de ea aliquo do agant, seu tractent, quibus verbis entur hi Pontifices prohibuisse adhuc futare fundamenta sententiæ opposiattamen dicendum, vel quod prætæ bullæ quoad hoc non sint usu retæ, vel quod laudati Pontifices intelerint loqui tantum de iis, qui pro pia tentia contendunt, ac si de *dogmatiesset*, juxta verba quæ *S. Pius* subdit dicta bulla; vel quod vetaverint tanı directe contrariam sententiam impuıre, non autem indirecte argumenta rendo; vel tandem omnino dicendum, dem bullas super hoc puncto modeas fuisse ab ultima bulla *Alexandri VII.* aperte permittitur argumenta solvere ıtrariæ sententiæ.

49. — Quamvis igitur non liceat piam tentiam ut dogma fidei defendere, liciı tamen nobis procul dubio est, eam am et communem asserere cum *Salnt. tract.* 20. c. 9. *n.* 12. *Abelly in sua l. Theolog. tract. de Incar. cap.* 7. :. 3. Imo eam vocare moraliter certam proxime definibilem de fide, ut tenent *Viva in q. Prod. ad Trutin.* et in suo *Cursu theolog. schol. part.* 8. *p.* 8. *disp.* 1. *q.* 2. *n.* 7. cum *Velasq. et Sifilino*; ut etiam sentiunt *Raynaudus in sua Pietate, Auct. Coronæ Virginæ, Prop.* 102. *Platellius part.* 2. *num.* 353. *Fronc. Peyrin. in sua theol. Edmundus Simonet in suis Instit. theol. t.* 1. *p.* 353. *Cardin. Everardus in suo Exam. theol. Lossada in sua Disc. Theolog. super defin. Immac. Concept.* Idem tenet *Duvallius* 1. 2. *quæst. ult. de peccatis*, ubi sic concludit : *Satius puto dicere opinionem nostram esse in apice certitudinis theologicæ; nihilque ei pro fidei assensu, præter expressam Ecclesiæ definitionem, de esse.*

250. — Tot igitur auctoritatibus munitus idem ego ut minimus assero, et breviter hic probabo. Protestor quidem nullatenus me recedere velle a pontificiis decretis, quibus obediens subscribo, sed tantum in meæ Reginæ obsequium hic rationes promovere sententiæ piæ ad mentem alicujus dilucidandam, qui contrarium sentiret. Etenim reapse mihi videtur pia sententia, licet usque adhuc non sit de fide declarata, esse hodie luce meridiana clarior.

251. — Omitto eam probare revelationibus, quas alii afferunt. Scriptum enim invenitur, beatam Virginem sic revelasse S. Brigittæ *l.* 6. *c.* 12. *t.* 2. *Omne peccatum Adæ segregatum fuit a me. Et c.* 49. *Et veritas est, quod ego concepta fuerim sine peccato originali. Et c.* 45. *Sed scito, quod Conceptio mea non omnibus nota fuerit; sic placuit Deo, quod amici sui pie dubitarent de Conceptione mea, et quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas clauresceret in tempore opportuno.* Aliam affert *Caramuel* revelationem factam a D. Th. Aquinate Ven. Dominico a Jesu Maria Generali Carmelitarum Excalceatorum, nempe revelatum eidem fuisse, quod futurum esset concilium, quo immaculata Deiparæ Conceptio definiretur. Hanc autem revelationem asserunt *Suar.* et *Vasq.* qui *disp.* 179. *in* 3. *p. n.* 78. contra eos qui prædictas revelationes tanquam somnia fœminarum super hoc puncto contemnunt, sic subdit: *Revelationes figmenta mulierculárum appellare, revera temeritate non vacat.* Et paulo ante dixerat : *Bonaventura cautius de revelationibus sui temporis locutus est, non audens reprehendere celebrantes hujusmodi festum propter factas revelationes. Petrus Canisius* ita quoque scripsit : *Neque tamen aspernemur, si quæ extent revelationes, quæ bo-*

norum fidem merentur, et Conceptionis doctrinam confirmant, cum scriptum esse sciamus : Spiritum nolite extinguere. Thess. 3.

252. — Cæterum piæ sententiæ certitudinem illius fautores non jam intendunt ex his revelationibus vindicare ; firmiora adsunt argumenta ad eam probandam, ut exhinc breviter exponam. Probatur I. ex Scriptura, et præsertim ex illo (*Cant.* 4.) : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Hic autem textus litteraliter intelligitur de B. Virgine, et eo *S. Idelph.* ac *D. Th.* 3. *p. q.*27. art. 4. probant immunitatem Deiparæ ab omni culpa actuali. Si ergo ex hoc textu probatur B. Mariam nullam incurrisse actualem culpam, ex eodem etiam probatur nullam incurrisse culpam originalem, alias non esset tota pulchra. Hinc dixit Idiota [1] (*in Contempt. B. V.* : *Tota pulchra es, Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, et macula peccati sive mortalis, sive venialis, sive originalis non est in te.* Item quid significat illud : *Ave gratia plena, Dominus tecum,* quod dixit Angelus Mariæ? Quid illud : *Benedicta tu inter mulieres,* quod protulit Elizabeth? Quid illud : *Fecit mihi magna qui potens est,* quod ipsa B. Virgo pronuntiavit? Nisi quod ipsa sola benedicta inter mulieres propter culpam originalem maledictas, inter magna quæ Deus ei contulit, hoc maximum privilegium (utique negatum angelis, et Adamo) obtinuerit : et divina gratia plena, id est nunquam peccati labe inquinata, semper Deo amica, sua gratia fuerit decorata. Hoc enim expressit S. *Aug. Serm.* 11. *in Natal. Dominic.*, super enuntiatis verbis : *Ave gratia plena,* ubi sic S. Doctor dicit : *Quibus ostendit ex integro* (nota hoc *ex integro*) *iram primæ sententiæ exclusam, et plenam benedictionis gratiam restitutam* [2]. Opponunt adversarii illud *Apostol. ad Rom.* 5. *Omnes in Adam peccaverunt.* Sed respondetur, argumentum probare nimis, quia probaret esse de fide, quod B. Virgo maculata fuisset, quod nemo dicit, nec dicere potest. Itaque Scriptura hæc accipienda est cum exceptione B. Mariæ ; in Scriptura enim etiam universaliter asseritur : *Non est homo, qui non peccet. Paralip. l.* 2. *In multis offendimus omnes. Jac.* 3. Et tamen de fide est, ut declaravit *Trid. sess.* 6. *can.* 23. B. Virginem nullam culpam actualem commisisse.

253. Prob. II. ex bullis Pontificum ; *Sixtus* enim IV. in sua bulla : *Cum præcelsa,* ut supra, loquens de Concept. Mariæ, dicit : *De ipsius immaculatæ Virginis mira Conceptione.* Cur mira, nisi immaculata fuisset? Idem Pontifex approbavit officium B. V. *Leonardi de Nogarolis,* ubi non semel nominatur *immaculata Conceptio,* et asseritur, *Virginem per merita Christi prævisa ab omni macula præservatam.* Deinde *Paulus. V* expresse mandavit, ut fideles in missa, et officio hujus festi celebrandi, non alio quam Conceptionis nomine uti debuissent ; ex quo videtur certum, Pontificem præcepisse hoc ad omnem æquivocationem tollendam, ne sub homine Conceptionis, sanctificatio Virginis in utero post primum instans, ut adversarii intelligebant, intelligi posset. Sed maxime urget bulla *Alex. VII.* ut supra enuntiata, qua fuit declaratum ab Ecclesia celebrari festum B. V. non quidem sanctificatæ post primum instans, sed a labe originali in primo instanti suæ Conceptionis secundum piam sententiam præservatæ. Et inde Pontifex prohibet omnem contrariam interpretationem directe vel indirecte quovis prætextu etiam definibilitatis.

254. — Prob. III. ex conciliis. Prætermitto conc. Basileense, in quo decretum fuit piam sententiam esse tenendam. Quamvis quoad hoc concilium aliqui non frustra notant, quod etsi *Eug. IV.* illud exauctoravit, tamen (ut ait *Raynaudus*) concilii decreta, quæ nec ipsum *Eugenium,* nec auctoritatem pontificiam tangebant, rata esse voluerit. In VII. autem synodo generali *act.* 5. sic habetur : *Si quis non confitetur Sanctam semperque V. Mariam proprie ac vere Dei genitricem sublimiorem esse omni visibili et invisibili creatura, anathema sit.* Quomodo B. Virgo posset dici sublimior omnibus creaturis adhuc angelicis si aliquando fœdata fuisset a culpa originali, qua non solum inferior aliquando omnibus angelis, sed omnino gratiæ expers, et Dei inimica extitisset?

255. — Accedit conc. Trid. quod revera noluit piam sententiam de fide ex-

[1] *Doctus Idiota,* cognomen Raymundi Jordani qui ab an. 1380 claruit, juxta, saltem, Guillelmum Cave in sum. aurea, t. IV. col. 854.

[2] Hæc verba reperiuntur, non in serm. 11. in natal. dom. sed 7. nº 2. Series autem illa sermonum evidenter non habet Augustinum auctorem : nihil facilius est quam illud cognoscere per stylum. Pridem ille, 7us nunc, vulgatus fuerat inter sermones Fulgentii. Monent Lovanienses reperiri in manuscriptis aut Fulgentio tributis aut Severiano. In quibusdam tamen non aliud quam Augustini nomen præfert, sed falso.

presse declarare, dum in *sess.* 5. *can.* 5. tantum dixit : *Declarat tamen hæc ipsa S. Syn. non esse suæ intentionis comprehendere in hoc dec. ubi de peccato originali agitur, beatam et immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed observandas esse constitutiones fel. record. Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis constitution. contentis, quas innovat.* Sed hic obiter notandum illud quod testatur *Hieronymus Ormachæa Prolog.* 3. *in Cant.*, nempe ipsummet legisse Romæ totam sessionem Tridentini, ubi de hac quæstione tractum fuit, et fere nullum, qui non esset de familia S. Dominici, contra immaculatæ Conceptionis sententiam suffragium præstitisse. Addit *Lancic. tom.* 1. *Opuscul.* 11. c. 12. *p.* 49. concil. demum conclusisse, ut declararetur B. Virgo concepta fuisse sine peccato originali; sed ob instantissimas preces aliquorum theologorum Sancti Dominici, ut supersederent a decreto usque ad aliud tempus, concilium supersedit.

256. — Quamvis tamen Trident. hoc decr. tunc omiserit emanare, verum in alio canone, quem emisit, certam nostram sententiam reddidit. In canone enim 23. *sess.* 6. sic dixit : *Si quis hominem... dixerit... posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* Ex quo canone certe deducitur Deipara a culpa originali immunis fuisse, nam, ut bene arguit *P. Coninck* in sua Theol. et *Spinellus* in suo aureo libro de B. Virgine, si certum est juxta concil. et de fide, divinam Matrem nullam culpam actualem commisisse, certum consequenter est certitudine theologica, quod ipsa maculam originalem non contraxit. Ratio patet, quia sicut impossibile est, ut qui peccatum originale una cum suo fomite contraxit, expers sit omnis peccati actualis; ita qui nullum peccatum actuale commisit, necessario impossibile est, quod maculam originalem contraxerit, ut docet *S. Aug.* contra *Julian.* ubi ideo Christum Dominum nullum peccatum actuale perpetrasse dixit, quia nullum peccatum contraxit originale.

257. — Prob. IV. ex SS. PP. falsum quippe est dicere omnes Patres esse pro opposita sententia : *Bellarm.* enim *in Controv. de amiss. gratiæ l.* 4. *c.* 15. *et* 16., probabiliter interpretatur Patres, qui contrarium sentire videntur, et plures refert piæ sententiæ faventes, inter quos bene numerari potest S. *Ambros.*, qui scripsit in *Ps.* 118. ad ultimum versum : *Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati*[1]. *S. Ansel. in c.* 12. *ad Cor. Omnes mortui sunt in peccatis sive originalibus, sive voluntate additis, nemine prorsus excepto, dempta Matre Dei*[2]. *S. Petrus Dan. Serm. de Assum. Caro Virginis ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit*[3].

258. — His et aliis accedit sensus communis fidelium; immaculatam enim Concept. testatur *Ægidius a Præsentatione de præserv. virginis q.* 6. *art.* 4., omnes tueri religiosos ordines, et ex eodem ordine S. Dominici, licet sint 92 Scriptores pro contraria, tamen 137 pro pia sententia adsunt, ut quidam Recentior enumerat. *Alex. VII.* in sua bulla, ut supra, declarat hanc sententiam celebriores academias , et catholicos fere omnes complecti. Quo argumento *Petavius t.* 5. *p.* 2. *l.* 14. *c.* 2. *n.* 10., maxime enititur ad illam probandam, et bene convincit, ut ait doctissimus Episcopus *Torni* in *Adnot. ad Estium l. c.* Ex quo enim, nisi ex communi fidelium sensu, hauritur certitudo, quod Deipara, saltem ante nativitatem , fuerit sanctificata? Ex quo certi sumus, quod eadem B. Virgo et anima, et corpore fuerit in cœlo assumpta? Si ergo de his nemo dubitat , quomodo dubitari potest de Conceptione immaculata, quam Fideles omnes tenent, et defendunt?

259. Opponunt adversarii auctoritatem *S. Bernardi*, et *S. Thomæ.* Sed ex eisdem sanctis Doctoribus magis nostra sententia valde firmatur; licet enim S. *Bernardus* in sua *Epist. in Canonicos*

[1] En textus totus : *Veni ergo, et quære ovem tuam jam non per servulos, non per mercenarios, sed per temetipsum. Suscipe me in carne quæ in Adam lapsa est.* (Edit. paris. sola fert, ac non recte juxta omnes : *Non in carne quæ in Adam lapsa est.*) *Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria ; ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. Porta me in cruce quæ salutaris errantibus est, in qua sola est requies fatigatis, in qua sola vivent quicumque moriuntur.*

[2] S. Anselmi omnia opera percurrimus nec invenimus hæc verba, ne opus quidem in c. 12 ad Cor. seu Iæ, seu IIæ, epist.

[3] In verba cantic.: « Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris », orator post diversas explanationes et paraphrases, addit : *In myrrha continentiam, in thure devotionem intellige. Caro enim Virginis, ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit, sed singularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conversa est.* (Serm. L. P. Damiani, xi in patrol.)

Lugdun. invexisset, quod festum Conceptionis Deiparæ celebrassent, monens quod apostolicæ Sedis auctoritatem expectare debuissent (et ibi addidit bene colendum diem Nativitatis, et Assumptionis B. Virginis, quia sic ab Ecclesia jam fuit acceptum) : attamen ex hoc eodem arguitur, ut bene notat *Bellarm. l.* 3. *de Cult. SS. c.* 16., quod si sanctus *Bernardus* nunc videret festum Conceptionis immaculatæ ex auctoritate Romanæ Ecclesiæ celebrari, ipse quoque libentissime celebraret.

260. — Quod autem ad doctrinam *S. Thomæ*, revera adhuc incertum est, de qua sententia fuerit S. Doctor ; quamvis enim in *Summa* aliud sensisse videatur, tamen in pluribus locis, præsertim in *Epist. ad Gal. c.* 3. *lect.* 6. clare Conceptionem Virginis immaculatam fuisse censet, ubi scribit : *Mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ a peccato omnino immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima, et omni laude dignissima, Virgo Maria.* Clarius in 1. *Sententiarum dist.* 44. *art.* 3. *ad* 3. sic scripsit : *Dicendum, quod puritas intenditur per recessum a contrario : et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse possit in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit ; et talis fuit puritas Mariæ Virginis, quæ a peccato originali, et actuali immunis fuit.* Quibus verbis (ait Episcopus *Torni l. c.*) nimis aperte patet vivum *Thomam* hoc loco sensisse B. Virginem ab originali culpa fuisse expertem, cum ea verba minime aliam contrariam interpretationem patiantur. In *Summa* autem, etsi *D. Th.* 3. *p. q.* 27. *art.* 2. *ad* 3. dicat, quod in festo Conceptionis celebretur festum sanctificationis potius, quam Conceptionis Deiparæ ; qui tunc temporis dubium erat, de quo festum celebrabatur, an sanctificationis in utero, vel an Conceptionis in primo instanti. Sed hodie jam est declaratum ex bulla *Alex. VII.* ut diximus, celebrari festum non sanctificationis, sed Conceptionis B. Virginis a peccato originali præservatæ. Idem autem S. Doctor in *art.* 1. prædictæ qu. ubi tractat, an B. Virgo fuerit in utero sanctificata ? ex ratione, quia Ecclesia jam ex tunc nativitatem celebrabat B. Mariæ, infert tenendum, ipsam ante nativitatem sanctificatam fuisse ; et cur ? Quia, dicit : *Non celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo Sancto. Ergo B. Virgo fuit in utero sanctificata.* Hinc patet, quod si *S. Thomas* nunc temporis scriberet, quo ab Ecclesia declaratum est secundum piam sententiam celebrari festum B. Mariæ præservatæ a peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis, sive infusionis animæ in corpus, certe aliter sentiret ac scriberet, ut ait *Suar. in Comm. a.* 2. his verbis : *Si præsentem Ecclesiæ faciem D. Th. vidisset, aliter de immaculata Virginis Conceptione docturus esset.* Idem dicit *Petavius* de *D. Thoma.* Idem *Gabriel in* 3. *dist. q.* 1. qui scribit : *Non esse culpandos S. Bernardum, nec S. Th., S. Bonaventuram, et cæteros DD. oppositum olim opinantes ; quia eorum tempore nulla determinatio apostolicæ Sedis facta fuit : nec festivitas illa generaliter tunc fuit per orbem celebrata.* Idem dicunt plures etiam Dominicani, et signanter *Joannes de Fenario* Doctor Parisiensis et Magister Gener. Ord. Præd. ut refert *Catharinus.* Idem dicit *Joannes a S. Thoma t.* 1. *p.* 1. *qu.* 2. *de approb. doctrina S. Th.* citans alios Thomistas.

Accedit *S. August.* qui disputans de quadam alia doctrina, contra *Cresconium*, eum monet Ecclesiam consulere. Sed nunc non est opus supra nostra sententia Ecclesiam consulere, cum jam Ecclesia mandaverit festum Conceptionis immaculatæ juxta piam sententiam celebrari. Et ex hoc maximo argumento, in Ecclesiæ auctoritate fundato, fautores piæ sententiæ recte asserunt nostram sententiam esse proxime de fide definibilem ; de Ecclesiæ enim auctoritate loquens *S. Th.* 2. 2. *q.* 10. *ar.* 12. sic docet : *Maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda... Unde magis standum est auctoritati Ecclesiæ, quam auctoritati vel Aug. etc.* Scribit etiam *Valent.* t. 3. *d.* 1. *q.* 7. *p.* 1. § 41. loquens de auctoritate Pontificis : *circa quæ ad pietatem religionemque spectant, est infallibilis ejus auctoritas.* Addit *Euseb. Nuremb. in Theoria comp.* 2. *p.* § 1., quod decreta morum, approbatio Sanctitatis, etc. necnon institutiones festorum, quæ considerantur ab infallibili Capite ordinatæ, ab omni errore excipiuntur. Deinde idem *Euseb.* in Opere *Pathen. de Perpetuo object. festi*, c. 31. refert votum a Cardinale Bellarmino prolatum circa B. Virginis Conceptionem jussu *Pauli V.* coram S. C. Inquis. Generalis Rom. quo Bellarminus ita sensit : *Si forte non placet tunc ulla formalis definitio, saltem deberet fieri præceptum omnibus Ecclesiis, ut recitent*

officium de conceptione, quomodo recitat Ecclesia; sic enim sine definitione haberet intentum.

261. — Hinc non satis pie, nec probabiliter quidam Recentior scripsit possibile fore, quod Ecclesia aliquando definiat Conceptionem B. Virginis fuisse maculatam. Dum, ut bene advertit *Vasquez*, minime censendum, quod Ecclesia unquam tanquam fidei dogma definiat B. Virginem in peccato originali conceptam esse, eo quod auctoritate sua festum Conceptionis in tota Ecclesia jam præceperit celebrari. Et idem sine dubitatione asseruit *Thyrsius Gonzalez* in suo Opusc. quo tuetur proximam definibilitatem immaculatæ Conceptionis. Ideo opportune notanda sunt verba *Blosii c.* 5. *f.* 623. ubi sic ait : *Mirum sane est adhuc nostro ævo inveniri, qui puritatem Conceptionis beatissimæ Virginis vocent in dubium, et suam opinionem obstinate tueantur, citantes sententias SS. PP. qui si nunc viverint, aliud procul dubio sentirent. Certe Romana Ecclesia, hoc ipso quod festum Conceptionis celebrandum assumpsit, satis affirmavit eamdem Conceptionem fuisse omnis contagionis expertem : profana siquidem festa non celebrat Ecclesia.* Et summ. Pont. *Bened. XIV* in suo doctissimo Opere *de Canoniz. Sanctor. l.* 1. c. 42., dicit nostram sententiam hodie esse moraliter certam, et solummodo esse definitionem Ecclesiæ , ut fideles teneantur credere fide divina Conceptionem Virginis immaculatam.

262. Nec valet dicere, quod alias Maria, si maculam originalem non contraxisset, non possit dici a Christo redempta; nam communiter respondetur, quod ipsa, cum fuerit a culpa præservata, vere, et modo nobiliori redempta fuerit; docet enim *D. Aug.* in *Ps.* 85., verbo *Confitebor*, quod mittendus in carcerem, etiam dicatur a carcere liberatus ab illo qui eum liberat, ne in carcerem perducatur. Hæc autem nobilior Virginis redemptio maxime Virginem decuit, ut nunquam dici potest Mater Dei Deo inimica extitisse, et Regina Angelorum subdita diabolo aliquando fuisse. Immo dicit *Arnoldus Carnot. de Christi Nativ.* § *Nihil : Non solum de decentia, sed etiam de justitia fuit, ut illud vas electionis communibus non laxaretur injuriis.*

Ex omnibus his deducitur, piam sententiam præservationis B. Virginis hodie tenendam ut certam, et oppositam non esse amplius probabilem. Quod sic evidenter probatur : Certum est 1. de fide esse, quod Ecclesia non possit errare in materia morum. Certum est 2. cultum Sanctorum (prout est celebratio festi præservationis Deiparæ) pertinere ad materiam morum ; ad mores enim utique pertinet præstare B. Virgini Mariæ cultum debitum, et indebitum denegare. Si ergo Ecclesia præcipit celebrari festum præservationis Dei Matris, et in hoc non potest errare, vera et certa debet esse præservationis sententia. Ex quod bene infert quidam doctus Auctor recentior in libro nuperrime Neapoli edito anno decurso 1753. cui titulus : *Deipara ejusque cultores vindicati, etc.* quod contraria sententia post decretum *Alexandri VII.* prout antiquata non est amplius nec pratice, nec speculative probabilis.

Imo licet nostra sententia ab Ecclesia nondum sit definita; bene tamen potest de fide teneri; nam bene possumus credere de fide sententias illas, quas probabile est de fide esse, nimirum canonizationem Sanctorum, præsentem Pontificem esse, verum Pontificem, esto hæ sententiæ non sint ab Ecclesia declaratæ de fide, ut late probat *Viva in suo Cursu theolog. p.* 4. *de fide cum Suar. Lugo et communiori.* Dicit enim *D. Th. in* 3. *Sent. d.* 3. *art.* 2., quod credere possumus de fide non solum ea quæ habemus per fidem infusam, sed etiam quæ percipimus per conclusiones theologicas: *Dicitur fides* (ait sanctus Doctor) *acquiri per scientiam theologiæ.* In nostro autem casu conclusio theologica bene eruitur ex mox supra prædictis; si enim de fide est Ecclesiam non posse errare in materia morum, et cultus præservationis Deiparæ certe ad mores pertinet, bene de fide tenere possumus præservationem esse de fide.

263. — Hic ultimo operæ pretium ducimus breviter perpendendam quæstionem illam, an liceat emittere votum profundendi vitam ob defensionem præservationis B. V. Mariæ a labe originali? Negat *Lamindus Pritanius in suo Opere de Moderat. ingen.* et eum secuti sunt *Antonius Lampridius de Superst. vitanda*, ac *Ferdinandus Valdesius in suis Epist.* Ratio, quia nemo potest exponere vitam ad tuendam opinionem humanam, cui falsitas subesse potest; opinio autem defendens præservationem Deiparæ a culpa originali, quamvis pia, humana tamen est cum

Ecclesia hanc sententiam nondum statuerit niti revelatione divina, aut traditione. Affirmant vero valde probabiliter plures Neoterici, et signanter Auctor supra enuntiatus in citato libro, *Deipara, etc.* Distinguere enim oportet sententias pure humanas ab iis quæ pertinent ad morum disciplinam, et suo modo ad fidem, prout est hæc quæ spectat ad cultum Sanctorum, et præsertim Reginæ Sanctorum, quæ præ omnibus Sanctis veneranda est. Quod autem sententia præservationis spectat ad cultum beatæ Virginis patet (ut vidimus supra) ex bulla *Alexandri VII.* qui declaravit festum Conceptionis Dei Matris juxta piam sententiam celebrari debere. Præterea, dato quod hujusmodi sententia esset per se humana, tamen cum referatur in Deum, qui vult, ut fideles Sanctos suos, et præcipue Matrem honore prosequantur, non est pure humana, sed religiosa, cum ad Deum referatur juxta doctrinam *D. Thom.* 2. 2. *q.* 124. *a.* 5., ubi docet posset esse martyrii causam, non solum defensionem eorum quæ sunt de fide, sed etiam opera omnium virtutum, quæ sunt protestationes fidei; en ejus verba : *Omnium virtutum opera secundum quod referuntur in Deum, sunt quædam protestationes fidei, per quam nobis innotescit, quod Deus hujusmodi opera a nobis requirit, et nos pro eis remunerat ; et secundum hoc possunt esse martyrii causa.* Hic deinde subdit ad 3. : *Quia tamen bonum humanum potest effici divinum, si referatur in Deum, ideo potest esse quodcumque bonum humanum martyrii causa, secundum quod in Deum refertur.* Cum autem nullum sit dubium esse actum religionis, cultum exhibere Virgini, celebrando juxta piam sententiam festum suæ Conceptionis immaculatæ in primo instanti, prout exigit Ecclesia ; certum etiam est juxta Angelici doctrinam hujusmodi cultum bene posse esse causam martyrii. Ergo, si licitum et meritorium est cuique vitam prodere, ne ab exhibitione hujus cultus desistat ; tanto magis ei licitum et meritorium erit mortem subire pro tuendo hujus cultus objecto, nempe pro B. Virginis a labe originali præservatione, ad quam ipse cultus refertur. Hinc Summus *Pontifex Bened. XIV.* in suo præfato Opere *de Canonizatione Sanctorum, l.* 1. *c.* 14., postquam ostendit Ecclesiam esse propensam versus sententiam præservationis B. Virginis immaculatæ, dixitque neminem negare eam esse magis piam, et religiosam, *n.* 13. sic ait : *Inter martyres ab Ecclesia recensentur, qui occisi fuerunt a tyranno, vel quia sententiam malis religiosam exercebant, vel ne omitterent exercitium alicujus actus virtutis, a quo tamen poterant sine peccato cessare.* Et sic jam satisfactum est objectioni *Lamindi,* nimirum quod non liceat vitam profundere pro tuenda præservatione Deiparæ, eo quod talis sententia non sit de fide.

ARTICULUS IV.

Quomodo intelligenda excommunicatio percussoris clericorum?

264 Verba canonis.

265 Quid intelligatur I. per verba, *si quis*? An impuberes ? et a quo ipsi possint absolvi ?

266 Quomodo comprehendantur etiam mandantes, consulentes ? etc.

267 Quomodo ratihabentes ?

268 Quomodo non impedientes ?

269 An qui tenentur impedire tantum ex charitate ?

270 Quid intelligatur II. per *clericum* ?

271 Quid per *monachum* ? An eremitæ ?

272 Quid III. per verba, *manus injecerit* ?

273 An requiratur, ut percussio sit cum peccato mortali ; et externe gravi?

274 Incurrit I. clericum conspuens, vel aliter gravi injuria afficiens. II. Violenter desinens, etc. III. Persequens eum ut decidat. IV. Apprehendens equum, etc. V. Hæc agens etiam clerico consentiente. VI. Clericus seipsum percutiens ; sed alii id negant. VII. Judex laicus percutiens clericum, vel ecclesiasticus percutiens per laicum.

275 Non incurrit I. fur clam furans. II. Percutiens jocose, vel casu. An pueri clerici se percutientes ? Et an defendentes se, vel suos, aut sua ? III. Si absit mortale. IV. Percutiens clericum per ignorantiam, aut inadvertentiam, aut per iram subitaneam. Dub. 1. Quid si quis percutit ignorans alterum esse clericum, animo tamen comparatus quod percuteret, etiamsi sciret ? Dub. 2. An excuset ignorantia crassa ? Dub. 3 Quid, si quis percutit Petrum clericum credens Paulum clericum ? V. Excusatur etiam prælatus, aut præceptor percutiens. An pater ? VI. Percutiens clericum exercentem officium cauponis, etc. vel turpiter agentem, aut sollicitantem uxorem, aut consanguineam in primo gradu. Quando excusetur puella percutiens clericum sollicitantem ?

276 Quando Episcopus possit absolvere ab hac excommunicatione ?

276 Quæ percussio dicatur *levis*, quæ *gravis*, et quæ *enormis* ?

278 Quot modis percussio levis possit fieri gravis ?

279 Quinam possint absolvere a percussione levi, et quinam a gravi ?

280 Dub. 1. An in dubio percussio judicanda sit levis, aut gravis? Dub. 2. An currat excommunicationem qui venenum dat clerico?

264. — « Resp. Ea sic habet : *Si quis » suadente diabolo in clericum, vel monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat; et nullus Episcoporum præsumat illum absolvere »* (*nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui præsentetur, et ejus mandata recipiat.*) Ita ex c. *Si quis* 17 *q.* 4.)

265. — Dicitur I. *Si quis*, intellige cu-
» juscumque sexus, aut status, etiam
» impubes, dummodo rationis compos,
» et doli capax. » (*Ut habetur exc. 1. Mulieres, et c. Pueris, de sent. excomm. Quamvis impuberes possint absolute absolvi ab Episcopis, etsi post pubertatem absolutionem petant; Salmant. de cens. c. 2. p. 5. n. 67. ex dicto c. Pueris. Etiamsi percussio fuerit enormis, ut dicunt Pal. d. 3. p. 23. § 4. n. 6. et Bonac. t. 3. de cens. in part. d. 2. q. 3. p. 6. n. 18. cum Suar. Mol. Fill. Sayr. et Reg. ex. c. ult. de sent. excomm.*)

266. — « Extenditur autem ad effica-
» citer mandantes, consulentes, et con-
» sentientes.

Recte dicit *Busemb. efficaciter*, quia, ut hi incurrant excommunicationem, requiritur ut percussio de facto eveniat, atque ipsi per mandatum, consilium, aut consensum, graviter in illam influant; ita communiter *Nav. c. 27. n. 51. Suar. d. 22. sect. 1. n. 55. Salm. de cens. c. 4. p. 2. n. 22. et Bonac. d. 2. q. 2. q. 3. p. 6. § 2. n. 1. cum Sayr. Avil. Mol. Sylv. Fill. etc. exc. c. Quantæ, et c. Mulieres, de sent. exc.* An autem incurratur censura in dubio, an mandatum, vel consilium influxerit? vel si mandatum, aut consilium fuerit revocatum ante executionem? Vide de his dicta *n. 39. et 40.* Notandum autem hic, quod si quis diceret coram suis : *Cupio vindictam talis clerici*, bene incurret excommunicationem, si ex hoc dicto alii clericum inde percutiant; ita *Croix l. 7. n. 303. Renz. t. 1. p. 266. quæst. 4. cum Diana, et Avila, ac Salm. cit. n. 22. in fin. cum Con. Sylv. etc. argum. c. ult. de homic. n. 6.* Intellige, si prævidet ex eo alios percussuros.

267. — « Extenditur etiam ad ratiha-
» bentes percussionem suo nomine fac-
» tam.

Certum est, quod ratihabitio sufficit ad incurrendam censuram, ut habetur ex *c. Cum quis, de sent. exc.* Sed ad hoc requiritur I. ut percussio sit facta nomine tuo, vel in tui gratiam. II. Ut ratihabitionem externe significes. III. Ut quando evenerit percussio, fueris habilis ad mandatum, vel consilium percussionis, saltem habitualiter; nam si fueris amens, non incurris, secus, si ebrius, aut dormiens; ita communiter *Bonac. d. 2 q. 3. p. 6. § 2. n. 8. Pal. d. 3. p. 23. § 2. n. 14. Conc. t. 10. p. 467. n. 6. Croix l. 7. n. 306. et Salm. ibid. n. 25. cum. Suar. Sayr etc.*

268. — « Item non impedientes, sal-
» tem si ex officio, aut justitia teneantur,
» ut reges, judices, et cæteri superiores.
» Item patres, tutores, heri, prædagogi,
» parochi, etc. quibus aliorum cura de-
» mandata est. Ita *Laym. l. 1. t. 5. p. 2.*
» *c. 5. n. 6. Bon. d. 2. qu. 3. p. 4. n. 8.*
» *ex Molin. et commun.*

269. — « Dixi *Saltem, etc.*, quia, si ex
» charitate tantum teneantur, etiam
» excommunicari docent *Suar. Caj. Fill.*
» *Mol. Sayr. etc.* Verum id probabilius
» negat. *Bon. l. c. ex Nav. Con. Reg.*
» *Henriq. Mol. etc.* » (*Et ita verius tenent Nav. c. 27. n. 78. Bonac. d. 2. qu. 3. p. 6. § 2. n. 5. Laym. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 6. et Pal. d. 3. p. 23. § 2. n. 13. cum Holzm. et Henr. ac Salm. de cens. c. 4. p. 2. n. 23. cum S. Anton. Pal. Con. Bon. Avil. Ratio, quia hi tantum percussioni censentur favere (ut loquitur c. Quantæ, de sent. excomm.), quia ex justitia tenentur impedire; non autem qui solum ex charitate, etsi ex odio non impediant, cum ad incurrendam censuram etiam actus exterior requiratur juxta dicta n. 34.*)

270. — « Dicitur II. *clericum* : quo no-
» mine intelligitur omnis prima saltem
» tonsura initiatus (etiamsi conjugatus,
» dummodo cum unica virgine), et de-
» ferat habitum, serviatque alicui Ec-
» clesiæ; item etiam excommunicatus,
» suspensus, interdictus, degradatus ver-
» baliter tantum. » (*Ita comm. etiam Salm. ibid. n. 21. Non incurrit vero, qui percutit clericum bigamum ex reali bigamia, secus autem, si ex similitudinaria, nempe qui in Sacris constitutus matrimonius contraxerit, et consummaverit; neque incurrit percussor clerici, qui habitum deponens sæcularibus negotiis se ingesserit, nec post tertiam monitionem sui prælati resipuerit. Salm. l. c. circa med. communiter. Vide hoc et alia l. 6* (v). *n. 287.*)

271. — « Dicitur III. *monachum*, in-
» tellige quemvis religiosum, etiam lai-
» cum, conversum, novitium, utriusque
» sexus. Item Tertiarios S. Dominici,
» S. Francisci, si gestent habitum et vi-
» vant in communitate. Item eremitas
» subjectos alicui regulæ, vel superiori.

Unde gaudent privilegio canonis omnes viventes in communi sub aliquo prælato, ex expressa, vel tacita Papæ auctoritate, quamvis in eorum communitate non fiat professio, ita *Navar. c. 27. n. 70. Suar. d. 21. sect. 1. n. 22. et Bon. d. 2. qu. 3. p. 6. sect. 3. n. 16. cum Con. Mol. Fill. Regin. Avila, Graff. etc.* Idem dicit *Fagn.*

in c. Nullus, de foro comp. n. 59. de mulieribus conviventibus in conservatoriis, quamvis religio non sit adhuc approbata, quia cum religiose vivant, censentur personæ ecclesiasticæ. Et idem ait *Renzius p.* 534. *q.* 11. de seminaristis, et pueris collegiorum, ut sunt Neapoli pueri S. Mariæ Lauretanæ, S. Onuphrii, etc.

Eodem privilegio gaudent eremitæ, qui ex voto, aut pacto addicuntur alicui loco sacro, cum subjectione ad Episcopum, ut docent *Suar d.* 22. *sect.* 1. *n.* 22. *Fagnan. l. c. Cont. Tourn. tr. de cens. part.* I[a]. *cap.* 1. *art.* 4. *sect.* 1. *Quær.* 3. *Ranc. p.* 102. *q.* 2. *et Bon. l. c.* Idem dicit *Sal. d.* 3. *p.* 22. § 1. *n.* 14. de eremitis qui sub aliqua regula, et obedientia vivunt, edito obedientiæ, aut paupertatis voto. Communiter vero docent præfati AA. minime gaudere eremitas vagos qui habitum singularem gestant, licet inserviant alicui Ecclesiæ, etiam ex commissione Episcopi, ut *Fagnan. l. c. n.* 59. ex decis. Rotæ Rom.

272. — « Dicitur IV. *manus injecerit* : » per quod intelligitur quævis contume» liosa actio exterior mortalis, circa cle» rici personam, vel res ei adhærentes, » sive fiat manu, sive baculo, gladio, » etc. *Bon. d.* 2. *q.* 4. *p.* 1.

273. — Ad incurrendam igitur hanc excommunicationem, requiritur ut percussio sit mortaliter peccaminosa, et etiam externe gravis, ut docent *Bonac. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 1. § 1. *ac Cajet. Mol. Pignat. etc. ap. Croix. l.* 7. *n.* 301. Quare non incurrit, qui tantum signum facit percussionis, et non percutit; ut *Salm. de cens c.* 4. *p.* 2. *n.* 27. *Conc. p.* 467 *n.* 7. *Conc. Tourn. loc. cit. Quær.* 4 *et alii passim.* Sed hic recte notant *Pal. d.* 5. *p.* 23. §2. *n.* 2. *Suar. d.* 72. *sect.* 2. *n.* 26. *Croix l. c. cum Sperelli, et Bonac. d.* 3. *n.* 2. *cum Con. Fill. et Reg.*, quod semper ac percussio existimetur graviter injuriosa, ratione reverentiæ clerico debitæ, sufficiet ad censuram quævis percussio levis, etiamsi levissimus tactus physicus intercedat. Advertendum cum communi DD. (ut notat *Croix, ib.*) quod hic canon, prout in favorem clericorum emanatus, non stricte, sed latissime intelligendus sit.

Ex his resolves :

274. — « 1. Hanc excommunicatio» nem incurrit I. Qui talem conspuit, » conspergit aqua, pulvere, conspurcat » luto, evellit crimen, lacerat vestem, » eripit aliquid per vim, et injuriam de » ejus corpore, verbi gratia pileum, pal» lium, etc., ita ut actio sit graviter in» juriosa. *Bon. l. c. Laym. c.* 5. *n.* 5. II. » Qui concludit, aut violenter detinet » carcere, vel loco, unde sine dedecore » non potest exire. *Ibid.* III. Qui perse» quitur, ut in flumen, fossam incidat, » equo decidat, etc. *Ibid.* » (*An autem incurrat is qui clericum insequens præter intentionem, et prævisionem, est causa ut ille cadat? Negat Bonac. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 1. § 1. *n.* 5. *cum Sylv. et Renz. t.* 1. *p.* 577. *q.* 6. *et merito probabile putat Croix l.* 7. *n.* 308., *quia tunc casus mere per accidens se habet. Sed non minus probabiliter affirmat idem Croix cum Sperelli; hinc dicit cum eod. Sperelli Fagnan. etc.* (*et huic consentit ipse Bon. l. c.*) *non excusari ab excommunicat. explodentem scolpum in clericum, qui ob metum exanimis caderet, licet globus eum non tangeret, quia tunc explodens est causa per se talis læsionis.*) « IV Qui » manus violentas injicit in equum, cui » is insidet, occidendo, vulnerando, cæ» dendo, sistendo per frænum; quæ ac» tio, licet sit levis respectu corporis, » non tamen respectu honoris. *Ib.* » (*Idque docent comm. Suar. Pal. Bonac. et alii cit. n.* 273. *ac Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 26. *et* 27. *cum Laym. Avila, etc.*) » V. Qui aliquid supradictorum facit, » etiam clerico consentiente, dummodo » sit injuriosum ordini clericali. *Laym.* » *l. c.* » (*Ita comm. Suar Bonac. Con. et alii cum Salm. ibid. n.* 19. *in fin. ex c. Nemo, caus.* 11 *q.* 5. *et ex c. Contingit, de sent. excom. Clericus autem consentiens ex eod. c. Contingit, etiam subest excommunicationi, sed hæc est tantum ferendæ sententiæ, ut bene advertunt Bonac. et Croix l.* 7. *n.* 305. *dum in d. textu dicitur* : Si quis clericus sponte se subjecerit, excommunicetur. *Hoc tamen intelligendum, si talis percussio, non obstante consensu clerici, non desineret esse injuriosa; nam secus esset, si consensus auferret injuriam, puta si clericus petat cædi ab alio, ut luat sua peccata; Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 20. *in fin. cum Con.*) « VI. Cleri» cus si seipsum ex malitia, vel passione » (secus si ex devotione) percutiat inju» riose; *Laym. l. c. ex Nav.* » (*Ita cum Busemb. tenent Suar. d.* 22. *sect.* 1. *n.* 59. *et Bonac. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 2. *n.* 7 *cum Nav. Con. Sayr. Avila, etc. Sed merito oppositum putant probabile Pal. d.* 3. *p.* 22. § 2. *num.* 4. *Diana p.* 9. *tr.* 4. *r.* 7.

et Croix. l. 7. *n.* 310. *cum Tolet. Barb. Turian. Pasqual. et Delbene, quia revera canon videtur tantum loqui de altero clericum lædente.*) « VII. Qui percutit clericum etiam meritum, si fiat vel per » quem non debet, ut si morte dignus » puniatur a judice sæculari, vel modo » illicita, ut si a prælato puniatur per » laicum. *Bonac. l. c. ex Nav. Sayr. Suar.* » *Fill. Conc. etc. Vide Laym.* c. 5.

275.—« 2. Non incurrit I. fur, qui clam » abscindit crumenam, vel vestem tollit » clerico; quia non est actio violenta, » sed fraudulenta. » (*Secus, si violenter auferat, ut Laym. de cens. c.* 5. *n.* 5. *cum Caj. Con. Suar. Mol. et Salm. ibid. n.* 26. *cum Pal. Avila, etc. comm., quia tunc actio, etsi non corpus clerici, lædit tamen honorem*). « II. Si percussio sit jocosa, » (*Quamvis sit gravis, et etiam cum aliqua ira irrogetur, modo non pertingat ad peccatum mortale, ut recte dicunt Pal. d.* 3. *p.* 23. § 2. *n.* 2. *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 4. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 28. *cum Avila et Tamb. ex c.* 1. *de sent. excom., ubi dicitur:* Nec clerici (*excommunicantur*), si sunt plenæ ætatis et non ex odio (*intelligitur gravi*, vel invidia, vel indignatione, sed levitate jocosa se ad invicem percutere contingat) « vel casua» lis, v. g. si janitor, vel apparitor » turbam arcens percutiat clericum; item » si pueri habentes primam tonsuram » se pugnis percutiant; *Bon. l. c. ex* » *Mol. Fill. Con. etc.* » (*Imo etiam in Minoribus constituti: et quamvis sanguis e naribus effundatur, ut Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 28. *Pal. l. c. n.* 2. *cum Laym. Con. et Mol. ac Bon. l. c. sect.* 1. § 1. *n.* 14. *cum Fill. et Avila, quia regulariter percussio puerorum non reputatur graviter injuriosa; idque admittit Sotus ap. Salm. loc. cit. etiamsi percussio fuerit gravis; hoc tamen intelligendum, si hæc non fuerit intenta.*) «Item si percussio fit » ad defendendum se, vel vitam suam, vel » uxoris, parentum, filiorum, vel res » suas, cum moderamine tamen incul» patæ tutelæ. *Laym. infra.* III. Et de» nique, quandocumque percussio ob » levitatem, vel imperfectionem actus non » esset mortalis, illata laico, ut docent » *Cajet. Avila, et Sa* : quod tamen » *Suar.* universaliter non admittit. *Vide* » *Bon. l. c.* IV. Si fiat in tenebris, vel » clericum non agnoscas, quod habitum » non gestet ; quia ignorantia excusat. » Sic etiam excusat irat subitanea, quæ efficiat, ut non plene advertatur quod fit, ut communiter *Suar. d.* 22. *sect.* 1. *n.* 50. *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 4. *n.* 3. *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 8. *Pal. d.* 3. *p.* 5. § 3. *n. cum Con. et Salm. dict. n.* 28. Sed hic dubit. 1. an incurrat excommunicationem qui percutit aliquem, ignorans esse clericum, sed animo comparatus, ut si sciret, etiam percuteret? Affirmant *Cov. Ugol. etc. ap. Croix l.* 7. *n.* 314. Sed communius, et probabilius negant *Sanch. Dec. l.*2. *c.* 10. *n.*16.*Suar. d.* 4. *sect.* 8. *n.* 8. *Bon. de cens. in comm. d.* 1. *q.* 2. *p.* 1. *n.* 14. *cum Vas. Mol. et Fill.* item *Pal. et Nav. ap. Croix l. c.*, quia in ignorantia concomitante adest tantum voluntas interpretativa, quæ non est vera voluntas. Secus vero dicendum, si percutiens jam dubitaret, an ille esset clericus, ut bene docet *Bon. ib. n.* 18. *cum Avila.* Et idem tenent *Suar. n.* 10. *Sanch. n.* 14. *Croix d. n.* 314. *ac Bon. n.* 21. *cum Fill. Avila, et aliis*, si quis clericum percutiat ignorans esse clericum. sed intendens eum percutere, sive laicus ille sit, sive clericus. Dubit. 2. an ab incurrenda excommunicatione percussionis clerici excuset ignorantia crassa? Affirmant *Sylv. Abb. Felin. etc. ap. Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 41., quia (ut aiunt) illud, *suadent diabolo*, importat dolum, qui non reperitur in ignorantia crassa, sed merito id reprobant *Croix l.* 7. *n.* 314. *et Sanch. l. c. cum Cov. Tabien. et aliis*, quia to *suadente diabolo*, tantum importat percussionem cum peccato gravi. Dubit. 3. an incurrat qui percutit Petrum clericum, reputans Paulum clericum? De hoc vide dicta *l.* 3 (IV). *n.* 628. *v. Quær. I.* ubi sententiam affirmativam tenuimus.

» V. Si prælatus, præceptor, pater » subditum in minoribus constitutum » correctionis causa (licet ira accedat) » percutiat moderate, habita ratione » culpæ. (*Ita etiam Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 29. *cum Bon. Avil. etc, et idem dicunt Salm. ibid. in fin. de consanguineo qui percutit clericum, cujus curam habet, ex c. Cum voluntate.* 54. § *Si qui, de sent. excomm.* « Imo prælatus, et præceptor » ecclesiasticus potest etiam in majori» bus constitutum castigare. » (*Intellige semper moderate; nam S. C. declaravit excommunicatum quemdam parochum, qui clericum suum discipulum correctionis causa in capite pluries percusserat, et deinde pugnis et baculo verberavit, ut refert P. Zach. Adn. ad Croix l.* 7. *n.* 318. *qui ib. ob eamdem rationem non excusat ab excom-*

municatione prælatum si religiosum cum excessu verberet, pede trudat, aut similia faciet.) « An idem possit pater, contro- » vertitur in utramque partem probabi- » liter. *Vide Laym. loco mox citando.* »

Quær., an pater possit verberibus clericum punire? Certum est posse, si clericus est in minoribus, ex dicto *c. Cum voluntate* 54. § *Si qui vero, de sent. exc.* ubi id conceditur omnibus illis, *qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum, ut cohibeantur a suis insolentiis, duxerint corrigendos.* Dubium est an possit, si clericus est in Sacris constitutus?

Prima sententia negat : et hanc tenent *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 9. *Pal. d.* 3. *p.* 23. § 3. *n.* 8. *cum Host. Panorm. Ang. Mol. etc..* quia nullibi habetur, quod pater possit manus injicere adversus clericos in Sacris. Hæc est probabilis, at *sententia affirmans* videtur probabilior, et hanc tenent *Suar. d.* 22. *sect.* 1. *n.* 49. *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 4. *n.* 4. *Conc. t.* 10. *p.* 468. *n.* 8. *Cont. Tourn. tr. de cens. part. II. cap.* 1. *art.* 4. *sect.* 1. *v.* 3. *excusatur, et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 30. *cum Valent. Bann. Con. et Avila.* Et probatur ex c. 1. *de sent. exc.* ubi excusatur magister, *si scholarum clericum* (quamvis *sit plenæ ætatis*, ut ibi præmittitur, unde includitur etiam clericus constitutus in Sacris) *intuitu disciplinæ, vel correctionis percusserit.* Si ergo non solum causa disciplinæ, sed etiam correctionis potest magister clericum percutere, tanto magis poterit pater, cui principaliter et de jure naturali incumbit compescere insolentias filiorum.

» VI. Si percutiatur realiter degrada- » tus, vel bigamus, vel excercens publi- » ce officium cauponis, vel macellarii, » vel scurram, et ter monitus non cesset, » vel inventus turpiter agens cum uxore, » matre, sorore, vel filia, vel denique » mulierem ipso facto sollicitans ad tur- » pitudinem, quia perdit privilegium. » *Vide Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *Fill. l.* 15. *c.* 1. »

Ita *ex c. Si vero* 3. *de sent. exc.*, ubi excusatur a censura qui in clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus injecerit violentas; secus si mulier illa non sit ita proxima in consanguinitate. Hinc *Fill. tr.* 15. *c.* 1. *q.* 6. *n.* 12. *Laym. l.* 1. *tr* 5. p. 2. *c.* 5. *n.* 8. *et Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 4. *n.* 7. *cum Mol. Con. etc. communiter* non excusant percussorem clerici inventi cum avia, aut nepte. Putant vero *Nav. c.* 27. *n.* 84. *et Con. l. c. n.* 6. *cum Mol. Con. et Avila*, excusari maritum, si ex industria se abscondit expectans clericum id ignorantem, ut deprehensum in adulterio occidat; secus si conventione facta cum uxore se abscondat, cum jura nunquam intendant fraudes patrocinari. Sed etiam in primo casu rectius *Laym. loc. cit. cum. Nav.*, contradicit *Bonac.*, qui tunc minime verificatur quod vir inveniat clericum, dum eum expectat; hic enim ideo excusatur, quia (ut ait Glossa) nequit compescere subitaneam iram, ad quam potius tunc se excitaret. Dicunt autem *Suar. d.* 22. *sect.* 1. *n.* 37. *Bonac. l. c. n.* 8. *Cont. Tourn. loc. cit. v.* 2. *excusatur, et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 2. *n.* 31. *cum Pal. Laym. Con. etc.* bene excusari virum, si occidat clericum inventum cum uxore in loco suspecto, vel cum eo colloquentem post monitionem quod se abstineat a tali collocutione. Notant item *Cont. Tourn. l. c, Conc. p.* 469. *et Croix l.* 7. *n.* 307. *cum Nav. Sylv. Ang. etc.*, tunc tantum excusari virum percutientem talem clericum, quando percussio fit in ipso facto, vel continuo post adulterium : tunc enim solum acer ille doloris sensus meretur indulgentiam. Excusatur etiam mulier percutiens clericum qui eam sollicitat, si non possit illum verbis avertere. Unde si clericus tantum verbis tentat, verbis tantum hunc debet repellere, nisi ille sit adeo importunus, ut non valeat fœmina per sola verba ab eo liberari : ita *Suar d.* 22. *sect.* 1. *n.* 23. *et Salm. dict. n.* 31. *in. fin. cum Sylv. Avila, Sayr. etc.* Hoc tamen intelligendum, si ex tali sollicitatione constituatur mulier in aliquo morali periculo labendi, saltem in peccatum cogitationis.

276. — « Resp. 2. Etsi hæc excommu- » nicatio sit reservata Papæ, potest ta- » men Episcopus ab ea absolvere his » casibus : 1. Quando percussio, etsi sit » mortalis, est tamen prudentum judi- » cio levis, comparata cum enormi » (*ita ex c. Pervenit, de cent. exc.*), « v. gr. » si fiat palma, pugno, aut lapide non re- » linquente vestigium, et secundum *Ant.* » et *Dian. p.* 9. *t.* 4. *res.* 19. nisi nota- » bilem injuriam, et magnum scanda- » lum pariat, qualem negat esse, si quis » sacerdotem pugno percutiat in faciem, » licet guttæ sanguinis effluant. » (*Ita etiam Viva q.* 5. *art.* 3. *n.* 8. *cum Dian. et Glossa*) « Enormis vero erit si membrum

» præscindatur, copiosus sanguis funditur; vel etiam ratione dignitatis personæ, ut si percutiatur Episcopus, vel Abbas etiam alapa. 2. Si percussor sit impubes, pauper, æger, senex, mulier, cæcus, claudus, servus, filiusfamilias; vel non sui juris, uti et regulares, ac moniales invicem verberantes; item si sint homines delicati, et quotquot habet legitimum impedimentum, ut non possint ire ad Papam aut ejus Legatum; vel si dubium sit de excommunicatione, *Fill. l.* 15. *c.* 6. *n.* 35. *seq.* Denique si sit occulta *Vide supra hic et Dianam p.* 9. 4. *r.* 63. In quibus omnibus casibus pro foro conscientiæ potest etiam facultas absolvendi impetrari gratis quidem ex Pœnitentiaria Romana a majore Pœnitentiario, ut supra *lib.* 1. *in Append.*

277. — Oportet igitur distinguere : alia est percussio *enormis*, alia *mediocris*, sive gravis, alia *levis*, quæ non jam dicitur levis, quia importat tantum peccatum veniale ; ad incurrendam enim excommunicationem semper requiritur culpa gravis ; sed dicitur levis respectu ad gravem et enormem. Hujusmodi distinctio communiter a DD. assignatur, et colligitur a constitutione in *Extrav. Perlect.* quæ in extensum refertur a *Nav. Man. c.* 27 *n.* 91. ibique ab aliis attribuitur *Innoc. IV* et ab aliis *Pio II.*, sed *Navar.* eam attribuit *Joanni XXII.* Cæterum communiter AA. illam admittunt, ut *Cabass. T. J. l.* 5. *c.* 2. *n.* 6. *et Pal.*, *Bon. Ronc.* et infra citandi. In præfata autem *Extrav.* sic legitur : *Respondemus percussionem levem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine extractione dentium, sine avulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere quod hujusmodi levis percussio, ut pugni, aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad judicandum tamen, quæ læsio sit levis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solum factum, sed etiam qualitatem ejus et modum percutiendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personæ, et aliis. Personæ, si est magister, judex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus injuste a subdito, aut ab alio se viliori, quia ex hoc interdum censentur graves injuriæ, quæ ex se sunt leves, aut mediocres. Et quia conditio negotii non patitur integram determinationem hujus rei, relinquimus tuo arbitrio ut declares quæ sit levis, et quæ enormis injuria, admonentes ut potius declares in dubio esse percussionem gravem, et ab ea non posse absolvere, quam declarando levem esse, ne occasionem præbeas lædendi statum ecclesiasticum.*

Hinc dicunt DD. esse percussionem *mediocrem* illam qua extrahitur dens, vel capillorum copia evellitur, aut fit suggillatio carnis, qua sanguinis copia effunditur absque gravi læsione, vel injuria ; ita *Bon. d.* 2. *p.* 6. *sect.* 5. *num.* 8. *et Ronc. p.* 104. *q.* 1. *r.* 3. Percussionem vero enormem dicunt idem *Bon. et Ronc. ac Pal. d.* 3. *p.* 23. § 4. *num.* 2. *Cont. Tourn de cens. part. II. cap.* 1. *art.* 4. *sect.* 1. *v. Itaque*, *et Conc. p.* 468. *n.* 9. esse, si magna intervenit vulneratio, vel magna sanguinis effusio, aliunde quam e naribus, vel magna injuria.

278. — Communiter autem advertunt præfati AA. et alii, quod sæpe percussio levis possit evadere gravis vel enormis ratione circumstantiarum, nimirum I. Ratione *personæ læsæ*, prout si percutiatur Episcopus, abbas, prælatus monasterii, aut judex, herus, aliusve in dignitate constitutus ; dicunt *Pal. Bon. Conc. et Ronc. ll. cc.* II Ratione *personæ lædentis*, ut si officialis laicus auctoritative percutiat clericum, vel plebejus ecclesiasticum nobilem : *Suar d.* 22. *sect.* 1. *n.* 91 *Ronc. l. c. et Bon. d. n.* 8. *cum Navarr. Mol. Fill. et Reg.* III. Ratione *personæ coram qua fit percussio*, nempe si fit coram prælato, aut alia persona in dignitate constituta, *Bon. Ronc. et Pal. cum Mol.* IV. Ratione *scandali*, nempe si monachus cum gravi scandalo clericum sæcularem percutiat ; *Viva de censur. q.* 5. *ar.* 3. *n.* 8. *Ronc. l. c. et Bonac. ib.*, qui addit idem esse, si quis percutiat clericum in claustro coram regularibus. V. Ratione *loci*, nempe si percussio fit in Ecclesia, vel platea ; *Cabassut. T. J. l.* 5. c. 2. *num.* 6. *Pal. Conc. Cont. Tourn. ibid. et Ronc.* VI. Ratione *temporis*, ut si quis percutiat clericum sacris vestibus indutum, vel dum vacet publicis officiis in choro, vel in actu processionis, aut publicæ supplicationis. *Cabass. Pal. Cont. Tourn. et Ronc.* VII. Ratione *injuriæ*, ut si quis clericum denudet, vel atramento aut stercore ejus vultum fœdet, ut *Cabass. l. c.*

279. — His positis, sciendum quod a percussione levi, etiam publica, possint

absolvere Episcopi, ut docent communiter DD. cum *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 7. *sect.* 5. *n.* 3. et patet ex *c. Pervenit, de sent. exc.* Et sic pariter eorum Vicarii Generales, quia hoc habent Episcopi de jure ordinario, ut *Sanch. de matr. l.* 3. *d.* 7. *n.* 10. *et Bonac. l. c. p.* 6. *s.* 5. *num.* 4. *cum. Mol. Reg. Lezar etc.* vide dicta *n.* 224. Utrum autem possint ab ea absolvere habentes jurisdictionem quasi episcopalem? vide dicta *num.* 79. A percussione vero enormi, aut mediocri, si est publica, potest absolvere tantum Papa, aut Legatus a Latere, qui gaudet auctoritate pontificia, ex. *c. Ad eminentiam, de sent. exc.* Item possunt etiam Legati missi ad aliquam provinciam, ex *c. Penult. de offic. Legati.* Si vero percussio fuerit occulta, possunt ab ea absolvere etiam Episcopi, ex *c. Liceat* 6. *in sess.* 24. *Trid.* Et a publica etiam mulieres, ex *c. Mulieres, de sent. exc.* Et hoc etiamsi percussio fuerit enormis ut *Viva q.* 5. *a.* 5. *n.* 10. *cum Suar. Mol. et Fill.* Et sic pariter possunt absolvere impuberes, etiamsi hi post pubertatem absolutionem petant, *Viva l. c. cum iisd. AA. c. Pueris fin. eod. tit.* Item eos qui collegialiter vivunt, si percussio fuerit gravis, non vero si enormis; vide dicta *n.* 88. Item omnes impeditos adire Romam juxta dicta *cit. n.* 88. Quos autem, et quando prælati regulares possint absolvere subditos, et alios ab hac excommunicatione vide dicta *n.* 107. Bene autem advertit *Croix l.* 7. *num* 325. quod pro absolutione censuræ ob percussionem clerici etiam publicam potest recurri ad S. Pœnitentiariam.

280. — Dubit. 1. An in dubio percussio judicanda sit levis, aut gravis? *Bordon. ap. Vivam q.* 5. *a.* 3. *n.* 8. dicit censendam esse levem. Sed omnino dicendum est oppositum cum *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 5. *n.* 8. *Viva, et Ronc. l. c. ac Conc. p.* 468. *n.* 9. qui testatur esse commune, et patet ex cit. *Extrav. Perlectis num.* 227. verbis illis : *Admonentes, ut potius declares in dubio esse percussionem gravem, et ab ea non posse absolvere.* Ibique datur ratio, *ne occasionem præbeas lædendi statum ecclesiasticum.*

Dubit. 2. An incurrat hanc censuram qui clerico venenum præbet? Adsunt quatuor sententiæ.

Prima sententia, quam tenent *Avila, et Rodriq. ap. Dian. p.* 9. *tr.* 4. *r.* 36. absolute negat, nisi venenum per vim præbeatur ad potandum, nam alias (ut aiunt) non fit violentia personæ, sed naturæ; sed merito *Dian. loc. cit.* hanc opinionem rejicit, cum sit contra communem; et *Renzius t.* 1. *p.* 578. *quæst.* 9. refert anno 1640. eam fuisse expunctam ex Summa *Rodriq.*, ob mandatum S. Inquisitionis in suo expurgatorio.

Secunda sententia, quam tenent *Fill. tr.* 11. *n.* 126. *et Suarez, ac alii ap. Croix l.* 7. *n.* 302. dicit non incurrere censuram, nisi morte secuta; sed neque hæc opinio videtur satis probabilis.

Tertia sententia, quam tenet *Croix l. c. cum Beja, et Sperelli,* dicit hunc ab initio incurrere, quia venenum de se est aptum statim lædere.

Quarta sententia demum communior, quæ videtur mihi probabilior, dicit non incurrere, nisi postquam venenum incœperit lædere. Ratio, quia ad incurrendam censuram canonis non requiritur mors, sed requiritur quidem effectus secutus, nempe violentia illata; antequam autem venenum lædat, non adest effectiva violentia, sed tantum actio apta ad violentiam inferendam; ita *Bon. d.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *sect.* 1. § 1. *n.* 6. *Viva q.* 5. *a.* 4. *n.* 2. *et Diana l. c.* quibus adhæret etiam *Renzius l. c.*

ARTICULUS V.

Quæ sint excommunicationes Papæ reservatæ per bullam Cœnæ?

281 De excommunicatione in retinentes, legentes, etc. libros hæreticorum?

282 Ad quam incurrendam, requiritur I. ut Auctor sit hæreticus. An legi possint libri infidelium vel Hebræorum.

283 II. Ut liber hæresim contineat, vel de religione agat. Quid, si error abradatur? vel si Auctor non sit damnatus ut hæreticus? Quid, si quis legat ad confutandum hæreticum?

284 III. Ut legatur materia notabilis.

285 IV. Ut scienter legatur, etc.

286 Non incurritur I. Si legas librum referentem verba hæreticorum. II. Si legas scholia hæreticorum.

287 An prohibeantur libri philosophici, vel qui incidenter hæresim continent?

288 Quinam libri prohibentur in Indice?

289 Quot classes librorum prohibitorum Index constituat.

290 Ad quem spectet libros prohibere?

291 An liceat ex curiositate, etsi cum licentia, legere libros hæreticos? Et an legere libros prohibitos ei qui certus est lectionem non esse sibi obfuturam?

292 An incurrat qui legit proœmium, indicem, etc. An qui audit legere? Et quid si inducat ad legendum?

293 An qui legit scripturam brevem, vel manuscriptum?

294 An qui legit duas lineas, vel minus quam paginam?

295 An qui retinet parvo tempore?

296 An excuset ignorantia crassa? Quid, si quis scit ex viro probo librum esse prohibitum?

297 An incurrat excommunicationem qui impedit, ne liber comburatur, aut laudat stylum, etc.?

298 An incurrat qui deponit librum prohibitum apud alium?
299 An qui eum comburit? A quo impetranda licentia legendi?
300 An ad incurrendam excommunicationem ob hæresim, requiratur I. Ut sit formalis.
301 Qu. 1. An incurrat errans ex ignorantia crassa, vel affectata?
302 Qu. 2. An qui dubitat circa res fidei?
303 Requir. II. Ut error externetur.
304 Requir. III. Ut manifestatio sit moraliter mala. Requir. IV. Animus profitendi errorem.
305 Vide alia advertenda.
306 Incurrunt etiam, *credentes*, *fautores*, *receptatores* et *defensores*.
307 Qu. I. An qui favent hæretico ob amicitiam etc.
308 Qu. II. An qui hærecticum recipit, ne capiatur, effectu non secuto?
309 Item incurrunt excommunicationem Bullæ I. Surripientes bona naufragantium.
310 III. Domini imponentes tributa.
311 I. Quinam alii incurrant excommunicationem bullæ?

281. — « Resp. Præcipua est in hæ» reticos, quæ extenditur non tantum ad » fautores, receptatores, et defensores » hæreticorum, ut sic, sed etiam in *scien» ter retinentes, legentes, imprimentes, et » defendentes libros hæreticorum de reli» gione tractantes, vel hæresim continentes, » ex quavis causa publica, vel occulta, » quovis ingenio vel colore.* Ad quam ex» communicationem incurrendam requi» runtur 4 conditiones : I. Ut auctor li» bri sit hæreticus. II. Ut liber hæresim » expresse contineat, vel de religione » agat. III. Ut legatur materia notabilis, » et sufficiens ad mortale. IV. Ut scien» ter legatur, imprimatur, vel retineatur. » *Laym. l.* 2. *t.* 1. *c.* 15. *n.* 1. »

282. — Ut igitur hæc excommunicatio incurratur, requiritur I. ut auctor sit hæreticus, quapropter eam non incurrunt legentes libros infidelium, etsi hæresim contineant, dum dicitur in bulla *libros hæreticorum*; ita *Suar. d.* 20. *s.* 2. *n.* 11. *et* 13. *et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 5. *n.* 71. *cum Sanch. Pal. etc.* Liber autem Thalmud, et similes Hebræorum prohibentur per bullas *Pii IV.* et *Clem. VIII. ap. Croix l.* 7. *n.* 333. Dicit autem *Holzm. t.* 1. *p.* 179. *n.* 78. *v. Qui legunt*, etiam numerari inter libros in bulla vetitos librum qui ex professo tractet de hæresi, quamvis lateat Auctor, quia tunc Auctor certe censetur hæreticus.

283. — Requir. II. ut liber de religione tractet, vel hæresim contineat. Sufficit igitur, ut liber unum tantum errorem contineat contra fidem, vel si ex professo (non autem obiter) agat de religione, nempe, de S. Scriptura, vel de theologia scholastica, dogmatica, aut morali vel mysteriis fidei, de cultu Dei aut Sanctorum, de ritibus Ecclesiæ, de canonibus, de rebus spiritualibus, et similibus, ita *Salm. de cens. c.* 4. *p.* 5. *n.* 72. *Suar. n.* 16. *Sanch. Dec. l.* 2. *c* 10. *n.* 21 *Laym. l.* 2. *tr.* 1. *c.* 7. *n.* 3. item *Dicast. Illsung. Tamb. etc. ap. Croix l.* 7. *n.* 331. Si vero error ille contra fidem sit abrasus a libro, *Croix n.* 330. *cum Pignatell.*, dicit probabiliter excusari a censura, qui reliqua libri legit, quia tunc liber non continet amplius hæresim, nec ullum periculum inducit. Contradicunt tamen *ib. Suar. Bon. et alii, ac Sanch. l.* 2. *c.* 10. *n.* 3., quia particularis illa expunctio, non tollit communem libri prohibitionem. Sed mihi non displicet distinctio, quam tradit *Sporer t.* 1. *de fide p.* 122. *n.* 40. nempe, si liber tractet ex professo de religione, non obstante abrasione erroris, remanet prohibitus, quia in bulla omnino vetatur legere aut retinere libros hæreticorum tractantes de religione. Secus si liber tractet de alia materia, puta de philosophia, aut de historia, exceptis tamen libris Centuriatorum Magdeburgensium et similibus, in quibus revera tractatur de religione, atque in iis intentum est evellere statum monasticum, et denigrare ecclesiasticum. Dicit autem *Croix cum Suar. Tol. Pal. Pignat. et aliis communissime* (*contra Decian. Masc. et Caram.*) legentem hujusmodi libros hæreticorum non effugere excommunicationem bullæ, etiamsi legat ad confutandum errorem, et sine periculo perversionis, quia prohibitio facta est in odium hæreticorum, cum in bulla vetetur lectio ex *quavis causa*, *vel colore*. Limitant tamen *Laym. et Dicast. apud eumd. Croix n.* 343., si quis vir doctus legeret eos, sperans certo fore ut aliquem hæreticum convertat, hinc probabiliter dicunt *Holzm. p.* 177. *n.* 77. *v. Sed numquid, et Elbel t.* 2. *p.* 439. *n.* 99. *cum Sayr.*, quod ex epikeja bene excusantur legentes librum hæreticum, si necessario indigeant tali lectione ad convincendum hæreticum ex suo proprio, vel alterius hæretici libro, puta inveniendo contradictionem, etc. modo periculum sit in mora nec pateat recursus ad Romam, vel alio. Qui vero legeret libros vel scripta ob hæresim, vel ob hæresis suspicionem prohibita, licet probabiliter cum *Pignatel. et Duard. apud Croix n.* 334., non incurreret excommunicationem bullæ, nisi Auctor sit damnatus ut hæreticus, vel natus ex secta hæretica: tamen incurreret excommu-

nicationem Indicis, quæ vero non est reservata.

284. — Requir. III. ut lectio fiat in materia notabili,nam licet *Tolet.et Ugolin. apudBon. d.* 7. *q.* 2. *p.* 4. *n.* 14., negent dari in hoc parvitatem materiæ, quia (ut aiunt) in una sola linea potest quis errorem invenire; communiter tamen DD. admittunt materiæ parvitatem, quamvis discrepent in assignando qualis sit. Alii enim, ut *Sanch. l.* 2. *c.* 10. *n.* 31 *cum Sa, Manuel, et Vivald.* dicunt esse unam paginam, et plus, si volumen sit ex majoribus; at hanc opinionem merito non admittunt *Salm. de cens. c.* 4. *p.* 5. *n.* 74., *et* idem sentit *Bon. l. c.* si pagina sit grandior; alii, ut *Graff.* et *Reg. apud eumd. Bon.*, dicunt esse tres vel quatuor lineas; alii ut *Suar. d.* 20. *s.* 2. *n.* 20. *et Pal. tr.* 4. *de Fide d.* 2. *p.* 10. § 2. *n.* 6. *cum Azor, Con. et Sayr. apud Bon.*, dicunt esse decem lineas; alii tandem, ut *Holzm. t.* 1. *p.* 177. *n.* 77. *v. Dixi quarto, Spor. t.* 1. *p.* 124. *n.* 434. *Elbel t.* 1. *p.* 307. *n.* 113. *et Croix l.* 7. *n.* 331. *cum Marchant.*, rectius distinguunt, in hoc attendendum esse finem prohibitionis, si aperiendo librum hæreticum incidas in doctrinam, quæ directe est contra fidem, poteris excommunicationem incurrere, etiamsi legas paucas lineas, quia in ipsis potest esse periculum perversionis; secus si liber esset principaliter de materia indifferenti, tunc enim legendo etiam paginam, excusaris a mortali, si nullum ibi legas errorem.

285. — Requir IV ut hujusmodi libri scienter legantur, imprimantur, aut retineantur. Et eidem excommunicationi subjacent eos ementes, vendentes, aut asportantes, ut dicunt *Salmant. de cens. c.* 4. *p.* 4. *n.* 47. ex decr. Pontificum. Nec non defendentes non solum verbo, sed etiam facto, nempe si impediant quominus tales libri Episcopo tradantur, ut dicunt *Pal. Tamb. et alii communiter cum Croix l.* 7. *n.* 358.

286. — « 1. Non excommunicaris I. Si » legas libros catholicorum referentes » verba hæreticorum, etiamsi animo hæ» resim discendi legas. *Laym. l. c. ex » Navar Sanch. etc.* » (*Est commune cum » Azor, Suar. Bon. et Pignat. ap. Croix » l.* 7. *n.* 335.) « II. Si in catholici scrip» toris libro, vel alio, hac bulla non con» tento, legas adjecta scholia, vel notas » auctoris hæretici : quod tamen *Suar. » t.* 5. *d.* 21. *s.* 1., limitat, nisi scholia es» sent tam copiosa ut ex iis potius, quam » ex textu,liber constare videretur. *Laym. » l. c. ex Nav. Sanch. etc.* »

Quæritur, an legens scholia hæretici in libro catholico incurrat excommunicationem? Affirmant *Suar. et Krimer ap. Croix l.* 7 *n.* 334., si adnotationes essent libro majores, quia talis liber potius est hæretici commentantis, quam catholici. Imo *Croix* censet incurrere, etsi scholia mole sua non adæquarent librum, quia tales libri magis habentur propter adnotationes, quam propter textum catholicum. Negant vero *Tamb. Dec. l.* 2. *c.* 1. § 7. *num.* 9. *cum Sanch. ac Bon. ap. Vivam q.* 5. *a* 1. *n.* 8. *in fin.*, qui ipsis adhærent, dicentes, Summam *D. Th.* non appellari librum *Cajetani*, quamvis hujus adnotationes textum *D. Th.* superent. Addit tamen *Viva* legentem hujusmodi librum saltem non excusari ab excommunicatione non reservata Indicis, lata in legentes libros damnatos ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, ut habetur ibi in *regula* 10. His tamen non obstantibus, magis adhæreo primæ sententiæ, si scholia sint adeo uberiora, ut liber potius constet ex ipsis, quam ex doctrina catholica, ut dicunt *Pignatell. et alii ap. Croix l. c.*

287. — « 2. Non prohibentur hæreti» corum libri philosophici, et alii hære» sim non continentes. *Laym. l. c. n.* 3. » Imo probabiliter nec ii, qui incidenter » tantum continent hæresim, non agen» tes ex professo de fide; » (*Verius dicendum de errore, ut docent Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 10. *num.* 25. *Pal. d.* 2. *p.* 10. *n.* 7. *Bonac. d.* 2. *q.* 5. *p.* 4. *n.* 19. *et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 5. *n.* 72. *in fine)*: « *Sa, et Graff ap. Laym. l. c. contra » Suar et Sanch.*, qui id confirmat pro » Germania, ubi bulla cum tanto rigore » non est recepta. *Vide Bec.* 2. 2. *c.* 15. » *q.* 8. Legens tamen tales incurrit ex» communicationem non reservatam In» dicis librorum prohibitorum, ubi is » receptus est, quod non videtur esse » factum in Germania, saltem cum illo » rigore, ut habet *Laym. l. c. n.* 8. »

288. — Hic notandum, quod *Clem. VIII.* in Indice librorum prohibitorum, firmato auctoritate *Pii IV* vetaverit legere omnes libros hæreticorum, donec expurgentur, et hæresiarcharum, etiamsi hæresim non contineant, nec tractent de religione, sub excommunicatione non reservata, *vide Salm. ibid. n.* 73. *et Croix l.* 7. *n.* 360. Item libros cujusvis Auctoris non hæretici prohibitos ob suspicionem hæresis

ut in *reg.* 10. Indicis. *Viva qu.* 5. *art.* 1. *n.* 8. Item *S. Pius V* in Const. *Cum sicut*, prohibuit legere, aut retinere libros cujusvis Auctoris suspecti de hæresi, indigentes expurgatione, donec expurgentur, sub excommunicatione reservata Papæ. Ut autem agnoscatur, quinam libri expurgatione indigeant, dantur regulæ in *Expurgatorio Romano ap. Salm. l. c.* Insuper *Sixtus V* prohibuit sub excommunicatione reservata quemcumque librum de astrologia seu divinatione futurorum; *vide Salm. cit. n.* 73. Item in Indice prohibentur omnes libri ex professo tractantes de obscœnis, *Reg.* 2. 7. *et* 9. Notat autem *Croix n.* 360. *cum Laym. in fin.*, legentes libros obscœnos peccare quidem graviter, si materia sit gravis, sed non incurrere excommunicationem. Idem dicunt de legentibus libros magicos; sed melius ait *Viva qu.* 3. *art.* 1. *n.* 8., eos incurrere excommunicationem non reservatam, quia tales libri in *reg.* 9. prohibentur ob hæresis suspicionem.

289. — Sciendum, quod Index tres classes librorum prohibitorum constituit. I. Classis continet omnes libros hæreticorum hæresim habentes, vel de religione tractantes. II. Classis continet libros catholicorum contra fidem, vel bonos mores, qui (ut ait *Lupus p.* 4. *l.* 25. *d.* 1. *art.* 1.) non prius censentur prohibiti, quam specialiter in Indicem referantur : intellige, præter libros in Indice prohibitos per se, ut mox infra. III. Classis continet libros editos sine nomine Auctoris; qui non omnes (ut bene advertit *Lupus loc. cit.*) damnati sunt, sed tantum illi qui pravam doctrinam tradunt; sic enim videmus practicari a viris probis et doctis; et ita colligitur ex bulla *Alex. VII. Speculatores*, ubi de hac prohibitione Pontifex loquens, dicit : *Contingit, ut plerique libri ignoti scriptoris, qui tertiæ classi assignantur, pejores multo sint, quam in prima et secunda recensiti.* In Indice autem prohibentur in *reg.* 2. omnes libri hæresiarcharum, etsi hæresim non continent, et de religione non tractant. Deinde omnes libri hæreticorum, donec ab Episcopis examinentur, et approbentur. Item Biblia vulgaria, et libri controversias disserentes inter hæreticos vulgari sermone conscripti. Item libri obscœni ex professo, et libri magici. Hinc ibi excommunicantur, qui libros hæreticorum, vel cujusvis Auctoris scripta ob falsi dogmatis suspicionem damnata legerit, vel habuerit.

290. — Prohibere libros per totum orbem spectat ad Pontificem, et pro ipso ad S. Congregationem. Episcopi autem, et Inquisitores possunt libros prohibere in territorio proprio. Magister S. Palatii etiam potest; sed ut putat *Bordon. in Man. cons. sect.* 48. *n.* 5., tantum pro Urbe, et ejus districtu : nunquam enim visæ sunt illius prohibitiones publicari.

291. — Putat *Croix l.* 7. *n.* 346. quod, cum datur licentia legendi libros hæreticos ad errores confutandos, graviter peccaret qui legeret ex curiositate (licet excusaretur ab excommunicatione), quia tunc cessat finis licentiæ, sed hæc ratio non suadet, tum quia finis præcepti non cadit sub præcepto, ut diximus *de jejun. l.* 3 (IV). *n.* 1022., tum quia superior ob duas causas dispensat : primo quia considerat dispensato non imminere periculum perversionis; secundo quia sperat lectionem esse illi, vel aliis proficuam, unde si cessat secunda causa, non cessat prima. An autem possit legere librum prohibitum sine licentia, qui certus est moraliter lectionem sibi non obfuturam? Quidquid dicant alii, omnino est negandum cum *Croix n.* 375. *in fine*, *et Pal. Tol. Suar. Sanch. Tamb. etc. juxta dicta l.* 1. *n.* 199. *in fine.*

292. — « 3. Excommunicantur 1. Qui » in sufficiente quantitate solum prooemium, vel epistolam ad lectorem, vel » indicem libri, vel partem libri, in qua » nulla est hæresis, legit, ut habet *Laym.* » *l. c. et Bon.* » (*Vide dicta n.* 284.) « 2. » Probabiliter etiam is, qui alterum justa » suo legentem audit : quia legit per » alium. *Laym. l. c. Azor, etc. contra* » *Sanch.* » (*Probabilius dicunt Spor. p.* 124. *n.* 43. *et Croix l.* 7. *n.* 342. *cum Azor, Sylv. Pignatell. et Sayr. excusari ab excommunicatione qui audit. modo non induxerit alium ad legendum. Imo Sanch. Dec. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 48. *Pal. d.* 2. *p.* 10. § 2. *n.* 4. *cum Con. Ugol. ac Bon. d.* 1 *q.* 2. *p.* 4. *n.* 11. *cum Sousa. Nav. et Reg. item Fill. Tamb. etc. apud Croix l. c. dicunt excusari, quamvis induxerit; idque merito putant probabile Croix ib. et Viva q.* 5. *art.* 1. *n.* 9. *Atque Spor. l. c. et Sousa, ac Stephan. ap. Croix excusant etiam a peccato, si audiens ex auditione nullum periculum incurrat perversionis.*

293. — « 4. Probabiliter non excom- » municatur, qui hæreticam concionem, » aut epistolam seorsim editam legit, » quia non est liber. *Laym. l. c. n.* 5. » *ex Sanch.*

Sic etiam sentiunt *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 10. *n.* 30. *Holzm. p.* 77. *n.* 77. *v. Dic. cum Bonac. Castrop. et Lugo apud Croix l.* 7. *n.* 337. Sed oppositum tenent *Suar. et Farinac. apud Salm. de censur. c.* 4. *p.* 5. *n.* 72. Sed vide quæ dicentur hic in fine hujus numeri. An autem incurrant censuram legentes manuscripta hæreticorum? Affirmant. *Holz. l. c. et Croix l.* 7. *n.* 339. *cum Suar. Sanch. Dicast. Stoz, Pignat. Stephan. et alii communiter*, ut asserit. Sed negant *Viva ad prop.* 45. *Alex. VII. n.* 10. *Sporer p.* 123. *n.* 39. *ac Azor, Barb. Tamb. ap. Croix*, qui putat probabile, quia revera manuscripta non sunt libri, qui facilius, cum sunt impressi, habentur, et libentius leguntur. Idem sentit *Sylvius* (*apud Croix*) dicens : *Libri manuscripti communicari possunt ad legendum, nam tantum prohibentur, ne communicentur ad imprimendum.* Refertque *Sylvius,* sic etiam declaratum fuisse a S. C. Sed his non obstantibus, magis adhæreo primæ sententiæ, tum quia est communior, tum quia manuscripta etiam veniunt nomine libri, prout quidem libri dicebantur, antequam typum inventum fuisset, et etiam nunc parochorum registra baptismorum, matrimoniorum, etc. in Rituali, et communiter appellantur libri. De contraria autem declarat. S. C. *Croix* ait non satis constare. Cæterum advertunt *Salm. ibid. n.* 73. *in fin.* quod in Expurgatorio Rom., edito ex decr. Trid., prohibetur sub excommunicatione (non tamen reservata) legere omnes scripturas ab hæreticis compositas, etiam breves, et quamvis hæresim non contineant, donec examinentur et approbentur.

294. — « 5. Non sufficit una alterave » linea. Imo secundum *Sanch. Rodr. et* » *Sa*, nec integra pagina, etiam magni » voluminis ; quod tamen *Bon. et Laym.* » *l. c.* non concedunt; licet hic fateatur, » confessario id posse ad hoc servire, ut » non continuo damnet peccati mortalis, » et excommunicationis eum, qui bono » fine, vel etiam ex curiositate unam » paginam legit. » (*Vide dicta supra n.* 284. *v. Requir. III.*)

295. — « 6. Non incurritur, si reti- » neantur libri parvo tempore, v. g. » uno alterove die, quia sicut materiæ, » temporis parvitas excusat. *Laym. n.* 7. *ex Graff. Sayr. Sanch. etc.*

Hoc satis probabile est, ut dicunt etiam *Bon. d.* 6 *q* 2. *p.* 3. *n.* 15. *Holzm.* 2. *p.* 178. *n.* 77. *v. Dic.* 10. *et Pal. tr.* 4. *q.* 2. *p.* 10. *n.* 10. Idque admittunt idem *Pal. et Viva q.* 5. *art.* 1. *n.* 9. (contra *Suarez*), etiamsi quis retineat librum illo modico tempore, animo semper retinendi, quia tametsi peccet, non incurrit tamen excommunicationem ; nam qui retinet per modicum tempus, non dicitur notabiliter retinere. Imo *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 10. *n.* 65. *Laym. l.* 2. *tr.* 1. *c.* 15. *n.* 7. *cum Sayro, ac Graff. et Pignatell. ac Stoz ap. Croix. l.* 7. *n.* 351. excusant eum, qui retinet librum longiori tempore, expectans tempus opportunum ad tradendum superiori, vel alii licentiam habenti.

296. — « 7. Excusat ignorantia, crassa, » si vel nescias esse hæreticum, vel trac- » tare de religione. *Laym. n.* 3. *Vide* » *Sanch. l.* 2. *Mor. c.* 10. *n.* 3. *et l.* 9. » *de matr. d.* 32.

Communiter docent DD. non incurrere censuram eum qui legit, aut retinet librum cum ignorantia crassa facti vel juris, quia in bulla damnantur *scienter* legentes, etc. ita præter *Busemb. Laym. et Sanch.* dicunt *Bon. d.* 1. *q.* 2. *p.* 4. *n.* 8. *Holzm. p.* 177. *n.* 76. *Dic. et alii passim* ; et hoc est juxta dicta *n.* 47. An autem excuset ignorantia affectata? *Vide n.* 48. *et l.* 6. *n.* 1124. Nullo modo tamen excusatur, qui legit aut retinet, sciens ex fama publica, vel saltem a viro fide digno librum esse prohibitum, ut docent *Lugo, Sanch. Bon. et alii communiter cum Croix l.* 7. *n.* 345.

297. — « 8. Non excusatur is, qui librum » vel in aliena domo, vel alieno nomine, » vel animo non legendi habet ; item » nec is, qui affirmat non esse pravum, » non esse exurendum. Item qui impe- » dit ne comburatur : qui disputationis » causa defendit. Ita *Bon.* qui tamen » excusat eum, qui laudat stylum, vel » ingenium Auctoris, vel bonam doc- » trinam, quæ in eo est, sed non qua- » tenus in eo est; v. g. si dicat : hic li- » ber esset bonus, si non haberet hæ- » resim; quia talis non defendit. *Vide* » *Laym. l. c. Bon. d.* 2. *q.* 5. *p.* 4.

298. — Ex communi sententia docent *Suar. d.* 20. *sect.* 2. *n.* 21. *Sanch. l. c. n.* 52. *Pal. tom.* 1. *de Fide d.* 2. *p.* 10. § 2. *n.* 7. *Ronc. de cens. p.* 90. *q.* 2. *r.* 4. *et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 5. *n.* 74. *Croix l.* 7. *n.* 347. *et Bon. d.* 1. *qu.* 2. *p.* 4. *n.* 5. *cum Ugol. Graff et Sousa*, non eum effugere excommunicationem qui deponeret librum hæreticum apud alium, non abdicando a se dominium ; quia is qui retinet dominium, adhuc dicitur li-

brum retinere, cum possit repetere quando vult. Idem dicendum cum *Croix l. c. ex. Pign. et communi* (*contra Duardum*) de omnibus aliis libris prohibitis, de quibus adest prop. 45. damnata ab *Alex. VII.* ubi : *Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usquedum adhibita diligentia corrigantur.* Et idem dicendum de eo qui retinet librum alterius in deposito, commodato aut pignore, ut *Salm. l. c. et Croix d. n.* 347. *cum. Pignat. et Duardo.* Dicit tamen *Croix n.* 352. *cum Verjuys*, bene satisfacere qui tradit librum in locum sequestratum, qui solet assignari in singulis monasteriis. Cæterum, si quis deponeret librum apud habentem licentiam cum pacto expresso non repetendi, ita ut alter non teneatur reddere nisi post expurgationem. vel post licentiam obtentam, hunc non damnarem, quia in hoc videtur adæquate cessare periculum legendi ; et tanto minus damnarem, si donaret librum habenti licentiam, sub conditione, ut reddat si deinde ipse licentiam obtineat.

299. — Qui autem habet librum hæreticum, tenetur tradere Inquisitoribus ex præcepto *Julii III.* et *Pii IV.* Hinc dicunt *Suar. Barb. Dicast. etc. apud Croix l* 7. *n.* 355. incurrere censuram, qui illum comburit in loco, ubi viget Inquisitio. Sed excusant *Salm. dict. n.* 74. *et Croix n.* 355. *cum Sanch. Filliuc. et Pignat.*, quia, cum liber comburitur, nequit dici quod retineatur. Attamen *Julius III.* in sua bulla, *Cum meditatio*, expresse prohibuit in virtute sanctæ obedientiæ omnibus qui habent libros vetitos cujuslibet speciei, ne eos lacerent, aut comburant, præcipiens eosdem deferri ad Inquisitorem, aut Episcopum.

Facultatem legendi libros prohibitos tam in bulla, quam in Indice solus Papa, vel S. C. Indicis, aut concilii concedere potest. Tantum in casu magnæ necessitatis ait *Viva q.* 5. *art.* 1. *n.* 10. posse eam concedere etiam Episcopum. Hic autem quæritur, an ipsi Episcopi possint legere libros prohibitos ? Videbatur affirmandum, omnes enim Episcopi, ubi formale tribunal S. Officii non adest, sunt Inquisitores nati, qui valent via ordinaria procedere contra delinquentes in materia fidei. Sed omnino negandum cum *Sylvio t.* 3. *qu.* 2. *a.* 3. *concl.* 2. *in fin. Barb. de pot. Ep. p.* 3. *all.* 90. *n.* 8. *et Bon. t.* 3. *disp.* 1. *s.* 2. *p.* 4. *n.* 10. ex bullis *Julii III. Cum meditatio, et Pauli IV. Quia in futurorum*, ac *Pii IV Cum pro munere*, relatis ab auctoribus præfatis, in quibus tam Episcopis, quam Inquisitoribus interdicitur librorum vetitorum lectio, *præterquam* (excipitur) *senioribus, et commissariis* hæreticæ pravitatis. Intelliguntur, to *commissariis*, illi tantum Inquisitores, quibus commissa est aliqua particularis causa, quique legere possunt tantum libros ad illam materiam concernentes, et tantum pro tempore quo commisso viget, ut scribit et explicat *Bon. l. c.*

300. — Principaliter autem excommunicationem papalem incurrunt hæretici, eorumque fautores, receptores, etc. ut habetur ex prima clausula bullæ Cœnæ. Prius igitur agemus de hæreticis, postea de fautoribus. Ut hæreticis hanc excommunicationem incurrat, requiritur I. Ut hæresis sit formalis, scilicet, cum errore intellectus, et pertinacia juxta dicta apud *Busemb. l.* 3. *n.* 19. Ille autem pertinax dicitur, qui adhæret sui opinioni, non obstante quod jam noverit eam adversari doctrinæ Ecclesiæ Romanæ. Ita. *S. Th.* 1. *p. q.* 32. *a.* 4. *cum communi, et Salm. de cens. c.* 4. *p.* 4. *n.* 49.

301. — Sed hic quær. 1. An incurrat hanc excommunicationem, qui errat ex ignorantia culpabili ? Si ignorantia sit tantum supina, communiter excusant DD. ut *Tol. Sanch. Bon. Azor, Sayr. et plures cum Salm. ibid. n.* 50. Ratio, quia hanc censuram non incurrit, nisi qui est hæreticus formalis ; sed ad hæresim formalem constat requiri veram scientiam erroris, alias deficit pertinacia, ut supra, requisita. Dubium est, an incurrat errans cum ignorantia affectata? Affirmant *Canus, Val. Nav. apud Salm. de cens. c.* 4. *p.* 4. *n.* 51. Sed probabilius negant *Pal. tr* 4. *p.* 3. § 2. *n.* 3. *cum Azor, Arrag. et Farin. ac Salm. ibid. n.* 52. *cum Conin. Suar. Sayr Bonn. etc.* Ratio, quia Ecclesiæ non contradicit, qui nescit se Ecclesiæ contradicere, ob quamcumque ignorantiam hoc faciat ; et ideo non potest dici pertinax contra Ecclesiæ doctrinam.

302. — Quæritur 2. An incurrat excommunicationem tanquam hæreticus formalis, qui circa res fidei dubitat ? Quidquid alii dicant, quorum plures nimis obscure loquuntur, dicendum cum sententia communi, quod si quis positive dubitat de aliquo dogmate fidei ab Ecclesia jam definito, judicans illud esse incertum propter rationes oppositas, procul dubio hic est hæreticus, et excom-

municationem incurrit, ut habetur ex c. 1. *de hæret.* ubi dicitur : *Dubius in fide infidelis est.* Secus vero, si quis negative se haberet super aliquo articulo, suspendendo judicium, et ad alia se divertens, ne mentem fatiget, vel ut ad aliam cogitationem se applicet. Attamen advertendum quod si ille deliberate et pertinaciter assensum ideo suspenderet, quia judicat motiva contraria fidei incertam reddere veritatem illam, tunc pariter ut hæreticus habendus est ; ipse enim revera positive dubitat de veritate fidei, dum format deliberatum et pertinax judicium non esse certa omnia dogmata, quæ ab Ecclesia ut certa proponuntur ; ita *C. de Lug. t.* 3. *d.* 20. *de fide n.* 16. *Sylv. t.* 3. *in* 2. 2. *q.* 11. *ar.* 1. *Wig. tr.* 7. *exam.* 3. *q.* 11. *Antoin. tract. de virt. theol. c.* 3. *q.* 6. *Salm. l. c. n.* 51. *et* 55. *Cuniliat. tr.* 4. *d.* 1. *præc. c.* 2. § 3. *n.* 4. *Nat. Alex. de sacr. ord. l.* 4., *art.* 9. *reg.* 23. *Bon. de censur. d.* 2. *q.* 5. *p.* 1. *n.* 3. *Conc. Comp. l.* 3. *diss.* 1. *c.* 9. *n.* 3. *P. Ferraris Bibl. verb. Hæreticus n.* 4. *et alii.*

303. — Requir. II. Ut error internus externe significetur per verba, aut signa ex se, vel ex circumstantiis hæresim manifestantia, ita communiter *Laym. l.* 2. *tr.* 1. c. 14. *n.* 1. *et Salm. de cens.* c. 4. *p.* 4. *n.* 48. Hinc docet *Laym.*, non incurrere hanc excommunicationem : 1. Qui est hæreticus pure mentalis. 2. Qui abstinet a missa, a jejunio, ab adorando sacramento, etiam quia hæreticus est ; possunt enim hæc attribui oblivioni, vel pravæ conscientiæ, nisi ex circumstantiis clarius manifestetur error. 3. Qui diceret : *Non est Deus*, tacito verbo, *Christus;* vel qui hoc scriberet charactere non intelligibili. Ratio, quia ad incurrendam excommunicationem, voces aut signa debent ex se hæresim exprimere. 4. Qui assereret se antea secutum fuisse hæresim, vel tunc propositum habere sequendi in futurum : quia sic non judicatur hæreticus præsens; ita *Laym. n.* 4. *cum Azor*, *et Sanch.*

304. — Requir. III. Ut actio hæresis manifestativa sit moraliter mala; quare non incurrit excommunicationem, qui se manifestat ad petendum consilium. IV. Requiritur, ut ille suam hæresim manifestet, animo eam profitendi, ut docet *Laym. l. c.* Alioquin in his omnibus casibus, quia hæresis tantum ratione excommunicationis est reservata, potest ipsa a quolibet confessario absolvi, sicut et excommunicatio illi annexa ex alio jure, nempe ex *c. Christus, etc. de sent. exc.* ubi excommunicatio contra hæreticos universe lata est, sed non reservata ; ita communissime DD. *Vide Salm. dict. n.* 48.

305. — Advertendum vero 1. quod, ut excommunicatio incurratur, sufficit ut manifestatio erroris etiam occulte fiat, quin aliis innotescat ; prout certum est, et commune cum *Salm. tr. cit. c.* 1. *p.* 11. *n.* 141. *in fin. ac. Azor. Avila. et Corn. ib., et aliis passim.* Quod si manifestatio fuerit notoria, hæreticus tamen non est vitandus, nisi sit etiam nominatim declaratus, et insuper publice denuntiatus, *Salm. ibid. c.* 4. *p.* 4. *n.* 48. *in fine*, juxta dicta *n.* 136. Advertend. 2. quod illi qui in hæresim incidunt, invincibiliter excommunicationem ignorando, eam non incurrunt juxta dicta *num.* 47

306. — Deinceps hanc excommunicationem incurrunt etiam hæreticorum *credentes*, id est qui eorum erroribus se assentiri externe manifestant, v. g. si quis dicat : *Credo, quod credit Calvinus vel quod Calvinus fuerit sanctus vir.* Incurrunt etiam *fautores*, id est qui hæreticis favent aut omissione, omittendo scilicet, cum possint et tenentur ex officio, hæreticum capere, custodire, punire : aut commissione, illum laudando, vel adjuvando ut fugiat. *Receptatores*, qui hospitio recipiunt, vel occultant (etsi semel) hæreticum, ut effugiat pœnas suæ hæresis. *Defensores*, qui errores illius defendunt, etsi interne aliud sentiant, vel qui impediant, ne ille a judice capiatur, aut puniatur : ita *Suar de censur. d.* 21. *sect.* 2. *n.* 6. *Sanch. l.* 2. *c.* 10. *n.* 2. *et Salm. de cens.* c. 4. *p.* 5. *n.* 63. *cum aliis communiter.*

307. — Quær. hic I. An hi *fautores*, etc. ut supra, incurrant excommunicationem, et alias pœnas, si non ex motivo favendi hæresi, sed ratione consanguinitatis, amicitiæ, aut similis, hæreticis favent? *Prima sententia* affirmat, et hanc tenent *Pal. de cens. d.* 3. *p.* 2. *n.* 5. *Tolet. in expos. bullæ Cœnæ c.* 1. *n.* 2. *Viva de cens. q.* 5. *art.* 2. *n.* 7. *in fin. item Sayr. Suar. etc. Salm. ibid. n.* 67.

Secunda sententia valde probabiliter negat, quam tenent *Sanch. l.* 2. *c.* 10. *n.* 5. *Bon. d.* 2. *q.* 5. *p.* 3. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 68. *cum Soto, Azor, Arrag. Fagn. etc.* ac probabilem putat *Laym.* Ratio, quia, cum Ecclesia excommunicat fautores hæretici, tunc tantum eos damnare censetur, qui hæretico favent, quatenus

hæreticus est. Hinc probabiliter excusantur ab excommunicatione parentes, filii, et etiam fratres hæretici eum receptantes, ut docent *Laym. et Salm. l. c. in fine.*

308. Quær. II. An incurrat, qui hæreticum recipit, ne capiatur vel puniatur, si nihilominus in effectu ille jam incidat in manus judicis?

Prima sententia, quam tenent *Sanch. Dec. l. 2. c. 10. n. 9. Bon. d. 2. q. 5. p. 3. n. 3. ac Suar d. 21. sect. 2. n. 8. et Fill. Leand. et alii ap. Salm. ibid. n. 69.*, qui probabilem putant, negat. Ratio, quia fautores seu receptatores excommunicantur in ordine ad fovendam hæresim; ergo si accidit hæresim non foveri, ex communicationi non subsunt.

Secunda sententia vero, quæ mihi magis arridet, et quam tenent *Pal. d. 8 p. 2. n. 5. Sayr l. 3. c. 5. n. 4. ac Duard. et Graff. ap. Salm. de cens. c. 4. p. 5. n. 70.*, affirmat. Ratio, quia ipso facto tunc quod aliquis hæreticum recipit, sequitur effectus favoris, et ille censuram incurrit, cum de facto jam hæresim foveat, impediendo ne reus capiatur, saltem illo medio temporis quo eum servat absconditum, unde non officit quod postea cesset per capturam effectus receptionis.

309. — Excommunicationem autem bullæ incurrunt insuper I. Surripientes bona christianorum naufragantium, sive in navibus existentia, sive in mari ab eis ejecta, sive in littore inventa. Requiritur tamen 1. ut acceptio sit injusta, et ex certa scientia, quod illa sint bona naufragantium. Ita *Viva qu. 5. art. 2. n. 3.* Requiritur 2. ut bona non habeantur ut derelicta; hinc excusatur accipiens papyrum, forinam, saccharum et similia projecta, quia talia communiter pereunt in mari, statim ac projiciuntur. Ita pariter, qui accipit bona quæ diu in littore jacuerunt, quia merito præsumuntur illa tunc haberi a dominis pro derelictis. Ita *Viva l. c. et Salm. ibid. p. 6. n. 80. et 81.*

310. — II. Incurrunt domini, qui in terris suis sine privilegio imponunt pedagia, id est tributa pro transitu personarum, sive rerum, vel pro refectione et custodia viarum, aut gabellas, id est impositiones pro delatione, et venditione mercium. Tale autem privilegium habent omnes principes supremi, prout Pontifices; reges autem, respublicæ, et universitates, ab subveniendum civium necessitatibus bene etiam possunt collectas sibi imponere, ita *Viva qu. 5. art. 2. n. 4. et Salm. ibid. n. 82. et 83. cum Vasq. Dic. etc. Vide alia apud Viva et Salm. ll. cc.*

311. — III. Incurrunt piratæ interficientes, aut deprædantes christianos in mari ecclesiasticos. IV. Falsificatores litterarum apostolicarum. V. Transmittentes arma, sive armorum materiam ad hostes infideles, sive hæreticos declaratos. VI. Injuste impedientes deferri victualia ad Roman. curiam. VII. Vexantes eos qui accedunt, vel recedunt a Romana Sede ob negotia ad illam spectantia. VIII. Vexantes peregrinos, qui devotionis causa Roman petunt. IX. Vexantes, seu ejicientes Episcopos, Legatos, vel nuntios a suis diœcesibus; nec non id mandantes, ratum habentes, faventes, etc. X. Percutientes, aut expoliantes eos (sive eorum procuratos), qui curiam Romanam pro suis negotiis petunt. XI. Appellantes sub privato prætextu ad curias laicales in causis ecclesiasticis, ad impediendas Litteras apostolicas. XII. Qui auctoritate laica, vel prætextu exemptionis causa, spirituales, vel ipsis annexas ad se avocant a judicibus ecclesiasticis, etc. Ita apud *Vivam qu. 5. ar 2. n. 13.* XIII. Qui ex quovis colore trahunt, vel trahi faciunt personas ecclesiasticas ad tribunal laicale, etc. *Vide Viva n. 15.* XIV. Impedientes judices ecclesiasticos sua jurisdictione uti. XV Usurpantes jurisdictionem, et fructus beneficiorum. XVI. Imponentes onera ecclesiasticis. Qui tamen (advertendum) tenentur contribuere, quando imponuntur collectæ pro refectione, v. g. viarum, fontium, etc. quorum utilitas directe pertinet etiam ad ipsos; *Viva n. 18. cum Abb. et Mol.* XVII. Se interponentes sine jurisdictione in causis criminalibus contra ecclesiasticos. XVIII. Usurpantes jurisdictionem in terris Ecclesiæ Romanæ. Denique ex bulla *Clem. VIII.* incurrunt excommunicationem adhuc reservatam omnes sine facultate absolventes ab excommunicationibus bullæ Cœnæ extra mortis articulum, ut *Viva d. art. 2. in fin.*

« An bulla *cœnæ*, quærit Gury, tanquam abrogata haberi debet, postquam a tempore Clementis XIV quotannis publicari desiit? ac respondet :

» Negative. Quamvis enim pontifices ab hujusmodi publicatione abstinuerint, legem tamen in toto suo robore permanere

voluerunt. Constat ex praxi cancellariæ romanæ ; nam inter facultates, quæ quotidie confessariis conceduntur, expressa mentio habetur de reservatione casuum bullæ *cœnæ*. Insuper hæc bulla perpetua haberi debet propter oppositam clausulam, *donec revocetur.* » (*De cens.* 971.)

CAPUT III.

DE SUSPENSIONE, ET DEGRADATIONE.

DUBIUM I.

Quid sit suspensio, quotuplex, et unde dignoscatur qualis et quanta sit ?

312 Quid est suspensio ? et quis suspendi, aut suspendere potest ?

313 An peccet graviter exercens actum a quo est suspensus ?

314 Dub. 1. An incurrat irregularitatem, si suspensio sit facta ad tempus ? Dub. 2. An Episcopus suspensus a Pontificalibus incurrat irregularitatem, Pontificalia exercendo ? Et quid si missam solemniter celebret ? An sacerdos suspensus non toleratus invalide absolvat ? Quid si toleratus ? vel si sit suspensus tantum ob ordine ?

315 Quot modis possit ferri suspensio ?

316 Qualitas suspensionis ex quo colligatur ? Dub. 1. An suspensus a beneficio possit, cum sit pauper, retinere fructus ? Dub. 2. An suspensus a beneficio censeatur suspensus etiam a beneficiis quæ possidet in aliena diœcesi ?

317 An suspensa communitate, sint singuli suspensi ? et an isti incurrant irregularitatem ? An suspensio debeat ferri in scriptis ?

312. — « Resp. 1. Suspensio est censura, qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur. *Vide Bon. d.* 3. *p.* 1. *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 3. *c.* 1.

Unde resolves :

« 1. Solus clericus potest suspendi.

« 2. Suspendere possunt, qui possunt ferre censuras.

Huic quæstioni : *Quænam est Episcopi potestas in suspensione ferenda*, Scavini sic respondet :

« Ex canonico jure tanta est Episcopi potestas in suspensione ferenda, ut eam valeat in Clericos sibi subditos irrogare non solum per modum censuræ, sed etiam per modum simplicis punitionis in crimen præteritum, et ex causis sibi notis, sive, ut aiunt, *ex informata conscientia* et absque prævia ulla Clerici monitione : sicque Clericum prohibere tam ab ascensu ad Ordines, quam ab eorum exercitio, v. g. a celebratione Missæ. Ita Tridentinum [1], et Benedictus XIV [2]. Idem patet ex Bulla *Auctorum Fidei*, quæ sub n. 49 propositionem Synodi Pistoriensis docentis *nullas et invalidas esse suspensiones ex informata conscientia*, solemniter damnavit uti *falsam, perniciosam, et in Tridentinum injuriosam.*

« Imo potest etiam eodem modo Episcopus suspendere Parochum ab omni curæ suæ exercitio : et S. Congregatio Concilii *in Sagonensi* 21 junii anno 1625 declaravit irregularitatem contraxisse Parochum, quia proprio Episcopo *ex informata conscientia* ab omni suæ Parœciæ exercitio indeterminate suspensus, appellatione interposita, adhuc in celebratione et curæ exercitio manebat. (T. II. n. 124.)

« Quæ suspensio in his duobus, ait Bouix, ex Tridentino concluditur : interdicere ascensum ad sacros Ordines, et suspendere ab iisdem Ordinibus, necnon a dignitatibus officiis, gradibus, honoribus ecclesiasticis, ideoque a curæ exercitio. At probabilius suspensio a beneficio hoc modo non potest ab Episcopis ferri, cum de hoc nullum verbum sit in Tridentino. »

« Ante Tridentinum, adnotat Scavini, Episcopi facultatem non habebant Clericos sive excludendi sive suspendendi ab Ordinibus extrajudicialiter, sed tantum ob publica comprobata crimina, nempe per processum : hac facultate tunc fruebantur dumtaxat Regulares erga suos (*ex* cap. *ad aures de temp. ordin*). Sed Tridentinum in Cleri reformationem sapientissime intendens facultatem ipsam dedit etiam Episcopis indiscriminatim (*sess.* 14, *c.* I, de R.), ut nempe Clericos suos possent ab Ordinibus tum excludere tum suspendere *ex quacumque causa, etiam ob crimen occultum, quomodolibet, extrajudicialiter*, id est nullo formato processu, videlicet *ex informata conscientia*, nemque ex causis ab ipsa Episcopi conscientia perpensis et cognitis. Quæ verba licet proferantur a Patribus solummodo in prima capitis parte, ubi agitur de exclusione; certum tamen est ea esse etiam intelligenda de suspensione, uti docent communiter Fagnanus, Barbosa, Gonzales, De Luca, Giraldi cum Benedicto XIV, et pluries declaravit S. Congr. C. Item hæ exclusiones et suspensiones possunt etiam esse perpetuæ ex eadem S. Congr. Imo et declaravit *Episcopum in hujusmodi pœnis decernendis non teneri dicere causam suspensionis seu delictum manifestare ipsi reo, sed tantum Sedi Apostolicæ, si reus ad eam recursum habeat* (V. *Analecta juris Pontif.* anno 1854).

« Certum est igitur, nullam dari appellationem ad Metropolitam in suspensionibus vel exclusionibus latis *ex informata conscientia*, cum tunc detur tantummodo recursus ad supremam Sedem, uti docet Benedictus XIV (*De Syn.*, l. XII, cap. 8). Potest Episcopus in hac censura ferenda formalitates ordinarii vel summarii processus judicii ex toto vel ex parte adhibere ; nam Tridentinum ait posse *quomodolibet* censurare. Attamen in ferenda sententia expri-

[1] Sess. XIV, c. I. — [2] *De Syn. Diœc.*, l. XII, c. VIII.

mendum est se agere vigore cit. cap. 1. sess. 14. *Tridentini;* ne censeatur via ordinaria procedere, quo in casu essent necessariæ plures solemnitates.

« *V.* Opusculum *Intorno ai giudizi ex informata conscientia*, Torina, Marietti 1850. — Ferraris, *Bibliot. Canon.*, vº Suspensio, art. 1. n. 16. — Sed præ ceteris Bouix, *De judiciis*, t. 2, p. 2, qui hanc quæstionem undequaque resolvit; et multis quoque conatur tueri, Episcopum posse suspendere ex informata conscientia etiam quando delictum est omnino publicum; nam Tridentinum ait, Episcopum posse procedere *extrajudicialiter ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen;* porro illud *etiam* aperte supponit posse et quando crimen non est occultum. Idque necessarium omnino; etsi enim delictum sit fama vulgatum, contingere potest, aliquibus in locis ut formalitates servari nequeant absque difficultatibus, vel ob populi commotionem, vel ob gubernii minas, vel ob temporum calamitatem. Id quoque tuetur Episcopus Lucionensis, Trat. *De sententia ex informata conscientia.* — Etsi autem huic adversetur vigens apud romanos canonistas contraria opinio, qui volunt Episcopum non debere ob publicum delictum extrajudicialiter procedere ; attamen sic censuratus judicium sui superioris revereri debet, dicente D. Gregorio (Hom. h in Evang.) *sententia pastoris sive injusta sit, timenda est ;* idque magis, quia alioquin talis inobedientia maximo scandalo esset fidelibus. Et ideo sententia episcopalis taliter lata possidere debet ac firma esse, quoadusque fiat recursus ad S. Concilii Congregationem a qua illa rescindatur, si in aliquo substantiali forsan peccaverit, prout nuper actum est in causa sanctæ Agathæ Gothorum 26 feb. 1853. » (T. II. n. 175.)

313. — « Ex genere suo, et nisi parvitas materiæ excuset, est peccatum grave, exercere actum per suspensionem prohibitum, unde et irregularitatem inducit. Si tamen suspensus toleratus, se non ingerat in tales functiones, sed ab aliis propter utilitatem requiratur, probabiliter non peccat, cum alii licite requirant. Imo, etsi nominatim sit denuntiatus et non toleratus, alii tamen non tenentur sub mortali eum vitare, nisi censentur cooperari actui, a quo suspensus est : unde audire ejus missam non erit peccatum (saltem mortale) si non inservias. Ita probabiliter *Avila, Henr. Suar Sayr apud Bon. d.* 3. *p.* 4. *n.* 4. etiam *Laym. l. c. c.* 1. *n.* 7. » (*Et ita communius et verius tenent Pal. d.* 4. *p.*6. *n.* 5. *Holzm. p.* 395. *n.* 252. *et Salm. de cens. c.* 5. *p.* 2. *n.* 14. *cum Con. Avila, etc. qui recte addunt esse omnino licitum audire missam a sacerdote suspenso (contra Cont. Tour. tr. de cens. part.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *Quær.* 4. *cum Bonac.) Limitat tamen Holzm. l. c. nisi scandalum interveniret.*)

Est certum apud omnes, quod clericus suspensus peccat graviter, si exercet actum vetitum per suspensionem, *vide Salm. ibid. n.* 12. Excusatur tamen 1. Si exercet ordinem non sacrum, vel sacrum, sed non solemniter; *Salmant. ibid. p.* 3. *n.* 24. *et seq. et Cont. Tourn. loc. cit. Quær.*3. *cum S. Anton. Hab. Sayr. etc.* (*contra Suar et Navarr.) Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 38. *v. Objic.* 2. Excusatur 2. saltem a gravi culpa, si exercet ob ignorantiam, aut metum gravem, aut in parva materia, puta si fuerit suspensus a jurisdictione, vel ab ordine, et exerceret actum levem jurisdictionis, aut benediceret mensam : secus si benediceret aquam, nuptias, fructus, etc. juxta solemnitates Ecclesiæ; *Bon. d.* 3. *p.* 4. *n.* 6. *Holz. p.* 394. *n.* 248. *Cont. Tourn. loc. cit. v. Ex his, et Salm. c.* 5. *n.* 13.

314. — Sed hic dubit. 1. An incurrat irregularitatem clericus exercens actum a quo erat suspensus, si suspensio fuerat lata pro tempore determinato? Adsunt tres sententiæ :

Prima sententia negat, et hanc tenent *Gabriel, Avila, et Villal. apud Salm. de cens. c.* 5. *p.* 2. *n.* 13. qui probabilem putant cum *Dian.*, quia (ut dicunt) suspensio lata pro tempore determinato habet rationem puræ pœnæ, quæ non inducit irregularitatem.

Secunda sententia communior affirmat et hanc tenent *Suar. d.* 26. *sect.* 2. *n.* 3. *Bon. d.* 3. *part.* 4. *n.* 6. *Pal. dub.* 4. *p.* 6. *n.* 5. *Conc. Tourn. de censur. part.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *v. Quær.* 3. *in fin. Escob. l.* 5. *n.* 96. *et Viva q.* 6. *a. n.* 5. Probatur hæc ex c. 1. *de sent. et re judic. in* 6. ubi quidam, cum fuerit suspensus ad tempus, et sic ministraverit, fuit expresse declaratus irregularis. Limitant vero *Viva et Cont. Tourn. ll. cc. et Salm. ibid. p.* 1. *n.* 8. nisi suspensio sit oretenus lata, quia cum censura non possit licite ferri sine scriptura, ut dicemus *n.* 317 non præsumitur Episcopus voluisse delinquere censuram oretenus ferendo.

Tertia sententia, quam probabilem putat *Ronc. p.* 106. *q.* 5. *r.* 2. *cum aliis*, et quæ mihi videtur absolute probabilior, distinguit et dicit, quod si suspensio fuerit lata per modum statuti aut præcepti ob crimen futurum, vel etiam

præteritum, sed habens tractum successivum, tunc transgrediens verius incurrit irregularitatem, ut patet ex textu præfato. Secus si suspensio sit lata ab homine per sententiam, ob meram punitionem criminis omnino præteriti, quia talis suspensio habet rationem meræ pœnæ, non censuræ, juxta dicta *n.* 52. Censura enim, cum sit pœna medicinalis, nequit ferri ob delictum omnino præteritum, ut diximus *n.* 54. Ergo quando quis transgreditur hujusmodi suspensionem, nullam incurrit irregularitatem, quæ non a violentibus pœnas, sed censuras incurrit. Neque huic sententiæ obstat textus prædictus, nam ibi non fit sermo de suspensione lata ab homine per sententiam particularem, sed lata a jure per statutum generale, quod respicit crimina futura; unde talis suspensio erat vera censura.

Dubit. 2. An Episcopus suspensus a pontificalibus, incurrat irregularitatem si pontificalia exercet, puta confirmando, consecrando calices, etc. negant *Sylv. v. Suspensio*, § 5. *ac Innoc. Abb. Archid. Socin. etc. ap. Fag. l.* 1. *in c. Vel non est compos*, *de temp. ordin. n.* 17. *ad* 20., quia (ut dicunt) episcopatus non est ordo, sed potius extensio, sive complementum ordis sacerdotalis,, ut tenent *Salm. de ordin. c.* 1. *p.* 1. *dub.* 2. *n.* 26. *cum Soto*, *Gonet et alii ex D. Thom. Suppl. q.* 40. *art.* 5. Unde inferunt Episcopum exercendo has functiones non contrahere irregularitatem, cum hæc incurratur a censurato, tantum quando exercet ordinem sacrum. Affirmant vero probabilius *Nav. c.* 27. *n.* 163. *Bon. d.* 3. *p.* 4. *n.* 6. *v. Tertio*, *cum Major. et Alter. ac Fagn. l. c. n.* 36. *cum Palud. Ang. etc.* Ratio, quia, etiamsi sententia quod episcopatus sit tantum extensio ordinis sacerdotalis, et non distinctus, esset vera (quod negant plurimi *ap Salm. l. c. n.* 23); tamen non potest negari quod tale exercitium potestatis episcopalis sit actus ordinis sacri, si non distincti, saltem extensi; quapropter Episcopus tunc dicitur vere exercere actum sacri ordinis. Tanto magis quod idem *D. Th. l. c.* ait, quod licet episcopatus non sit ordo respectu ad corpus Christi reale; tamen est verus ordo respectu ad potestatem in corpus mysticum; unde prima sententia non videtur satis probabilis.

Si autem Episcopus suspensus a pontificalibus missam celebrat solemniter in apparatu pontificali, certum est quod peccat, ut recte dicunt *Fill. tr.* 17. *c.* 2. *n.* 28. *Sayr. l.* 4. *c.* 4. *n.* 13. *et Renzius p.* 643. *q.* 4. An autem incurrat etiam irregularitatem? Affirmant *Angel. v. Suspensio* 3. *n.* 3. *Nav. Bon. et Fagn. ll. cc.* Ratio, quia talis celebratio est actus proprius ordinis episcopalis, cum non possit exerceri nisi ab Episcopo consecrato. Negant vero probabilius *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *c.* 3. *n.* 4. *cum Sylv. Cov. et Avila*, *ac Diana p.* 5. *tr.* 10. *r.* 4. *cum Joann. Præpos.* qui testatur hanc esse communiorem DD. sententiam. Ratio, quia Episcopus sacrificando non exercet actum substantialem ordinis episcopalis, sed actum ordinis sacerdotalis a quo non est suspensus; et quod celebratio fiat cum pontificalibus per accidens se habet; irregularitas autem non incurritur, nisi in exercitio actus ordinis prohibiti. Et hanc sententiam expresse tenet etiam *D. Anton.* 3. *p. tit.* 27. *c.* 3. § 4. *v. Si est suspensus*, *cum Hostiensi*, sic dicens : *Suspensus a pontificalibus, non erit irregularis, quia pontificalia non sunt de susbtantia celebrationis, nec debemus judicare aliquem irregularem, nisi inveniatur expressum.* Tanto magis quod, ait idem *Fagn. l. c. in c. Quæsitum*, *de cohab. cler. n.* 15. *cum Archid. etc.*, suspensus propter crimen tum solum incurrat irregularitatem, cum canon id exprimit, quia alias suspensio intelligitur lata quoad se tantum, nempe quod tanquam indignus prohibeatur a ministrando.

» 4. Suspensus non toleratus invali» de absolvit, quia non habet jurisdictio» nem. » (*Ita Salm. de cens. c.* 5. *p.* 2. *n.* 15. *Secus si tolaratus, quia hic valide jurisdictionem exerceret; etsi illicite, si non esset requisitus; Salm. ib. Suspensus autem ab ordine, non est suspensus a jurisdictione. Ita S. Th.* 3. *p. qu.* 22. *art.* 3. *Salm. ibid. n.* 16. *communiter.*)

315. — « Resp. 2. Suspensio 1. alia » fertur ad certum tempus, quo elapso, » expirat : alia fertur absolute, seu inde» finite, manetque, donec per absolutio» nem tollatur 2. Alia est ab officio, sive » id sit ordinis, sive jurisdictionis ; alia a » beneficio ; alia ab utroque. 3. Suspen» sio ab officio, vel est a toto, vel a parte » tantum, scilicet a functione ordinis, » vel jurisdictionis. Item suspensio bene» ficii, vel est a beneficio absolute, vel » a quibusdam tantum functionibus, » ejus ratione competentibus. *Laym. Bon.* » *ll. cc.*

316. — « Resp. 3. Quantitas et quali-

» tas suspensionis colligi debet ex verbis, » quibus fertur : quæ, utpote in re odio» sa, non amplius sunt extendenda, quam » proprie accepta significent.

Unde resolves:

« 1. Suspenso absolute et in toto pro» hibetur omne exercitium ratione offi» cii proveniens, tam ordinis, quam » jurisdictionis : et consequenter non » potest celebrare, nec valide excommuni» care, beneficia conferre, etc. Suspen» sus vero a parte beneficii determinata, » v. g. ab ordine tantum, vel jurisdic» tione, privatur tantum illius officii » functionibus. Unde Episcopus, v. g. » a jurisdictione suspensus, etsi non » possit excommunicare, absolvere, de» legare, etc. potest tamen exercere actus » ordinis, ut consecrare templa, ordina» re, etc. *Bon. l. c.*

« 2. Suspensus a certa functione ordinis » v. g. a sacramentorum administratio» ne, non est suspensus a sacrificio. Si» militer suspensus ab ordine potest » nihilominus conferre primam tonsu» ram, quia non comprehenditur sub » ordine, *Bonac. p.* 2. *n.* 6.

« 3. Suspensus ab officio simpliciter, » non intelligitur suspensus a beneficio, » seu fructibus ejus. Debet tamen per » alium supplere qui per se nequit, ut » fructus percipiat. *Bon. n.* 10. *ex Na» var. Suar. Henriq. Fill. etc.* » (*Commune est apud omnes, quod suspensus ab officio non suspenditur a beneficio ; ita Suar. d.* 26. *sect.* 3. *n.* 4. *Pal. p.* 5. § 1. *n.* 5. *Cont. Tourn, de censur. part.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *v. colliges* 2. *Antoin. p.* 663. *n.* 2. *et Salm. de cens. c.* 5. *p.* 2. *n.* 20. *cum Sanch. Avil. Con. etc. communiter ex. c.* 10. *de purg. can. et c.* 10. *de vita, et hon. cler* ; *consentit Fagn. l.* 3. *in c. Quæsitum, de cohab. cler. etc. n.* 30. *Sed recte limitant Fagn. et* Glossa *in Clement. Cupientes, de pœnis, primo si crimen sit enorme, ut patet ex c. Inter.* 10. *de purg. can. Secundo si reus contemnat suspensionem, nempe annum in ea manendo, ut habetur ex c. Cum bonæ de ætate, et qualit. etc.*)

« 4. Suspensus ab ordine non videtur » suspensus a beneficio ; quia benefi» cium non fundatur in ordine. *Bonac.* » tamen dicit, indirecte suspendi a fruc» tibus ejus : quia, dum non potest fa» cere officium, non potest percipere » fructus. *Vide seq.* 5.

« 5. Suspensus a beneficio, etsi hoc » ipso intelligatur suspensus a recipien» dis fructibus ejus, non tamen ab offi» cio sive jurisdictionis, sive ordinis, » etiam quod illi ratione ipsius beneficii » competit. Unde tenetur legere horas, » et cætera onera beneficii præstare, li» cet fructibus non fruatur, hoc etiam » debet sibi imputare. Non tamen priva» tur commodo, quod provenit ex anni» versariis stipendiis missarum, nec » eo, quod datur propter onus personale » clerici : quia non sunt fructus bene» ficii. Secus est de distributionibus » quotidianis. » (*Ita etiam Navarr. Cov. etc. ap. Salm. de cens. c.* 5. p. 2. *n.* 21. *Sed contradicunt Pal. p.* 5. § 1 *n.* 7. *et iidem Salm. ibid. cum Sanch. Avila, Henriq. etc. quia pœnæ non sunt extendendæ, ubi non sunt in jure expressæ, prout nullibi id expressum habetur*) ; « li» cet ex his, vel aliis beneficii fructibus » possit ali, si aliunde sustentari ne» queat. *Bonac. l. c. n.* 12. *Sayr. Suar.* » *Filliuc. etc.* »

Dubit. 1. An suspensus a beneficio, si sit pauper, possit fructus sibi retinere? Respondetur affirmative, si suspensio est lata in pœnam criminis omnino præteriti (*vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 672.) ; secus si fuerit lata ob contumaciam, quia non debet ab Ecclesia subveniri ei qui voluntarie Ecclesiæ disciplinam vilipendit, cum libere possit a sua contumacia recedere ; ita *Suar. d.* 27. *sect.* 2. *n.* 3. *Fill. tr.* 27. *n.* 53. *Renzius p.* 644. *q.* 7. *cum communi, et Dian. p.* 5. *tr.* 10. *r.* 3. *cum Sayr. Turrian. et Corn. Gordon. Con. et Avila.* Dicunt tamen *Cont. Tourn. loc. cit. v. Dico* 2. *Diana et Renzius. ll. cc. cum P. Nav. Avila, Pelliz. et Hurt.*, quod licet beneficiarius per se teneatur fructus restituere, si tamen fuerit occulte suspensus, et munia debita jam impleat, poterit sibi retinere partem quam dare deberet substituto, hi enim non sunt fructus beneficii, sed stipendium laboris ; *vide dicta l.* 3 (IV). *d. n.* 672.

Dubit. 2. An suspensus a beneficio censeatur suspensus etiam a beneficiis quæ possidet in aliena diœcesi? Negat absolute *Sayr. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 21., quia (ut ait) Episcopus extra suum territorium nullam habet jurisdictionem. Alii vero distinguunt, et negant, si suspensio sit lata ab homine, secus si a jure, quia jus ubique locum habere debet ; ita *Decius, et alii apud Sayr. l. c.* Alii demum communius et probabilius, ut *Renzius t.* 1. *p.* 645. *et Cont. Tourn. l. c. v. Dico.* 1. *cum Pont.*, pro certo habent suspensio-

nem comprehendere omnia beneficia, si sit a jure ; si vero sit ab homine, dicunt intelligi tantum a beneficiis propriæ diœcesis, quando est lata per statutum ; secus si per sententiam, modo Episcopus exprimat velle suspendere ab omnibus beneficiis, quia, licet ei non subjaceant beneficia alienæ diœcesis, subjacet tamen persona suspensi, qui jus habet ad fructus beneficii : unde, cum suspensio impediat ipsi jus exigendi, consequenter ille suspenditur ab omnibus beneficiis. Quando autem suspensio est per statutum generale, intelligitur lata solum circa beneficia in diœcesi.

Dubit. 3. An si suspensus acquirat novum beneficium tempore suspensionis, collatio sit nulla? Affirmant *Bon. d.* 3. *p.* 2. *n.* 10. *et Holz. p.* 393. *n.* 140. *v. Dixi. cum Paleo, et Mastrio*, quia beneficia dantur propter officium ; ergo suspensus a beneficio acquisito aut etiam suspensus a beneficio acquirendo, cum non possit munia beneficii exercere. Negant vero probabilius *Suar. d.* 26. *sect.* 3. *n.* 8. *Laym. tr.* 5. *p.* 3. *c.* 1. *n.* 4. *Antoine p.* 634 *v.* 2. *Renez. p.* 645 *q.*9. *et Diana q.* 5. *tr.* 10. *r.* 7. *cum Cornejo, Gordon. Præpos. Conc. etc.* Hi dicunt talem collationem esse quidem irritandam, sed non irritam ; quia nulla pœna debet infligi, nisi in jure sit expressa ; nullibi autem hæc pœna habetur ; imo ex *c. Cum. bonæ.* 8. *de ætate, et qualit.*, contrarium colligitur, dum ibi, cum aliqui quadriennium mansissent in suspensione, mandavit Pontifex expoliandos a beneficiis tamen ante, quam in suspensione acquisitis ; ergo collatio fuerat valida.

« 6. Suspensus a beneficio potest nihi- » lominus eligere, præsentare, conferre » beneficium, quia, etsi hæc jura com- » petant illi ratione beneficii, illi tamen » actus non sunt beneficii, præcise ut » sic, sed potius officii et jurisdictionis. » *Ibid.*

« 7. Suspensus a beneficio, vel ordine » absolute, et sine addito, intelligitur » suspensus ab omni beneficio, vel or- » dine, nisi aliunde aliud constet. *Ibid.* » *n.* 8.

« 8. Suspensus absolute, intelligitur » ab officio, et beneficio. *Laym.* 1. *c.* » *n.* 2.

317. — « 9. Suspenso capitulo, vel » conventu, non censentur suspensi sin- » guli, nisi sint in culpa, ait *Sa, v. Sus-* » *pensio, et Laym. l. c. c.* 2. *n.* 3. »

Quando suspensio fertur in solam communitatem, non afficit singulas personas, quoad munia particularia, sed tantum quoad officia vel beneficia totius communitatis ; ita communiter *Bonac. d.* 1. *q.* 1. *n.* 111. *Holzm. n.* 248. *et Salm. de cens. c.* 5. *p.* 4. *n.* 43. *et* 46. *in fin. cum D. Th. Avil. Henr. Diana, etc.* Quod si aliqui exerceant functiones communitati tunc vetitas, dicunt *Pal. d.* 4. *p.* 3. *n.* 3. *Suar. d.* 28. *sect.* 4. *n.* 4. *Ronc. p.* 106. *q.* 7. *r.* 2. *et Salm. ibid. n.* 47. *cum Conc. et Cornejo*, eos non incurrere irregularitatem, quia prohibitio illa non est proprie censura, sed potius inhabilitas particularium personarum ad talia officia. Si vero suspensio fertur in communitatem, et in singulas ipsius personas, tunc non afficit innocentes, sed tantum delinquentes ; nemo enim potest excommunicari aut suspendi pro culpa aliena, ut communiter docent *Suar l. c. n.* 2. *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 9. *Salm. ibid. n.* 45. *cum Nav. Sot. et Pal. ac Escob. l.* 51. *n.* 56. *cum Con. Avil. Henr. et Hurt.* Et patet ex *cap.* 2. *de Constit.* et clarius ex *cap. Quæsivit, de his quæ fiunt a major. part. capit.* ubi dicitur : *Cum peccata suos auctores tenere debeant, ne pœna sit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente refertum.*

« 10. Si prælatus solo verbo dicat sa- » cerdoti, *suspendo* te, v. g. a celebra- » tione, videtur esse simplex tantum » prohibitio, non censura, quia hæc li- » cite non fertur, nisi scripto. » (*ut n. seq. ad* 2.) « Prælatus autem non debet » præsumi velle peccare, nisi aliud cons- » tet de ejus intentione ; aut nisi religio » habeat privilegium absque scripto fe- » rendi censuras. *Vide Bon. de censuris* » *in communi d.* 1. *q.* 1. *p.* 7. » (*Ita etiam Salm. ibid. p.* 1. *n.* 18. *cum Nav. et Henr.*)

DUBIUM II.

Quæ sint suspensiones in particulari; et quis ab eis possit absolvere?

318 Quæ sint suspensiones juris communiores clericorum ?
319 Quæ Religiosorum ?
320 Quæ Episcoporum ?
321 An quis possit suspendi ob culpam levem ?
322 Quis possit absolvere a suspensione ?

318. — « Resp. 1. Suspensiones juris » communiores sunt sequentes :

« 1. Clerici ipso jure suspensi sunt, » recipientes ordines sacros ab alieno,

» vel a proprio in aliena diœcesi, vel » sine ætate legitima, aut dimissoriis, » aut titulo, vel extra tempora, aut non » servatis interstitiis, per saltum, vel in » censura, vel denique post matrimonium » ratum, qui omnes suspensi sunt ab » executione Ordinum, nisi fecerint abs» que dolo, et si ordine utantur, fiunt » irregulares. 2. Excommunicans, sus» pendens, aut interdicens sine scrip» tura, et causæ expressione, est sus» pensus per mensem ab ingressu Ec» clesiæ ; nisi sit Prælatus regularis. 3. » Clerici scienter eligentes Episcopum, » vel parochum indignum, suspendun» tur a beneficiis biennio. 4. Ordinans, » et ordinatus simoniace est suspensus » ab ordinibus. 5. Parochi jungentes » sponsos alterius parochiæ sine licentia. » 6. Gravantes alienis debitis Ecclesias » sibi commissas. 7. Occupantes bona, » vel census Ecclesiæ, beneficii, vel al» terius pii loci. 8. Sodomiam exercen» tes, simoniaci, provocantes ad duel» lum, vel acceptantes , raptores , vel » præbentes auxilium. 9. Disputantes in » alterutram partem in cœtu virorum, » ac mulierum de Immaculata Concep» tione B. Virginis. 10. Visitantes, si ac» cipiant pecuniam, vel munera : qui, » si sint Episcopi, suspensi sunt ab in» gressu Ecclesiæ ; si inferiores Episcopo, » ab officio, et beneficio, usque dum » restituant duplum. 11. Judex ecclesias» ticus (non Episcopus), qui facit inju» riam contra justitiam, et conscientiam, » parti litiganti. *Vide Bonac. d.* 3. *p.* 5. » (*Adde* 12. *Negantes absolutionem renuenti complicem manifestare; hi subjacent suspensioni ferendæ sententiæ ex bulla* Ubi primum *Bened. XIV. Vide in fine Operis. Adde* 13. *Latini celebrantes ritu græco, et Græci ritu latino. Bulla* Etsi Pastoralis).

319. — « 2. Religiosi, 1. Apostatæ re» cipientes ordines in apostasia. 2. Ad» mittentes ad professionem ante annum » probationis peractum. 3. Non utentes » habitu, et vestitu modo sibi præscrip» to. 4. Introducentes mulieres in mo» nasteria.

320. — « 3. Episcopus, 1. Ordinans » non subditum, suspensus est a ponti» ficalibus per annum : ordinans vero » invitum, suspensus est per annum a » celebratione pontificalium. 2. Admit» tens resignationes contra formam præ» scriptam. 3. Intrans monasteria mo» nialium sine necessitate. *Vide Fill.* » *t.* 17. *c.* 5.

321. — « Resp. 2. Præter has suspen» siones aliæ sunt ab homine, quæ, si » sint graves, requirunt culpam morta» lem, v. g. ut quis suspendatur ab om» nibus actibus sui officii, vel fructibus » unius anni. Potest tamen aliquis ob » peccatum veniale privari uno actu, v. » gr. eligendi. »

Sed hic dubitatur, an ob peccatum veniale possit ferri suspensio? Affirmant *Navar. c.* 27. *num.* 151. *et* 159. item *Armil. Med., et Henriq.ap. Escob. l.* 51. *n.* 58. Sed verius et communissime negant *Suar. d.* 28. *sect.* 4. *n.* 6. *Sanch. de matr. l.* 2. *d.* 32. *n.* 9. *Pal. d.* 4. *p.* 3. *num.* 4. *Salmant. de censur c.* 5. *p.* 4. *n.* 44. *Elb. p.* 444. *n.* 115. *cum. Fill. et Escob. n.* 59. *cum Laym. Soto, Vasq. Con. et Hurtad.* si suspensio sit major, nempe ab omni usu officii et beneficii, vel ab aliquo eorum per notabile tempus, tunc enim requiritur mortale, quia pœna debet cum culpa proportionari ; unde esset nulla suspensio, si ob peccatum veniale imponeretur. Secus vero, si suspensio esset partialis, nempe tantum ab officio, vel a beneficio, et ad breve tempus, ut *Suar. n.* 2. *Pal. n.* 2. *Salm. de cens. c.* 5. *p.* 4. *n.* 44. *et Bon. d.* 1. *qu.* 1. *p.* 3. *n.* 8. qui idem dicit, si suspensio esset totalis, sed ad valde breve tempus, puta ad diem, vel hebdomadam. Idem dicunt *Sanch. Dec. l.* 6. *c.* 4. *n.* 17. *Pal. tr.* 3. *d.* 1. *p.* 15. *n.* 3. *et Salm. de leg. c.* 2. *p.* 3. § 1. *n.* 46. *cum Suar. Caj. Vasq. Tapia, etc.* si suspensio sit ferendæ sententiæ ; nam contra, si sit latæ sententiæ, vel sit indicta a jure, taliter ut incurratur sine alia monitione, non incurritur nisi ob mortale peccatum.

322. — « Resp. 3. Habens episcopalem » auctoritatem potest absolvere a suspen» sione non reservata : et communiter » religiosi ex privilegiis possunt absol» vere ab omni suspensione in foro con» scientiæ : Episcopus potest absolvere » ab omni suspensione juris, si Sedi » apostolicæ specialiter reservata non » sit. *Laym. c.* 4. *n.* 2. *Navar. Suar. etc.* » Imo etiam ab hac, si proveniat ex de» licto occulto, et non deducto ad forum » contentiosum. *Bon. d.* 3. *p. ult.ex Trid.* » *s.* 24. *c.* 6.

Si suspensio sit imposita ad tempus, vel conditionate, v. g. *donec*, vel *nisi restituas*, tunc, termino transacto, de se tollitur suspensio sine absolutione, ut *Salmant. de cens. c.* 5. *p.* 5. *n.* 53. *cum Con. Pal. Avil. Henriq.* Si vero sit impo-

sita absolute, quisque confessarius potest eam absolvere, nisi sit reservata, vel nisi requirat satisfactionem partis. Cum autem fertur suspensio in communitatem, is tantum ad illa absolvere potest, qui in communitatem jurisdictionem habet in foro contentioso; *Salm. ibid. n.* 52.

De suspensionibus in particulari, sic repetit Scavini jus canonicum :

« I. *Contra Episcopos*, qui suspensionem incurrunt : — 1º ordinantes non subditum absque licentia sui Episcopi (*Trid.* sess. 23, c. VIII *de Reform.*); — 2º ordinantes Religiosos non professos (*S. Pius V.* Const. *Romanus Pontifex*) : item Monachum sine licentia (*Decr* part. I, dist. 55, can. 2); — 3º conferentes tonsuram conjugato, aut infanti, illitterato (*Sexti* lib. I, tit. IX, c. IV); — 4º conferentes Ordines extra Diœcesim sine licentia Episcopi loci, licet ordinatus sit subditus; — 5º conferentes Ordines sacros ante ætatem præscriptam (*Decretal.* lib. I, tit. XI, cap. XIV); — 6º conferentes Ordines simoniace (*Extravag.* l. V, *de Simonia*, cap. II), — 7º submittentes laicis bona et jura Ecclesiæ sine consensu Capituli et licentia R. Sedis (*Sexti* l. III, tit. IX, c. II); — 8º alienantes bona Ecclesiæ (Extravag. *Ambitiosæ*); — 9º ingredientes in monasteria Monialium sine necessitate.

« II. *Contra Regulares.* Hi incurrunt suspensionem : — 1º non deferentes habitum regula determinatum; — 2º recipientes alumnos ad professionem ante annum probationis (*Sexti* l. III, tit. XIV, c. II); — 3º apostatæ suscipientes Ordines sacros in apostasia (*Decret.* l. V, tit. IX, c. VI); — 4º suscipientes ordines sacros ante professionem (*S. Pius V*, Constit. *Romanus Pontifex*) ; — 5º introducentes mulieres in claustra Monialium (*S. Pius V*); — 6º introducentes mulieres in sua monasteria (*ibid.*).

« III. *Contra Clericos*: incurrunt suspensionem : — 1º suscipientes duos Ordines majores eodem die, vel duobus diebus continuis (*Decret.* l. I, tit. XI, c. XIII et XV); — 2º suscipientes Ordines furtive, id est sine prævio examine et sine admissione ab Episcopo facta : — 3º recipientes Ordinem sacrum post matrimonium initum, etiam non consummatum (*Joann.* XXII tit. VI); — 4º suscipientes Ordines sacros simoniace; — 5º celebrantes Missam sine Communione (Can. *nullus de consec.* dist. 1).

« *Suspensiones, præcipuæ latæ sententiæ, Episcopis reservatæ.* Sequentes præcipui casus exhibentur : — 1º susceptio Ordinis per saltum, vel non servatis interstitiis, ut habet *Tridentinum Concilium*, sess. 23. cap. XIV. *de Reform.*; — 2º susceptio Ordinis ab Episcopo alieno sine dimissoria proprii Episcopi; vel a proprio Episcopo extra Diœcesim, sine Ordinarii licentia (*Trid.* sess. 23, c. VI, *de R.*) ; — 3º susceptio Ordinis sine titulo clericali, vel cum titulo ficto sine dispensatione; — 4º benedictio nuptialis a quocumque sacerdote, sine licentia Parachi sponsorum (*Trid.*, sess. 24, c. I, *de Ref.*); — 5º interruptio totalis Missæ sine gravi causa; — 6º Ordinatio, Sede vacante, cum dimissoria accepta a Vicario capitulari ante annum elapsum (*Trid.* sess. 7, c. X, *de R.*) ; — 7º adde omnes suspensiones papales occultas; imo publicas, si recursus ad Pontificem est moraliter impossibilis. »

(T. II. n. 127.)

DUBIUM III.

Quid sit depositio, et degradatio? et a quo, et ob quam causam ferri possit?

323. — « SUBJICI solent suspensioni » depositio et degradatio, (etsi censuræ » non sint, ut dictum est *in hoc lib.* 3. » ob similitudinem, quam habent cum » suspensione, cum utraque sit ab ecclesiastico ordine, aut beneficio. Differunt » autem a suspensione, quod illæ auferant ipsum jus radicale, et titulum » beneficii, idque in perpetuum, suspensio non item. Porro depositio generice accepta, alia est verbalis, quæ » absolute depositio dicitur : alia realis, » quæ dici solet degradatio.

324. — « Resp. 1. Degradatio est privatio executionis officiorum, et beneficiorum simpliciter, in toto, et absque » spe restitutionis, facta cum certa solemnitate, et privatione privilegii clericalis, tam canonis, quam fori, ita ut » sæculari curiæ subdatur.

« Dixi, *executionis*, quia ordo ipse non » potest tolli. Interim degradatus tene» tur ad votum castitatis si fuit in sacris » (*Et invalide matrimonium contraheret atque valide consecraret hostiam; Salm. de cens. c.* 5. *p.* 6. *n.* 60. *cum aliis*), « et » ad horas, nisi has forte pœna, ad quam » damnatur, v. g. triremes, vel aliud impediat.

325. — « Resp. 2. Depositio verbalis, » est similis privatio, sed sine solemnitate dicta, et relicto utroque privilegio, » canonis et fori.

326. — Resp. 3. Clerici possunt degradari a suo Episcopo, sed non ab inferioribus illo : deponi tamen possunt » ab eodem per Vicarium.

327. — « Resp. 4. Depositio fieri potest in casibus a jure expressis, et delictis : non tamen nisi gravioribus, arbitrio judicis. Ubi notat *Laym.* crimen » debere esse enorme, id est unum ex » maximis. Degradatio similiter fieri potest in casibus tantum gravissimis, qua-

» les, sunt v. g. crimen hæresis manifes-
» tum, falsificatio litterarum apostolica-
» rum, sodomia frequentata, gravis ca-
» lumnia proprio Episcopo irrogata. *Vide*
» *Laym. hic t.* 5. et *Fill. t.* 18. *c.* 8. » (*Cum. degradato solus Papa dispensare potest: sed cum deposito etiam Episcopus, si crimen sit minus adulterio; Salmant de cens c.* 5. *p.* 6. *n.* 68.)

De depositione et degradatione Scavini sic habet :

« Depositio nihil aliud est, quam *dejectio de gradu, officio* et *Beneficio*. Convenit cum suspensione, a qua præter verborum formulas non differt nisi in hoc, quod hæc pronuntiatur ad tempus; illa vero absolute et in perpetuum. Duplex est depositio : una *simplex* atque *verbalis*, quæ fit nudis verbis sive oretenus, sive etiam scripto editis, et significatur *depositionis* nomine ; altera realis, seu *actualis* et *solemnis*, quæ dicitur *degradatio*. Differunt quammaxime ; nam depositio importat privationem partialem vel totalem exercitii, seu usu Ordinis officii aut Beneficii ; degradatio autem præter privationem totalem eorum omnium, ejicit etiam Clericum e foro ecclesiastico, et illum tradit ipsi Curiæ sæculari puniendum.

« Generalis regula est, quod ille solus potest deponere et degradare, qui jurisdictionem habet in foro externo. Non omnes tamen qui hac pollent jurisdictione, valent indiscriminatim hanc pœnam irrogare : sic certum est ex Tridentino Episcopum non posse deponi et multo minus degradari, nisi auctoritate Pontificis [1] Clericos autem deponit eorum Episcopus, quando causæ in jure definitæ et valde graves occurrunt. Si depositionem secutura sit degradatio, Episcopus ad eam procedit cum solo suo Capitulo, quando agitur de Clericis in prima tonsura et in Minoribus. Quando vero agitur de depositione et degradatione Subdiaconi vel Diaconi, requiritur in rei examine et definitione numerus trium Episcoporum præter proprium : et sex, quando agitur de Presbytero degradando.

« Non est deveniendum ad pœnam tam atrocem, nisi ex gravissima causa. Regula generalis est, ut talis causa ponatur in iis criminibus, contra quæ accusatio publica instituitur. Singulares vero causæ ex jure canonico et variis Pontificum Constitutionibus sunt inter ceteras : 1. si Clericus contra proprium Episcopum insidias paraverit ; 2. si uxores vel concubinas habuerit, vel diuturnam delinquendi consuetudinem, et licet pluries monitus non resipuerit, v. g., ebrietatibus serviendo, tabernas scandalose frequentando ; 3. si fiat apostata, hæreticus, homicida, falsus testis in judicio criminali ac publico, raptor puellarum vel raptoribus consentiens, grassator publicus, perduellis, etc. » (T. IV. n. 325.)

[1] Sess. xxiv, c. v, de R. — *V.* Ferraris, v[is] *Causa, Degradatio.*

CAPUT IV.

DE INTERDICTO.

DUBIUM I.

Quid sit et quotuplex ?

328. — « Resp. 1. Est censura eccle-
» siastica prohibens divinorum officio-
» rum, sacramentorum aliquorum, et
» ecclesiasticæ sepulturæ usum, quate-
» nus talis est. Quod addo, quia excom-
» municatio eodem privat, quatenus est
» communicatio cum fidelibus ; suspen-
» sio vero proprie non illum usum, sed
» exercitium potestatis ecclesiasticæ im-
» pedit. *Vide Laym. l.* 1. *t.* 5. *p.* 4. *c.* 1.
» *Bonac. d.* 5. *part.* 1.

329. — « Resp. 2. Interdictum dividi-
» tur 1. in locale, quod immediate locum
» afficit ; et in personale, quod imme-
» diate afficit personas ; et in mixtum,
» quod immediate afficit locum, et ejus
» incolas. Differt autem locale a perso-
» nali ; quod in illo participatio sacrorum
» officiorum tum indigenis, tum alieni-
» genis, non absolute, sed in loco tan-
» tum interdicto ; in hoc vero certis per-
» sonis, aut communitati prohibentur
» absolute et in omni loco. 2. Interdic-
» tum tam locale, quam personale sub-
» dividitur in generale, et particulare.
» Generale est, quo locus generalis v. g.
» civitas, provincia, vel quo communi-
» tas v. g. collegium, etc. interdicitur.
» Particulare, quo locus, aut persona
» particularis, aut particulares, inter-
» dicuntur.

Unde resolves :

330. — « 1. Interdicta civitate, inter-
» dicuntur etiam suburbia, et interdicta
» parochia, etiam sacellum, vel cœmete-
» rium contiguum, quia accessorium se-
» quitur naturam principalis. » (*Ita ex c. Si civitas, de sent. exc. in* 6. *ubi etiam habetur, quod, interdicta civitate per in-*

*terdictum locale generale, sunt pariter interdictæ Ecclesiæ exemptæ Regularium, non alias interdictum esset elusorium ; vide Salm. de cens. c. 6. p. 1. n. 9. Et hoc interdictum etiam clerici et Regulares tenentur servare, imo idem Episcopus, qui illud tulit, excepto Pontifice; Salm. ib. num. 8 ; sed vide dicta l. 4 (*VI*). num. 61. v. Infertur III.)*

331. « 2. Interdicto populo, non interdicuntur ii qui non sunt pars populi, ut studiosi, clerici, peregrini, etc. » (*Ita Salm. ibid. n. 16. cum Bonac. Con. Avila, Lezana, Corn. etc. communiter. Et sic e converso, interdicto clero, non veniunt laici, ex c. Si sententia, de sent. exc. in 6. Hic autem notandum, quod ab interdicto personali generali eximuntur 1. Episcopi (qui eximuntur etiam a suspensione generali). 2. Infantes, et amentes doli incapaces : privantur tamen ecclesiastica sepultura. 3. Innocentes, statim ac alibi domicilium collocant. 4. Exteri, etsi per multum tempus inter illos cives habitent. Vide Salm. l. c. n. 15.*) « Nec interdicto clero, interdicuntur religiosi, qui in favorabilibus tantum nomine clerici comprehenduntur. » (*Ita tenendum cum Salm. de cens. c. 6. p. 1. n 17. Nisi religiosi beneficium, vel officium in illo populo haberent. Salm. ib. in fin. Notandum etiam, quod interdicto clero, non veniunt clerici qui non gaudent privilegio fori, nec alii clerici qui ibi non habent beneficium aut officium, nam hi non constituunt unum corpus cum clero. Salm. ibid. n. 16.*)

332. — « 3. Si dicatur, *cives* (v. g.) *Colonienses sint interdicti*, ii nusquam possunt interesse divinis (nisi tamen desinant esse istic cives, nec causam dederint interdicto); contra vero si civitas interdicto subjiciatur, licet civibus, aut incolis, qui causam interdicto non dederunt, alio ire, et istic divinis interesse. »

DUBIUM II.

Qui sint effectus interdicti ?

333 Effectus interdicti sunt I. Prohibitio divinorum officiorum.
334 II. Prohibitio sacramentorum, excepto Baptismo, etc.
335 III. Prohibitio sepulturæ.
336. IV. Peccatum mortale, quod committitur a violantibus interdictum. Item irregularitas, quæ incurritur a clericis, et excommunicatio a religiosis.

333. — « Resp. Sunt sequentes : I. Prohibitio divinorum officiorum. » (*Nomine divinorum officiorum veniunt omnia quæ a solis clericis fieri possunt ; non autem officiorum B. V. Mariæ, Defunctorum, etc. si dicantur privatim, et in loco non deputato ad illa ; communiter Pal. Suar. Bon. et Salm. de cens. c. 6. p. 5. n. 50.*) « Unde etiam interdicti ob alienam culpam non possunt interesse Sacro. Clerici tamen, et religiosi, quando ipsi interdicti non sunt, possunt, ac debent, ut ante, missas, divinaque officia celebrare ; sed januis clausis, non pulsatis campanis (nisi ad concionem, salutationem angelicam, vel obitum alicujus,) submissa voce, et exclusis interdictis. » (*Ita ex c. Alma Mater, de sent. exc. in 6. Nomine* clericorum, *et* monachorum (*quia laicis nihil conceditur*) *veniunt omnes utriusque sexus, qui gaudent privilegio fori, et canonis. Nomine* ecclesiarum *veniunt etiam eremitoria, et hospitalia auctoritate Episcopi erecta ; non vero oratoria privata sæcularia ; ita Salm. comm. de cens. c. 6. p. 5. n. 56. Dicitur autem*, exclusis interdictis *modo (intelligitur) sint denuntiati ex conc. Const. Et intelligitur tam de dantibus causam interdicto, quam interdictis personaliter. Quare, si interdicti post monitionem exire nolint, et canon missæ incœptus non sit, cessandum a celebratione, aliter celebrans incurreret irregularitatem. Hoc tamen procedit, si celebretur in loco interdicto, quia ibi non censetur data facultas celebrandi, nisi exclusis, etc. Secus vero si celebratio fiat in loco non interdicto, ut dicunt Holzm. de cens. n. 281. et Mazz. t. 4. p. 388. cum Suar. Unde ait Holz. cum alio Auctore, quod tunc debet expelli interdictus ; si vero nequeat expelli, non tenetur celebrans cessare, quia id nullibi præcipitur, sicut præcipitur de excommunicatis vitandis.*) « Permittitur tamen, ut in festis Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis B. V. et per octavam Corporis Christi divina officia cantentur solemniter, admissis etiam interdictis, dummodo qui causam interdicto dederunt, altari nec appropinquent, nec veniant ad offertorium, vel communionem. » (*Hinc, his diebus interdicti tenentur audire missam. Qui vero privilegium habent audiendi, possunt etiam abstinere ab audiendo Sacro, se conformando juri communi. Ita Salm. ibid. n. 64. cum Corn. Dian. Cano, Con. Avil. etc. Regulares autem possunt admittere ad divina officia famulos, procuratores, advocatos, operarios, beatas, Tertiarios, si hi non sint*

specialiter interdicti, nec causam interdicto dederint.)

334. — « II. Prohibitio administratio- » nis sacramentorum, excepto baptismo, » confirmatione, et pœnitentia» (*Ut habetur ex c. Alma Mater. de sent. exc. in 6. et baptismus conferri potest etiam solemniter ; ut Salm. de cens. c. 6. p. 4. n. 34. cum comm. ; atque a ministro interdicto generaliter, non autem specialiter. Salm. ibid. n. 35. Et idem dicitur de sacram. pœnit. ibid. n. 38.*) « quæ omnibus per- » mittuntur : iis exceptis, qui interdicto » causam dederunt, etiam auxilio, con- » silio vel favore. » (*Et exceptis personaliter, et specialiter interdictis, nisi prius præstent satisfactionem debitam si possint, aut si non possint, cautionem saltem juratoriam. Salm. n. 37. ex. d. c. Alma Mater* « Eucharistia tamen potest » dari morituris, et deferri cum lumine, » et campana. » (*An autem clerici, quibus conceditur missam audire, ut supra, possint communicare ? Adest duplex sententia; vide Salm. l. c. n. 41. Tenent autem Salm. ibid. n. 44. sacramenta ordinis et Extremæ Unctionis non posse recipi ab interdictis, nec tempore interdicti. Sed quoad Extremam Unctionem contradicit Croix l. 7. n. 198. cum Suar. et Dicast. Religiosos autem commune est tempore interdicti posse recipere communionem, et Extremam Unctionem. Salm. ibid. n. 48. cum Laym. Pal. Navarr. etc.*) » Nec impro- » babile est, interdictis licere contra- » here matrimonium, ut *Sanch. Con. et* » *Laym.* doceat ; contra *Suar.* quia hoc » sacramentum secundum substantiam » non ab Ecclesia, sed ab ipsis contra- » hentibus ministratur. » (*Et merito hanc sententiam probabiliorem putant Salm. ibid. n. 47. cum Con. Laym. Pal. Avila, etc. ex c. Capellanus, de feriis, ubi dicitur matrimonium quocumque tempore posse contrahi. Nota deinde hic cum Salm. l. c. p. 3. n. 30. quod si interdictum sit latum ex sententia injusta, quæ videbatur justa secundum probata, in foro externo debet servari, sed non in interno ; quare cessante scandalo, possunt audiri Sacra, recipi sacramenta. Religiosi tamen, quando interdictum servatur ab Ecclesia cathedrali vel matrice, tenentur illud servare, etiamsi illud sit nullum ex quocumque capite, ex Clem. 1. de sent. exc. Vide Salm. de cens. c. 6. p. 3 n. 30 et 31 in fin.*)

335. — « III. Prohibitio sepulturæ » ecclesiasticæ, etiam respectu infan- » tium et amentium. Excipe tamen cle- » ricos, qui in interdicto locali, si nomi- » natim interdicti non sunt, nec inter- » dictum violarunt, possunt cum silen- » tio sepeliri. *Laym. c. 2. n. 3.* » (*Clerici igitur in interdicto generali locali, vel personali possunt sepeliri in Ecclesia, etiam cum missa, sine tamen pompa: in Ecclesia vero specialiter interdicta possunt sepeliri, sed sine missa. Salm. ibid. p. 6. n. 75. cum Cov. Pal. etc. Laici tamen sepeliendi sunt in loco non sacro, etiam infantes ; et si forte ibi sepulti sint, exhumari debent ; cessante autem interdicto, omnes in loco sacro reponendi. Salm. ibid. n. 69. cum communi.*)

336. — IV. « Clerici violantes interdic- tum peccant mortaliter ; » (*Ita etiam Salm. ibid. p. 7. n. 80. Sed excusat parva materia, nempe si clerici exerceant functiones, quæ a laicis fieri possunt, Bon. Pal. etc. cum Salm. ibid. n. 81. Item si brevi permittant ostium apertum. Ad clerici exercentes ordinem sacrum, si sint specialiter interdicti, vel in loco specialiter interdicto, vel in loco generaliter interdicto januis apertis, etc. ut supra peccant graviter, et incurrent irregularitatem, vide Salmant. ibid n. 87. Admittentes autem laicos interdictos ad officia divina, interdicuntur ipso facto ab ingressu Ecclesiæ, id est non ad orandum private in ipsa, sed ad exercendos ibi ordines sacros, ut dicunt Pal. Con. Laym. etc. cum Salm. ibid. n. 91.*) « sicut etiam religiosi utriusque » sexus, qui insuper excommunicantur » de facto ; laici vero peccant quidem » graviter, si contra interdictum per- » sonale recipiant sacramenta ; si vero » tantum violent locale, v. g. audiendo » divina officia, probabilius est, tantum » esse veniale, dummodo ipsi persona- » liter interdici non sint *Laymann. c. 3.* « *ex. Sylv. Soto, et Avila, etc.* »

DUBIUM III.

Quis censuram interdicti ferre, et quis tollere possit?

337 Qui possint interdictum ferre? Et an ad illud incurrendum requiratur culpa gravis?
338 Qui possint tollere interdicta generalia a jure non reservata?
339 Qui personalia particularia?
340 De cessatione a Divinis.

337. — « Resp. 1. Interdicere possunt » iidem, qui excommunicare, et suspen- » dere. » (*Hodie Episcopi sine consensu capituli (nam olim aliter erat) possunt interdicere quoscumque generaliter, aut spe-*

cialiter, ex consuetudine introducta. Salm. de cens. c. 6. p. 2. n. 19. cum Panorm. Suar. Pal. Sayr. etc. Prælati autem regulares possunt interdicere suos subditos, non autem suas Ecclesias. Salm. ibid. n. 20. cum eisdem.) « Et quidem, ut de» terminata persona interdicatur, vide» tur requiri culpa mortalis : » (*Ejusdem personæ, ut Salm. ibid. n. 21. in fin. Interdictum enim personale particulare nequit imponi pro culpa aliena. Interdictum autem ad breve tempus, in ordine ad unum tantum, vel alterum effectum, potest incurri etiam ob peccatum veniale. Salm. ibid. n. 22. in fin. cum Pal. Conc. etc.*) « ut autem feratur interdictum locale, » vel generale in communitatem, requi» ritur peccatum valde grave cum con» tumacia commissum a capite, vel præ» cipuis membris, licet reliqui culpa va» cent.

338. — « Resp. 2. Interdicta localia, » et personalia generalia, quæ jure com» muni sunt imposita, nec reservata, » possunt tolli ab Episcopo, vel alio ha» bente jurisdictionem in communitatem » interdictam, non tamen a religiosis » privilegiatis, quia locus et communitas » foro pœnitentiæ non subjiciuntur. » (*Interdicta generalia lata ab homine non possunt tolli, nisi ab eo qui tulit, vel a Papa. Vide Salm. de cens. c. 6. p. 8. n. 100.*)

339. — « Resp. 3. Ab interdicto juris » personali particulari, si reservatum » non est, quivis approbatus potest » absolvere. Denique per privilegium » absolvendi ab omnibus censuris, non » intelligitur potestas tollendi interdic» tum locale, aut personale communi» tatis.

De cessatione a Divinis.

340. — Cessatio a divinis est : ***Prohibitio clericis facta, ut abstineant ab officiis divinis***, *et ecclesiastica sepultura.* Putant autem *Suar. et Fill. contra alios apud Salm. ibid. p. 9. n. 103.*, posse Episcopum unum effectum prohibere, et non alterum. Hæc cessatio distinguitur ab interdicto, et non est censura; imponiturque in signum mœroris vel ad reparationem gravissimæ injuriæ Deo irrogatæ: afficitque omnes qui sunt in loco illo, ubi imponitur, *vide Salm. ibid. n.* 102. Dubitatur autem an, hac cessatione indicta, clerici gaudeant privilegio eis concesso tempore interdicti? Negant communius *Salm. l. c. n. 104. cum Pal. Bon. Fill. Sanch. etc. contra aliquos*; quia cessatio est novum gravamen ultra interdictum. Potest tamen cessatio suspendi per aliquot dies solemnes. *Vide Salm. ibid. n.* 105. Sacramenta vero concessa tempore interdicti, ut supra, conceduntur etiam tempore cessationis. *Pal. Bon. Suar. etc. cum Salm. ibid. n.* 107. Cessatio imponitur ab iisdem, qui possunt ferre censuras, præcedentibus monitionibus. *Vide alia apud Salm. l. c. n.* 109. Demum hic obiter notandum id quod habetur in decr. S. C. Cæremoniarum, scilicet : *Non licere cuicumque, etc.* (*personis regalibus tantum exceptis*) *ad Ecclesias strata sibi deferri facere, secus immediate cessandum a Divinis. Quod nisi servetur, rectores cæterosque Ecclesiarum ministros ipso facto excommunicationem incurrere, eamque Ecclesiam habendam esse pro interdicta.* Hoc Decr. perscriptum est in *Bullario Clem. XI. part. 3. Decretor. Congr. Card.* Ac deinde notatur ibi : *Et facta relatione, Sanctitas sua* (id est præfatus *Clemens*) *decretum approbavit, necnon promulgari, atque executioni tradi, et in omnibus Urbis sacrariis affigi mandavit. Die* 3 *Oct.* 1701. Ita *ap. Ferraris Bibl. v. Ecclesia, n.* 28 *et* 29. Qui præterea *n. cit.* 29. refert ex pluribus decr. S. C. Rituum esse vetitum præbere Evangelium inter Missarum solemnia laicis ad osculandum, sicut etiam præstare ipsis usum throni, eosque admittere ad assistendum in presbyteriis.

De nonnullis interdictis latæ sententiæ Scavini sic habet [1]:

« *Interdicta personalia generalia.* — 1. In dantes causam interdicto locali, licet sit universitas (c. *si sentent. de sent. excomm.* in 6); — 2. in Capitulum, quod, Sede vacante, dimissorias litteras concedit infra annum non arctatis (*Trid.* sess. 7, c. x); — 3. in universitatem et Capitulum, quod appellat a sententiis Pontificis ad futurum Concilium (*Bullæ Cœnæ*) : reservatum est; — 4. in universitatem permittentem usurariis conducere domum in suis terris ad fœnus exercendum (c. *usurar. de usur* c. vi); —

[1] V. *Operum moralium* t. III, Episcopi Martini Bonacinæ, ubi accurate auctor disserit de censuris in omnibus in particulari, easque fuse explicat. In *Theologia* autem Edmundi Voit censurarum collectio habetur alphabetico ordine disposita. — Non disputamus hoc loco neque de *Irregularitate*, neque de *Cessatione a divinis*, neque de *Depositione* et *Degradatione*. Quæ quidem censuræ proprie non sunt, sed potius quædam pœnarum aut inhabilitatum species. Erit de hisce tractatu *De ordine*.

5. in universitatem, quæ concedit repræsalias in Ecclesiasticos, si concessionem non revocet intra mensem (c. unico *de inj.* in 6).

« *Interdicta personalia specialia.* — 1. In recipientem de manu laici Episcopatum vel aliam dignitatem. Item in dantem (c. *Si quis* 16, q. VII) : ab ingressu Ecclesiæ ; — 2. in violantes interdictum generale locale (c. *Episc. de priv.* in 6) : ab ingressu Ecclesiæ ; — 3. in conferentes Ordines simoniace (ita *Sixtus V*) : ab ingressu Ecclesiæ, et reservatum est ; — 4. in Episcopos aliosque Prælatos recipientes beneficia in confidentiam (*Pius V*) : reservatum est ; — 5. in Prælatos scholia edentes in Concilium Tridentinum (*Pius V*) : ab ingressu Ecclesiæ.

» *Interdicta localia.* — In territorium et loca illius, qui injuriose aut temere Episcopum percutit aut rapit, vel hoc fieri mandat (*Clem. I de pœn.*) ; — 2. in regna, terras, loca eorum, qui impedire præsumunt Legatum seu Nuntium Pontificium, ne sibi subjectas terras ingrediatur (*Extr. super gentes de cons.*) ; — 3. in locum, in quo scienter sepultus fuit hæreticus, aut ejus fautor (c. *Quicumq. de hær.* in 6) ; — 4. in civitatem, quæ insequentibus hostiliter Cardinales auxilium præbet vel delinquentes non punit intra mensem (c. *Felic. de pœn.* in 6). » (T. II. n. 132).

Si autem quæritur, relative ad ætatem nostram ac præsertim regionem, id est Galliam, utrum statuta diœcesana vetare possint clerico seu presbytero jam interdicto, an non, habitum gerere ecclesiaticum ; utrum quoque Episcopus facere possit ut justitia sæcularis prosequatur clericum qui talarim tunicam (la soutane) ipso invito, gerit; quivis canonista romanus, seu gallicus mente romana, saltem videtur nobis, respondebit :

Ad primum, id est quoad jus ecclesiasticum Episcopi statuentis *e conscientia informata*, cum commentatoribus capituli *unico* tituli *de bigamis in sexto* : « Clerici in sacris ordinibus constituti, *nonnisi per degradationem* privantur habitu et tonsura, omni que privilegio clericali. » (V° Ferraris BIGAMIA, art. II, n. 15.)

Imo, clericus simplex, talari tunica deposita, habitum hunc iterum sumere volens non impediri posset ab episcopo juxta decisionem *S. Congr immunitatis* die 9, Aug. 1693 (Ferraris V° *habitus* n° 61.) ; et cap. V, tit. IX *de apostatis*, lib. V. corpo. jur. declarat apostatos qui ad meliores sensus revertunt, ad habitum quoque ecclesiasticum redire posse *quia*, dicit Glossa, *Ecclesia non claudit gremium redeuntibus*.

Ad secundam, quæstionem spectare et ad relationes locales inter statum et Ecclesiam, et ad jus civile statuens, an non, de habitu non ferendo ; quod duplex ad hos tractatus parum attinet.

CAPUT V.

DE IRREGULARITATE.

« ETSI irregularitas non sit censura, » propter similitudinem tamen, quam » cum ea habet, communiter eidem an» nectitur : quapropter et hic subjungo. »

DUBIUM I.

Quid, et quotuplex sit irregularitas?

341 Definitio irregularitatis. An irregularitas sit censura? Dupliciter dividitur irregularitas.

341. — « RESP. 1. Est impedimentum » canonicum, susceptionem ordinum » sacrorum, et susceptorum usum im» pediens. Unde sequitur non esse cen» suram, sed quasi inhabilitatem : etsi » enim interdum imponatur per modum » pœnæ, proprie tamen pœna non » est. *Laym. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 5. *c.* 2. *Bonac.* » *d.* 7. *q.* 1. *p.* 1. »

Quær. an irregularitas sit censura ? *Prima sententia* affirmat, et hanc tenent *Sotus in* 4. *d.* 22. *q.* 3. *art.* 1. *et Bann. Led. Gutt. Corn. Cord. etc. ap. Salm. de cens. c.* 1. *p.* 2 *n.* 11. Ratio, quia (ut aiunt) definitio censuræ, quod sit pœna ecclesiastica, æque convenit etiam irregularitati.

Secunda sententia vero communior et probabilior, quam tenent *Suar. de cens. d.* 1. *sect.* 3. *Bon. d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 4. *Pal. d.* 1. *p.* 1. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 12. *cum Con. Val. Avila, Henr. Cand. Machad. etc.* docet irregularitatem non esse censuram, sed potius impedimentum seu inhabilitatem, idque non obscure probatur ex c. *Quærenti, de verb. sign.*, ubi *Innoc. III*, interrogatus quid in bullis Pontif. intelligeretur nomine *censuræ ?* respondit : *Quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, et excommunicationis sententia valeat intelligi.* Cum igitur Pontifex hic dogmatice et indefinite locutus fuerit, enuntiando pœnas quæ veniunt nomine censuræ, præter eas, non est irregularitas, neque alia admittenda.

« Resp. 2. Dividitur 1. in eam, quæ » est *ex delicto*, et quæ est *ex defectu.* » 2. In *totalem*, seu proprie dictam, » quæ omni ordine suscipiendo, et » suscepti, exercitio privat v. g. homici» dium, bigamia, et in *partialem*, quæ » aliquo tantum ordinis ministerio pri» vat, vel solo ascensu ad ordinem su-

» periorem, v. g. oculis, vel palma sacerdos carens inhabilis est ad missam, » non tamen ad confessiones audiendas ; et diaconus sinistro oculo carens » inhabilis est ad sacerdotium, in suo » tamen ordine ministrare potest. »

DUBIUM II.

Quinam effectus irregularitatis ?

342 Effectus irregularitatis sunt : I. Inhabilitare ad ordines suscipiendos. II. Impedire exercitium ordinum. III. Invalidare collationem beneficii. An id valeat de beneficio simplici?
343 An collatio tunc sit ipso jure irrita ?

342. — « RESP. Sunt sequentes : I. » Inhabilitare ad ordines suscipiendos, » etiam primam Tonsuram. » (*Ut communiter docent Suar. d.* 40. *s.* 1. *n.* 11. *Pal. d.* 6. *p.* 5. *n.* 2. *Bon. p.* 1. *n.* 4. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 2. *n.* 22. *cum Avila, et Diana*) « II. Impedire exercitium » ordinum susceptorum ») *Ex c. fin. de* » *temp. ord. et c.* 11. *de accusat.*). « Unde » sacerdos irregularis, etsi valide, illicite » tamen absolvit. *Bon. l. c. n.* 4. *et p.* 4. » III. Quod collatio beneficii, ad cujus » functiones inhabilis est, facta irregulari » invalida sit, secundum sententiam » communiorem et tutiorem ; etsi non » improbabiliter quidam dicant, eam » non ipso facto irritandam, esse, sed » merito irritandam. *Laym. l. c. c.* 1. » *n.* 2. *et* 3. *Sylv. etc. Bonac. p.* 4. Secundum quam sententiam probabilem » resolves:

« 1. Is, qui beneficium impetravit in » irregularitate, potest, obtenta hujus » dispensatione, illud in foro conscientie » licite retinere, sine nova collatione, » etiamsi in dispensationis impetratione » non sit facta mentio beneficii. Item, » si postea beneficio privetur, non tene- » tur fructus restituere.

« 2. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum ordinis, aut sus- » cipit, licet ordines ei collati sint validi. » (*Ita etiam Pal. d.* 6. *p.* 5. *n.* 1. *et Salm. l. c. n.* 21. *cum Corn. Et sic etiam peccat graviter irregularis suscipiens primam Tonsuram, sicut Episcopus qui eam illi confert, ut Suar. d.* 40. *s.* 1. *n.* 11. *Bon. d.* 7. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 4. *Pal. n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 22. *cum Avila, Corn. et Giball. Insuper hic notandum, quod irregularitas nullo modo privet iis actionibus, quæ non requirunt exercitium ordinis, et quas etiam laici exercere possunt, recipere sacramenta, et officia canere, sicut et conferre beneficia, quia hæc spectant ad exercitium jurisdictionis, non ordinis ; item matrimonio assistere, vel licentiam assistendi alteri præbere, dispensare in votis absolvere a censuris, dare facultatem audiendi confessiones. Ita Pal. n.* 14. *Bon. p.* 4. *n.* 17. *Laym. tr.* 5. *c.* 1. *num.* 1. *Renzi p.* 664. *q.* 3. *cum Fill. et Suar. ac Salm. de cens. c.* 7. *p.* 2. *n.* 19. *cum Con. et Cornejo.*)

Quær., an irregularis ipso facto beneficiis privetur ? Quoad beneficia obtenta ante irregularitatem, certum est apud omnes irregularem illis non privari ; nec privandum a judice, si irregularitas ei supervenerit ex defectu infirmitatis, ut habetur in *cap. Ex parte de cleric. ægrot.* Si vero sit de delicto, privari debet per judicis sententiam ; et interim, licet ipse non privetur ipso facto, ut clare infertur ex *cap. Ex litteris, de excess. prælat.*, tenetur tamen petere dispensationem; at si eam non petit, vel non possit obtinere, tenetur statim, nisi magna laboret necessitate, beneficia renuntiare, vel saltem in favorem tertii resignare ; quia, cum non possit licite suum implere munus, nequit licite illa retinere ; ita communiter *Suar. d.* 40. *s.* 2. *n.* 15. *et* 19. *et d.* 44. *s.* 2. *n.* 2. *Pal. d.* 6. *p.* 5. *n.* 9. 11. *et* 15. *Bon. d.* 7. *q.* 1. *p.* 4. *n.* 8. 9. *et* 10. *Cont. Tourn. tr. de irreg. part.* 1. *cap.* 3. *ac Salm. l. c. n.* 25. *et* 28. *et cum Avila, Val. Sa, Sayr Gibald. Pelliz. etc.* Si autem hujusmodi beneficiarius jam per alium impleverit munia sui beneficii, non est fructibus privandus, ut *Suar. d. d.* 40. *s.* 2. *n.* 20. *Bon. n.* 10. *Pal. n.* 13. *Tourn. p.* 15. *Holzm. p.* 411. *n.* 211. *Croix. l.* 7. *n.* 439. *et Salm. ibid. n.* 29. *Corn. cum. Pelliz et aliis passim.*

An autem irregularis sit privandus pensionibus quas possidet ? Regulariter probabilius negant *Suar. d.* 44. *s.* 4. *n.* 34. *Bon. n.* 11. *Pal. n.* 12. *et Salm. ibid. n.* 27. Atque sic declarasse S. C. refert *Barb. in Trid. sess.* 14. *c.* 8. Dictum est *regulariter*, nam (ut docent AA. præfati) bene poterit judex, si crimen fuerit valde grave, cum etiam pensionibus privare.

343. — Quoad beneficia vero obtenta tempore irregularitatis jam contractæ, dubitatur, an collatio sit ipso jure nulla ? Si irregularitas sit partialis, nempe si irregularis ob aliquem defectum corporalem non possit fieri sacerdos, tunc communiter dicunt collationem huic factam esse validam, et licitam ; ita *Pal. d.* 6. *p.* 5. *n.* 5. *Cab. T. J. l.* 5. *c.* 19. *n.* 2. *Roncag. p.* 113. *q.* 5. *r.* 1. *v. Cœterum, et*

Pal. d. 9. *p.* 6. *n.* 5. *cum Val. Bon. Garcia. Sayr.* Idemque supponunt etiam ut certum *Salm. de cens. c.* 7. *p.* 2. *n.* 33. *Holzm. p.* 411. *n.* 320. *Suar. d.* 40. *sect.* 2. *n.* 31., si beneficium sit simplex, nec habeat sibi injunctum officium, sive exercitium ordinis sacri, sed tantum recitationem horarum, aut aliquid aliud quod etiam laici possint exercere, tunc enim aiunt valide suscipi tale beneficium ab irregulari. An autem privetur ipso facto beneficiis requirentibus exercitium ordinis sacri? Adest duplex sententia.

Prima sententia communior affirmat, et hanc tenent *Suar. d.* 4. *s.* 2. *n.* 36. (vocans communem) *Bon. d.* 7. *q.* 1. *p.* 4. *n.* 6. *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 129. *Cont. Tourn. loc. cit. Cabass. l.* 5. *c.* 19. *n.* 2. item *Covarr. Avil. Henr Garcias, Sayr. Villal. et Corn. ap. Salmant. ibid. n.* 30. qui *n.* 34. etiam dicunt esse communem. Probatur ex *cap.* 2. *de cler. non ord. ministr. cap.* 2. *de cler. pugnant. etc. c. Dudum, de elect. et. c. Cum bonæ, de ætate, et qualit. etc.*, et præsertim ex *Trid. sess.* 14. *de ref. cap.* 7 ubi dicitur : *Ut nullo tempore ad sacros ordines* (irregularis) *promoveri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia... conferre liceat.* Præterea, *sess.* 22. *cap.* 4. *Nec aliis imposterum fiat provisio, nisi iis qui jam ætatem et cæteras habilitates integre habere dignoscantur, aliter irrita sit provisio.* Ratio, quia beneficium datur propter officium, unde qui inhabilis est ad officium, cum non possit ordinem exercere, est etiam inhabilis ad beneficium.

Secunda sententia vero dicit, talem collationem non esse irritam, sed tantum a judice irritandam ; ita *Innoc. in c. Cum nostris, de concess. præb. Sylv. v. Excomm. num.* 4. *Laym. tr.* 5. *p.* 5. 1. *n.* 3. *Viva q.* 8. *art.* 1. *n.* 5. *Elbel p.* 457. *n.* 158. *Ronc. p.* 113. *q.* 5. *r* 1. *v. Contra, Pal. d.* 6. *p.* 5. *n.* 7. *Diana p.* 4. *tr* 2. *r.* 37. *et Salm. dict. n.* 34. *cum Felin. Ancharan. Giball. etc.* et probabile censent *Suar n.* 35. *Less. l. c. et Coninck, Bon. Hurt. etc. ap. Dian. l. c.* Ratio, quia non sunt imponendæ pœnæ, nisi in jure sint expressæ; nullibi autem habetur expressum, quod irregularitas reddat hominem incapacem beneficii ; unde irregularis, quamvis graviter peccet (ut advertit *Suar.*) acceptando et retinendo beneficium sine dispensatione, sicut etiam peccat qui illud ei confert, tamen si suppleat per alium munia beneficii, non tenetur fructus restituere. Canones vero qui opponuntur, teste ipso *Suar.* (qui oppositam probabiliorem putat), nihil aliud probant, nisi quod talis collatio sit illicita, non tamen invalida. Nec obstat textus Tridentini, ubi dicitur irrita provisio beneficii quæ fit in personam inhabilem ; nam respondetur irregularem non dici inhabilem, ut incapacem beneficii, sed ut illo indignum, nempe inhabilem ad licitam beneficii perceptionem.

Prima sententia videtur probabilior, licet enim jura non expresse declarent hanc collationem invalidam, tamen communior sententia DD. sic illa interpretatur; nam sensus DD. ut fatetur ipse *Laym.* est optimus legum interpres. Sed hoc non obstante.

Secunda sententia videtur satis probabilis. Hic tamen advertendum, quod adhuc stante probabilitate hujus sententiæ, nequeat irregularis se immittere in possessionem beneficii, quia (ut diximus *l.* 4 (IV). *n.* 761. *v. Q. II.*) nemo cum opinione probabili potest inchoare possessionem rei alienæ.

DUBIUM III.

Quomodo incurratur, et tollatur irregularitas ?

344 An in dubio irregularitas incurratur ?
345 Non incurritur, nisi in jure sit expressa.
346 Dub. 1. In dubio de irregularitate contracta quomodo quis se gerere debeat ? Et quid si dubium sit juris ?
347 Dub. 2. Quid in dubio facti, præter homicidium ? Dub. 3. Quid in dubio homicidii commissi ? Dub. 4. Quid in dubio de animatione fœtus, si abortus fuerit patratus ?
348 An ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiratur culpa mortalis, et actus externus, ac consummatus ?
349 Qu. I. Quid si crimen fuerit externum, sed prorsus occultum ?
350 Qu. II. An ad incurrendam irregularitatem requiratur scientia legis ?
351 Qu. III. An etiam scientia pœnæ ?
352 Quot modis tollitur irregularitas ?
353 Irregularitas tollitur per dispensationem. Quis possit in ea dispensare ? Plura notanda.
354 Quomodo tollatur irregularitas ex defectu natalium per professionem religiosam ?
355 Prælati regulares in quibus irregularitatibus possint dispensare ?

344. — « Resp. 1. cum ab homine non » feratur, nulla incurritur, nisi in jure ex» pressa habeatur. » (*c. Is qui, de sentent. excomm. in.* 6.) « Unde in dubio sive ju» ris, tenere potes, quod non sis irregu» laris; quia melior est conditio possi» dentis. *Bonac. q.* 1. *p.* 5. *ex Suar. Fill.* » *etc.* Excipe tamen, si dubites de homi» cidio, saltem injusto, a te commisso, » ut patet ex *c. Significasti*, et ex *c. Ad* » *audientiam* 2., *de hom. Vide Bonac. l.c.*

345. — Plura hic notabilia examinanda. Certum est, quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa ex *d. c. Is qui, de sent. excom. in* 6. ubi dicitur : *Cum id non sit in jure expressum, etc.* In quo sapienter ait *Suar. d.* 40. *s.* 5. *n.* 5. Pontificem ibi nihil novi statuisset sed principium illud declarasse, quod in dubio judicandum sit pœnam non esse latam, vel non extendendam ultra casus expressos. Hujus autem juris nomine veniunt tantum decreta Pontificis, sive concilii a Papa approbati, non autem aliorum, nec venit consuetudo; ita *Suar. d.* 40. *sect.* 4. *n.* 13. *Cont. Tourn. tr. de Irreg. part.* 1. *cap.* 2. *v. Hinc. Diana p.* 8. *tr.* 7. *r.* 28. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 1. *n.* 8. *cum Pelliz. Gib. et Machado.* Hinc infertur ad incurrendam irregularitatem, non valere argumentum a simili, nec a majori ad minus, ut communiter docent *Pal. d.* 6. *p.* 2. *n.* 1. *Laym. t.* 1. *tr.* 5. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 6. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 1. *n.* 3. *cum Corn. et Giball.* Advertit vero *Laym. l. c.* quod si dubium vertatur circa aliquam irregularitatem, an sit expressa in jure, admittenda est, semper ac communis sensus DD. et consuetudo, eam firmaverint, quia hæc sunt optimæ legum interpretes.

346. — Sed dubit. 1. Utrum in dubio, an quis irregularitatem contraxerit, debeat ut irregularem se gerere? Intellige de dubio prudenti, nam dubium ex scrupulis, sive levibus rationibus ortum nihili faciendum est. Intellige etiam de dubio negativo seu suspensivo, nam si dubium sit positivum, ante diligentiam ad veritatem inquirendam quisque debet se gerere ut irregularem, prout docent *Sanch. Dec. l.* 1. c. 10. *n.* 37. *Suar. d.* 40. *sect.* 5. *n.* 12. *Pal. d.* 3. *p.* 3. *n.* 3. *et Salm. ibid. p.* 3. *n.* 42. *cum Con. ex c. Illud, de cler. exc.* Nisi gravis necessitas urgeat, nempe si occasio occurrat recipiendi ordines, aut beneficium, ut *Salm. ibid. cum iisd.* Post vero sufficientem diligentiam is bene potest se habere ut non irregularem, probabili opinioni acquiescens, ut *Suar. n.* 6. *Pal. n.* 4. *Salm. dict. n.* 42. *in fine cum Hurt. Corn. Giball.* Difficultas igitur est, cum quis dubitat; dubio negativo. Resp. si dubium est juris, nempe si dubitatur, an irregularitas sit a jure assignata, an non, pro aliquo actu, tunc nemo tenetur se gerere, ut irregularem in foro conscientiæ, nec in externo ut talis damnandus est, tum quia in dubio nemo suo jure spoliandus est; tum quia, cum dubitatur de lege, lex non obligat, saltem quia tunc non est sufficienter promulgata; ita communiter DD. *Sanch. Dec. l.* 1. *c.* 10. *n.* 42. *Pal. d.* 3. *p.* 3. *n.* 7. *Suar. l. c. n.* 4. *Bon. de irreg. q.* 1. *p.* 5. *n.* 2. *Ronc. p.* 113. *q.* 1. *r* 2. *Conc. t.* 10. *p.* 486. *n.* 9. *Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 52. *Salm. ib. n.* 44. *cum Con. Avila, Corn. et Valent. Moya tr.* 5. *q.* 6. *n.* 6. *cum Lugo, Nav. et Cont. Tourn. de irreg. part.* 1 *cap.* 4. *concl.* 2. *v. Gravis hic, cum Cov. et Habert.* Quid si dubium sit facti?

347. — Dubit. 2. Utrum incurratur irregularitas in dubio facti, nempe si dubitatur, an quis crimen patraverit (præter homicidium, nam de hoc loquemur in dubio sequenti)?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Conc.* t. 10. *p.* 486. *n.* 8. *et Cont. Tourn. loc. cit. v. Circa, cum Sayr et Habert* ex c. *Ad audientiam, de homic.* ubi dicitur : *Cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit injungere presbytero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret.* Ergo in omni materia pars securior sequenda est.

Secunda sententia tamen communis et verior negat, eamque tenent *Cabass. T. J. c.* 20. *n.* 14. *Suar. d.* 40. *s.* 6. *n.* 8. *et* 13. *Bon. n.* 3. *Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 25. *Ronc. l. c. Pal. d.* 6. *p.* 2. *n.* 9. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 3. *n.* 46. *cum Con. Avila, Machad. Corn. Gib. et Henr.* Ratio 1. quia odia sunt restringenda, et nemo in dubio est damnandus, ex *Reg. Favorabiliores* 125. *ff. de reg. jur.* et ex *Cum sunt, eod. tit. in* 6. ubi : *Cum sunt jura partium obscura, reo favendum est potius quam actori.* Et idem in *c. un. Ut eccles. benef. etc.* Non est autem recedendum ab hac regula, tam rationi consona, sine textu expresso, qui tantum habetur in dubio homicidii, non vero aliorum criminum. Ratio 2. quia (ut diximus supra *n.* 346.) irregularitas non incurritur nisi in jure exprimatur; in jure autem solus homicida dicitur censendus esse irregularis in dubio homicidii, non alius delinquens. Ratio 3. et potissima est; quia cum hinc dubitetur, an id quod currit in materia homicidii, currat etiam in aliis materiis, dubium etiam est juris : at in dubio juris etiam adversarii (ut vidimus) concedunt non incurri irregularitatem. Nec obstant textus allati, nam respondetur 1. cum *Nav. et Suarez*, quod ibi ratio adducta (nempe quod in dubiis pars tutior eligenda sit) non assignatur ut præ-

ceptum necessario et universe observandum, sed ut rationabile motivum decentiæ, ob quod maxime convenit dignitati sacrificii, ut sacerdos in dubio homicidii a celebrando abstineat, ne si forte deinde certo fuisse homicida noscatur, cum scandalo populi inveniatur celebrasse; idque aperte declaratur in c. *Petitio tua, eod. tit. de homic.* ubi : *Cum sit consultius in hujusmodi dubio* (scil. homicidii) *abstinere, quam temere celebrare.* Nota illud *sit consultius*, ergo non est præceptum. Quis autem negat aliquando decere, quod ex rationabili motivo per legem positivam prohibeatur aliqua actio per se non illicita? Sed cum ratio illa indecentiæ soli homicidio competat, alios casus non comprehendit. Respondetur 2. quod licet ratio alios etiam casus comprehenderet, in irregularitatibus ex delicto, sicut in omnibus aliis pœnis, non est arguendum de uno casu ad alium similem, etiamsi eadem, imo major ratio currat, nisi uterque casus sit in jure expressus, idque fortius procedit in irregularitatibus circa quas (ut vidimus *n. præced.*) sancitum est nullas incurri, nisi illas quæ in jure expressæ sunt.

Dubitatur 3. Utrum censendus irregularis, qui dubitat an patraverit homicidium? Adsunt diversæ sententiæ. Alii dicunt hunc esse irregularem tantum in foro externo, non autem conscientiæ; ita *Innoc. Salas, et Henr. ap. Sanch. d. l.* 1. *c.* 10. *n.* 38. Alii ex opposito dicunt esse irregularem in foro conscientiæ, non autem externo; ita *Hostiens. Armil. Tabien. etc. ap. eumd. Sanch. n.* 39. Sed verius tenendum cum communi hunc in utroque foro judicandum esse irregularem, ita *Pal. n.* 3. *Bon. n.* 3. *Ronc. p.* 114. *v. Limita., Sanch. n.* 42. *cum Nav. Pelal. et Led. ac Salm. de cens. c.* 7. *p.* 3. *n.* 45. *cum Cornejo, Avila, et Sayro*; et probatur ex *c. Significasti, c. Ad audientiam*, et *c. penult. de homic.* ubi ratio quæ ibi adducitur, nempe quod in dubio tutior pars eligenda est, utrumque forum comprehendit. Sed hic notandum 1. quod hoc procedit casu quo aliquis certus est de homicidio (ut supponitur in præfatis textibus), et solum dubitat, an ipse sua actione fuerit causa illius, secus si dubitat de ipso homicidio, an fuerit secutum vel non, ut valde rationabiliter dicunt *Pichler l.* 5. *tit.* 12. *n.* 8. *Elbel t.* 2. *p.* 467. *n.* 190. *Dian. p.* 7. *tr.* 5. *r* 24. *Tamb. de irreg. c.* 5. § *un. et Spor tr.* 5. *p.* 131. Unde dicit *Dian. p.* 7 *tr.* 5. *r* 26. *cum Nav. Menoch. et Quaranta*, quod si medicus aperuerit venam prægnanti, ut abortus sequeretur : sed postea non constet de abortu secuto, non est censendus irregularis, neque in foro interno neque externo : quia (ut habetur in *l.* 1. § *Item illud ff. ad Syllan.*) non proceditur contra aliquem ad pœnas, nisi constet de corpore delicti. Secus vero dicendum, si media adhibita ad abortum fuerint adeo efficacia, ut ex eis communiter sequatur effectus, quia tunc præsumptio fit ex communiter contingentibus, ut *Nav. et Mascard. ap. Dian. loc. cit.* ex *l. ult. c. de Fide instrum.* Notandum 2. quod in prædictis textibus sancitum sit, dubitantem de homicidio judicandum esse irregularem quoad duos duntaxat effectus, scilicet *abstinendi a celebratione, et quærendi dispensationem*, ut jura loquuntur. Ex quo infertur 1. hanc sanctionem valere tantum pro clericis, non autem pro laicis, cum homicidium magis dedeceat statum clericorum quam laicorum : ita *Salm. de cens. c.* 7. *p.* 3. *n.* 45. *et Ronc. c.* 2. *qu.* 1. *in fine.* Infertur 2. valere tantum ad prædictos duos effectus, non autem quoad alios, nempe privationem beneficiorum, etc. ut *Sanch. l.* 1. *c.* 10. *n.* 43. *Suar. d.* 40. *s.* 6. *n.* 6. *Ronc. et Salmant. ll. cc. et Pal. d.* 6. *p.* 3. *num.* 8. *cum Panorm. Mol. Con. Sayr. Hurt. et Salas.* Infertur 3. dubitantem de mutilatione non esse habendum ut irregularem, sicut habendus dubitans de homicidio; quia id tantum de homicidio statutum est, ut *Sanch. n.* 49. *Bon. p.* 5. *n.* 4. *Ronc. p.* 114. *v. Duo, Salm. dict. n.* 45. *in fin. et Suar. d.* 40. *s.* 5. *num.* 14. *contra Nav. et Henr*

Dubit. 4. An habendus ut irregularis, qui abortum commisit, dubitans an fuerit vel non fœtus animatus? De hoc vide dicta *lib.* 4. *n.* 396., ubi id negavimus ex sententia veriori cum plurimis AA. quibus adde *Delbene cap.* 2. *d.* 4. *s.* 20. *n.* 22. et doctum Auctorem libelli (*Istr. per li nov. confes. p.* 2. *cap.* 18. *n.* 464. *et* 465.) qui testatur in praxi prolem fœmineam non censeri animatam, nisi octogesimo die, masculinam vero quadragesimo, ut tradunt *S. Th. cum Alberto M. et alii.* Id confirmatur ex dictis *n. præced* [1].

348. — « Resp. 2. Ut incurratur irre-
» gularitas ex delicto, requiritur actus

[1] Confer. notam ad l. 4. n. 394. *Edit.* Leclère

» externus consummatus, et mortalis, ut « habet communis contra *Cajet*. Ratio » est, quia est gravis pœna, et difficulter » relaxatur. »

Ideo ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur I. Peccatum mortale ; ex quo infertur, quod si quis excusatur a mortali ex aliqua circumstantia, excusetur etiam ab irregularitate, ut docent *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 9. *Suar. d.* 40. *s.* 3. *n.* 17. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 1. *cap.* 2. *r.* 2. *Conc. t.* 10. *p.* 486. *n.* 8. *Escob. lib.* 51. *n.* 6. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 1. *n.* 12. *cum Con. Diana*, *et aliis passim*, ex *c.* 5. *de pœnis in* 6., ubi dicitur pœna gravissima non esse infligenda pro levi culpa. Infertur præterea, quod præceptum obligans sub pœna irregularitatis, intelligitur etiam obligare sub mortali; *Suar Pal. Con. et Salm. ib.* Requir. II. Actus exterior. Quando autem in aliqua bulla, aut canone conceditur dispensare in irregularitate mentali, intelligitur revera, quando irregularitas est occulta. *Pal. Con. Cov. Avil. etc. comm. cum Salm. ibid. n.* 13. Requir. III. Actus exterior consummatus, ut *Cont. Tourn. l. c. et Salm. ibid. cum Sot. Pell. Gibal. Vide dicta de censur. c.* 1. *n.* 36.

349. — Sed quær. I. An incurratur irregularitas ob crimen externum, et consummatum, sed prorsus occultum, ita ut a solo delinquente notitia haberi possit? Adsunt tres sententiæ :

Prima sententia universe negat, et hanc tenent *Rodriguez, Mendo, Castro, Bruno, etc. ap. Dian. p.* 12. *Miscell. in fine libri n.* 6. *p.* 97. *v. Secundum dubium;* quia (ut aiunt) non datur irregularitas, nisi in jure sit expressa; in jure autem nullibi fit mentio de irregularitate ob crimen omnino occultum.

Secunda sententia, quam tenent *Ledes. Cordub. Henriq. etc. apud Salm. ibid. n.* 16., excipit tantum homicidium, quia tantum in crimine homicidii irregularitas inducta est non solum propter scandalum aliorum, sed etiam propter intrinsecam indecentiam, ne sacerdos offerens vice Christi, agni mansueti, post homicidium ministret in altari; item quia, respectu ad homicidium, in Trident. *sess.* 14. c. 7. dicitur : *Qui per industriam occiderit proximum suum..., ab altari avelli debet, etc.* Ergo quicumque occidit ex industria, etsi occulte, jam fit irregularis.

Tertia sententia verior, quam tenent *Pal. d.* 6. *p.* 2. *n.* 1. *Dian. l. c. et p.* 7. *tr.* 11. *r.* 48. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 1. *n.* 16. *cum Cov. Avila, Con. et Pelliz.*, universe affirmat, non solum quoad homicidium, propter rationes mox allatas, sed etiam quoad alia crimina. Ratio, quia Ecclesia, crimina reservando, etiam occultissima reservat, modo suæ jurisdictioni subjaceant, nempe si sint externata, licet nulli alii patefacta, prout imposuit excommunicationem hæresi omnino occultæ (ut dictum est *n.* 365.). Quod autem de facto irregularitatem imposuerit delictis quomodocumque occultis, patet ex *c.* 6. *Liceat, Trid. sess.* 24. ubi concilium facultatem præbens Episcopis absolvendi ab irregularitatibus, et censuris occultis, nominat sub unico vocabulo *occultis* hæresim, homicidium, et alia crimina; ergo sicut propter hæresim omnino occultam jam incurritur excommunicatio, et propter homicidium omnino occultum irregularitas, ita etiam propter alia crimina occulta irregularitas incurritur. An autem irregularitas proveniens ex homicidio prorsus occulto possit dispensari ab Episcopo ? *Vide infra n.* 392. ubi id negabimus.

350. — Quær. II. An ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiratur scientia legis Ecclesiæ prohibentis ?

Prima sententia universe negat, dicens sufficere solam cognitionem peccati commissi; ita *Suar. d.* 40. *s.* 5. *n.* 10. *Holzm. t.* 1. *p.* 409. *n.* 311. *et Azor, ac Felin. apud Sanch. l.* 9. *d.* 32. *n.* 16. Ratio, tum quia lex humana intendit punire non solum transgressionem sui præcepti, sed etiam legis divinæ, tum quia vult antecedens, vult etiam consequens; unde qui vult peccatum, vult etiam pœnam peccati.

Secunda sententia vero communissima et probabilior affirmat, et hanc tenent *S. Anton.* 3. *p. tit.* 24. *c.* 33. *sub fin. Bon. de censuris d.* 1. *quæst.* 2. *p.* 1. *n.* 13. *Pal. de peccat. tr.* 2. *d.* 1. *p.* 17. *n.* 6. *Nav. c.* 23. *n.* 47. *et c.* 27. *n.* 19. *cum Caj. Sylv. et Ang. Sanch. l. c. n.* 9. *et* 17. *cum Innoc. Abb. Host. Manuel, Vivald. etc. Salm. de cens. c.* 7. *p.* 3. *n.* 49. *cum Cornejo, et Leand. ac Boss. de usu matr. c.* 5. *n.* 158. *cum Panorm. Henr. Tab. Vill. et Reg.* Et probatur 1. ex *cap. Proposuisti, dist.* 82., ubi *Innoc. I.* declaravit quosdam clericos incontinentes non esse deponendos juxta constitut. *Siricii* Papæ, eo quod eam ignorabant : et tamen eorum incontinentia erat quidem

contra legem naturalem. Probatur 2. ratione, quia cum lex ecclesiastica imponit pœnam super crimine a lege divina vetito, novum jus condit ; qui autem peccat contra legem divinam, ignorans invincibiliter ecclesiasticam, peccat utique contra illam, non vero contra hanc; ergo incurrere debet quidem pœnam divinæ legis, non autem humanæ, juxta dicta *l.* 6 (v). *n.* 1072.

Idem dicendum putant *Pal. de cens. d.* 6. *p.* 6. *n.* 3. *Viva q.* 8. *a.* 2. *n.* 7. *et Salm. l. c. n.* 51. *in fin. cum Cornejo, Leand. et Machad.*, de eo qui committit homicidium, ignorando legem Ecclesiæ illud vetantem, vel in rixa ad legem non advertendo : hunc enim dicunt excusari ab irregularitate, cum eam non incurrat neque ob delictum, neque ob defectum : non ob delictum, quia non peccat contra legem Ecclesiæ quam ignorat, vel ad quam non advertit, juxta sententiam mox supra probatam; neque ob defectum, quia irregularitatem ex defectu solum incurrunt ii qui ad occisionem concurrunt ut ministri necessarii ad causæ cognitionem, vel executionem pœnæ, ut probabiliter alibi dicunt *Palaus p.* 14. § 3. *n.* 7. *Diana p.* 3. *tract.* 5. *r.* 80. *et Salm. tr. cit. c.* 9. *p.* 1. *n.* 8. *in med. cum Vasq. Hurt. Pelliz. et Turrian.* Attamen docent incurrere *Suar. t.* 3. *d.* 31. *sect.* 6. *v. Solet autem, Boss. l. c. n.* 174. *et Diana p.* 4. *tr.* 2. *r.* 85. *cum Merolla, et Mercero*; nam ideo imposita est irregularitas homicidio, quia est actio lenitati contraria, quæ valde dedecet altaris ministrum, unde talis homicida non proprie ratione delicti aut defectus irregularitatem incurrit, sed ratione indecentiæ propter quam ab altari est repellendus juxta id quod dicitur in Trid. *sess.* 14. *c.* 7. ubi : *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat.* Hæc secunda sententia videtur valde probabilis et tenenda; sed primam non audeo reprobare, cum hujusmodi irregularitas in casu præfato non habeatur omnino expressa in jure.

351. — Quær. III. An ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiratur etiam scientia pœnæ, id est irregularitati ?

Prima sententia negat, et hanc tenent *Suar. d.* 40. *sect.* 5. *n.* 9. *Laym. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 20. *n.* 6. *Croix l.* 7. *n.* 482. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 1. *cap.* 4. *concl.* 1. *Anacl. de cens. d.* 3. *q.* 1. *n.* 5. *Elbel de irreg. n.* 161. *Holz. p.* 409. *n.* 311. *cum Carden. et Pichler, item Sotus, Pontius, Mol. Vasq. Azor, Salas, Reg. Fill. etc. ap. Boss. de usu matr. c.* 5. *n.* 168. Ratio, quia irregularitas non est pœna medicinalis ad cavenda crimina in futurum, sed est inhabilitas, vel pœna mere punitiva propter maculam culpæ, ob quam Ecclesia reddit delinquentem inhabilem ad altaris ministerium ; unde sufficit quod talis pœna sit imposita a lege actui vetito, quem reus jam scienter et culpabiliter committit, licet ignorans pœnam. Præterea, qui vult causam, id est peccatum, debet subjacere etiam effectui, scilicet pœnæ, quamvis ignoratæ. Hæc sententia est quidem valde probabilis.

Secunda sententia vero affirmans satis etiam probabilis videtur, et hanc tenent *Navar. Man. c.* 23. *n.* 47. *Sylv. v. Ignorantia q.* 8. *d.* 1. *Sanch. de matr. l.* 9. *d.* 32. *n.* 21. *Pal. tr.* 2. *de pecc. d.* 1 *p.* 17. *n.* 7. *et tr.* 29. *de cens. d.* 6. *p.* 6. *n.* 3. *Ronc. p.* 114. *q.* 2. *Tamb. de cens. l.* 10. *tr.* 4. *c.* 4. § 5. *n* 3. *Diana p.* 4. *tr.* 2. *r.* 85. *Boss. l. c. n.* 174. *cum Con. Sayr. Duard. Felin. etc.* item *Corn. Rodr. Portell. et Leand. ap. Salm. de cens. c.* 7 *p.* 3. *n.* 53. qui vocant æque probabilem ac primam ; et etiam probabilem censent *Suar. l. c. et Renzi p.* 366. *q.* 7. Ratio, quia irregularitas ex delicto censetur vera pœna imposita in vindictam criminis. Licet autem non requiratur scientia pœnæ, ut ipsa incurratur quando pœna est ordinaria, et talis ut ex natura ipsius criminis aliquo modo præviderі possit, cum ipsum lumen naturale dictet malum juxta suam naturam esse puniendum, requiritur tamen scientia pœnæ, quando illa est extraordinaria et exorbitans, ita ut secundum rei naturam ne in confuso quidem possit prævideri ; et hujusmodi utique est pœna irregularitatis. Nec obstat dicere, quod volens peccatum debet sustinere pœnam. Nam respondetur cum *Navar. c.* 27. *n.* 174., quod esto ad pœnam incurrendam non requireretur consensus in pœnam tamen requiritur consensus in causam pœnæ; et ut quis consentiat in causam pœnæ, docet *D. Th.* 2. 2. *q.* 65. *art.* 8., non sufficere consensum in actum peccaminosum, qui jam est causa pœnæ, sed peccantem debere scire talem actum esse causam pœnæ.

352. — Quatuor autem modis tollitur irregularitas, I. Per cessationem causæ, si irregularitas sit ex defectu (v. g.) ætatis, ignorantiæ, paupertatis, etc. *Suar.*

d. 41. *sect.* 1. *n.* 6. *Laymann tract.* 6. *p.* 5. *c.* 4. *n.* 10. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 3. *cap. ult. Ronc. p.* 114. *q.* 3. *r.* 1. *et Salm. de cens. c.* 7. *p.* 4. *n.* 55. *cum Sayr. etc.* Notandum autem, quod cum quis est irregularis ob infamiam si infamia sit *popularis*, tollitur per emendationem ex *cap.* 3. *et c.* 18. *dist.* 56. *Si est infamia facti, tollitur per* mutationem loci, *Cont. Tourn. de Irreg. part.* 2. *cap.* 6. *in fine, et Ronc. p.* 114. *q.* 3. Si vero infamia est *juris*, scil. per sententiam judicis, tunc ad eam tollendam omnino requiritur dispensatio. II. Per baptismum, si irregularitas sit ex delicto ; qui enim homicidium patravit ante baptismum, post illum non manet irregularis. *Salm. ibid. n.* 57. *cum Con. Sayr.* etc. III. Per dispensationem, de qua *n. seq.* VI. Per professionem religiosam, de qua infra *n.* 354. et 353.

353. — « Resp. 3. Irregularitas non » tollitur per absolutionem, sed per » dispensationem, hac, vel simili forma: » *Dispenso tecum in irregularitate, quam,* » *vel quas, ob hanc vel illam causam in-* » *curristi.* Et si quidem dispensans in- » tendat tollere omnes, idque possit, » omnes tollit; sin minus, eam tantum » tollit, quam potest, et vult. Etsi vero » hæc dispensatio ad Pontificem spectet, » ex jure tamen novo *Trid.* ubi est re- » ceptum, potest Episcopus dispensare » in irregularitatibus provenientibus ex » delicto occulto, et non deducto ad fo- » rum contentiosum : nisi tamen sit ho- » micidium directe et in se volitum. *Bon.* » *q.* 5. *p.* 1. *n.* 3. *ex Trid. sess.* 24. *cap.* » 6. *Suar. Sanch. Fill. etc. Saym. c.* 9. » *n.* 4.

Hic notandum I. quod si dispensaretur a Papa super aliqua irregularitate sine justa causa, dispensatio erit valida (quamvis non licita) : si vero dispensaretur ab inferiore, erit et amplius nulla; *Salm. de cens. c.* 7. *p.* 4. *n.* 60. Notantandum II. Si quis plures irregularitates contraxerit ejusdem speciei, puta si pluries ministrarit cum censura, sufficit tunc ad obtinendam dispensationem, si dicat, pluries in illas incidisse; ita *Suar. d.* 44 *sect. n.* 28. *Pal. d.* 6. *p.* 7. *num* 1. *et.*3. *Salm. ibid. n.* 61. *cum Con.* imo *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 24. *n.* 7. *et Nav. Henr. ac Avila apud Salm. loc. cit.* docent sufficere, si dicat tantum se irregularem esse ob talem culpam. Notandum III. quod prælatus, si admittat quemdam ad dorinem, vel beneficium, quem scit irregularem, censetur cum eo dispensare: *Bon. dist.* 7. *qu.* 5. *p.* 1. *in fin. ac Salm. ibid. in fin. cum Henr. et Avila.*

354. — « Præterea irregularitas ex » defectu natalium tolli etiam potest per » professionem in religione approbata, » sed quoad ordines tantum, non quoad » prælaturas, c. 1. *de filiis presbyt. Bon.* » *p.* 2. *Laym. c.* 9. *n.* 6. *Suar. Sanch.* » *Less.* » (*Ita etiam comm. Sanch. de matr lib.* 7. *d.* 86. *n.* 4. *Suar. d.* 41. *sect.* 1. *n.* 3. *Holz. p.* 411. *n.* 323. *v. Per professionem. et Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 1. *v. Quod dixi, ex concessione Greg. XIV Clem. VIII. et Pauli V.*) « contra *Villal.* qui apud *Dian. p.* 4. *tr.* 2. » *res.* 65., dicit tolli quoad omnia solita » gubernari per Fratres illius ordinis, ut » prioratus, præposituras, rectoratus, et » cætera munia, circa quæ prælatos » saltem posse cum iis dispensare, in ca- » pitulo tamen generali, vel provinciali, » notat *Diana l. c.* ex *Barb.* » (*Et ita etiam Pal. d.* 6. *p.* 7. *n.* 2. *et Holz. l. c. cum Sayr. Notant autem Bon. d.* 7. *q.* 2. *p.* 3. *n.* 14. *et Cont. Tourn. loc. cit. cum Sayro, quod dispensatio ad dignitates non intelligitur ad episcopatum. Quod autem dicit Sotus, scilicet per professionem religiosam tolli omnes irregularitates, id communius negant AA. ap. Salm. de cens. c.* 7. *p.* 4. *n.* 58.)

Unde resolves:

« 3. Solus papa, et qui ab eo accepit » privilegium, potest dispensare in ir- » regularitatibus ex defectu.

« 2. Confessarius in nullis irregulari- » tatibus potest dispensare, nisi habeat » speciale privilegium a Papa.

355. — Prælati autem regulares, ut dicunt *Salm. eod. tr. c.* 8. *p.* 6. *n.* 72. *cum Bauny, Cand. et aliis, ac Spor. Suppl. p.* 149. *n.* 167 *cum Herin.* ex privilegio *S. Pii.* V. (in bulla 23.) relato in extensum a *Salm ibid. c.* 2. *p.* 6. *n.* 72. et ex alio *Greg. XIII.* allato *dict. c.* 8. *p.* 6. *n.* 71. possunt dispensare cum suis subditis in omni irregularitate occulta, in qua possunt Episcopi cum suis. Et etiamsi irregularitas proveniat ex bigamia, et homicidio adhuc voluntario, modo non sit notorium, ut ait *Pal. d.* 6. *p.* 7. *n.* 2. ex privilegio *Martini V.* relato *apud Rodrig. et Spor l. c. cum Portel.* Qui tamen ait cum eadem *Rodrig.* id intelligi tantum de dispensatione ad ordines, non ad prælaturas. Quomodo regulares possint dispensare in irregu-

laritate ex homicidio voluntario? *Vide dicenda Dub. seq in fin. n.* 396. Hoc respectu ad subditos, quod vero ad sæculares, docent *Spor Suppl. p.* 150. *n.* 170. *cum Suar Sanch. Bassæo, Sayr. etc. ac Salm. tract.* 18. *de privil. c.* 4. *p.* 2. § 12 *n.* 170. *et de cens. c.* 7 *p.* 4. *n.* 63. *cum Pell. Lez. Rodr. Henr. etc.* posse confessarios regulares dispensare in omnibus irregularitatibus in quibus possunt dispensare Episcopi cum subditis suis, ex privilegio *Sixti IV* in bulla 9. Minimis concesso, et confirmato a *Julio II.* in sua const. quæ incipit, *Dum ad sacrum ordinem*, (ut testatur *Peyrin. ad const. I. Julii II.* § 22. *apud Salm. tr.* 18. *de privil. c.* 4. *p.* 2. § 12. *n.* 171.) ibi confessariis illorum concessa est facultas *ab omnibus excommunicationibus, suspensionibus, et interdictis, et super quacumque irregularitate ordinaria, tam a jure quam ab homine reservatis, toties quoties opus fuerit absolvendi, et dispensandi, ac vota quæcumque permutandi sicut potest diœcesanus.* Hujusmodi privilegium *Bauny* testatur jam esse in usu, sed *Lezana*, de hoc dubitat; at *Salm. de privil. c.* 4. *p.* 2. § 12. *n.* 171. dicunt, quod usus talis privilegii, cum sit occultus spectando ad forum pœnitentiæ, nemo testari potest, an sit, vel non sit in usu : præterquam quod addunt privilegia maxime gratiosa non amitti per non usum, ut aiunt probasse in *eod. tr. c.* 2. *p.* 2. § 2 *n.* 13. Et etiamsi Minimi illo nequirent uti ob non usum, dicunt tamen alios regulares in privilegiis communicantes non interdici ab illis utendis. An vero ex bulla Cruciatæ possit confessarius electus dispensare in irregularitatibus ex delicto? *Vide Salmant. de cens. c.* 7. *p.* 4. *num.* 66.

DUBIUM IV.

Quæ sint irregularitates ex delicto?

356. — « Resp. *Prima* est, ob iteratum » baptismum serio, et scienter; estque » irregularis tam baptizans, quam baptizatus; etsi in rebaptizante irregularitas tantum sit causa partialis, ne clericus ad altiorem ordinem possit ascendere, neque incurratur, si rebaptizatio sit occulta. *Covar. Tolet. M. Leo p.* » 3. *s.* 318. *Vide Bon. d.* 7 *q.* 3. *p.* 3. » *Laym. l.* 1. *t.* 5. *c.* 2.

Per rebaptizationem occultam non solemnem probabilius non incurritur irregularitas, ut tenent *Salm. de cens. c.* 8. *p.* 5. *n.* 60. (licet contrarium teneant *Bon. d.* 7. *q.* 3. *n.* 1. *et* 7. *Pal. d.* 6. *p.* 16. *n.* 1. *apud Salm. dict. n.* 60.) *cum Sylv. Laym. et Con. ex cap. Ex litterarum* 2. *de apostat.* ubi, cum de rebaptizato sermo fiat, dicitur : *Ad superiores ordines*

promoveri (si publicum est quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit; si vero occultum est, promoveri poterit. Hinc nota 1. quod irregularitas adversus eum qui scienter rebaptizatur, habetur ex c. 64. *Confirmandum, dist.* 50. adversus autem rebaptizantem habetur tantum ex communi sententia DD. ut testatur *Salm. ibid. n.* 59. Et colligitur ex c. *Ex litterarum,* ubi declaratur irregularis acotythus assistens rebaptizationi. Rebaptizans. vel rebaptizatus ex metu sine intentione, vel sub conditione (etsi temere et culpabiliter fiat) probabiliter non fiunt irregulares, ut *Pal. l. c. n.* 5. *Suar. d.* 31. *sect.* 6. *dub.* 5. *Cont. Tourn. de irreg, port.* 3. *cap.* 2. *v. Quæres* 3.*et Salm. ibid. n.* 61. *cum Nav. Corn. et Avil.* Ignorantia culpabilis tamen hos non excusat, ex c. *Quibus, de consecr dist.* 4. Secus, si inculpabilis; *Pal. n.* 6. *Salm. de cens. c.* 8. *p.* 5. *n.* 62. *cum Sot. Sayr. etc.* Nota II. quod est etiam irregularis, qui baptizatur ab hæretico declarato sine ulla necessitate, ut habetur ex *can. Ventum est caus.* 1. *q.* 1. Insuper qui differt baptizari usque ad mortis periculum, ex c. *Si quis, dist.* 57 *Vide Salm. ibid. n.* 65.

357. — « *Secunda.* ex violatione cen» suræ, v. g. si ea innodatus, actum » aliquem ordinis solemniter exerceat, » nisi invincibilis ignorantia excuset. » *Laym. c.* 3.

358. — Notandum hic I. quod qui celebrat innodatus excommunicatione minori, non incurrit irregularitatem, ex c. *Si celebrat, de cler. exc. min.* Immo nec irretitus excommunicatione majori, si exerceat actum ordinum minorum, adhuc solemniter, et ex officio : ita *Bon. q.* 3. *p.* 5. *n.* 1. *Laym. c.* 3. *n.* 4. *Nav. c.* 27. *n.* 244. *et* 242. *Anacl. p.* 512. *n.* 13. *et Avila. Fill. Corn. cum Salm. l. c. p.* 6. *n.* 66. Nec si exerceat actum ordinum majorum, sed non solemniter, id est diaconatus sine stola, subdiaconatus sine manipulo; cum tales actus sic exerceri possint etiam a cantoribus : *Salm. ibid. n.* 68. *et Anacl. l. c.* Nec qui canit solemniter officium, nisi sit hebdomadorius capituli, solemniter dicendo orationem cum *Dominus vobiscum,* quia tale ministerium ex consuetudine a sacerdotibus, aut diaconis exercetur. Nec qui concionem habet quia hoc munus de licentia Episcopi potest exerceri etiam a non constituto in Sacris, cum sit actus jurisdictionis, non Ordinis; *Suar. d.* 22. *sect.* 2. *n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 49. *cum Avila. Sylv. Sayr. Henr. etc.* Nec qui exercet actum non ordinis, sed jurisdictionis, scil. si Episcopus excommunicet, si parochus assistat matrimonio ;*Anacl. n.* 14. *et Diana; Avil. Sylv. Sayr. Henr. etc. cum Salm. dict. n.* 69.

Notand. II. ad incurrendam hanc irregularitatem requiri, ut censuratus scienter actum ordinis exerceat, quia illa tantum ob contemptum censurarum imposita est. Episcopus, vel alius sacerdos censuratus cogens alium ad celebrandum coram se, fit irregularis ex c. *Illud, de cler. exc. min.* Ab hac autem irregularitate tantum Pontifex potest absolvere, vel Episcopus, si sit occulta ; et prælati regulares cum suis religiosis, etiamsi sit publica, ut tenent *Bord. Sayr. Corn. Cand. etc. apud Salm. de cens. c.* 8. *p.* 6. *n.* 72. Immo etiam cum sæcularibus, ut *Peyr. Fragros. et Ant. a Sp. S. ibid.* ex privilegiis *Mart. V et Jul. II.* Notandum III. cum *Cabassut. lib.* 5. *c.* 20. *n.* 13., quod si quis celebret in Ecclesia polluta, non fit irregularis ; fit vero qui celebrat scienter in loco interdicto, quia jam violat censuras per exercitium ordinis, ex c. *Is qui* 18. *de sent. exc. in* 6. Notand. IV. *cum Anacl. p.* 512. *n.* 16. *et Nav. ibid.*, quod qui ordinatur ab Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto hæretico, schismatico, aut simoniaco, fit irregularis : argum., ex c. *Quod quidam, et c. Statuimus, caus.* 1. *q.* 1. item ex c. *Ordinationes q.* 9. *et c.* 1. *et* 7. *de schism.*, ubi dicuntur hujusmodi ordinationes indigere dispensatione. An autem incurrat irregularitatem, qui ordinatur aliqua irretitus censura? *Vide l.* 6 (v). *n.* 799. *dub.* 3. *vers.* Utrum.

359. — « *Tertia,* ob peccatum, quo » clericus serio et scienter actum ordinis » sacri, quem non habet, solemniter » exercet. *Bon. loc. cit. p.* 6. *Laym. loc.* » *cit. c.* 3.

Ex hoc capite igitur (ut dicit *Busembaum*) fit irregularis clericus ministrans scienter, et solemniter in ordine sacro, quem non habet, ut ex c. 1. *et* 2. *de cler. non ord. min.* Nempe, si non diaconus canat Evangelium cum stola, etc., vel si non sacerdos absolvat sacramentaliter, solemniter baptizet, etc., An autem laicus exercens actum ordinis quem non habet, incurrat irregularitatem? Probabilius negatur juxta dicta de baptismo *lib.* 6. *n.* 116. *v. dub.* 3. Qui est ligatus duplici censura, et excercet actum ordinis

sacri, etsi non incurrat duplicem irregularitatem, incurrit tamen unam duplici æquivalentem, unde in petitione dispensationis id exprimere debet : *Cont. Tourn. de irreg. part.* 3. *cap.* 4. *concl.* 2. *v. Quæres.* Sacerdos autem simplex excipiendo confessiones non incurrit irregularitatem ; quia hic revera exercet actum ordinis quem jam habet, licet careat jurisdictione, ut recte ait idem *Cont. Tourn. loc. cit.* Unde peccat, sed non incurrit irregularitatem.

360. — « *Quarta*, ob delictum, quo » quis male suscipit ordines, v g. in » excommunicatione, suspensione, vel » ab Episcopo non habente jurisdictio» nem, vel per saltum (licet hunc sus» pensum tantum esse, quamdiu non mi» nistrat in ordine per saltum suscepto, » satis probabiliter doceant *Avila, Nav.* » *Bonac.*), vel ante legitimam ætatem, » vel sine dimissoriis, vel furtive (Epis» copo nesciente, nec approbante), et » non examinatus. *Vide Bon. d.* 7. *q.* 5. » *p.* 4.

361. — Ex furtiva ordinum susceptione fit irregularis, I. Qui ordinem recepit sine approbatione Episcopi, nam is prohibetur ad alium ordinem ascendere, ex c. 1. *de eo, qui furt. etc.* II. Qui sine dispensatione Episcopi eodem die recipit plures ordines, quorum unus sacer est, ex *cap.* 2. *et* 3. *eod. tit.* III. Qui post matrimonium contractum ante consummationem ordinem sacrum recipit, renitente uxore, ut *Extrav. Antiquo de voto.* Alias vero furtivas receptiones ordinum, quas enumerat hic *Busemb.*, dicunt *Suar. d.* 42. *sect.* 3. *n.* 5. *Pal. d.* 6. *p.* 17. *n.* 1. *Salm. t.* 10. *c.* 8. *p.* 7. *n.* 73. *cum Con. et Corn.*, potius inducere suspensionem quam irregularitatem ; nihilominus pro absolutione hujusmodi suspensionis, semper recurrendum ad Papam : *vide dicta n.* 318.

In hac autem irregularitate nequit dispensare Episcopus, si crimen est publicum, et ipse ante ordinationem præceperit sub pœna excommunicationis (ut mos est) neminem furtive accedere, ex c. 1. *eodem tit. ut supra; vide Salm. ibid. n.* 75. Qui insuper dicunt cum *Fragroso, etc.* regulares posse dispensare etiam cum sæcularibus, sicut in aliis irregularitatibus occultis, ita etiam in hac, ex privilegio *Sixti IV.* et *Julii II.* juxta dicta *n.* 355. *in fin.*

362. — « *Quinta*, propter enormia » crimina, si sint notoria, et publica, » v. g quæ a jure habent annexam in» famiam, ut adulterium, raptus, inces» tus, perjurium in judicio.

Hæc irregularitas ex infamia, ut ait *Croix l.* 6. *n.* 512. potius reducitur ad irregularitatem ex defectu, quam ex delicto, cum infamia non sit aliud quam defectus bonæ famæ. Omnes infames irregulares fiunt, ex *c. Infames, caus.* 6. *qu.* 1. Et hoc intelligitur, sive infamia sit ex jure canonico, sive ex civili. Item sive infamia sit juris, sive facti, quamvis *Bon. cum Azor, apud Salm. de cens. c.* 8. *n.* 76. dicant infamiam facti inducere quidem irregularitatem ad non suscipiendos ordines, sed non ad ministrandum in susceptis ; infamiam vero juris ad utrumque.

363. — Ad incurrendam hanc irregularitatem requiritur, ut crimen, cui annexa est infamia, sit notorium notorietate facti, vel juris, *facti* per publicam famam. Requiritur tamen, prout dicunt *Viva quæst.* 9. *art.* 3. *n.* 6. *cum Castro, Hurt. ac Laym. Garc. et Pignat. apud Croix l.* 7. *n.* 513. (*contra Suar. Fill. etc.*) ut factum non solum sit publicum, sed etiam notorium ; seu ita evidens majori parti viciniæ, seu collegii (ubi ad minus sint decem) ut nulla possit tergiversatione celari. Item ait *Viva ibid.* requiri etiam, ut crimen sit qualificatum, ut hæresis, parricidium, etc. vel continuatum, ut concubinatus. Infamia autem *juris* habetur per confessionem rei in judicio, vel per sententiam judicis, saltem criminis declaratoriam, ita *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 26. *n.* 1. *Pal. p.* 20. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 82. *cum Con. Bon. Avila, Corn. etc.* Crimina autem, quibus de jure annexa est infamia, sunt homicidium, perjurium factum in judicio, hæresis, simonia, sodomia, crimen læsæ Majestatis, adulterium, proditio, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, invasio Cardinalium, vel Episcoporum. Item raptus mulierum, seu ad illum cooperatio, duellum, paratio armorum contra parentes, etc. *Vide Salm. ibid. n.* 78. Item exercitium histrionis cum turpibus repræsentationibus, ita ut non fiat sine peccato mortali : non autem macellatoris, carnificis, lictoris, et similis generis, cum hæc officia bene exerceri possint sine peccato, ut *Pal. l. c. n.* 6. *et Salm. ibid. n.* 84. *cum Corn. contra alios.* Præterea hic notandum, posse etiam incurri irregularitatem ob infamiam adhuc alienam, prout incurrunt filii eorum qui damnati sunt ob delictum læsæ Majestatis ; item filii nati ex matre meretrice ;

item filii hæreticorum (licet hoc negat *Viva art.* 4. *n.* 6., sicut negat etiam de filiis illegitimorum cum *Suar. et Palao contra alios*), et etiam nepotes per viam masculinam ab iis descendentes; modo tamen sit notorium parentes fuisse hæreticos, et in hæresi decessisse, ut *Sanch. l.* 2. *c.* 28. *n.* 7 *et Suar. d.* 43. *sect.* 3. *n.* 1. Ut autem omnes hi irregularitatem incurrant, opus est ut nati sint post delictum; ut *Sanch. l.* 2. *c.* 27. *n.* 14. *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 121. *Pal. p.* 19. § 2. *n.* 2. *et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 8. *n.* 83. *cum Bonac. et Henr.*

364. — Hæc infamia atque irregularitas, si sit facti, tollitur vel per baptismum, vel per notoriam facti emendationem, sine dispensatione, ut tenent *Suar. d.* 48. *sect.* 2. *n.* 6. *Pal. loc. cit. n.* 14. *et Salm. ibid. n.* 85. *cum Henr. Bon. Corn. etc.* Et colligitur ex *c. Si duo* 15. *q.* 6. modo emendatio, universim loquendo, ut ait *Viva art.* 4. *n.* 6. *et Croix n.* 517. *cum communi,* saltem per triennium perseveret. Si vero sit juris, non tollitur nisi per dispensationem; quamvis *Bon.* teneat hanc etiam tolli per baptismum, et *Salm. l. c. n.* 86. non improbabile putant.

Episcopus non potest dispensare, ut infamis infamia facti ad sacros ordines ascendat : potest tamen, ut in susceptis ministret, si crimina sint minora adulterio, et reus egerit pœnitentiam. Si vero infamia sit per sententiam judicis, potest ab illo irregularitas tolli per aliam sententiam, qua reo fama restituatur, *Salmant. ib. n.* 87. *et Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 6. *concl.* 5. Irregularitas ob crimen parentum, vel ob officium infame tollitur per ingressum in religionem, ut *Salm. ib. cum. Corn.* Testantur autem *ib. Bordon. et Ant. a Sp. S.* regulares ex privilegiis *Pii IV* et *Pii V.* posse dispensare cum suis subditis in hac irregularitate, sive contracta ante ingressum in religionem, sive post : item sive infamia fuerit juris, sive facti, nulla excepta.

365. — « *Sexta* oritur ex injusta mu-
» tilatione, vel homicidio, etiam indi-
» recte tantum voluntario ; extenditur-
» que ad omnes, qui ad alterutrum, sive
» in bello injusto, sive extra illud, injuste
» concurrunt, consulendo, mandando.
» Mutilatio autem hic intelligitur, quando
» a corpore separatur membrum aliquod
» principale, id est pars corporis, quæ
» officium per se distinctum habet, v. g.
pes, manus, oculus, auris, etc. *M. Leo*
» *in praxi p.* 3. *s.* 347. *ex Covar. Nav. de*
» *cens. n.* 206. *Vide Bon. p.* 8. » *(Ita habetur ex Clement. unic. de homic. Et hoc verum est, etiamsi quis mutilet seipsum, ut qui seipsum castraret, c. Si quis absciderit dist.* 55. *Sayr Corn. cum Salm. de cens. c.* 8. *p.* 2. *n.* 18. *Sicut etiam fieret irregularis, qui seipsum culpabiliter deformaret, aut digitum, vel partem digiti sibi abscinderet, ut ex c. Qui partem, dist.* 55. *Dicitur,* seipsum, *quia secus esset (ut mox dicemus n.* 379.) *si alter abscinderet tibi digitum.)*

366. — Hæc igitur irregularitas oritur tam ab homicidio voluntario (nimirum cum homicidium sit vel directe volitum in se, vel indirecte in causa, inseparabiliter tamen et proxime cum illo conjuncta, prout est in lethali vulneratione, in porrectione veneni, etc.) quam ab homicidio casuali indirecte volito, nempe in causa, prævisо effectu (non ita autem proxime cum causa conjuncto), et neglecta debita diligentia ad illum impediendum. Hinc aliqua adnotabimus I. De homicidio *voluntario.* II. De homicidio *casuali* ; advertendo, quod illud quod dicitur de irregularitate ob homicidium, dicitur etiam de irregularitate ob mutilationem voluntariam, sive casualem.

367. — Quoad homicidium voluntarium pertinet, I. incurrunt irregularitatem omnes qui propria actione hominem occidunt, ut patet ex c. *Si quis* 1. *de homic.* et ex *c.* 7. *Trid. sess.* 14.

368. — Sed hic dubitatur 1. an si homicidam pœniteat facti ante mortem, incurrat irregularitatem ? Negant *Salm. l. c. p.* 1. *n.* 4. *in fin.* quia (ut aiunt) tunc occisori mors illa non est voluntaria in seipsa, sed tantum in causa, quæ cum jam retractata fuerit, ipse non influit amplius moraliter in mortem. Sed verius affirmant *Suar. d.* 44. *s.* 3. *n.* 7. *et Viva de irreg. q.* 9. *a.* 2. *n.* 4. Nam in hoc differt causa moralis a physica : qui posuit causam tantum moralem, sufficit, ut eam moraliter auferat, ne effectus ei imputetur ; hinc mandans homicidium, revocando mandatum ante ejus executionem, bene excusatur ab irregularitate, quia jam desinit moraliter influere. Qui vero posuit causam physicam mortis, nempe vulnus, aut venenum ; non excusatur si pœniteat illum, quia causa necessario pergit influere in mortem. Imo recte docet *Suar. d.* 44. *sect.* 3. *n.* 13. *in fin.* nec etiam mandantem excusari ab irregularitate, si revocatio mandati casu non

perveniat ad mandatarium. Valde probabiliter tamen (ut diximus *n.* 40. et tenent iidem *Salm. de cens. c.* 1. *p.* 12. *n.* 153. *cum Suar. Sayr. Avila, Corn. etc.* ac consentit ipse *Viva l. c.)* excusabitur ab excommunicatione mandans percuti clericum ; si ante executionem pœniteat ipsum mandati, sive consilii, licet revocatio mandatario non innotuerit, quia cessat contumacia requisita ad censuram incurrendam. Certum autem est, quod si quis lethaliter quantumcumque vulneret, si mors non sequitur, irregularitatem non incurrit ; qui nulla assignatur in jure propter conatum occisionis, sed tantum propter homicidium, aut mutilationem ; ita *Suar. d.* 44. *sect.* 2. *n.* 2. *et Salm. tr. cit. c.* 8. *p.* 1. *n.* 4. *cum Avila, et Sayr. ac aliis passim.*

369. — Dubit. 2. an incurrat irregularitatem, si quis primus lethaliter aliquem percusserit, sed alii postmodum eum peremerint ? Affirmant *Fagn. in c. Significasti* 18. *de homic.* item *Covarr. et Ugol. ap. Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 8. *n.* 32. Et inferunt ex dicto *c. Significasti,* ubi Pontifex dixit primum vulnerantem non esse irregularem, si constet vulnus ab ipso inflictum non fuisse lethale ; secus ergo, si lethale fuerit. Negant vero *Laym. l.* 3. *s.* 5. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 10. *in fin. Bon. l. c. cum Avila, et Con.* item *Molina, et Henr apud Escob. l.* 53. *n.* 311. Ego autem censeo cum *Esc. n.* 312. revera in prædicto *c. Significasti,* nihil definitum fuisse de hoc casu ; ibi enim fuit quidem decisum in casu ibi allato, nempe cum quidam primum ab uno percussus fuisset, deinde ab aliis, et sic decesserit ; respondit Pontifex, quod si constiterit, primum non percussisse lethaliter, eum non esse irregularem. Secus si dubium fuisset, an ex illius percussione, vel aliorum vulneratus periisset. Nostrum autem casum, nempe quod primus vulnus lethale inflixerit, sed percussus ab aliis extinctus fuerit, puto a Pontifice fuisse præteritum, saltem non constat fuisse decisum. Hoc tamen intelligendum, si constet primum vulnus non causasse mortem, nec accelerasse, sed eam intulisse secundum vulnus, nempe si caput fuisset confractum, aut cor transverberatum ; nam alias in dubio primus non effugit irregularitatem.

370. — II. Incurrunt irregularitatem omnes homicidium mandantes, vel consulentes, ut habetur ex *c. Si quis viduam, d.* 50. *c. Significasti* 18. *de homic. et c. Sicut* 6. § *Qui vero, eod. tit.* Hoc tamen non currit, si mandans, vel consulens non influxerit in homicidium, nimirum, (ut dicunt *Sanch. Dec. l* 1. *c.* 10. *n.* 11. *et Viva qu.* 9. *a.* 2. *n.* 6.) si constet homicidium ex alia causa accidisse ; vel si ipsemet hoc asserat, sitque fide dignus ; nam alias ut bene advertit *Sanch.* non est credendus.

371. — Sed dubit. 1. an mandans vel consulens censendus sit irregularis in dubio, an mandatum vel consilium fuerit, vel non efficax causa homicidii ?

Prima sententia communior, quam tenet *Sanch. l.* 1. *c.* 10. *n.* 42. *circa fin. cum Salas, d.* 6. *p.* 3. *n.* 8. *cum Nav. et Salm. de cens. c.* 7 *p.* 3. *n.* 45. *cum Con. Sayr Avila, et Corn.* affirmat, tum quia possidet mandatum sive consilium, usquedum probetur oppositum ; unde sicut in foro externo hi damnarentur jam ut irregurales, ita censendum in interno, qui externo conformari debet, semper ac externus non utitur falsa præsumptione ; tum quia ratio textus in *c. Ad audientiam*, nempe quod in dubio homicidii tutior pars eligenda est, ut si forte postmodum certe innotescat homicida, evitetur indecentia et scandalum, comprehendit tam homicidam, quam mandantem, aut consulentem.

Secunda sententia vero, quam tenent ut probabilem *Lian. p.* 11. *tr.* 6. *r.* 42. *Spor. t.* 2. *p.* 130. *n.* 129. *et Tamb. l.* 10. *de cens. tr.* 4. *c.* 5. *n.* 11. negat, quia (ut aiunt) irregularitas non incurritur nisi expressa sit in jure, jura autem loquuntur de iis qui certe sunt causa homicidii mandando vel consulendo, vel qui dubie homicidium committunt, non autem de iis qui tantum dubie ad illud concurrunt. Unde sicut non incurreret irregularitatem mandans, sive consulens homicidium, nisi hoc in textibus supra allatis esset expressum, ita alii canones, qui damnant percutientes, etiam in dubio, an ex eorum percussione mors secuta fuerit, non extenduntur ad mandantes et consulentes in dubio concursus. Ad primam autem rationem responderi posset id quod dicitur circa obligationem restitutionis, *vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 562. *D. Th. et aliis* Secundæ vero rationi respondetur, quod in pœnis, et præsertim in irregularitatibus (juxta dicta *n.* 346.) non fiat ob identitatem rationis extensio de casu ad casum. Unde non videtur hæc secunda sententia dicenda improbabilis.

372. — Dubit. 2. an incurrat irregularitatem qui movet homicidam jam determinatum ad occisionem, ut citius eam exequatur? Negat *Hurt. cum aliis ap. Vivam q.* 9. *a.* 2. *n.* 7., quia hic non influeret simpliciter in homicidium. Sed communiter et recte affirmant *Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 8. *n.* 28. *Pal. p.* 15. § 2. *n.* 6. *et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 1. *n.* 13. *cum Avila, et Corn.*, quia revera iste jam directe est causa illius homicidii eo tunc patrati.

373. — Dubit. 3. an consiliator homicidii excusetur ab irregularitate, si ante executionem consilium revocet? Negant *Nav. c.* 27. *n.* 353. *et Bon. d.* 6. *p.* 8. *n.* 20. *cum Azor et aliis*, quia consilium adhuc revocatum semper influit. Affirmant vero *Suar. d.* 44. *s.* 3. *n.* 13. cum communi, ut asserit, *Sylvest. v. Homicidium, n.* 13. *Fill. tr.* 20. *n.* 34. item *P. Nav. Avila, Sayr. Salas, et Ugol. ap. Bon. l. c.*, quia, ut consulens excusetur, sufficit ut sicut consulendo moraliter influxum posuit, ita consilium revocando, influxum moraliter auferat (modo intelligitur revocatio perveniat ad homicidam); tunc enim homicidium potius imputatur malitiæ executoris, quam consilio suadentis. Sed juxta dicta *l.* 3 (IV). *n.* 559. dicimus, quod si consilium fuerit dumtaxat falsum, vel datum auctoritativo modo, revocans illud non fit irregularis; secus si consulens insinuavit motivum, vel modum occidendi; tunc enim probabilius incurrit irregularitatem, quia motivum aut modus semper influere pergunt. Hoc tamen non obstante secundam sententiam non puto improbabilem. *Vide d. n.* 559.

374. — III. Incurrunt irregularitatem omnes qui voluntarie cooperantur ad homicidium, vel ut illud celerius, audacius, aut securius fiat, ut communiter docent *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 2. *n.* 6. *Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 8. *n.* 28. *Tamb. de cens. c.* 15. § 7. *n.* 26. *cum Sayr. Præp. et Ug. et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 1 *n.* 13. *cum Cornejo, et Avila*, ex *c. Sicut*, § *Qui vero*, *et* § *Clericos, de homic.* Hinc fiunt irregulares 1. Omnes qui ad homicidium se excitant, quamvis unus solus occidat. 2. Omnes qui præliantur in bello injusto, si aliquis in eo occidatur, etiamsi hoc non intendant; tunc enim saltem incurrunt irregularitatem homicidii casualis. 3. Omnes qui ministrant arma aut pecunias ad homicidium, aut bellum injustum patrandum 4. Omnes qui injuste accusant, aut testificantur, aut judicant, ut homo occidatur. 5. Omnes qui associantur occisorem, animum augendo; ita communiter *Viva q.* 9. *ar* 2. *n.* 3. *Tamb. l. c. et Salm. ibid. n.* 14. *cum Bon. Avila, Gibal. et Corn.* Quapropter dicit *Tamb. l. c. n.* 28. *cum Sayr. Pærp. et Ugol.*, quod si in rixa te ostendas amico rixanti, jam eris irregularis, si ille occidat : quia tua præsentia jam animum auges. Additque cum *Præpos.* non posse approbare opinionem *Avilæ, Henriq.*, et aliorum dicentium excusari ab irregularitate patrem associantem filium rixantem, ne filius periclitetur, si filius alterum occidat. Subdit *Viva q.* 9. *ar.* 2. *n.* 8. *cum Avila*, fieri etiam irregularem, qui suadet amico, ut inimicum occidat, vel se exponat probabili periculo mortis, si postea ipse amicus occidatur; *vide n.* 387. *ibi infra.*

375. — Dubit. 1. an incurrat irregularitatem qui ratihabet homicidium suo nomine patratum? Affirmant *Nav. cap.* 27. *n.* 233. atque *Mol. Sylv. etc. ap. Salm. de cens. c.* 8. *p.* 1. *n.* 11., quia (ut aiunt) ratihabentes æquiparantur mandantibus ; ideo in *c. Cum quis, de sent. exc. in* 6., ratihabentes percussionem clerici suo nomine factam jam incurrunt excommunicationem. Sed verius et communiter negant *Suar. d.* 44. *s.* 3. *n.* 24. *Bonac. d.* 7 *q.* 4. *p.* 8. *n.* 42. *Salmant. ibid. n.* 12. *cum Corn. Diana, Giball. Vill. et Leand. ac Escob. l.* 53. *n.* 288. *et* 289. *cum Con. Avila, Cov. Sayr. et Henr.* Ratio, quia nullibi habetur, in jure ratihabentibus impositam esse irregularitatem. Ratihabitio autem æquiparatur mandato quoad culpam, non autem quoad pœnam, nisi in jure sit expressum, prout expressum est de ratihabentibus clerici percussionem respectu ad excommunicationem, non autem irregularitatem incurrendam.

376. — Dubit. 2. an incurrat irregularitatem qui volens homicidium impedire, culpabiliter non impedit? Si is tantum ex charitate tenetur impedire, certum est apud omnes non incurrere, esto ex odio non impediat; ita communiter *Suar. d.* 45. *s.* 4. *n.* 3. *Bon. d.* 8. *q.* 4. *p.* 8. *n.* 37. *et Salm. l. c. p.* 3. *n.* 39. *cum Avila, Sayr. Fill. Giball. Henr. Cor. etc.* Dubium fit, an incurrat, qui tenetur impedire ex justitia ratione pacti vel officii; nempe si sit medicus stipendio conductus, advocatus qui tenetur reum tueri, custos viarum, pater, tutor, do-

minus, aut maritus qui tenetur uxori alimenta præstare?

Prima sententia negat incurrere, et hanc tenent *Roncag. cap.* 3. *qu.* 3. *p.* 116. *v. Non pauci, Hurtad. d.* 2. *diff.* 9. *n.* 34. *Turr. d.* 63. *dub.* 5. *Diana p.* 4. *tr* 2. c. 7. *cum Vasquez et Tamb.* item *Præp. Leand. et Giball. ap. Salm. ibid. n.* 41. et probabilem videri aiunt *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 7. *n.* 2. *et Escob. lib.* 53. *n.* 315. Ratio, quia aliter judicandus est qui positive influit in homicidium, quam qui homicidium non impedit.

Secunda sententia vero affirmat, et hanc tenent *Nav. c.* 27. *n.* 231. *Suar. d.* 46. *s.* 4. *n.* 5. *Pal. l. c. n.* 2. *Bon. l. c. Tol. l.* 1. *c.* 83. *n.* 4. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 3.*cap.* 1. *art.* 1.*concl.* 2. *Escob. c. l. cum Man. et Henr. ac Salm. de cens. c.* 8.*p.* 3. *n.* 42. *cum Avila, Sayr et Corn.* Ratio, quia omittens defendere, cum possit, quem ex justitia defendere tenetur, censetur verus homicida, cum ipse, si non physice, moraliter tamen influit in homicidium. Hæc sententia est quidem communior et probabilis, sed non minus probabilis mihi videtur prima; cum enim irregularitas debeat esse in jure expressa, recte dicit *Ronc.*, ex S. Canonibus non satis constare hujusmodi non impedientes, moralem tantum causam præbentes, incurrere irregularitatem, sed solos occidentes, mandantes, consulentes, omnesque positive in homicidium influentes. Iidem autem *Cont. Tourn. et Escob. ll. cc.* excusant ab irregularitate, qui omittunt impedire, non jam studiose, ut homo occidatur, sed tantum ex timore vel negligentia; idque recte inferunt ex c. *Quæsitum, de pœn. et rem.*, ubi parentes, ex quorum culpa filii in cunis perierint, censentur irregulares, si studiose neglexerint, suffocationem impedire, non tamen si ex ipsorum incuria filii mortui fuerint.

377. — Hæc quoad homicidium voluntarium; quod vero ad homicidium *casuale* spectat, incurritur irregularitas etiam ab eo qui periculum mortis prævidet, ex aliqua sua actione, et negligit culpabiliter illud præcavere; ita *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 5. *art.* 3. *et Salm. ibid. n.* 29. *cum Avila, Cov. et Henr. ac aliis passim*, ut patet ex *Clem. Si furiosus, de homic.* Dicitur *culpabiliter*, nam ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiritur culpa lata, quæ peccatum mortale supponit, ut communiter docent *Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 7. *in fin. Pal. d.* 6. *p.* 15. § 4. *in fin. Suar. d.* 45. *sect.* 5. *n.* 8. *Cont. Tourn. loc. cit. r.* 2. *Conc. t.* 10, *p.* 490. *n.* 7. *Salm. l. c. n.* 30. *cum Avila, Sayr. et Corn. ac Viva qu.* 9. *ar.*2. *n.* 10. *cum Cajet. Arm. etc.*

378. — « 1. Non fit irregularis, qui » in rixa præscindit alteri digitum, pol» licem, unguem, dentes, barbam, ca» pillos, labia, nasum, auriculam, (id » est, cartilaginem quæ tantum deservit » ad ornatum, et tutelam auris); quia » non sunt proprie membra, v. gr. di» gitus est pars tantum, et officium » membri, *Avila, et alii* 8. *cum Dian. p.* 4. *t.* 4. *r.* 26. Item *M. Leo l. c. ex Glossa c. ult. de hom. in* 6. *et L. Quæritur* 10. *L. Non sunt* 14. § *Partus, ff. de statu hom.*

379. — Incurritur igitur irregularitas etiam ob mutilationem membri, ut habetur in c. *Significasti, de homic.* et in *Clem. Si furiosus, eod. tit.* Sed dubitatur 1. quid veniat nomine *membri?*

Prima sententia, quam tenent *Suar. d.* 44. *sect.* 2. *n.* 7. *et* 8. *ac Sotus, Caj. Arrag. etc. ap. Salm. de cens. c.* 8. *p.* 2. *n.* 21. dicunt intelligi non solum oculum, manum, etc., sed etiam nasum, digitos, et auriculam, quia per horum abscissionem jam aufertur (ut aiunt) corporis integritas. Sed communissime, ac probabilius *Bon. q.* 4. *p.* 8. *n.* 3. *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 1. *n.* 4. *Conc. c.* 10 *p.* 489. *n.* 4. *Habert c.* 7. *q.* 566. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 8. *art.* 1. *v. Ex quibus, Cap. l.* 5. *c.* 20. *n.* 9. *cum Nav. ac Avila, et Salm. ibid. n.* 22. *cum Val. Cov. Sayr. Diana, Hurt. Gob. etc.* dicunt nomine *membri* intelligi tantum partes illas corporis quæ proprium officium habent ab aliis divisum, ut oculus ad videndum, manus ad agendum, pes ad ambulandum, etc. Hinc probabilius dicunt *Pal. et Cont. Tourn. ll. cc. et Salm. ibid. n.* 24. *cum Avila, Cov. Sayr Corn. etc.*, non incurrere irregularitatem qui amputaret auriculam, quia ea ablata non tollitur omne officium audiendi; nec qui dentes evelleret; quia non sunt membra, sed instrumenta maxillarum ad cibos mandendos, ut *Bon. n.* 2. *Pal. n.* 4. *et Salm. dict. n.* 24. *cum Sayr. Diana, et Giball.* Et tanto minus qui capillos, aut barbam, abscinderet. Item nec qui aufert alteri digitum, quisque sit, ut *Bonac. Pal. Cont. Tourn. et Salm. ll. cc. cum Val. Avila, Cov. Sayr. Hurt. Corn. et aliis communissime.* Nec obstat textus in c. 6. *Qui partem, dist.* 55., ubi declaratus fuit ir-

regularis qui sibi ipsi digitum vel partem digiti abscidit; nam respondetur cum *Cont. Tourn. et Habert*, illi non fuisse irregularitatem impositam ob solam mutilationem, sed ob pravam voluntatem, *quæ sibi causa fuit* (ut ibi dicitur) *ferrum injiciendum.*

380. Dubit. 2. an sit irregularis qui abscindit testiculos alterius? Negant *Bon. Hurt. Avila, et Corn. apud Salm. de cens. c.* 8. *p.* 2. *n.* 23., quia (ut dicunt) illi non sunt membrum, sed pars membri. Sed probabilius affirmant *Ronc. c.* 3. *q.* 3. *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 1. *n.* 4. *et Salm. l. c. et Diana.p.* 9. *tr.* 7. *r.* 11. (quamvis alias oppositum dixerit) quia testiculi jam propriam operationem habent, nempe efformandi semen aptum ad generandum (intellige id tamen, si abscissio injuste fit). Secus vero si unus tantum testiculus auferatur, quia unus non habet officium ab altero diversum, cum uterque ad eamdem operationem concurrat. Fieret vero irregularis, ut recte dicunt *Pal. d. n.* 4. *Cont. Tourn. Habert, Conc. et Salm. cit. n.* 23. *in fin. cum Sayr. et Bon.*, qui mulieri unam mamillam abscinderet, quia unaquæque mamilla proprium officium habet. Idem docent *Suar. et alii ap. Viram* de abscissione dimidiæ manus; sed contradicit *Cont. Tourn. loc. cit. Resp. Partes*, quia in c. 2. *de cler. ægrot.*, qui duos digitos cum medietate palmæ amisit, non dicitur mutilatus, sed debilitatus: communiter autem dicunt *Nav. c.* 27 *n.* 223. *Cabass. l.* 5. *c.* 20. *n.* 9. *cum Suar. Con. et Avila, Salm. ibid. n.* 25. *cum Soto, Bon. Cov. Sayr. et Avila, ac Croix l.* 7. *n.* 487. *cum Suar. et Sylvio* (*contra Caj. etc.*), et probabile putat *Ronc. l. c.* non esse irregularem qui alterius membrum debilitaret, adhuc taliter ut redderet eum ineptum ad officium suum. Imo etiamsi mortuum relinqueret, ut dicunt *Pal.* § 1. *n.* 5. *et Nav. Cov. etc. apud Salm. l. c. n.* 26. Sed huic valde probabiliter contradicunt *Suar. d.* 44. *sect.* 2. *n.* 11. *Cabass. l. c. Conc. p.* 490. *n.* 5. *et Salm. ibid. n.* 27. *cum Corn. etc.*, quia tale membrum, licet secundum apparentiam non sit mutilatum, reipsa tamen ablatum censetur, cum non sit amplius animatum, et continuatum cum aliis membris. Unde probabiliter e converso inferunt *Salm. dict. n.* 27. non esse irregularem qui tale membrum omnino exsiccatum abscinderet, quia talis non esset mutilatio formalis.

381. — In hac autem irregularitate propter mutilationem bene possunt dispensare Episcopi, si sit occulta, ex facultate Tridentini in c. 6. *Liceat sess.* 24., ubi tantum excipitur irregularitas ob homicidium voluntarium, ut communiter docent *Suar. d.* 44 *sect.* 2 *n.* 4. *Pal. l. c. n.* 3. *Bon. p. ult. n.* 11. *et Salm. de cens, c.* 8. *p.* 2. *n.* 28. *cum. Fill. Avila, Corn. Diana. Gob. Villal. etc.*

382. — « 2. Nec fit irregularis, qui
» excæcavit hominem solo visu privando,
» non autem oculum extrahendo: nec
» qui debilitat tantum membrum, et
» non abscindit, quia non est mutilatio.
» *Dian. p.* 4. *t.* 4. *r.* 26. *ex Megal. etc.*

« 3. Quando plures (non ex consilio,
» sed in rixa) unum percutiunt, et
» unus lethale vulnus infligit, ex quo
» moritur, si constet quis hoc fecerit
» hunc solum fieri irregularem docent
» *Sayr., et alii* 5. *cum Diana p.* 2. *t.*
» 15. *r.* 18. *contra Avil. Suar etc.*

« 4. Quia infirmo bona fide dat ali-
» quid, v. gr. cibum, vel potum, vel
» eum movet, vel de lecto in lectum
» transfert, aut aliud circa eum opera-
» tur, ex quo mors, vel ejus accelera-
» tio præter intentionem sequatur, non
» fit irregularis, nisi intervenerit lata
» culpa, *Avila Fill. et alii* 4. *cum Diana*
» *p.* 5. *t.* 3. *r.* 17. ubi ex *Bon.* etc. notat
» sacerdotibus, et religiosis circa mori-
» bundos licere eadem, quæ laicis. »
(*Ita etiam Cont. Tourn. part.* 3. *cap.* 1. *art.* 2. *concl.* 1. *Conc. p.* 490. *n.* 7. *Elbel p.* 472. *n.* 171. *cum Fill. et Avil. ac Salm. ibid. p.* 3. *n.* 33. *cum Corn. et Pelliz. Sic etiam non fit irregularis sacerdos jubens fieri abscissionem membri præscriptam a medico, modo ipse non exequatur; Cabass. l.* 5. *c.* 19. *n.* 22. *Immo multum probabiliter Conc. p.* 501. *n.* 20, *eximit ab irregularitate qui adjuvaret chirurgum congrue mutilantem ægrotum. An vero fiat irregularis qui facit ista, ut infirmus citius moriatur? Affirmant Cov. Nav. etc, Sed negant Pell. et Con., ac merito probabile putant Salm. l. c. quia licet adsit peccatum grave, deficit tamen actio externa graviter injusta. Hinc mihi videtur utendum distinctione qua usi sumus in obligatione restitutionis, juxta dicta l.* 3 (IV). *n.* 551; *spectandum enim, an apponatur, vel non, diligentia sufficiens ad mortem infirmi præcavendam. Certe autem fit irregularis qui temere remedium præberet ex quo mors notabiliter acceleratur; Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 33. *in fin. semper ta-*

men ad irregularitatem ex delicto requiritur culpa lata cum peccato mortali, ut Salmant. Cont. Tourn. Conc. et alii comm. citati n. 348. *et* 377.)

« 5. Qui amicum bono animo comitatur, ne periclitetur, in rixa, non fit » irregularis, etsi amicus occidat alium. » *Avila. Henr. etc. cum Dian. p.* 4. *t.* 2. » *r.* 17. Limitat autem *Præp.* nisi sua præ» sentia animaverit ad occidendum. (*Vide* » *n.* 374.)

« 6. In bello injusto, si vel unus occi» datur, totus exercitus fit irregularis, » saltem si aliqua ratione sit cooperatus; » *Bon. q.* 4. *p.* 9. *n* 3.

« 7. Irregularis fit, qui procurat abortum » fœtus animati anima rationali ; secus, » si animatus non sit, *C. Majores.* 32. *q.* » 2. *Bon. l.c. p.* 8. *n* 27. *Con. etc.*

« 8. Qui dans operam rei licitæ (imo, » secundum multos, etiam illicitæ) » sufficientem diligentiam adhibuit, ne » ex ea homicidium sequeretur, et ta» men secutum est, non fit irregularis ob » defectum voluntarii, secus tamen, si » dictam diligentiam omisit, omissione » mortali. *Bon. q.* 4. *p.* 7. *Less. l.* 2. *c.* » 9. *dub.* 15. *etc.* Alii tamen dicunt, quod » dans operam rei illicitæ, ex quavis » culpa, etiam levissima incurrat hanc » irregularitatem. *Panorm. Cov. M. Leo* » *p.* 3. *f.* 354.

383. — Distinguendum igitur, si quis dat operam rei licitæ, et debitam adhibet diligentiam, ne homicidium sequatur, non incurrit irregularitatem, si mors accidat; ita comm. *Pal. d.* 6. *p.* 14. § 4. *n.* 7. *Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 7. *n.* 8. *Conc. t.* 10. p. 490. *n.* 7. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 3. *cap.* 1. *art.* 2. *concl.* 1. *Salm. l. c. n.* 30. *et alii passim cum D. Th.* 2. 2. *q.* 64. *art.* 8. *ad* 3. ubi : *Secundum canones imponitur pœna his qui casualiter occidunt, dantes operam rei illicitæ, vel non adhibentes diligentiam debitam.* Et parte ex c. *Hi qui, c. Sæpe, et c. Si duo fratres, dist.* 50. item ex c. *Joannes,* c. *Dilectus, et c. ult. de homic.* Secus vero si omitteret sufficientem diligentiam, colligitur ex c. *Presbyterum, et c. Ad audientiam, de homic.* Quia, cum quis negligenter se habet in præcavendo homicidio quod timet, indirecte jam vult illud in causa. Dicitur, *sufficientem diligentiam,* quia non requiritur diligentia summa, sed satis est illa, qua vir prudens uteretur juxta rei qualitatem ; ut recte dicunt *Salm. de cens.* c. 8. *p.* 3. *n.* 30. *cum Caj. et Corn.* Et contra, ad irregularitatem incurrendam non sufficit quævis negligentia, sed requiritur illa quæ ad peccatum mortale pertingit ut communiter docent *Suar. d.* 45. *sect.* 5. *n.* 8. *Bon. l. c. in fin. Pal.* § 4. *Conc. l. c. Cabass. l.* 5. *c.* 20. *n.* 10. *Cont. Tourn. loc. cit. r.* 2. *Sylvius* 2. 2. *qu.* 64. *art.* 8. *concl.* 3. *cum Soto et Bann. Salm. dict. n.* 30. *in fin. cum Sayr. Corn. et Avila, ac Diana p.* 2. *tr.* 2. *r.* 21. *cum Con. Fill. et communi,* ad incurrendam enim quamcumque irregularitatem ex delicto omnino requiritur culpa gravis, ut probat *Cabass. l. c. ex. c. Quæsitum, de pœn. et c. fin. de hom. in* 6. *Vide dicta n.* 348. *et* 377.

384. — Hinc non fit irregularis I. Magister qui discipulum moderate verberat (et idem de patre respectu filii), si casu ex percussione mors discipuli sequatur, ut *Conc. d. n.* 7. *et Salm. ibid. n.* 31 Secus si graviter excederet, ut patet ex c. *Presbyter, de homic. et c. ult. eod. tit. in.* 6. II. Qui equitando in equo feroci puerum occiderit; *Conc. ib. et Bon. n.* 23. *cum Mol. Sayr. et Ugol. ex c. Dilectus* 13. *de homic.* III. Qui feram sive canem ferocem alit, et custodit in occulto, si casu fera ruptis vinculis hominem occidat; secus, si teneret in via, ubi fera aliis nocere posset ; vel si illa ex ejus incuria esset soluta; *Salm. cit. n.* 31. *cum Cov. et Corn.* IV. Qui reficiendo tectum, tegulas et lapides mittit, præmonens transeuntes ut se caveant; secus si non moneat, *Salm. l. c. in fin.* V Medicus, si casu infirmus ex pharmaco præstito decedat sine gravi medici negligentia, ut ex c. *Ad aures, de ætate, et qualit. ord.* Et hoc adhuc si sit clericus aut monachus, modo 1. sit peritus; nam alias non effugeret irregularitatem, si temere vel contra præceptum medici præberet remedium, ex quo mors aut ejus notabilis acceleratio eveniret, ut recte dicunt *Salm. ibid. n.* 33. *in fin. Cont. Tourn. part.* 2. *cap.* 8. *art.* 4. *v. Duo.* 2. *clericus. et Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 5. *num.* 4. *cum. Mol. Sayr. Henr. et communi.* (Secus si bona fide daret aliquid infirmo ad ejus remedium vel levamen, ut *Bon. p.* 7. *n.* 12. *et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 33. *cum Corn. et Pelliz. vide dicta n.* 382. *v.* 4. *Qui infirmo.*) Modo 2. clericus medeatur sine incisione, vel adustione, alioquin, cum id expresse vetetur clericis in sacris et monachis, sub pœna irregularitatis in c. *Sententiam, ne clerici, vel monachi,* jam fiunt irregulares, si ex tali incisione vel adustione mors sequatur; secus si eveniret aliunde, nempe ex vi ipsius morbi, vel ex alia ca usa

ut dicunt *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 4. *n.* 8. *in fin. et Salm. ibid. num.* 32. *cum Avila, Corn. et Henr.* Si tamen alius peritus absit, bene poterit tunc clericus aut monachus sine peccato et consequenter sine periculo irregularitatis incisionem aut adustionem adhibere, ut communiter docent *Pal. Cont. Tourn. cum Mol. et Salm. ll. cc. cum Avila, Henr. et Corn.*

385. — An autem clericus beneficiatus medendo cum incisione præter necessitatem, si æger ex illa moriatur fiat irregularis? Affirmant *Nav. Panorm. etc. apud. Cont. Tourn.* quia (ut aiunt) id quod prohibetur ordinatis in Sacris, interdicitur etiam beneficiatis. Sed verius id negant *Bon. p.* 5. *n.* 4. *cum Mol.* et idem *Cont. Tourn. loc. cit.v. An prædicta cum Pontas, et Giball.*, tum quia regula præfato supponitur ab adversariis, sed nullo jure satis probatur, tum quia in præfata textu, *c. Sententiam*, tantum de constitutis in sacris fit mentio; pœnæ autem non sunt extendendæ de casu ad casum in jure non expressum. Et quamquam de negotiatione, et ludo sub nomine *clericorum*, non tantum constitutos in sacris venire, sed etiam beneficiatos diximus *l.* 3 (IV). *n.* 831. *et* 895, tamen cum in hoc casu prohibitio facta sit speciatim subdiaconis, diaconis, et sacerdotibus, non comprehenduntur minores his, quicumque illi sint.

386. — Si quis vero dat operam rei illicitæ, et ex ea mors alterius sequatur, communis est sententia, quod si opera illa non est illicita, quia periculosa, sed ex alia causa, peccat quidem, sed non incurrit irregularitatem, modo sufficientem diligentiam adhibuerit ad mortem vitandam; puta si quis cæderet arborem in solo alieno, et mere fortuito hominem occideret; vel si induceret alium ad furandum sine periculo, et casu ille occidatur, ac similia. Ratio, quia tale homicidium tunc non esset illi voluntarium, neque directe, cum non sit intentum, neque indirecte in sua causa, cum talis actio non sit per se periculosa; jura enim irregularitatem statuentia ex homicidio intendunt punire vere delinquentes homicidii culpa; illa autem actio, licet sit mala, non tamen est mala malitia homicidii; nam ut bene docet *D. Thom.* 1. 2. *q.* 76. *art.* 3., ignorantia invincibilis circumstantiæ peccati excusat quidem a speciali ejus malitia, etiamsi opus ipsum peccatum sit; ita communissime *Suar. d.* 45. *s.* 6. *n.* 9. *Sotus de just. l.* 5. *q.* 1. *art.* 3. *Navar c.* 27. *n.* 221. *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 4. *n.* 5. *Conc. p.* 491. *n.* 8. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 3. *cap.* 1. *art.* 2. *concl.* 2. *v. Prob.* 3. *Escob. l.* 53. *n.* 300. *cum Cov. Val. et Henr. ac Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 34. *cum Corn. Avila, et Sayr. contra Palud. Gabr. et alios paucos apud Suar. l. c. n.* 1. qui citant pro se *D. Th. in* 2. 2. *qu.* 64. *art.* 8., sed non bene; nam licet S. Doctor ibi dicat dantem operam rei illicitæ non evadere homicidii reatum, tamen id aperte intelligit de re illicita ob periculum homicidii, ut patet *in resp. ad* 1. *et* 2. *ib.* Nec obstat quod in *c. Clerico jacente, et c. Eos vero, dist.* 50., declarantur irregulares casu occidentes vel mutilantes; et tantum in jure excipiuntur qui dant operam rei licitæ, ut habetur in *c. Joannes, c. Dilectus, et c, ult. de homic.* Ergo qui dat operam rei illicitæ ex qua mors sequitur, jam fit irregularis. Nam respondetur quod canones hi semper intendunt loqui de homicidio directe vel indirecte volito, ut colligitur ex *Clem. unic. de homic.*, ubi ideo excusatur exercens opus licitum, quia homicidium non est ei voluntarium, unde semper ac homicidium est alicui omnino involuntarium, non imponitur ei irregularitas, quamvis operam rei illicitæ ipse navet.

387. — Dubium majus est, an incurrat irregularitatem qui dat operam rei illicitæ quomodocumque periculosæ, si ex ea mors sequatur? Adest duplex probabilis sententia.

Prima sententia affirmat, quam tenent *Suar. d.* 45. *sect.* 6. *n.* 9. *Nav. c.* 27. *n.* 237. *Tolet. l.* 1. *c.* 77. *n.* 7. *et* 8. *Conc. p.* 491. *n.* 8. item *Suar. Avila, Mol. et Ugol. ap. Bon. d.* 7. *qu.* 4. *p.* 7. *n.* 9. *et Sotus Cordub. Castro, Fernand. etc. ap. Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 20. Et probant ex *c. Tua nos* 19. *de homic.*, ubi quidam monachus incidens apostema cujusdam mulieris, licet fuisset peritus, et mulier ex sua incuria postea decessisset, tamen fuit declaratus delinquens, dixitque Pontifex : *Post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, ut divina valeat celebrare.* Quæ verba, ut aiunt *Fagnam. in d. c. et l. c. Suar.* secundum communem intelligentiam significant necessariam fuisse dispensationem. Ex hoc igitur textus generalis fit regula, quod ex actione injuste periculosa, quoties sequitur homicidium, etsi casuale, inducatur irregularitas.

Secunda sententia vero probabilior, quam tenent *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 4. *n.* 5.

Cont. Tourn. l. c. v. Dixi. Laym. l. 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 10. *n.* 4. (*qui tutam vocat*) *Sporer t.* 2. *p.* 133. *n.* 139. *Tamb. de homic. c.* 15. § 2. *n.* 12. *Elbel t.* 2. *p.* 467. *n.* 189. *cum. Sayr. et Gutt. Bonac. loc. cit. cum Salon. Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 38. *cum Benr. etc. ac Diana l. c. cum. Con. Hurt. Præp. Sa, et Tann.* dicit, quod si opus sit ita periculosum, ut ex eo frequenter mors sequatur (ut esset admovere ignem bombardæ ubi est frequentia hominum, aut pugnare in bello, aut inducere alterum, ut temere se exponat periculo mortis, prout probabilius sentit *Bonac. num.* 17. *cum Suarez etc. ac Viva cum Av. vide n.* 574., *contra aliquos*) tunc incurritur irregularitas, quamvis omnis adhibeatur diligentia ne mors sequatur, quia (ut bene ait *Cont. Tourn.*), cum opus sit de se proxime periculosum, nulla diligentia potest non periculosum fieri. Secus si opus raro sit mortis inductivum, et debita diligentia apponatur ne mors eveniat; quia tunc (ut diximus) homicidium non est voluntarium, neque in se, neque in causa; cum enim opus non sit proxime periculosum, posita diligentia, satis excusatur a malitia homicidii.

Ad textum autem oppositum in *d. c. Tua nos*, respondent *Sotus de just. l.* 5. *q.* 1. *art.* 9. *et Less. l.* 2. *c.* 9. *n.* 105., ibi monachum minime fuisse declaratum irregularem; sed hæc responsio mihi non satisfacit, nam verba textus supra allata verius significant jam irregularitatem incurrisse, ac facilius cum eo dispensandum, et sic explicat Auctor argumenti, dicens ibi: *Sed cum eo misericorditer dispensari potest*; et ita etiam communiter alii, ut testatur *Suar.* Melius respondetur cum *Pal. Bon. et Salm.*, casum illum esse particularem in jure (prout etiam est casus de mandante verberationem, si mandatarius casu postea occidat, ex *c. ult. de homic. in* 6.). Præterquam quod dicimus cum *Salm.*, quod talis monachus jam aliunde esset irregularis, quia exercuerat chirurgiam cum incisione, ut idem *Innoc. III.* declaraverat in *c. Sententiam, ne cler. vel mon.*, tum propter indecentiam, tum quia talis ars est de se maxime periculosa mortis; unde potius constitutio illa fuit declaratoria, quam novum jus constituens. Neque obstat alius textus in *c. Contineb.* 8 *de homic.*, ubi damnatus fuit ut irregularis quidam diaconus qui ferendo latentem falcem, et cum altero ludendo fuit causa, ut hic eum amplexans a falce feriretur, et mortem subiret. Nam respondetur cum Gloss. *ib. v. Romani*, et *Suar. d.* 45. *sec.* 5. *n.* 3. *in fin. ac. Bonac. n.* 22., quod hoc ita statutum fuit, quia diaconus ille negligenter se habuit in falcem sic ferendo; unde dicunt *Suar. et Bon.*, quod si talis minime advertisset periculum, in conscientia non teneretur se gerere ut irregularem. Ex hac autem secunda sententia inferunt *Pal. n.* 7. *Laym. n.* 3. *Elbel. n.* 212, *et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 38., *cum aliis*, non esse irregularem clericum, si ipso torneamenta, vel ferarum venationem exercente, mors alicujus contingeret; quia tales actiones non sunt per se inductivæ homicidii, alias nec etiam laicis essent licitæ; excipe nisi in his vel similibus gravem negligentiam ille commiserit pertingentem ad mortales, juxta dicta *n.* 383. *in fin.*

388. — « 9. Qui alterum mutilat vel » occidit, ad necessariam sui defensionem » cum moderamine inculpatæ tutelæ, » non incurrit hanc irregularitatem: quia » hic nulla est culpa: ergo nec pœna. » *M. Leo. p.* 3. *f.* 449. »

Qui alium occidit ob defensionem sui cum moderamine inculpatæ tutelæ, certum est quod excusatur ab irregularitate, ut patet ex *c. Significasti* 18. § *fin. de hom.* et ex *Clem. Si furiosus eod. tit.* ubi dicitur: *Et idem* (id est non incurrere irregularitatem) *de illo censemus, qui, si mortem aliter vitare non valeat, suum occidit vel mutilat invasorem.* Nec obstat Trid. *s.* 14. *c.* 7. ubi dicit etiam ei qui occidisset *casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet..., jure quodammodo dispensatio debeatur*; nam explicant comm. hunc textum DD. intelligi, quando ille moderamen non servasset; ita *Ronc. de irreg. c.* 3. *q.* 4. *Salm. de cens. c.* 8. *p.* 4. *n.* 58. *cum Avil. Pal. et Barb. ex communi, ac Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 8. *art.* 2. *in init. cum Nav. Sayr Comit. etc.* ex decl. S. C. 1. Oct. 1688. Procul autem dubio irregularitatem incurrit qui cum culpa gravi moderamen excedit, ut patet ex *Clem. cit.* ex *c. De his* 6. *dist.* 50. *vide Ronc. l. c. p.* 116. Hoc tamen casu homicidium reputatur casuale, et ideo Episcopus (si crimen est occultum) bene potest in tali irregularitate dispensare, ut mox infra *num.* 395. Excusatur etiam ab irregularitate qui occidit injustum invasorem alterius innocentis, ut *Suar. d.* 46. *sect.* 3. *n.* 2. *et* 3. *Ronc. ib. cum Barb.* item *Less. Con. P. Nav. Bon. Fill. et Cov. ap. Cabass. l.* 5.

c. 19. *n.* 24. qui eis adhæret, contra alios, quia irregularitas ex homicidio privato non incurritur nisi cum peccato mortali, ut eruitur ex *c. Ex litteris primo loco de homic.* Valde autem probabiliter censent *Ronc. l. c. cum. Suar. et Salm. ibid n.* 50. *cum aliis*, quod si quis alterum provocet verbis aut facto, prævidens se facillime aggrediendum, fit irregularis si postmodum ob sui defensionem aggressorem occidit, quia tunc dat operam rei illicitæ proxime periculosæ; secus vero si non prævidet. Quid autem dicendum, si quis accedendo ad uxorem alterius maritum aggressorem necet? *Vide dicta l.* 3 (IV). *d.* 398. *v. In ordine*, ubi diximus adulterum non excusari ab irregularitate, si præviderit proximum periculum invasionis, quia tunc adulterium est proxime periculosum homicidii: secus si caute accesserit, ita ut putaverit periculum esse remotum. Quid si vir, cognito adulterio, occiderit uxorem, an adulter fiat irregularis? Eodem modo distinximus, *vide l. c. in fine.*

389. — Quær. an occidens alterum ob defensionem libertatis, honoris, pudicitiæ, vel bonorum temporalium cum moderamine inculpatæ tutelæ, fiat irregularis?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Laym. l.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 9. *n.* 3. *Cont. Tourn. loc. cit. dub.* 5. *et Spor. de* 5. *præc. c.* 2. *n.* 177. *cum Nav. Sylv. Arm. Henr. Avil. etc.* et probant ex *c. Suscepimus, de homic.*, ubi fuit declaratus irregularis quidam religiosus, qui pro conservandis bonis duos latrones occidit. Probant etiam ratione, quia licet in tali homicidio non adsit peccatum, adest tamen defectus lenitatis, ob quem semper incurritur irregularitas, præterquam in casibus jure expressis, in jure autem tantum excusatur ab irregularitate qui ob conservationem vitæ invasorem occidit, ut habetur in *Clem. Si furiosus, de homic.* ut supra.

Secunda sententia vero communior et probabilior negat, et hanc tenent *Suar. d.* 46. *sect.* 2. *art.* 4. (qui vocat communem), *Less. l.* 2. *c.* 9. *n.* 73. *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 8. *num.* 7. *Fill. tr* 20. *c.* 1. *q.* 6. *n.* 146. *Bon. d.* 7. *q.* 4. *p.* 6. *n.* 10. *Con. d.* 18. *p.* 9. *n.* 88. *Holzm. t.* 1. *p.* 294. *n.* 583. *Elbel p.* 459. *n.* 195. *Ronc. c.* 3. *q.* 4. *cum Barb. et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 4. *n.* 56. *cum Sayr. Villal. Diana, et Corn.* Et probatur 1. ex *c. Quia te, dist.* 50. ubi, cum quidam Episcopus captus a Saracenis aliquos occiderit, ut suam libertatem defenderet, *Urban. II.* ita ei respondit: *Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, canonice nullo modo judicaris.* Item ex *c. Interfecisti*, ubi excusatur ab irregularitate qui *et se, et sua* defendens, alium occidit, illa autem conjunctio *et* vim habet disjunctionis, id est, si se, vel sua defenderet, alias qui se, et non sua defenderet, irregularis fieret; item frustra Pontifex addidisset illud *sua*, si tantum ob sui defensionem vitaretur irregularitas. Præterea, id fortius probatur ex *c. Dilecto* 6. *de sent. exc.* ubi, cum quidam dominus temporalis violenter invasisset bona cujusdam decani, hic supposuit interdicto totam terram illius. Hinc cum dubium factum fuerit, an bene egisset, respondit Pontifex: *Cum omnes leges omniaque jura vim vi repellere, cunctisque se defensare permittant, licuit utique ipsi decano (si prædictus ballivus eum bonis suis mundanis injuriose expoliare præsumpserit) contra illius violentiam se defendere. Et quoniam adversus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat, potuit se etiam spiritualiter, gladio utendo ecclesiastico defensare.* Luculenter igitur hic Pontifex declarat, licite potuisse decanum illum vi temporali sive armis tueri bona sua contra violentiam ballivi, dicendo unicuique permissum esse, *vim vi repellere.* Probatur 2. ratione, quia talis irregularitas non incurritur neque ex delicto, neque ex defectu lenitatis; non ex delicto, cum non adsit culpa, ut ipsi adversarii concedunt; neque ex lenitatis defectu, nam, ut dicetur infra *n.* 464. *in fin.* irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur nisi ob occisionem aut mutilationem, quæ fit vel a ministris publicis, vel a militibus in bello justo offensivo, vel a clericis medentibus cum adustione aut incisione, juxta dicta *n.* 385. E converso communis est sententia DD. ex *c. Is qui, de sent. exc. in* 6. ut vidimus *n.* 345., quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa; ergo, cum in jure irregularitas ex defectu lenitatis incurratur tantum in prædictis tribus casibus, non est facienda extensio ad casum de quo loquimur; tanto magis, quia in præfatis casibus homicidium sponte committitur, licet sine culpa, sed in nostro casu homicidium non provenit ex spontanea voluntate, sed ex necessitate defendendi sua jura; ideo talis occisio (ut recte ait *Suar.*) magis habet rationem

defensionis, quam occisionis. Respondetur autem ad textum oppositum in *d. c. Suscepimus*, monachum excessisse in defensione, cum ipse una cum socio ligaverit fures, quando potuisset eos dimittere vacuos sine periculo rerum et personarum. Præterea, notat ibi Glossa, quod monachus interfecit fures, nulla stante necessitate; potuisset enim fugere priusquam illi solverentur a vinculis, nam res vel jam reservatæ erant, vel secum deferre poterat; ergo defensio illa non fuit moderata.

390. — Ultimo hic videndum, quomodo tollatur hujusmodi irregularitas propter homicidium contracta. Tollitur I. per Baptismum, ut colligitur ex *c. Si quis, dist.* 50. *Vide Salm. de cens. c.* 8. *p.* 1. *n.* 15. *et alios passim.* II. Per dispensationem Pontificis, qui potest equidem in omni irregularitate dispensare, etiam ex homicidio voluntario, et contrariam opinionem id negantem *periniquam, et temerariam* vocat *Barbosa alleg.* 39. *n.* 63. Nec obstat textus in *c. Minor. ead. dist.* 50. ubi videtur asseri, nec etiam Papam dispensare *posse* in irregularitate contracta ob homicidium; etenim communiter dicunt DD. (*Vide Salm. l. c. in fin.*) illud *non posse*, intelligi pro *non decere*, ut patet ex eodem textu.

391. — Episcopi autem, si homicidium fuit voluntarium, nullo modo possunt dispensare in irregularitate, etiamsi illud fuerit occultum, ut habetur in *c. Liceat.* 6, *sess.* 24. Tridentini, ubi Episcopi possunt dispensare in omni irregularitate, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario. Excipitur solus casus quo vergeret periculum animæ, aut alia gravissima causa urgeret, et non pateret aditus ad Papam, ut docent communiter *Sylv. v. dispensatio n.* 11. *et Salm. ibid. n.* 16. *in fin. cum Machado, Avila, Corn. Dian. Henr. etc.*

392. — Dicunt autem *Cov. Abbas, Castro, Texeda, Bannez, Donat. Miranda, etc. apud Cont. Spor. in Suppl. p.* 149. *n.* 166. et probabile putat *Dian. p.* 12. *in fine libri n.* 6. *p.* 97. *art.* 2. *cum Ang. Vivald. etc. et Viva de cens. q.* 8. *art.* 2. *n.* 7. *cum aliis.* quod si homicidium sit adeo occultum, ut nullo modo possit probari in judicio, bene possint Episcopi dispensare super irregularitate propter illud contracta. Sed hæc opinio mihi nulla valida ratione probatur, unde merito eam rejiciunt *Salm. dict. n.* 16. *Renzi de cens. t.* 2. *q.* 10. *et Ronc. c.* 3, *q.* 1. Ratio, quia **Episcopi nullam habent** facultatem super irregularitatibus, nisi eam quæ ipsis conceditur a Trid. *in c. Liceat* 6. *sess.* 24. cum inferior nihil possit in lege Superioris, ex *can. Inferior, dist.* 21. *et Clement. Ne Romani, de elect.* A concilio autem conceditur ibi quidem Episcopis potestas dispensandi super omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, sed expresse excipitur illa *quæ oritur ex homicidio voluntario*. Nec valet dicere, concilium loqui de homicidio illo, quod, licet sit occultum, tamen in judicio probari possit. Nam primo respondetur, quod id gratis supponitur. Secundo respondetur, idem concilium alibi in *sess.* 14. *c.* 7. expresse oppositum declarasse dicendo: *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit.*

393. — Si vero homicidium fuerit casuale, valde probabile est posse Episcopos dispensare in irregularitate ex eo contracta, quando crimen fuerit occultum cum Concilium in *d. c. Liceat*, neget Episcopis facultatem dispensandi, tantum si homicidium fuerit voluntarium ad distinctionem casualis; ita communiter *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 7. *n.* 7. *Bon. q.* 4. *p. ult. n.* 5. *Cont. Tourn. part.* 3. *cap.* 1. *art.* 3. *concl.* 3. *Ronc. c.* 3. *q.* 3. *in fine. Diana p.* 9. *tr.* 7. *r.* 21. *et Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 43. *cum Less. Sayr. Corn. etc.* Hinc infertur, quod bene possit Episcopus dispensare I. cum eo qui mandavit famulo ut tantum percutiat, sed ille casu occiderit, ut *Cont. Tourn. l. et Bon. n.* 8. *cum Suar. Moll. Fill. etc.* II. cum eo qui leviter percutere intendens, ex negligentia casu interficiat, *Bonac. n.* 7 III. cum eo qui percutiendo prægnantem, casu efficit, ut eveniat abortus, *Cont. Tourn. l. c.* IV. cum clerico qui exercendo chirurgiam, ex imperitia vel negligentia aliquem perimit, *Dian. p.* 9. *t.* 7. *r.* 22. *Less, et Avil.* Præterea communissime docent *Nav. c.* 27 *n.* 240. *Laym. l.* 3. *tr.* 3. *p. c.* 12. *n.* 3. *Cum Sylv. Sayr. et Henr. Barb. all.* 39. *n.* 62. *cum Mirand. Campan. Homob. etc. ac Diana p.* 9. *tr.* 7. *r.* 25. *cum Less. Avila, et aliis*, quod possunt dispensare Episcopi in irregularitate ex homicidio casuali, etiam notorio, ad suscipiendos ordines minores, et beneficia simplicia; quia id jam poterant **Episcopi de jure antiquo, ut docent**

Abbas, Hostiens. Jo. Andr. et alii ap. Laym. l. c. et Barb. n. 59. Tridentinum autem tantum reservavit irregularitatem ex homicidio voluntario, non vero casuali publico. An vero possit Episcopus dispensare in homicidio casuali, ad recipiendum canonicatum? *Vide dicenda in simili casu n.* 429.

394. — Sed dubitatur, an reputetur casuale homicidium in repentina rixa patratum?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Diana loc. cit. et Salm de cens. c.* 8. *p.* 1. *n.* 6. *cum Machad. Philib. Henr. Rodr. etc.* Ratio, quia homicidium voluntarium proprie est illud quod per industriam et per insidias committitur, ut habetur in Trid. *c.* 7. *sess.* 14, ubi : *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari evelli debeat.*

Secunda sententia vero probabilior negat, et hanc tenent *Suar. d.* 44. *sect.* 1. *n.* 3. *Nav. c.* 27. *n.* 240. *Holzm. p.* 444. *n.* 335. *Con. p.* 488. *n.* 2. *Spor. t.* 2. *p.* 148. *n.* 251. *et* 252. *Tamb. c.* 15. § 6. *n.* 5. *et Diana.* (se revocans) *p.* 10. *tr.* 11. *r.* 19. *cum Hurt. etc.* Ratio, quia Trid. *l. c.* post verba supra relata *Cum etiam per industriam, etc.* statim subdit : *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit... nullo tempore promoveri possit. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu vel vim vi repellendo fuisse commissum narretur... jure quodammodo dispensatio debeatur.* Qui autem in rixa occidit, jam sua voluntate et ex proposito occidit, licet inopinata ira percitus sit, cum jam perpetret homicidium quod intendit. Nec obstant priora illa verba *per industriam et per insidias ;* nam Glossa in *c.* 1. *de homic.* illud *per industriam,* explicat, id est *non casu ;* atque idem concilium declarat intelligi, quando aliquis *sua voluntate* et *ex proposito* occidit, ad differentiam occisionis casu factæ, de qua loquitur in secunda parte.

395. — Valde tamen probabile est, quod si quis incurrat irregularitatem ob homicidium occultum pro defensione propria, possit ab Episcopo dispensari, quando excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, quia, cum tale homicidium non fiat ex voluntate absoluta occidendi, non potest dici absolute voluntarium, ut loquitur Tridentinum ; ita communissime *Nav. cap.* 27. *n.* 239. (ubi asserit ita sensisse S. Pœnitentiar.) *Suar. d.* 46. *sect.* 1. *n.* 13. *Laym. lib.* 3. *sect.* 5. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 13. *n.* 2. *Pal. d.* 6. *p.* 15. § 8. *n.* 10. *Cont. Tourn. part.* 3. *cap.* 1. *art.* 3. *concl.* 3. *v. Hinc. Diana p.* 10. *tr.* 11. *r.* 19. *Croix l.* 7. *n.* 476. *cum communi, Bon. q.* 4. *p. ult. n.* 9. *cum Sayr. Val. Mol. Cor. Henr. et Avila.*

396. — Prælati autem regulares possunt dispensare cum suis subditis ab irregularitate proveniente ex homicidio occulto casuali, ut docent *Salm. de cens. c.* 8. *p.* 3. *n.* 43. ex privilegio *S. Pii V.* (relato in extensum ab iisdem *Salm. tract.* 6. *de pœnit. c.* 13. *p.* 3. *n.* 33.) Imo etiamsi crimen fuerit publicum, ut dicunt *Diana, Vill. Sayr. etc. ap. Salm. de cens. cit. n.* 43. *in fin.* et etiamsi fuerit voluntarium, defendunt *Salm. l. c. p.* 1. *n.* 17. *et c.* 7. *p.* 4. *n.* 59. *cum Peyrin. Portel. Bann. etc.* ex concessione *Martini V. Pauli. III. et Sixti IV* ubi concessum fuit prælatis regularibus dispensare in prima die lunæ Quadragesimæ in irregularitatibus, *quavis occasione, et causa contractæ sint.* Sed hac concessione non obstante, censeo non posse prælatos regulares dispensare, quando homicidium est publicum, aut voluntarium, quia in generali concessione non computantur ea quæ verisimiliter superior non esset concessurus, ut tradunt communiter *Suar d.* 21. *sect.* 3. *n.* 3. *Bonac. q.* 3. *p.* 1. *n.* 12. *et Salm. ibid. c.* 2. *p.* 4. *n.* 41. *cum Ugol. Cand., et aliis passim,* et patet ex *cap. In generali, reg.* 81. *de reg. jur. in* 6. Præterquam quod *Bened. XIII* (ut vidimus n. 101.) expresse declaravit, quod *solus Generalis Ordinis possit dispensare* (in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario), *dummodo non fuerit appensatum, et intra claustra extiterit consummatum.* Unde, etiamsi concessio illa omnibus prælatis regularibus facta, esset vera, videtur a *Benedicto* omnino revocata, vel limitata pro solo Generali. Quoad sæculares vero, possunt confessarii regulares eos dispensare in omni irregularitate, in qua possunt Episcopi cum subditis suis, ex privilegio *Sixti IV* et *Julii II.* ut notavimus *n.* 335. Hinc bene possunt dispensare cum laicis in irregularitate contracta ob mutilationem, vel ob homicidium casuale occultum, prout possunt Episcopi cum suis, ut vidimus *n.* 381. *et n.* 393.

DUBIUM V.

Quæ irregularitates ex defectu ?

397 *Prima* ex defectu *animæ.* Hinc sunt irregulares, I. *Amentes, dæmoniaci, epileptici.*

398 Distinctius agitur de amentibus.

397. — « Resp. *Prima* oritur ex defectu *animæ*, ex quo irregulares sunt: I. Amentes, phrænetici, arreptitii, et epileptici; qui tamen si ordinati sunt, et intra annum eo morbo non laborarunt, præsumuntur liberati, et permittuntur ad ordinum exercitium. Si vero laborent raro, et quidem sine clamore et spuma, permittuntur celebrare cum coadjutore, qui, deficientibus ipsis, suppleat sacrificium. *M. Leo p.* 372. *ex c. Illud* 7. *q.* 1. Glossa *ibid.*

398. — Loquendo de *amentibus*, distinguendum, si tali defectu laborans jam ordinatus est, tunc omnino, cessante defectu per diuturnum tempus ex judicio Episcopi (vel prælati, si est regularis), poterit in ordine suscepto ministrare; ita *Nav. c.* 27. *n.* 203. *Suar. d.* 51. *sect.* 1. *n.* 4. *et* 5. *cum Sylv. Gratian. et S. Anton. Bon. d.* 7. *q.* 1. *p.* 1. *n.* 1. *Pal. d.* 6. *p.* 10. *n.* 4. *Croix l.* 7. *n.* 494. *Cont. Tourn. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 7, *n.* 79. *cum Avila, Pelliz. etc.* Si vero non est ordinatus, nunquam po-

terit ordines suscipere, si amentia ortum habuerit ex causa permanente et habituali fundata (ut ait *Suar.*) in læsione organorum, vel humorum, quia ita laborantes facile relabuntur in eumdem morbum, ut habetur in *c. Maritum* 2. *dist.* 33. ubi dicitur: *Non ordinandum... qui in furiam aliquando versus insanivit.* Unde sufficit semel insanisse, quia talis raro præsumitur perfecte sanus. Secus tamen si amentia provenerit ex accidente, puta ex vi febris, vulneris, iræ, aut alterius passionis transeuntis, et postea vere cesset ; *ita Suar. l. c. n.* 5. *Nav. c.* 27. *n.* 203. *Ronc. c. ult. q.* 7. *Croix l. c. et Bon. p.* 2. *n.* 23. *cum Mol. Fill. Ugol. Avila, etc. communiter.*

399. — Idem quod dictum est de amentibus, dicitur de *epilepticis* (sive lunaticis) et *dæmoniacis*; nam si morbus antecedat ordinationem, sunt hi perpetuo irregulares : ita *Suar. d.* 51. *sect.* 1. *n.* 6. *Bon. d.* 7 *qu.* 2. *p.* 2. *n.* 22. *Croix l.* 7. *n.* 495. *Ronc. c. ult. qu* 7., *et alii passim.* Et patet ex tota distinct. 33. et præsertim. ex *c. Communiter*, ubi dicitur : *Communiter definimus, ut nullus de iis, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur aut quolibet modo vexationis iucursibus efferuntur, vel audeat ministrare vel se ingerat; exceptis qui corporis incommoditatibus dediti, sine hujusmodi passionibus, in terra probantur elisi* : id est (ut explicat ibi Glossa) *qui raro cadunt.* Dicunt autem *Cabass. T. J. l. c.* 5. 19. *n.* 8. *et Cont. Tourn. l. c. n.* 3., quos si quid ante pubertatem hoc morbo affectus fuerit, et postea perfecte liberetur, non censetur irregularis, quia (ut ait Hypocrates) epilepsia sæpe in pubertate perfecte curatur. Secus si morbus accidat post pubertatem ; et præsertim post 25 annum. Asserit tamen *Croix d. n.* 495., praxim in suis partibus habere, quod qui per biennium liberi fuerint ab hac infirmitate, accedente declaratione Episcopi, ordinantur ; imo sine declaratione, si quis per septem annos liberatus probetur. Si vero tali morbo laborans jam ordinatus sit, licet non omnino sit liber, si tamen raro (id est semel in mense) cadat, nec spumet, poterit privatim celebrare, adjuncto sacerdote jejuno, qui Missam perficiat adveniente morbo : ita communiter *Suar. d. n.* 6. *Croix l. c. cum Nav. et Laym, ac Bonac. n.* 22. *cum S. Antonin. Sayr. Ugol. etc.* Et patet ex *c. Communiter*, ubi : *Qui* (id est epileptici) *et ipsi* id est obsessi) *tamdiu erunt ab officii sui ordine et loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonis liberati.* Illud autem *anni spatio*, dicit *Suar. n.* 5., non esse in usu, sed relinqui prudentis arbitrio. Notal autem *Mazzot. t.* 4. *p.* 446. *cum Sayr Ugol. et aliis*, quod si quis dæmoniacum se simulaverit, hic etiam sit irregularis ad ordines suscipiendos, ex conc Constant. VI. can. 6. Dicit tamen cum eod *Sayr. et Fill.*, quod Episcopus potest promovere dæmoniacum ad ordines minores, quia in *c. Cler.* 4. *dist.* 33., fit sermo tantum de ordine sacro; sed probabilius hoc negant alii communissime ; *vide infra n.* 452.

400. — In hac autem irregularitate propter defectum animæ, durante effectu, nec etiam Papa dispensare potest, quia illo laborantes sunt de jure divino inhabiles tam ad suscipiendum, quam ad exercendum ordinem. Cessante vero defectu, si cesset ante ordinationem, non possunt in eo dispensare Episcopi, quia nulla Episcopis conceditur dispensatio in irregularitatibus ex defectu provenientibus, nisi in duobus casibus, ut notat *Cabass. l.* 5. *c.* 19. *n.* 3., scilicet 1. ut possunt dispensare natalia illegitimorum ad solos ordines minores, et ad simplex beneficium, ex *c.* 1 *de fill. presb. in* 6. Et 2. idem posse cum bigamo ex consuetudine, docent *S. Th. Sylv. Azor Rota Rom. et alii ap. Cab. l. c. contra Cont. Tourn. de irreg. part.* 3. *cap. ult. cum Pont. etc.* Sed *vide n.* 452. Cæterum *Fag. in c. Veniens, de fill. presb. n.* 7. *et* 8. *et Cont. Tourn. cum Gib. et aliis*, dicunt posse Episcopos dispensare in omnibus irregularitatibus dubiis, argum. *ex cap. Nuper* 29., ubi dicitur permissum quidquid non est reservatum ; cum autem reservatio sit odiosa, non censetur facta, ubi impedimentum, sive irregularitas non est certa. Ad tollendam igitur irregularitatem certo contractam ex defectu animæ, requiritur dispensatio Pontificis, ut docent *Bon. p.* 2. *n.* 23. *Pal. d.* 6. *p.* 10. *n.* 5. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 7. *n.* 8. *et Suar. d.* 51. *s.* 1. *n.* 5. *contra Majol. et Tab. ap. Bon.* Prælati tamen regulares bene possunt dispensare cum suis subditis tali defectu laborantibus, ut ad ordines sacros promoveantur, etiamsi quis passus fuerit permanentem amentiam, si ex judicio medicorum vere cessaverit illius periculum, quia regularibus ex privilegio concessum est dispensare cum

suis in omnibus irregularitatibus, exceptis aliquibus, ut diximus *n.* 355. inter quas non est hæc; *Salm. dict. n.* 80. juxta ab iisdem dicta *c.* 7 *p.* 4. *n.* 59.

401. — « II. Illitterati, qui non habent doctrinam necessariam pro Ordinibus. » (*An autem omnino illitterati sint irregulares, tam ad ordines suscipiendos, quam ad exercendos? Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 791 *v. Qu. II. Quid vero de Regularibus? Vide ibid. v. Qu. III.*)

402. — « III. Neophyti, seu recenter » conversi, usque dum judicio Episcopi, » sufficienter instructi sint. » (*Putat autem Tolet. ap. Vivam de cens. q.* 9. *a.* 4. *n.* 14. *post decennium, neophytum non esse amplius irregularem, imo antea, si Episcopus judicet illum bene moribus profecisse.*)

403. « *Secunda*, ex defectu *corporis* : 1. » Si propter eum ineptus est ad exercitium » ordinis, ut si sit cæcus, surdus, claudus, » ita ut sine baculo nequeat ire ad altare: » item, si careat manu, pollice, indice, » oculo (non tamen si ungula pollicis, vel » indicis, vel oculo dextero tantum : si » vero sinistro, seu canonico, aut ejus vi » visiva careat, indiget dispensatione; » quod tamen negant *Valen. Henr. Sayr.*, » si quidem dextero possit absque deformitate legere canonem). 2. Si ordinem » nequit exercere sine horrore, offen- » sione, aut scandalo aliorum, ut si ca- » reat auribus, naso, si notabiliter sit gib- » bosus, leprosus, paralyticus; si mem- » bra habeat superflua cum magna de- » formitate : in dubio vero, an deformi- » tas sit sufficiens, Episcopi est judicare, » saltem in clericis : nam in regularibus » id spectare ad eorum prælatum, contra » *Barb.* etc. docent *Suar. et alii* 5. *cum* » *Diana p.* 4. *t.* 2. *r.* 63. licet concedant » Episcopum posse rejicere arbitrium » prælati : hunc autem, si gaudeat aucto- » ritate quasi episcopali, posse in illa » irregularitate dispensare, nisi defor- » mitas sit tanta, ut scandalum generet, » *ib. ex Rodr et aliis* 4. *Vide Bonac.* » *Laym. M. Leo p.* 3. *f.* 370.

Unde resolves :

« 1. Non videtur irregularis 1. Qui ha- » bet sex digitos, vel aliquos conjunctos, » si non sit magna deformitas, et ordi- » nem exercere possit. 2. Qui habet in » oculo maculam visum non auferentem, » nec notabiliter deformantem. 3. Qui » caret ungula pollicis, si possit hostiam » elevare, et frangere. 4. Qui per vim, » aut infirmitatem factus est eunuchus.

« 2. Irregularis est hermaphroditus, » quia est monstruosus, gigas, pigmæus, » æthiops; non tamen inter suos, sed » alienos, ubi disparitas ludibrio est. »

404. — Opus est singula latius discutere. Ex duplici capite incurritur irregularitas ex vitio corporis, vel quia impedit congruum exercitium ordinis, vel quia affert notabilem indecentiam aut horrorem; ita communiter DD. cum *D. Th. Suppl. q.* 39. *n.* 6. Hinc primo ob impedimentum exercitii irregularis est, I. *Cæcus*, qui omnino visu caret, ex *c. ult. dist.* 55. Sed notandum 1. quod si quis jam sit sacerdos, et constet non posse errare, poterit à Pontifice obtinere dispensationem; *vide dicta l.* 6 (v). *n.* 390. Not. 2. si alicui deest visus oculi dexteri, non est irregularis, ut communiter omnes; secus si sinistri, ut communissime docent. *Bus. cum aliis supra, et Suar. d.* 51. *s.* 2. *n.* 15. *Laym. l.* 1. *tr.* 6. *p.* 5. *c.* 7. *n.* 2. *Ronc. q.* 6. *r* 2. *Croix l.* 7. *n.* 500. *Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 3. *concl.* 3. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 68. *cum Nav. Fill. etc.* Excipitur, nisi oculus dexter esset aptus ad canonem legendum sine magna deformitate, cui facillime occurri potest per accommodationem Missalis, illud in medium afferendo, ut dicunt *Laym. l. c. Tamb. de irr. c.* 8. § 1. *n.* 2. *Dian. p.* 3. *tr.* 6. *r.* 22. *et Croix l.* 7. *n.* 500. *cum Nav. Mol. Sa, Avil. Dicast. etc.* Idque vocat *Suar. l. c.* practice probabile, etiam ut quis possit ad sacerdotium promoveri. Not. 3. Si quis non sit omnino cæcus, sed ita cæcutiens, ut non possit legere in Missali, hic etiam est irregularis ad ordines suscipiendos. Utrum autem ad eos exercendos? *Vide l.* 6 (v). *n.* 390. Not. 4. non est irregularis qui est debilis visu, ita ut indigeat perspicillis vel qui ex obliquo intuetur (vulgo vocatur *guercio* ;) ita communiter *Holzm. t.* 1. *p.* 419. *n.* 364. *Cont. Tourn. loc. cit. Mazz. t.* 4. *p.* 456. *et Tamb.* § 1. *n.* 3. *cum Sayr. Fill. Menochio, et aliis.*

405. — II. *Surdus*, qui ex utraque aure penitus non audit, ut communissime *Bon. qu.* 2. *p.* 2. *n.* 7. *Cont. Tourn. ibid. Ronc. qu.* 6. *r.* 2. *Croix l.* 7. *n.* 502. *Elb. t.* 2. *p.* 477. *n.* 218. *Mazz. p.* 356. *et Tamb. c.* 8. § 1. *n.* 5. *cum Suar. et Turr et Pal. d.* 6. *p.* 11. *n.* 3. *cum Laym. et Sayr.* ex can. 77 Apostolorum, ubi id definitum habetur, quia talis sacerdos, cum non possit audire vocem ministri, nequit

sine indecentia celebrare. Hanc indecentiam negant *Henr. Præp. et Gob. ap. Croix l. c.* quia (ut aiunt satis est, ut sacerdos percipiat ex aliis signis ministrum respondisse; sed communissime (ut diximus) DD. his contradicunt. Concedunt vero *Bon. l. c. Tamb. n.* 6. *Conc. p.* 496. *n.* 5. *Pal. d. n.* 3. *cum Nav. et Laym. ac Salm. c.* 9. *de cens. d.* 67. *cum Con. et Pellz.* quod si surditas superveniat sacerdotio suscepto, non interdicatur sacerdoti celebratio; facilius enim toleratur defectus superveniens in promoto, quam in promovendo, prout de cæcutiente dictum est *l.* 6 (v). *n.* 390. Communiter autem docent DD. contra *Comitol. ap. Croix n.* 502. surdastrum, sive difficulter audientem minime esse irregularem; ita *Cont. Tourn. l. c. Holzm. p.* 416. *n.* 363. *Tamb. l. c. et Croix ibid, cum Suar. Bon. Sayr. Reg. Fill. Diana, Graff. etc.*

406. — III. *Mutus*, qui non possit loqui, aut verba integra proferre, ita ut nullum possit vocem pronuntiare, quin aliquid omittat, ut *Cont. Tourn. loc. cit. Holz. p.* 419. *n.* 363. *Viva q.* 9. *ar.* 4. *n.* 15. vel nisi cum magna difficultate, ut addunt *Salm. cit. n.* 67. Et idem dicit *Holz. l. c.* de eo qui loquelam penitus præcipitem habet. Blæsi vero sive balbutientes, aut carentes dentibus non sunt irregulares, etiamsi cum aliqua difficultate verba proferant, ut ait *Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 2222., nisi afferant causam risus, aut contemptus; *Nav. v.* 27. *n.* 222. *et Tamb.* § 1. *n.* 10. *cum Con. Sayr. Fill. Præp. etc.*

407. — IV. *Claudus* qui sine baculo nequit ire ad altare, ut habetur in *c. Nullus Episcopus* 57. *de consecr. dist.* 1. Hoc tamen intelligitur, ut explicat Glossa *ib. v. Cum baculo*, id est: *Si sine baculo non possit sustentari in altari*; et idem dicunt *Bon. qu.* 2. *p.* 2. *n.* 15. *et Pal. d.* 6. *p.* 11. *n.* 3. Cæterum, claudus qui non indiget baculo, minime est irregularis, ut dicitur in *c. Si quis* 19. *dist.* 55. Sicut nec etiam qui habet crura distorta, ut *Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 3. *concl.* 3. *Salm. de cens. c.* 9. *p.*6. *n.* 68. *et Croix n.* 504. *cum Pal. Laym. et Henr.*, quia talis defectus veste talari facile tegi potest; secus si in hoc magna adesset deformitas. Si quis vero est instructus pede ligneo, quia habet pedem mutilum, vel aridum, hic est irregularis; ita *Laym. c.* 7. *n.* 4. *Nav. c.* 27. *n.* 199. *Cont. Tourn. loc. cit Tamb.* § 1. *n.* 17. *Bon. n.* 13. *cum Mol. Sayr. Ugol. Fill. Reg. etc.* eo quod celebrare cum pede ligneo magnam habet indecentiam. Dicit tamen *Tamb. l. c. cum Sylv. Rosel. Majol. et Gibal.*, quod si talis defectus sit modicus, et aliquo modo indecentia reparari valeat, permittit posset celebratio. Et in dubio standum judicio Episcopi.

408. — V. Qui caret manu, aut digitis omnibus, aut pollice, ut habetur in *c. ult. de corpore vitiato*. Idem dicunt cum *Bus.* ut supra, *Renz t.* 2. *p.* 671. *qu.* 3. *Tamb.* §. 1. *n.* 12. *Fill. c.* 6. *n.* 132. *Bon. p.* 2. *n.* 15. *cum Suar. Mol. Sayr. Avil. Reg. et aliis*, de eo qui caret indice, vel parte pollicis aut indicis, vel qui habet eos ita debiles, ut nequeat hostiam elevare, aut frangere. Secus si quis careat ungue pollicis, vel indicis, ut dicitur in *dicto c. ult.* Si quis autem jam fuerit ordinatus, et habet pollicem impeditum, in casu necessitatis probabiliter posset Eucharistiam ministrare posterioribus digitis, ut diximus *l.*6 (v). *n.* 244. Si quis caret tribus posterioribus digitis, etiam est irregularis; *Anacl. p.* 515. *n.* 18. *et Cont. Tourn. p.* 39. *cum Sayr. et Ugol.* Si vero caret uno tantum digitmo inori, non est irregularis, ut *Holz. p.* 420, *n.* 364. *et Cont Tourn. p.* 39. *cum Caj. Nav. et Con.* et idem sentit *Cont. Tourn.* cum alio auctore, si caret duobus. Nec pariter est irregularis qui habet sex digitos; *Holz. l. c. Cont. Tourn. loc. cit. Fill. n.* 175. *et Bon. n.* 11 *cum Ugol. Henr Sayr. Reg. etc.* modo sextus digitus usum aliorum non impediat. Sextus autem ille digitus bene potest abscindi sine periculo irregularitatis, si possit fieri sine periculo vitæ: *Bon. l. c.* cum eisdem. Nota autem *Cont. Tourn. loc. cit.* quod si quis careat indice, poterit obtinere dispensationem.

409. — VI. Laborans febri continua, non autem quartana, aut levi; aut qui patitur gravem dolorem capitis; *Bon. d.* 7. *q.*2. *p.* 1. *n.* 17. Hoc tamen intelligendum de eo, qui non posset celebrare ob talem morbum sine proximo periculo deficiendi, vel notabiliter errandi, ut innuit idem *Bon. n.* 18; nam optimam in hoc tradit regulam *Laym. c.* 7. *n.* 6. *cum Soto, Tol. Avil. et aliis*, quemcumque morbum non inducere irregularitatem, nisi vel exercitium Ordinis impediat, vel notabile scandalum sive indecentiam efferat. Item irregularis est qui laborat paralysi, ut cum *Bus. Pal. n.* 3. *et Conc p.* 496. *n.* 4. qui bene ait id in-

telligi tantum de eo qui manus ita tremulas habet, ut sit periculum effundendi calicem. Item qui tantum patitur tussim ut sit periculum in suscipienda Eucharistia; *Bon. p.* 1. *n.* 21. *cum Ugol. Majol. etc. communiter* Item abstemius qui vinum nequit sumere nisi cum periculo evomendi ; *Cont. Tourn. loc. cit. etc. Conc. l. c.* hic enim esset irregularis de jure divino ; nec enim Papa dispensare potest ut sacrum celebretur in una sola specie, ut diximus *l.* 6 (v). *n.* 196.

410. — Secundo incurritur irregularitas ex defectu corporis, quando corporis vitium magnam affert deformitatem sive horrorem, ut habetur ex *c. Presbyterum, de cler. ægr.* et alias *de corp. vit.* Hinc ratione deformationis sunt irregulares, I. Ii quibus deest aliquod membrum, nempe qui carent naso, ut in *c. penult. de corp. vit.* vel habent nimis deformem, nempe valde distortum, aut valde demissum, aut promissum, ut *Tamb. c.* 8. § 1. *n.* 19. *Bon. p.* 1. *n.* 2. *et Viva q.* 9. *art.* 4. *n.* 15. Item si alicui est erutus oculus, sive dexter, sive sinister, ut in *c. ult. dist.* 55. Probabiliter vero dicunt *Slyv. ap. Croix l.* 7 *n.* 500. *in fine, Cont. Tourn. ibid. cum Pontas, Roncag. q.* 6. *r.* 2. *cum Tamb. et aliis,* hunc non esse irregularem, si deformitas illa reparari possit per oculum vitreum. Sic pariter etiam est irregularis qui caret auriculis, nisi talis defectus capillis aut aliter tegatur, ut dicunt cum *Bus. Salm. de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 68. *Tamb.* § 1. *n.* 8. *Renzi t.* 2. *p.* 670. *qu.* 2. *Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 75. *Pal. d.* 6. *p.* 11. *n.* 3. *cum Laym. et Bonac. ac Cont. Tourn. cum Con. Avila et Pontas.*

411. — II. Leprosi, ut habetur in *c. Tua nos, de cler. ægrot.* ubi interdicitur leproso celebrare *pro scandalo, et abominatione populi;* unde si abesset scandalum, ut in loco privato, bene hic posset celebrare; ita *Pal. de Euch. p.* 13. *n.* 5. *Salm. eod. tit. c.* 7. *p.* 4. *n.* 56. *in fin. et Bon. de irreg. d.* 7. *q.* 2. *p.* 1. *n.* 20. *cum Mol. Ugol. et Majolo.* Sic pariter sunt irregulares qui habent labia corrosa, vel abscissa ad instar leporis; *Tamb.* § 2. *n.* 11. *Cont. Tourn. Viva qu.* 9. *art.* 4. *n.* 15. Idem dicunt *Cont. Tourn. part.* 2. *cap.* 3. *v. Quod ad morbos, et Holzm. p.* 419. *n.* 363. de eo qui laborat morbo gallico, qui foris appareat : aut qui habet faciem ex alio morbo valde maculatam, ut *Laym. c.* 7. *n.* 1.

412. — III. Monstruosi, nempe qui gibbam habent valde enormem, nimirum (ut docent *Anacl.* 515. *n.* 32, *Renzi p.* 671. *q.* 4. *et Bon. p.* 1. *n.* 9. *cum Avil. Mol. Ugol. Reg. et aliis*) si gibbositas vel sit conjuncta cum nimia deformitate vel debilitate, prout si nequeat recto capite stare. Item pigmæi, sive nani, nempe ita breves statura, ut ad risum moveant, præsertim si habeant caput valde ingens, ut *Tamb.* § 1. *n.* 2; *Cont. Tourn. l. c. supra cit. et Renzi p.* 672. *q.* 5. *cum Sayr. Majol. Henr. et aliis;* vel (ut ait *Laym. in Indice, v. Irregularis*) illi qui ita statura parvi sunt, ut brachia extendere non possint, quatenus necesse est ad altaris ministerium. Item æthiopes, qui apud nos risum afferrent, ut *Cont. Tourn. loc. cit. et Ugol. de irr. c.* 50. *n.* 4. Quamvis hoc negent *Majol. et Gavant. ap. Tamb.* § 1. *n.* 24. Color autem subfuscus, sive rubens non nocet altari, ut idem *Ugol. Fill. c.* 6. *n.* 171. *et Tamb. n.* 22. *cum Majol.* Item hermaphroditi, etiamsi in eis prævaleat sexus virilis, ut *Suar. d.* 51, *s.* 2. *n.* 2. *Laym. c.* 7. *n.* 1. *Nav. c.* 27. *n.* 203. *Bon. p.* 1. *n.* 15. Dicunt tamen *Tol. l.* 1. *c.* 63, *n.* 6. *et Escob. l.* 53. *n.* 206. *cum Corn.* (*contra Conc. p.* 497. *n.* 5.) quod hic defectus tunc pariat irregularitatem, quando est notus, non vero quando est occultus.

413. — Super his notandum 1. quod si aliquis ex præfatis defectibus corporis superveniat ordinibus jam susceptis, sacerdos non impeditur ab actibus illius ordinis, quos potest exercere sine incongruitate et indecentia, ita ut sacerdos cæcus aut claudus bene possit excipere confessiones, canere Evangelium, etc. ex *c* 7 *ne cler. ægrot.* ubi : *ipsum autem fungi cæteris sacerdotalibus officiis minime prohibemus.* Notand. 2. quod si vero talis defectus ante ordines adveniat, absolute inducit irregularitatem, non solum ad illum ordinem, cujus exercitium impedit, sed ad omnes alios, ut communiter docent *Nav. c.* 27. *n.* 200. *Bon. p.* 1. *n.* 58. *Escob. l.* 53. *n.* 216. *Pal. p.* 10. *n.* 4. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 72. *in fin. cum Corn. Pell. ac Cabassut. l.* 5. *c.* 19. *n.* 15. *cum Ang. Ugol. et Avil. contra Palud. et alios.* Ratio, quia, cum omnes ordines sacerdotium respiciant, exclusus a sacerdotio, censetur etiam ab omnibus ordinibus repulsus.

414. — In hac autem irregularitate proveniente ex defectu solus Papa potest dispensare, v. g. ut cæcus ordinetur : feruntque *Fill. Henr. et Majol. ap. Tamb.*

c. 8. § 3. *num* 2., quemdam Papam dispensasse cum cæco, ut adhibito adjutore perito celebraret. (Cæterum S. C. ut refert *P. Zach.* Adn. ad *Croix l.* 7. *n.* 500. censuit bene posse dispensari cum cæco, etiam ex utroque oculo, qui jam sit sacerdos, ut celebret, cum assistentia alterius sacerdotis. Secus vero, si laicus, pro quo dicit non esse consulendum Pontificem pro dispensatione ad primam Tonsuram, nec etiam ad recipiendum beneficium simplex.) Censet pariter *Tamb.* posse Papam dispensare ad sacerdotium cum eo qui caret manibus, ut possit saltem excipere confessiones, conciones habere, etc. Sed verius hoc negat *Avil. de cens. p.* 7. *d.* 3., quia potestas supra corpus mysticum fundatur in potestate supra corpus reale Christi, unde qui ineptus est ad primam, incapax est secundæ. Prælati autem regulares bene etiam possunt dispensare in hujusmodi irregularitate, non autem Episcopi (ut diximus *n.* 400.) qui tantum in dubio, an defectus corporis notabiliter impediat exercitium ordinis, vel an magnam afferat indecentiam, possunt declarare sive judicare, ut communiter docent *Suar. d.* 51. *s.* 2. *n.* 16. *cum Nav. et Sylv. Laym. c.* 7 *num.* 7. *Dian. p.* 4. *tr* 2. *r.* 73. *cum Miranda et aliis*, ex c. 2. *de corp. vit.* An autem prælati regulares possint de hoc judicare respectu ad suos subditos ? Negant *Barb. all.* 42. *n. ult. et Dian. p.* 2. *tr* 6. *r.* 61. *cum Rodr. Henr et Camp.* Sed valde probabiliter affirmant *Bus.* ut supra *n.* 402. *Suar l. c. Laym. n.* 6. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 68. *in fin. cum Avill. et Pell.* et probabile putat *Diana l. c. r.* 73. *cum Peyr. Miranda, et Avila.* Ratio, quia prælati regulares respectu ad suos habent jurisdictionem episcopalem, ad quam tale judicium magis pertinet, quam ad characterem. Recte vero ait *Suar.* posse Episcopum ordinantem admittere, vel rejicere talem ordinandum.

415. — Quæ autem dicta sunt, spectant ad eos qui laborant aliquo corporis defectu sine propria culpa ; si vero defectus advenit ex eorum culpa, puta si quis membrum, vel ejus partem sibi amputaret ex prava intentione, ipsi fiunt irregulares, etiamsi defectus non impediat exercitium ordinis, nec deformitatem afferat, quia irregularitas hæc imposita est in pœnam sævitiei in semetipsum, unde in c. *Qui partem* 6. *dist.* 55. ut diximus *n.* 365. *in fin.* declaratur irregularis, *qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscindit.* Ad hanc tamen irregularitatem incurrendam requiritur culpa gravis, ut bene ait *Tamb. c.* 8. § 2. *n.* 3. alias tanta pœna non haberet debitam cum culpa proportionem. Alii præterea requirunt, ut tale crimen sit notorium, ut *Suar. d.* 51. *sect.* 1. *n.* 8. *Bon. q.* 2. *p.* 2. *et alii ap. Tamb. n.* 8. Sed verius hoc negant *Pal. d.* 6. *p.* 12. *n.* 2. *Salm. l. c. n.* 71. *cum Garc. et Tamb. l. c. cum Sayr. et Mol.*, quia talis irregularitas non innititur notorietati culpæ, sed crimini sævitiei, quam quis in seipsum exercet. Recte tamen ait *Tamb. n.* 9., quod Episcopus ex *c. Liceat* 6. *Tridentini sess.* 24. poterit cum illo dispensare, si crimen sit occultum, adhuc si defectus membri sit patens, nam concilium universe concedit Episcopis facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus.

416. — Quid dicendum de eunucho ? Resp. Qui est eunuchus propter abscissionem virilium, aut testiculorum, factam a medicis causa morbi, vel ante usum rationis, vel propter injuriam alterius, hic non est irregularis, ut communiter cum *Busemb.* dicunt *Salmant. de cens. c.* 9. *n.* 70. *in fin. et Tamb.* § 2. *n.* 11. idemque patet ex *cap. Si quis a medicis* 7. *et cap.* 8. *ac* 9. *dist.* 55. Ridiculus autem (ait *Nav. cap* 27. *n.* 200.) est error illorum qui putant opus esse, ut testiculos desiccatos secum gestet is qui vult ordinari, aut celebrare. E converso qui ex ira aut zelo indiscreto servandæ castitatis abscindit sibi virilia, aut testiculos, certe fit irregularis, ut habetur in *c. Si quis* 4. *dist.* 55 ubi dicitur : *Si quis abscindit semetipsum, id est si amputavit sibi virilia, non fiat clericus.* Et in *c. Hi qui* 5. *ead. dist.* ibi : *Hi qui se carnali vitio repugnare nescientes abscindunt, ad clerum pervenire non possunt.* Item in *c. Si quis* 7. *ib.* dicitur, *nullum debere promoveri de his qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere.* Et idem communiter docent DD. de eo qui propter eadem motiva permittit ab alio amputari, ut dicunt, *Tamb n.* 13. *et Salm. ibid. n.* 69. utique infertur ex *c. Si quis* 9. *dist.* 55.

417. — Quid vero si quis causam dederit tali abscissioni, sed absque suo consensu, prout cum aliquis, accedendo ad conjugatam, dat causam, ut a marito virilia sibi abscindantur ? *Suar. d.* 51 *s.* 2. *n.* 8. *et Bon. q.* 2. *p.* 2. *n.* 33., censent

hunc esse irregularem. Sed valde probabiliter negant *Tolet. l.* 1. *c.* 82. *Tamb.* § 2. *n.* 25. *Conc. d.* 180. *d.* 13. *n.* 108. *Gribal. c.* 3. *q.* 1. *Hurt. diff.* 14. *n.* 52. *et Pal. p.* 12. *n.* 3. *cum Garcia, etc.* Ratio, quia (ut sæpe dictum est) irregularitas ut incurratur, debet esse expressa in jure; nullibi autem habetur quod ille qui abscissioni causam dedit, et sine suo consensu abscissus est, fiat irregularis : verba enim illa textus in *c.* 5. ut supra, *rem hanc affectant,* idem significant (ut cuique patet) ac appetere sive exquirere; qui autem adulterium vult, etiamsi abscissionem præviderit, eam non appetit nec exquirit.

418. — Præterea, dicit *Pal. d. p.* 12. *n.* 14. et probabile putant *Tamb.* § 2. *n.* 16. *et Pelliz. ap. Salm. de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 70. (qui huic sententiæ videntur adhærere) *contra Suar. Mol. et Sayr. ap. Dian. p.* 10. *tr.* 13. *r.* 11., quod si quis amputet sibi testiculos, vel amputari sibi faciat ob vocem conservandam, non fit irregularis, cum id non faciat ex indignatione, aut zelo indiscreto castitatis, ut requiritur ad hanc irregularitatem incurrendam, in *d. c. Qui partem* 6. et *c. Si quis* 9. *dist.* 55. Tanto magis quod textus præfati tantum loquantur de amputante sibi virilia, non autem testiculos.

419. — Item recte ait *Tamb. d.* § 2. *n.* 18. *et* 19. quod si quis attentet se occidere, aut mutilare, non est irregularis; illud enim *affectant* in dicto *can. Hi qui* 5. intelligitur de consensu effectu secuto attentationis, ut patet ex contextu. Dicit tamen idem *Tamb n.* 20. *cum Cornejo,* quod si quis attentaret publice se occidere, contraheret irregularitatem ob infamiam.

420. — « *Tertia,* ex defectu *natalium,* » ex quo irregulares sunt omnes » illegitimi, eo quod ratione originis » reputentur viles. » *(Ita ex c.* 1. *et fin de fill. presbyt. Et hoc etiamsi sint occulti, ut communiter docent Bon. d.* 7. *qu.* 2. *p.* 3. *Pal. p.* 9. *n.* 2. *et Salm. ibid. p.* 43. *cum Avila, Sayr. Pelliz. et Cornejo.)*

421. — « Tales autem communi jure » legitimantur I. Per *subsequens matri-* » *monium* inter eorum parentes, modo hi » tempore conceptionis potuerint valide » contrahere. » *(Unde si adulter mortua conjuge ducat mulierem, ex qua filium habuit, iste manebit illegitimus, ex c. Tanta, qui filii sint legit.)*

422. — Valde autem probabiliter dicunt *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 7. *n.* 19. *Pont. eod. tit. c.* 3. *n.* 2. *Anacl. p.* 516. *n.* 33. *Bonac. p.* 3. *n.* 5. *et Salm. ibid. n.* 47., *cum Sayr. Pell. Diana, et Corn. contra Suar. d.* 50. *s.* 1. *n.* 3. *Cont. Tourn. de Irreg. part.* 3. *cap.* 1. *concl.* 2. *Not.* 2. sufficere ad legitimandam prolem, et eam reddendam immunem a defectu natalium, quod matrimonium fieri poterat tempore nativitatis, ut colligitur ex *d. c. Tanta, qui filii sint legit.* ubi dicitur quod proles sit illegitima, *si vir, vivente uxore sua, aliam cognoverit, et ex ea prolem susceperit.* Susceptio enim prolis verius non fit per conceptionem, sed per nativitatem : saltem ibi Pontifex certe loquitur de filio jam nato, dum ait illum *ab hæreditate repellendum* : ergo, cum oppositum saltem sit dubium dubietate juris, non censetur in eo casu imposita irregularitas, quæ (ut sæpe repetitum est) non incurritur nisi in jure sit expressa. Et novissime *Bened. XIV* hanc sententiam amplissima dissertatione in forma Epistolæ in *Bullar. suo* responsivæ ad Archiep. S. Dominici in insula Hispaniolia illustravit, et sic de hoc casu § 3. suum sensum aperuit : *In qua controversia satis ardua, cum inveniantur textus textibus contrarii, cum doctores doctoribus adversentur, si a nobis judicium interponendum foret, non aliter id a nobis fieret, quam secundum sententiam in tribunalibus, et curia illius regionis receptam, in qua esset pronuntiandum.* In § 4. procedit ad aliud dubium, quod ita resolvit : *Sed cum certum est matrimonium inter illius parentes rite contractum, incertum vero tempus, quo filius conceptus, et in lucem editus fuit, filium hunc legitimum censeremus, cum judex in dubio debeat in bonum et commoda prolis propensus esse.* His positis, sic ego pro prima sententia argumentor. Igitur si in dubio judex in bonum prolis judicare debet, ubi talis casus nulla tribunalium sententia decisus reperitur, cum simus in dubio ob textuum et doctorum discrepantiam, potius proles judicanda est legitima, quam illegitima, si quidem etiam in hoc casu certum est eam in matrimonii constantia editam fuisse, et incertum an debeat attendi tempus conceptionis, an vero ortus.

423. — Præterea hic notandum 1. cum *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 4. *n.* 49. quod si filius naturalis ante parentum matrimonium esset ordinibus sacris initiatus, illo secuto, licite potest in eis ministrare, et ad alios ascendere sine dispensatione :

quia, licet peccaverit ordines suscipiendo, tamen nullam noxam ob hoc crimen contraxit irregularitatis : antiqua autem irregularitas jam ablata est per subsequens matrimonium. Notandum 2. quod talis legitimatio fit per subsequens matrimonium etiam non consummatum, puta si in articulo mortis contrahitur, quia ex dicto *c. Tanta,* virtus legitimandi tribuetur cuicumque valido matrimonio.

424. — Notandum 3. quod filii nati ex matrimonio irrito ob aliquod impedimentum occultum, tamen putato valido, saltem ex uno sponsorum, censentur legitimi ; ita communiter *Suar. d.* 50. *s.* 1. *n.* 6. *Bon. q.* 2. *p.* 3. *n.* 5. *Conc. p.* 497. *n.* 6. *et. Cont. Tourn. loc. cit. n.* 3. *in med. cum Pontas,* et patet ex *c. Cum inter* 2. *qui filii sint legit.* ubi : *Cum parentes eorum publice et sine contradictione Ecclesiæ inter se contraxisse noscantur... sancimus, ut filii eorum habeantur legitimi.* Et idem confirmatur in *c. Ex tenore. eod. tit.* Secus vero, si ambo parentes tempore matrimonii fuerint in mala fide, ut habetur in *cap. Cum inhibitio* 3. § *Si quis, de cland. desp.* ibi : *Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum etiam in conspectu Ecclesiæ contrahere præsumpserint.* Et sic pariter docet *Suar. l. c. n.* 11. illegitimos esse filios natos ante matrimonium invalide contractum, licet ambo parentes putaverint validum, quia pro his nullus habetur textus eos ut legitimos approbans.

425. — Notandum 4. quod filii nati ex matrimonio clandestino, id est sine denuntiationibus, ac sine licentia Episcopi inito, etsi coram parocho et testibus, reputantur illegitimi, etiamsi parentes in bona fide propter ignorantiam contraxerint ex *eod.* § *Si quis* ut supra in dict. c. 3. ubi dicitur : *Si quis vero hujusmodi clandestina, vel interdicta* (scil. absque proclamationibus, ut prius in textu explicatur) *conjugia inire præsumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censeatur.* Id tamen limitat *Suarez d.* 50. *s.* 1. *n.* 1. pro foro conscientiæ, si parentes adhibuerint debitam diligentiam ; sed merito *Bossius de contr. matr.* c. 8. *num.* 52. hanc limitationem non admittit, quia legitimatio filiorum ex matrimonio nullo est beneficium indultum a lege, sed lex denegat illud filiis parentum qui contra interdictum Ecclesiæ contraxerunt, ut dicitur in præfato textu, et confirmatur in *cap. Cum inter,* mox supra relato verbis illis, *publice et sine contradictione Ecclesiæ.*

426. — « II. Legitimantur filii per *pro-» fessionem religiosam,* quamvis ad di-» gnitates etiam in religione, v. gr. ab-» batiam, prioratum, etc. promoveri non » possint sine dispensatione. *Vide supra » d.* 3. » *(Ita ex bulla Greg. XIII. ac Salm. de cens. c.* 9. *p.* 4. *n.* 55. *Quamvis aliunde prælati regulares ex aliis privilegiis bene possunt dispensare in irregularitate cum suis subditis illegitimis, ut probant Salm. ibid. n.* 56. 57. *et* 58. *Vide etiam dicta n.* 355.)

427. — « III. Per *dispensationem pontificiam.* »

Papa non solum potest illegitimis dispensationem concedere, sed etiam ipsam legitimationem, quæ irregularitatem aufert quoad omnes effectus. Ita comm. *Sanch de matr. l.* 8. *d.* 1. *n.* 28. *Pal. p.* 9. *n.* 6. *et Salmant. ibid. n.* 50. *cum Azor, Suar. et Corn.*

428. — Episcopus vero potest cum illegitimo dispensare tantum ad Ordines Minores, et ad beneficium simplex, ex *c.* 1. *et* 2. *de fil. presybt. in* 6. Ac etiam ad canonicatus in collegiatis, vel ad portiones non integras in cathedralibus, vel ad alia beneficia, quibus non est annexus ordo sacer Non vero ad beneficium curatum, ut habetur in *c. Is qui de fil. presbyt. in* 6. hoc certum est apud omnes.

429. — Sed dubit. 1. An Episcopus possit dispensare ad recipiendum canonicatum in cathedralibus ? Affirmant *Pontas, verb. Dispensare irreg. caus.* 28. *et Cont. Tourn. l. c. n.* 5. *in fin. Gibert. Oltrado, etc.* quia (ut aiunt) omnis canonicatus per se est beneficium simplex, et licet Trid. *sess.* 24. *c.* 12. pro canonicatibus in cathedralibus requirat ordinem sacrum, tamen non requirit hic et nunc, cum clericus possit canonicatum recipere in minoribus, et deinde obtinere dispensationem irregularitatis infra annum, quem concedit concilium ad sacrum ordinem suscipiendum. Probabilius vero negant *Pal. d.* 6. *p.* 9. *n.* 8. *Less. l.* 2. *c.* 34. *n.* 66. *Barb. all.* 45. *n.* 24. *Conc. t.* 10. *p.* 497 *n.* 7. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 4. *n.* 51. *et* 52. *cum Corn. Henr. Avila, et Philib.* Ratio, quia, esto canonicatus sit, per se beneficium simplex, attamen ex præscripto concilii est annexus ordini sacro : unde per se statim sacrum ordinem requirit; quod autem infra annum

ssit provisus illum suscipere, est beficium a Tridentio indultum, sed hoc turam rei minime immutat.

430. — Dubit. 2. An Episcopus possit pensare in hac irregularitate cum egitimo occulto ? Affirmant *Dian. p.* 1. 15. *r.* 21. *et Avila, Barbos. Pellez, g. Peyrin. etc. ap Salm. dict. n.* 52. i probabile vocant; quia (ut aiunt) identinum concessit Episcopis dispenein irregularitatibus ex delicto occul(præter homicidium) provenientibus, n distinguendo, an delictum fuerit oprium, aut alienum. Sed verius neat *Laym. l.* 2. *tr.* 5. *p.* 3. *n.* 2. *Suar.* 50. *s.* 5. *n.* 5. *Bon. q.* 2. *p.* 3. *in fin. it. Tourn. l. c. n.* 2. *Dian.* se revois) *p.* 4. *tr.* 2. *r.* 64. *Pal. p.* (9. *n.* 10. *n Hurt. et Salm. ibid. n.* 53. *cum Con. n. et Philip.* Ratio, quia hæc irreguitas proprie non est ex delicto, sed ex ectu; et verius illud *ex delicto*, intelitur de delicto proprio, non alieno.

431. — Dubit. 3 An Episcopus possit pensare cum illegitimo occulto, quoad nistrandum in Ordinibus Majoribus ceptis?

Prima sententia, quam tenent *Laym. tr* 5. *p.* 5. *n.* 2. *Pal. p.* 9. *n.* 10. *et m. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 64., affirmat absolusi initiatus bona fide ordinem suserit, quia is jam acquisivit jus ad mitrandum : imo etiamsi mala fide, ad: probabile putant posse Episcopum n eo dispensare, et argum. in *c. Nisi npridem, et renuntiat.*, ubi dicitur posdispensari cum eo qui culpabiliter cipit ordinem cum irregularitate octa.

Secunda sententia verior universe ne-, eamque tenent *Suar. d.* 5. *s.* 5. *n. Fill. tr.* 19. *c.* 5. *n.* 155. *et Salm. de s. c.* 9. *p.* 4. *n.* 54. *cum Cornejo.* Et batur ex c. 1. *de fil. presbyt. in* 6., absolute dicitur, quod Episcopi neeunt dispensare in irregularitate ex ectu natalium, nisi tantum ad Ordis Minores : unde cum illegitimus sit apax ad Ordinem Majorem exercenm, non potest ad eum jus ullum acirere. Illud autem quod dicitur in texcitato; nempe quod etiam cum eo i culpabiliter processerit, poterit dissari, certum est, sed ibi non dicitur Episcopo; ergo intelligendum ab hante potestatem, scil. Pontifice.

432. — Dubit. 4. An filii expositi, orum parentes ignorantur, censendi t illegitimi, et irregulares?

Prima sententia affirmat, et hanc tenent *Cont. Tourn. de irreg. part.* 2. *cap.* 1. *concl.* 1. *v. Quæres* 3. *Fill. tr.* 19. *n.* 141. *et Bon. q.* 2. *p.* 3. *n.* 10. *cum Avila, Ugol. Reg. Reb. Garc. etc.* quia pro his vehementes adsunt conjecturæ esse illegitimos, cum legitimi non soleant exponi.

Secunda sententia vero probabilior negat, et hanc tenent *Pal. p.* 9. *n.* 2. *Pont. de matr. l.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *et Salm. ibid. n.* 44. *cum Con. Giball. Dian. et Pelliz.*, ac probabilem censet *Suar. d.* 50. *sect.* 4. *n.* 5. Ratio, quia ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur, ut quis sit certus de sua illegitimitate : sed expositi sunt dubie illegitimi, cum multoties parentes etiam conjugati propter inopiam filios exponant. Huic sententiæ magnum pondus tribuit declar. *Greg. XIV.* expedita anno 1591. quam AA. præfati referunt, ubi Pontifex declaravit in gratiam Confraternitatis pro expositis, eos non reputari illegitimos nisi tales probentur. *Giballinus ap. Cont. Tourn. l. c.*, licet sit pro hac sententia, dicit tamen, hanc declarationem parum probare, quia fuit facta in gratiam Confraternitatis ; sed mihi videtur nimis probare, nam illa potius fuit edita in gratiam expositorum, quam Confraternitatis. Saltem dicendum, quod hujusmodi irregularitas in exposito non sit sufficienter expressa in jure.

433. — « Principes vero sæculares » non possunt legitimare, nisi tantum in » ordine ad officia sæcularia, et hæredita» tes. Porro cum dubium est, an quis » sit legitimus, non censeri irregularem, » contra *Vasq. et alios.* 5. vult *Dian. p.* » 4. *t.* 2. *r.* 59. *ex Avila*, eo quod quili» bet præsumatur legitimus donec con» trarium probetur: neque teneri hac in » re credere ipsimet matri, etiam in fine » vitæ, nisi rationibus convincat, vel pa» ter etiam asserat, *ib. ex communi* » (*Vide dicta l.* 3 (IV). *n.* 654.)

434. — « *Quarta* est defectu ætatis, de » quo vide in Sacramento Ordinis. » *Vide dicta lib.* 6 (V). *n.* 783. *et n.* 799.)

435.— « *Quinta* ex defectu sacramenti, » sive significationis matrimonii, ratione » bigamiæ, eo quod bigamus non per» fecte repræsentet unionem Christi » cum Ecclesia, quippe qui carnem suam » divisit in plures uxores. Non suffi» ciunt autem ad hanc bigamiam spon» salia cum pluribus etiam secuta copula: » nec fornicatio, vel adulterium, vel ma» trimonium ratum cum pluribus : sed

» matrimonium verum, vel præsump- » tum cum duabus, et consummatum. » (*Ut habetur ex cap. Debitum* 5. *de bigam.* 7.) « Dixi, *vel præsumptum* ; quia, licet » quandoque secundum matrimonium » sit nullum, juris tamen fictione, et » interpretatione præsumitur bigamia, » licet improprie dicta.

Unde sequitur irregulares fieri sequentibus casibus :

« 1 Qui vivente, vel mortua prima » uxore cognita, secundam cognoscit, » etsi matrimonium sit invalidum.

« 2. Qui viduam non virginem ducit, » et cognoscit.

« 3. Qui ducit uxorem prius ab alio » corruptam, etiam per fornicationem, » et cognoscit, non tamen si ipse eam » ante corrupit, quia tunc non est divisio » carnis in plures.

« 4. Qui propriam uxorem cognoscit, » postquam ab alio per adulterium co- » gnita fuerit, quia ipsa jam divisit car- » nem in plures. Nec refert, etsi per » vim vitiata fuerit, vel vir corruptam, » aut viduam esse ignoraverit : quia » hæc irregularitas non oritur ex culpa, » sed ex defectu significationis sacra- » menti.

« 5. Qui post solemne votum castita- » tis de facto matrimonium contrahit, et » consummat, etiam cum virgine : quia » interpretatione juris censetur duo ma- » trimonia contraxisse, unum spirituale » cum Christo, alterum carnale cum » muliere. Nec refert, quod invalide » contrahat ; quia, quantum est in ipso, » effectus a parte rei ponitur. »

436. — Quinta igitur irregularitas oritur ex defectu sacramenti, nempe ex bigamia, ut patet ex toto titulo *de bigamis*. Idque illatum est ex illo Apostoli 1. *ad Tim.* 3. *Oportet Episcopum unius uxoris esse virum.* Dicitur, *ex defectu sacramenti*, quia is qui duas duxit uxores, non potest apte significare unionem Christi cum Ecclesia unica ejus sponsa. Bigamia autem triplex est, *vera*, *interpretativa*, et *similitudinaria*. Et I. *vera* est, quando quis cum duabus successive verum contraxit matrimonium, ut ex *c. Præcipimus* 10. *dist.* 54. et *c. Debitum, de bigam.* Debet tamen utrumque matrimonium esse consummatum (et consummatum juxta dicta *de matr. n.* 1075. neque probat *Sanch. l.* 7. *d.* 93. *num.* 6. *cum aliis* ex *c. Debitum, de bigam.*, ubi expresse petitur ad bigamiam conjugium commixtione corporum consummatum), quia alias conjux non dicitur cum pluribus carnem suam dividere, nisi per copulam consummatam, cum de duabus una fiat caro, ita communiter *Sanch. de matr. lib.* 7. *d.* 83. *n.* 4. *Bon. d.* 7. *qu.* 2. *p.* 5. *n.* 2. *Pal. d.* 6. *p.* 8. *n.* 2. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 25. *et alii passim.*

437 — II. Bigamia *interpretativa* contrahitur ab eo qui juris interpretatione, sive fictione quadam, censetur duas habuisse uxores, quamvis revera non habuerit. Hæc bigamia quadrupliciter contingit, ut docet *D. Thomas Suppl. q.* 66. *art.* 1. *Primus* modus, quando quis ducit viduam jam cognitam, etiamsi ducat invalide, ut patet ex *c. A nobis, ult. de bigam.* Dicitur *cognitam*, nam secus esset si primus vir eam non cognoverit, ex *c. Debitum, eod. tit.*

438. — *Secundus* modus, quando quis ducit mulierem corruptam ab alio, ita communiter cum *D. Th. l. c. Sanch. l.* 7. *d.* 54. *n.* 7. *Pal. p.* 8. *n.* 4. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 29. *et aliis.* Et patet *c. ult. dist.* 51. ubi declarantes irregulares *mariti corruptarum*, et ex *c. Curandum, dist.* 34. ubi *Hilarius* Papa dixit : *Ne ad sacros ordines quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.* Secus si quis duceret mulierem a se prius corruptam, ut communiter *D. Th. l. c. art.* 3. *ad* 2. *et Salm. ibid. n.* 32. *cum Sanch. Palao Tolet., etc.*

439. — Sed hic dubitatur 1. An fiat irregularis qui ducit corruptam, credens bona fide virginem ? Negant *Sa, Ledesma, et alii apud Sanch. de matr. l.* 7. *d.* 84. *n.* 15., quia hæc irregularitas contrahitur ex proprio facto : ergo ad eam requiritur actio advertenter et voluntarie exercita. Affirmant tamen communiter et verius *D. Thomas Suppl. quæst.* 66. *art.* 3. *ad* 3. *Sanch. n.* 8. *Suar. d.* 45. *sect.* 3. *n.* 15. *Laym. c.* 6. *n.* 3. *Cont. Tourn. part.* 2. *cap.* 7. *Conc. t.* 10. *p.* 498. *n.* 11. *Barbos. all.* 49. *n.* 9. *Pal. p.* 8. *n.* 6. *cum Nav. Abb. Avila, et Garcia, ac Salm. ibid. num.* 30. *cum Soto, Sayr. Henr. et Corn.* Ratio, quia irregularitas hæc non est ex delicto, sed ex defectu significationis ; unde bona fides non impedit ut caro viri dividatur cum corrupta, licet virgo credatur

440. — Dubit. 2. An sit irregularis qui cum corrupta invalide contrahit ob aliquod impedimentum dirimens ?

Prima sententia, quam sequimur affir-

mat, et hanc tenent *Suar. d.* 49. *sect.* 3. *n.* 3. *cum Rich. et communi*, ut asserit, item *Cont. Tourn. l. c. et Covar. ac Corn. ap. Salm. c.* 9. *n.* 31. Et probant ex *cap. A nobis ult. de bigam.*, ubi dicitur irregularis quidam diaconus, qui viduam ducit, etiamsi nullum fuerit conjugium cum corrupta initum.

Secunda sententia vero negat, et hanc tenent *Sanch. de matr. l.* 7. *d.* 84. *n.* 11. *Pal. p.* 8. *n.* 4. *Nav. c.* 27. *n.* 195. *et Salm. l. c. n.* 31. *cum Valentia, Corn. Henr. Diana, et Pelliz.* ibi testatur *Farinac.* ita a S. C. decisum. Ratio (ut aiunt) quia in præfato textu mentio fit de duobus conjugiis contractis, uno spirituali, nempe sacræ ordinationis, qua diaconus desponsatur cum Ecclesia : altero carnali, licet invalido, et ideo diaconus ille declaratur irregularis, non quia cum vidua contraxit, sed propter bigamiam similitudinariam, ut explicabitur *n.* 448. Sed respondetur, quod in textu citato non appelletur ille irregularis, quia duo mat imonia contraxit, revera enim non fuit maritus viduæ, cum invalidum fuerit conjugium, sed quia *cum eo* (ait Pontifex) *tamquam cum marito viduæ dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere secuto.* Ergo non consideravit Papa (in quantum ad rationem irregularitatis) conjugium spirituale in sacra ordinatione ab eo contractum, nam hæc irregularitas inducitur, etiamsi quis constitutus in Sacris virginem ducat, prout ostendemus *d. n.* 448. Sed eum declaravit irregularem, *tamquam maritum viduæ, propter affectum intentionis ;* ergo non obstat quod matrimonium sit nullum.

441. — *Tertius* modus incurrendi irregularitatem ob bigamiam interpretativam est quando quis cognoscit uxorem, postquam illa adulterium commiserit, ex *c. Si cujus* 11. *et c. Si laici* 12. *dist.* 34. et ita communiter *Sanch. l.* 7. *d.* 84. *n.* 15. *Suar. d.* 49. *s.* 3. *n.* 16. *Pal. p.* 8. *n.* 6. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 33. *et Barb. all.* 49. *n.* 8. *et alii omnes.* Ratio, quia vir cognoscens uxorem ab alio cognitam, censetur ac si corruptam duxisset.

442. — Sed dubit. 1. An talis vir fiat irregularis, si adulterium fuerit occultum ? Negant *Herincx, et alii ap. Elbel, de irreg. p.* 485. *n.* 260. quia (ut aiunt) *in dict. can. Si cujus*, dicitur : *Si evidenter fuerit comprobatum* (uxorem) *adulterium commisisse.* Affirmant vero *Cont. Tourn. loc. cit. Elbel l. c. cum communi*, ut asserit, et *Bon. q.* 2. *p.* 5. *n.* 5. *cum Suarez, Ugol. et Fill.* Idque tenent, etiamsi mulier fuerit vi oppressa. Ratio, quia hæc irregularitas non oritur ex culpa sed ex defectu significationis : et licet ista adultera non sit vera adultera, tamen vere carnem suam cum alio divisit, si seminationem habuit ut requiritur. Verum *Elbel l. c.* primam sententiam probabilem vocat, quia verba supra relata, *si evidenter fuerit comprobatum adulterium*, satis videnter excludere adulterium occultum ; sed hoc non obstante, prima sententia mihi magis arridet.

443. Dubit. 2. An fiat irregularis qui ignorans adulterium uxoris illam cognoscit ? Negant Glossa *in c.* 2. *de Bigam. v. In bigamis, ac Reb. Lop. Sa. Led. etc. ap. Sanch. d.* 84. *n.* 15. Quia (ut aiunt) cognoscens uxorem, quam ignorat ab alio cognitam, non cognoscit modo rationali, unde non dicitur cognoscere adulteram. Sed communiter et verius affirmant *Pal. p.* 7. *num* 6. *Bon. p.* 5. *n.* 5. *Bus. sup. et Sanch. l. c. cum Nav. Soto, Tolet. Bellarm. Palud. Cov. et innumeris aliis.* Ratio, quia (ut diximus) hæc irregularitas ratione bigamiæ non est ex delicto, sed ex sacramenti defectu, qui culpam non requirit.

444. — *Quartus* modus incurrendi irregularitatem ob bigamiam interpretativam est, quando quis duo contrahit et consummat matrimonia, unum validum, alterum invalidum. Pro hac irregularitate non habetur textus expressus, sed communiter DD. eam deducunt ex *c. Nuper de bigamis*, ubi sermo fit de clerico, qui ante sacrum ordinem matrimonium contraxit, deinde jam ordinatus aliud inivit, ibique dicitur tanquam bigamus reputandus, non propter sacramenti defectum, cum secundum matrimonium irritum fuerit, sed ob intentionis affectum ad duo mamonia cum copula secuta; ita *D. Th. Suppl. qu.* 66. *art.* 2. *Tolet. l.* 1. *c.* 26. *n.* 4. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 26. *cum Corn. et Led. ac Sanch. d.* 84. *n.* 3. *circa medium, cum Soto, S. Antonin. Palud. Bellarm. Valent.*

445. Sed dubitatur 1. An fiat irregularis qui duo matrimonia contraxit, ambo invalida ? Negant *Dian. p.* 4. *tr* 2. *r.* 38. item *Avila, Conin. et Henr. apud Salm. ibid. n.* 28. qui probabile vocant. Ratio, quia (ut aiunt) hic casus non est expressus in jure. Sed probabilius affirmant ***S. Th. Suppl. qu.*** 66. ***art.* 2. *Suar.***

d. 49. *s.* 2. *n.* 11. *Bon. p.* 5. *n.* 2. *Pal. p.* 8. *num.* 10. *Cont. Tourn. l. c. v. Quæres* 3. *Conc. p.* 498. *n.* 11. *Salm. dict. n.* 28. *cum Suar. Corn. et Sayr. ac Sanch. l.* 7. *d.* 84. *n.* 3. *cum S. Anton. Palud. Soto, Tolet. Bellar. Sa, Valent. Led. Lop. et aliis communissime.* Et probatur ex *c. A nobis, de bigam.* citato *n.* 440. ubi (ut vidimus) ille diaconus, qui viduam duxit, *tanquam maritus viduæ*, fuit declaratus irregularis, *non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis.* Ergo solus affectus irregularitatem inducit.

446. — Dubit. 2. An quis contraxit duo matrimonia nulla in bona fide, incurrat irregularitatem ? Negat *Sanch. d. dist.* 84. *n.* 6. *cum Archid. Astens. et Bellamera*, quia is potius censetur irregularis ex delicto quam ex defectu, cum in *c. Nuper, de bigam.* ille qui antea uxorem duxerat, et postea constitutus in Sacris aliud conjugium contraxerat, dictus fuit irregularis, non propter defectum sacramenti, sed ob affectum intentionis; ergo ob crimen affectus punitus fuit ; quando igitur non adest crimen, non incurritur irregularitas. Sed communius, et probabilius affirmant *Sylv. verb. Bigamia. qu.* 7. *Angel. eod. verb. n.* 9. *Jo. Andr. Ancharan. Abb. Henr. etc. ap. Sanch. l. c. in fin.* Ratio, quia in præfato textu non consideratur crimen affectus, sed affectus ad secundum matrimonium. Idque expresse confirmatur ex *c. A nobis, de bigam.* ut vidimus *n.* 440.

447. — Dubit 3. An incurrat irregularitatem qui ficte contrahit secundum matrimonium, tantum ad copulam extorquendam ? Negant *Pal. p.* 8. *n.* 7. *Dian. p.* 4. *tr.* 2. *r.* 38. item *Avila, et Hurt. ap. Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 27. quia tunc deficit affectus maritalis, qui requiritur in dicto *c. Nuper*, verbis to *Propter affectum intentionis.* Sed probabilius affirmant *Suar. d.* 49. *s.* 2. *n.* 10. *Tourn. p.* 61. *q.* 3. *et Salm. l. c. cum Corn.* Ratio, quia ad irregularitatem non requiritur affectus ille ad duo matrimonia vere contrahenda, sed sufficit affectus ad duo matrimonia exterius ineunda.

Idem videtur procedere respectu viri, qui contraxit cum violata, credens illam virginem, de quo dictum est *n.* 439. Et idem respectu viri ignoranter reddentis debitum adulteræ, quæ sit occulta, vel quæ violenter fuerit oppressa , juxta dicta *n.* 442. *et* 443.

448. — III. Demum bigamia *similitudinaria* est illa quæ contrahitur ex attentatione matrimonii (quamvis invalidi) cum corrupta, vel virgine post votum solemne emissum in religione approbata, vel post susceptionem sacris ordinis. Hujusmodi enim nubentes similes sunt contrahentibus duplex matrimonium, quatenus post connubium spirituale cum Christo initum, ab eo recedentes attentant matrimonium contrahere, ita communiter DD. *Suar. d.* 49. *s.* 3. *n.* 2. *et* 6. *Anacl. p.* 517 *n.* 42. *Sanch. l.* 7. *d.* 85. *n.* 5. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 36. *et alii passim* ex c. *Quotquot* 23. *et c. Monacho* 32. 27 *q.* 1. Dummodo tale matrimonium sit consummatum, ut adhuc communiter DD. docent, utque habetur ex dicto *c. Monacho*, ubi : *Si postea uxori fuerit sociatus.*

449. — Minime autem sunt audiendi *Hurt. et Tanner. ap. Salm. l. c.* item *Abbas, Hostiens. et Archid. ap. Suar. d.* 49. *s.* 5. *n.* 4. (qui improbabiliter id probabile putat) dicentes hanc irregularitatem incurri tantum a monachis professis. Nam communissime docent AA. eam incurri etiam a clericis constitutis in Sacris; ita idem *Suar. n.* 8. *Salm. dict. n.* 36. *in fin. Anacl. d. n.* 42. *Nav. c.* 27. *n.* 195. *Tol. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 7. *et Sanch. d.* 85. *n.* 5. *cum Sa, Valent. Graff. Led. Gabr. Philiarch. et aliis pluribus.* Idque clare probatur ex *c.* 1. *Qui clerici, vel mon. etc.* ubi dicitur posse Episcopus post peractam pœnitentiam dispensare cum diacono, qui uxorem duxerit, ad ordinem ministrandum; ergo diaconus ille jam habetur ut irregularis. Item in c. 2. *eod. tit.* dicitur quod Episcopus non permittat subdiacono, qui matrimonium contraxit, ministrare. Quamvis igitur (ait *Sanch.*) talis clericus non esset irregularis ex defectu ob bigamiam similitudinariam, saltem tamen incurrit irregularitatem ob delictum. Recte autem rejicit *Sanch. n.* 11. *et* 17. opinionem illorum, qui dicunt fieri irregularem qui matrimonium contrahit post simplex votum castitatis, cum hoc in nullo jure sit expressum. Sic pariter ex eadem ratione nec est irregularis laicus qui ducit monialem professam, quia jura loquuntur tantum de contrahente post proprium votum; *Sanch. n.* 12. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 36. *cum Sayr. Corn. et Henr.*

450. — Quæres hic, quomodo tollatur hæc irregularitas? Dico 1 quod hæc irregularitas non tollitur per baptismum, ut docent communiter *S. Th. d. q.* 66. *q.* 4. *Suar. d.* 49. *s.* 5. *n.* 10. *Sanch. l.* 7

d. 83. *n.* 9. *et Salm. ibid. n.* 37. *cum Conr. Pelliz. etc.* et videtur expressum in c. *Si quis viduam* 15. *dist.* 34. Dico 2. quod Papa bene possit in illa dispensare; et licet in canonibus de bigamis dicatur : *Cum bigamis non licet dispensare*, tamen hoc intelligendum sine gravi causa, ut docent *Sanch. l.* 7. *d.* 86. *n.* 6. *Conc. p.* 499. *n.* 14. *Salm. l. c. n.* 38. *cum Sayr. et Corn.* item *Cont. Tourn. part.* 2. *cap.* 7. *v. Quæritur* 1. *cum communi*, qui ita fert dispensasse *Lucium III.* ex glossa *in c. Lector* 18. *dist.* 34. Nec obstat dicere hanc irregularitatem institutam fuisse a *D. Paulo*, juxta dicta *n.* 436. Nam respondetur, quod constitutiones apostolorum, præcise ut tales, non transcendant jus humanum, in quo utique Papa omnem potestatem habet.

451. — Episcopus autem, si bigamia fuerit vera, aut interpretativa, minime potest in ea dispensare, neque ad ordines sacros suscipiendos, neque ad ministrandum in susceptis, neque ad beneficia ipsis annexa recipienda, ut communiter docent *D. Th. Suppl. q.* 66. *art.* 5. *et Salm. ibid. n.* 39. *cum aliis passim*, et patet ex c *Super. eo, de bigam.* Nec obstat textus in citato c. *Lector*, ubi dicitur *Martinus* Papa declarasse, quod Episcopus possit dispensare cum bigamo, ut fiat subdiaconus. Nam respondent *Suar. d.* 46. *sect.* 6. *n.* 5. *et Cont. Tourn. loc. cit. v. Quæritur* 2. errasse *Gratianum* asserendo prædictum canonem esse *Martini* Papæ, cum plures AA. probent fuisse *Martini Bracharensis* collectoris multorum canonum ex diversis conciliis particularibus. Sed dato quod fuisset *Martini* Papæ, tamen, cum in toto titulo de bigamis prohibeantur Episcopi a dispensando in bigamia, videtur certum prædicto canoni fuisse derogatum. Præterquam quod dicunt *Salm. dict. n.* 39. quod tempore *Martini* Papæ subdiaconatus non adhuc erat ordo sacer.

452. — Sed rogatur, an possit Episcopus dispensare cum bigamo quoad ordines minores, et beneficia simplicia suscipienda? Affirmant *D. Th. in* 4. *d.* 27. *q.* 3. *art.* 3. *Nav. cap.* 27. *n.* 197. *Sanch. l.* 7. *d.* 86. *n.* 11. *Conc. p.* 599. *n.* 14. et *Palud. Azor, Avil. Comit. et alii apud Pal. d.* 6. *p.* 8. *n.* 17. et probabile putat *Suar. d.* 49. *sect.* 6. *n.* 5. Ratio, quia per susceptionem minorum ordinum initiati non mancipantur irrevocabiliter cultui divino, et ideo Episcopis concedi aiunt hujusmodi dispensationem. Sed verius negant *Suar l. c. Cont. Tourn. l. c. v. Dico* 2. *Laym. c.* 6. *circa fin. Barb. all.* 48. *n.* 25. *Bon. d.* 7 *p.* 5. *n.* 15. *et Pal. n.* 18. *cum Garcia* ex decl. S. C. Et probatur ex Trident. *sess.* 23. *c.* 17. ubi vetatur assumere bigamos ad ministeria ordinum minorum; et ex *c. un. de Bigam. in* 6. ubi bigami expoliantur omni privilegio clericali; sed clarius probatur ex decl. *Sixti V. ap. Fagnan. lib.* 1. *in cap. Super eo, de bigam., in fin.* qua declaravit Pontifex suspensum quemdam Episcopum, eo quod contulit bigamo beneficium simplex, et ordinatum incidisse dixit in pœnas male promoti. Adversarii contra minime probant unde Episcopi talem facultatem habeant. In bigamia autem similitudinaria bene possunt Episcopi dispensare, etiam ad ordines sacros suscipiendos et ministrandos, ut docent *Tolet. lib.* 1. *c.* 26. *concl.* 6. *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 41. *Suar. n.* 18. *Sanch. n.* 20. *Cont. Tourn. l. c. v. Dico* 3. *et Pal. n.* 19. *cum Garcia et aliis pluribus;* idque probatur ex *c.* 4. *de cleric. conj. et c.* 1. *Qui cler. vel vov.* Et hoc currit (ut notant *Salm. dict. n.* 41. *in fin. cum Corn. et Henr.*) etiamsi crimen fuerit publicum, cum hæc irregularitas proveniat ex defectu, non ex delicto. Recte vero excipit *Cont. Tourn.* cum communi, si talis clericus duxerit viduam, vel corruptam, aut si ante ordinationem fuerit cum aliqua muliere conjugatus.

453. — Prælati autem regulares ex privilegio *Sixti IV* possunt dispensare cum suis subditis in omni bigamia : præter privilegium *Pauli III.* (relatum a *Salm. eod. tr c.* 7. *p.* 4. *n.* 59.) in quo conceditur ipsis facultas dispensandi cum suis subditis in omni irregularitate ; bigamia non excepta, ita *Pal. p.* 8. *n.* 21. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 3. *n.* 42. *cum Pelliz. Henr. Machad. Leand. etc.*

454. — « *Sexta* oritur ex infamia, sive » juris (quæ vel ex delicto proprio, vel » parentum, vel vili conditione personæ » nascitur), sive facti, modo crimen pu» blicum sit : ex occulto enim non ori» tur, si homicidium, et censuræ viola» tionem excipias, ut docent *Navar. Con.* » *Laym. contra Sylv. et Suar.* qui ex » occulto etiam oriri putant, modo in» famiam ipso jure connexam habeat. » Porro infamia ob crimen notorium, » vel per sententiam judicis contracta » non tollitur, nisi per dispensationem » principis, cujus auctoritate contracta

» fuit. Infamia facti, etiam orta ex » enormi crimine, et digna depositione, » tollitur per publicam et constantem » vitæ emendationem. » (*Vide dicta n.* 362. *v. Hæc irregularitas enim ob infamiam ex defectu, et ex delicto in idem coincidunt.*)

455. — « *Septima* oritur ex defectu libertatis. Unde irregulares sunt » I. Omnes servi proprie dicti, (et secundum *Laym. l.* 2. *t.* 1. *c.* 8. etiam ori» ginarii), donec consequantur plenam » libertatem.

Servus, qui sciente et non contradicente domino ordinatur, etiam ad primam Tonsuram, eo ipso liber manet, *c. Si servus, etc. Nulli, dist.* 54. Poterit tamen dominus eum manumittere cum conditione, ut serviat in iis quæ statui clericali non repugnant, ex *c. Nullus, de servis non ordin.* Si vero servus ordinetur, ignorante domino, remanet servus, nisi constituatur in Sacris, et nisi insuper domino reddatur duplum ab Episcopo, vel ab aliis cooperantibus, vel ab ipso servo : qui quando impotens est satisfaciendi, remanet servus, si est diaconus ; si vero sit sacerdos, debet domino inservire in omnibus quæ statum non dedecent, et missas pro domino offerre : nisi dominus per annum sciens illum esse ordinatum, dissimulet, eumque non revocet. Ita *Salm. l. c. p.* 5. *n.* 60. *et* 61. ex canonibus ibi allatis.

456. — « II. Sunt irregulares conjugati, » nisi uxores consentiant, et castitatem » voveant. » (*De hoc vide dicta de Sa» cram. Ord. l.* 6 (v). *n.* 812.) III. Curiales, » id est curiæ sæculari obligati, facto ju» ramento, vel stipendio, ut judices, ad» vocati etc. quamdiu talia officia ha» bent. » (*Ut habetur in c.* 1. 2. *et* 3. *dist.* 51. *et c. unic. de oblig. ad ratioc. Excipiuntur tamen ex tacita concessione Pontificis, vel ex consuetudine consiliarii regis constituti pro casibus civilibus, ut docent Laym. Pal. Suar. Corn. cum Salm. de cens. c.* 9. *p.* 5. *n.* 64.) « Excipe tamen, » nisi habeant specialem dispensatio» nem Papæ pro illis officiis, uti quidam » clerici in aulis principum, in causis » civilibus, non tamen criminalibus oc» cupati ; vel nisi consuetudo sciente » Papa id permittat. IV. Milites, saltem » quamdiu juramento tenentur, item » thesaurarii, et depositarii publici, et qui » remp. administrant. » (*Vide dicta lib.* 3 (IV). *n.* 833.) « Item apparitores, et similes, » qui sæva, aut turpia exercuerunt, vel » in causa sanguinis ministrarunt. » *M. Leo p.* 3. *f.* 369.

457. — « *Octava* ex defectu lenitatis, » scilicet ex licita mutatione, vel homi» cidio in bello justo, vel judicio. Quod » ideo statuit Ecclesia, quia sacerdos ge» rit personam Christi, qui utpote le» nissimus neminem unquam læsit. Ad » hanc autem requiritur, ut occisio, aut » mutilatio de facto sequatur. Unde non » sufficit voluntas, nec vulneratio gravis. » *Bonac. d.* 7. *qu.* 4. *Tan. d.* 6. *qu.* 10. » *d.* 11.

Unde resolves :

458. — « 1. Non fit irregularis, qui » mutilat, vel occidit in defensionem in» culpatam honoris, vitæ, castitatis, etc. » vel etiam proximi, quia in jure non » statuitur irregularitas, nisi ob homici» dium in bello justo, vel judicio. *Tann.* » *loc. cit.* » (*Vide dicta n.* 389.)

459. — « 2. Irregularis fit in bello, » qui mutilat, vel occidit propria manu, » non autem clericus exhortans ad for» titer pugnandum in bello justo (secus » tamen si ad occidendum hunc, vel » illum in particulari) ; idem est de duce » exercitus, tubicine, etc. *Bonac. p.* 4. » (*Clericus, si est in sacris, vel beneficiatus, et militat in bello, fit irregularis, si aliquando sclopum adhibuerit in aliquo conflictu, etiamsi juramentum præstaret nullum læsisse ; vide Card. Lamb. Notif.* 101. *n.* 19. *infra.*

In bello igitur justo defensivo utique non fit irregularis qui occidit, ita *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 2. *n.* 20. *Holzm. n.* 388. *et alii communiter*, id patet ex *c.* 2. *de immunit. eccl. et Clem. un. de homic.* In bello autem justo offensivo qui occidit est irregularis, non vero si alii occidant ; *Holzm. loc. cit.* et *Benedictus XIV Notif.* 101. *n.* 15. *ex c. Petitio tua, c. Dilectus c. Significasti, et c. de Homic.* In bello vero injusto, si unus moriatur, omnes sunt irregulares, ut certum est apud omnes cum *D. Th.* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. Hic notandum clericum (modo fuerit in sacris, aut beneficiatus, et etiam in conflictu bombas emiserit) esse irregularem, si militat, etiamsi juret se ne unum quidem læsisse, ut legere est apud *Lamb. Notif.* 101. *num.* 19.

460. — Qui hortatur ad occidendum in genere, etiamsi bellum sit offensivum, modo justum, non est irregularis, ita communiter cum *Busemb. Bonac. d.* 7. *qu.* 4. *p.* 4. *n.* 7. *Cont. Tourn. de irreg.*

part. 2. *cap.* 8. *art.* 4. *v. Quæres* 2. *Conc. p.* 501. *n.* 18. *et Salm. c.* 9. *n.* 19., *ac alii passim*, ex dicto *c. Petitio tua*, ubi declaratur irregularis tantum is qui occidit. Quid si quis in bello justo hortetur ad occidendum in particulari ? *Bus.* ut supra, et *Bonac.*, hunc non eximunt ab irregularitate. Sed probabiliter contradicunt *Salm. dict. n.* 19. *in fin.* quia tam in præfato textu, quam in aliis sermo fit tantum de occidente, sive de mutilante, non de exhortante.

461. — « 3. In judicio justo irregulares fiunt, qui ad mortem vel mutilationem cooperantur active, et efficaciter, et proxime, per actionem ex natura sua ad id ordinatam. » (*Ita ex Clem. un. S. furiosus, de hom. et c. clericis, cap. Sententiam, ne cler. vel mon. item cap. ex litteris, de excess. prælat. etc.*) « Dicitur I. *Cooperantur*, ut judex ferens sententiam, notarius eam scribens, ministri exequentes, testes, etc. » (*Transcribens vero sententiam non incurrit, ut communiter Bonac. d.* 7. *q.* 4. *p.* 1. *n.* 5. *cum Suar. Fill. Ugol. Reg. etc. Imo Natalis ab Alexand. et Cabassut. apud Cont. Tourn. l. c. art.* 3. *v. Dico* 3. *idem tenent etiam de scribente.*)

462. — « Dicitur II. *Active*, id ex parte occidentium ; quia non fit irregularis, qui se tantum habet passive, et ex parte ejus, qui occiditur, ut confessarius hortans ad fatendum veritatem, vel ad acquiescendum sententiæ justæ, quam non potest differre, nisi appellatione injusta. *Corn. et Dian. p.* 4. *t.* 2. *r.* 99. » (*Ita etiam Holz. n.* 387. *Cont. Tourn. l. c. v. Dico* 7.)

463. — « Dicitur III. *Efficaciter*, quia v. g. ferens ligna, ut comburatur ante jam suffocatus, non fit irregularis ; nec assistens supplicio, si una præsentia in illud non influat. » *Ita Suarez d.* 47. *sect.* 4. *n.* 10. *Pal. p.* 23. § 4. *n.* 2. *Bonacina p.* 1. *n.* 18. *et Salmant. de cens. c.* 9. *p.* 1. *n.* 2. *cum Avila, Diana, et Giball. communissime, contra Sayrum. Nec obstat textus in cap. Sententiam, ne cler. vel mon. ubi vetatur clericis interesse hujusmodi suppliciis, quia hic canon vel est abrogatus, vel tantum venialiter obligat, ut docent Bonac, p.* 1. *n.* 16. *Salm. l. c. in fin. ac Cont. Tourn. l. c. Dico* 5. *v. Quale, testatur esse communem sententiam cum Avila, et Cabass. id non excedere venialem culpam ; imo ibi Navar et Avila censent minime in hoc peccare clericos in minoribus.*

464. — « Dicitur IV *Proxime*, quia qui remote tantum cooperantur, non fiunt irregulares, ut qui gladios faciunt, aut vendunt, item legislator lege capitales condens ; » (*Ex c. Delatori, caus.* 5. *qu.* 6. *aut suadens Regi legem ferre* ; *Salm. ibid. n.* 7.) « Concionator in genere dicens, puniendos esse malefactores ; » (*Ut Salm. l. c. cum communi.*) « Confessarius interrogatus de reo, an mortem mereatur, si respondeat, judicem sine acceptione personarum fungi debere suo munere, quia hi omnes sunt tantum causa remota. » (*Hoc etiam est commune apud omnes : vide Salmant. dict. n.* 7.) « Essent autem proxima, ideoque irregulares, si quid facerent, aut dicerent in particulari, ex quo mors alicujus sequeretur, aut etiam accelararetur, v. g. si quis efficaciter urgeret reum ; ut scalam ascenderent, vel ad hoc illum juvaret, vel si judici in particulari responderet hunc esse plectendum. » (*Sentiunt itaque cum Busemb. Bonac. p.* 1. *n.* 6. *ac Avila, Sayr Henr etc. ap. Salmant. de cens. c.* 9. *p.* 1. *n.* 8. *fieri irregularem confessarium, sive alius qui consultus a judice in particulari de reo aliquo, respondet ei, esse occidendum. Sed probabilius id negant Holzm. n.* 387. *cum Mol et. Laym. Pal.* § 3. *n.* 7. *et* 8. *et Salm. loc. cit. cum Vasq. Pelliz. Hurtad. Turrian. etc. Ratio, quia irregularitas hæc ex defectu lenitatis inflicta est tantum concurrentibus ad occisionem aut mutilationem, ut ministris necessariis non vero aliis, et præsertim juste occurrentibus. Addunt probabiliter Cont. Tourn. l. c. v. Dico* 7. *Busemb. et alii infra n.* 466. *nec fieri irregularem confessarium, si moneat carnificem, ut suo munere fungatur.*)

465. — « Possunt tamen subinde etiam proxime cooperantes excusari ab irregularitate, v. g. 1. Si fiat ex indeliberatione, aut cum semiplena tantum advertentia, v. g. si dicat confessarius, *properemus*, aut instiget jumentum, quo reus vehitur. 2. Si cooperatio sit valde exigua, ut si jubeat reum adhuc unum gradum ascendere ; quia minimum reputatur pro nihilo, *Avila, et Henr. apud Bon. q.* 4. *part.* 1. *n.* 9. Item *Suar. Regin. Laym. etc.* (*contra Vasq. Turr. Hurt. Bann. etc.*) qui censent ex homicidio neminem fieri irregularem, nisi concurrat ut publicus minister justitiæ, sive ad causæ probationem, sive executionem ; vel ut pri-

» vatus injuste, et cum peccato. Quam » sententiam probabilem censet *Diana* » *p.* 3. *t.* 4. *r.* 79. *et in Addit. r.* 15. *et* » *p.* 8. *tom.* 7. *r.* 61. » (*Et revera valde probabilis est juxta annotationem mox supra oppositam.*) « Hinc negant fieri » irregularem 1. Confessarium, vel alium » quemcumque, qui furem hortatur, ut » scalam ascendat, caput supponat ad » ictum excipiendum. 2. Eum qui car- » nifici dicit, ut aliquid aptet, quo citius » extinguatur reus. 3. Qui, dum reus » ad supplicium ducitur, suggerit viam » breviorem. 4. Qui vendit, vel commo- » dat scalam, funes et cætera instru- » menta, etiam qui furcam fecit. 5. Qui » interrogatus a judice, an teneatur reum » condemnare, respondit, teneri. 6. » Eum, qui carnifici putanti, suspensum » jam esse mortuum, significavit adhuc » vivere, ex quo calcans iterum pede oc- » cidit. » (*Ita etiam Salm. de cens. c.* 9. *p.* 1. *n.* 9. *ad* 11. *cum Pal. Pelliz. Hurt. Turrian. Diana, Machad. etc.*)

466. — « Dicitur V. *Per actionem ex* » *natura sua*, etc. id est quæ per se sit » causa talis effectus : quia effectus per » accidens non imputatur danti operam » rei licitæ. Hinc non fit irregularis di- » cens carnifici : *nemo te impedit facere* » *tuum officium, ego meum feci.* » (*Ita probabiliter etiam dicunt Cont. Tourn. l. c. v Dico* 7. *et Salm. ibid. n.* 10. *cum Avila, et Henr.*) « Nec judices ecclesias- » tici degradatum tradentes brachio sæ- » culari ; nec clerici accusantes aliquem » in causa criminali : modo expresse » protestentur, se non intendere, ut » puniatur pœna sanguinis ; sed tantum, » ut sibi, vel suis satisfiat, vel impedian- » tur mala sibi, aut aliis imminentia. » *Vide Bonac. qu.* 4. *Tann. l. c. etc.* »

467. — Ex *c. Sententiam sanguinis, ne cler. vel mon.* vetitum est clericis in Sacris constitutis, vel beneficiariis, et omnibus regularibus se intromittere in causam sanguinis (intelligitur, unde mors aut mutilatio sequatur) judicando, vel testificando, exequendo, etc. Et ideo peccant mortaliter, si quomodolibet ad illam adjuvant.

468. — Fiunt autem irregulares omnes qui ad sententiam sanguinis concurrunt, et I. *Judices*, eorumque assessores; non vero domini temporales, etiam ecclesiastici, committentes aliis hujusmodi causas, ex *c. ult. ne cler. vel mon.* 6., nisi ipsi jubeant, ut judex aliquem in particulari suspendere, vel sententiam statim exequi faciat; *Pal.* § 1. *n.* 6. *et Salm. de cens. c.* 9. *p.* 1. *n.* 5. *cum Henr Corn.* II. Testes voluntarii, qui libere se offerunt ad testificandum contra reum; etiamsi protestentur non intendere sententiam sanguinis; nam si coacti sint ad testimonium faciendum, sane excusantur, ut recte docent *Suar. d.* 47. *sect.* 3. *n.* 4. *Bonac. p.* 3. *n.* 8. *Pal.* § 3. *n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 12. *cum Con. et communi.* Et idem dicendum de advocatis et procuratoribus accusatoris coactis ad eum tuendum; *Salm. ibid. cum iisdem.* III. Accusatores vel denuntiatores (sive formales sive materiales, nempe si tantum exhibeant querelas, ut ait *Tambur.* § 11. *n.* 3. *p.* 298.), qui coram judice sæculari accusant reum de crimine digno sententia sanguinis, criminalem petentes vindictam. Et tunc tam clericus, quam laicus accusans fiunt irregulares, ut communiter *Bonac. Pelliz. Pal. c.* 9. *n.* 18. Cum hac autem differentia, quod clericus, præter irregularitatem quam incurrit, peccet mortaliter, si est in Sacris, vel beneficiatus, et accuset sine justa causa; vel si adsit causa, et accuset sine protestatione, ut *Salm. l. c. n.* 2. Minime tamen irregularitatem incurrit accusator (sive laicus, sive clericus) qui accusat reum, tantum, ut proprium damnum præcaveat, vel sibi resarciatur, facta protestatione se non velle pœnam sanguinis, ut habetur ex *c. Prælatis, de homic. in* 6. Et hoc currit, etiamsi talis protestatio ficte ponatur, ut *Suar. d.* 47. *s.* 2. *n.* 3. *Bon. p.* 2. *n.* 11. *Pal.* § 3. *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 15. *cum Avil. Con. Fill. Pelliz. Corn. Henr. etc.* Nec non etiamsi fiat protestatio post accusationem, dummodo ante sententiam : *Bon. n.* 8. *Sayr. Pell. et Salm. ibid.* Advertendum vero, quod protestatio solum suffragatur in causa propria, non autem in causa aliorum, nisi hi sint cognati, usque ad quartum gradum, ut *Pal.* § 2. *n.* 6. *Conc. p.* 500. *n.* 19. *et Salm. ibid. n.* 17. *cum Bon. Corn. Pell. Henr. etc.* vel nisi causa sit propriæ Ecclesiæ, ut *Suar. n.* 20. *et Bon. n.* 5. *cum Mol. Sayr. Avila, Fill. Ugol. Rodr. Henr. etc.* idem ait *Conc.* si causa sit domesticorum. Item, si damna sint in futurum aliis inferenda, ita ut non possint alia via reparari, bene potes et quandoque debes clericum reum accusare post protestationem, imo etiam protestatione omissa, ut aiunt *Salm. de cens. c.* 9. *p.* 1. *n.* 17., quia talis accusatio est mera defensio innocentis.

469. — Quæritur, an Episcopi possint

dispensare in hac irregularitate, si fuerit occulta? Affirmant *Dian. Sa, Barb. etc. apud Salm. p. 2. ibid. n.* 23., quia Trident. concedit eis dispensare in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario. Sed verius *Bon. p.* 5. *n.* 13. *Pal.* § 5. *n.* 7. *et Salm. l. c. cum Bon. Ban. Hurt. Pal. etc.* omnino dicunt essse negandum, quia concilium clare ibi loquitur tantum de irregularitatibus provenientibus ex delicto. Prælati autem regulares bene possunt cum suis subditis dispensare in hac irregularitate, sive occulta sive publica; quia regulares concessionem universe habent dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, juxta limitationem datam *n.* 396. Ita *Dian. p.* 2. *tr.* 4. *r.* 69. *et Salm. ibid. n.* 24. *cum Lez. Bord. Dian. Cand. Villal. etc.*

FACULTATES S. POENITENTIARIÆ

470. — Hic ultimo operæ pretium est adnotare in quibus casibus, aut censuris, irregularitatibus, inhabilitatibus, aut aliis pœnis recurri possit ad S. Pœnitentiariam pro absolutione, dispensatione, aut relaxatione. In Bulla quæ incipit *Pastor bonus*, edita a N. SS. P *Bened. XIV* die 13 Apr 1744. habetur posse S. Pœnitentiariam I. absolvere a quibuscumque casibus et censuris, etiam bullæ Cœnæ, regulares pro utroque foro; sæculares vero tam ecclesiasticos, quam laicos etiam in utroque foro a censuris publicis latis a jure; et etiam ab homine, si expirata sit jurisdictio judicis, vel si lator censuras illas reservavit Sedi apostolicæ, modo judici et parti satisfecerint. Quod si pars injuste refutet satisfactionem oblatam, potest Pœnitentiarius convenientem satisfactionem arbitrari. II. Posse absolvere hæreticos occultos, modo nullos actus extrinsecos fecerint, ex quibus potuerint alii dignoscere eos ut hæreticos; item publicos hæreticos, casu quo non est opus complices denuntiare. Posse etiam absolvere principes, administratores rerum publicarum, et Episcopos, ac alios prælatos a casibus publicis bullæ Cœnæ. III. Posse dispensare in occultis irregularitatibus, et inhabilitatibus, etiam ex homicidio voluntario, non tamen ut post homicidium possint promoveri ad Episcopatum. Item etiam ab inhabilitatibus, et irregularitatibus propter hæresim, modo fuerint penitus occultæ. IV. Posse dispensare cum homicidis, et aliis, ut valeant profiteri in religione approbata, et fieri deinde etiam sacerdotes. V. Cum male promotis, ut omissos ordines possint clam suscipere, non servatis interstitiis, et temporibus, non autem Sacros una die. VI. Posse dispensare cum occultis simoniace ordinatis. VII. Posse convalidare titulos beneficiatorum cum occulta inhabilitate obtentorum. VIII. Posse partem pretii simoniaci condonare ob delinquentis paupertatem. IX. Posse cum Gallis, Belgis, Polonis, et ulterioribus remittere fructus male perceptos; componere vero cum Italis, Hispanis, etc. et cum pauperibus etiam remittere. X. Posse remittere partem de male ablatis, vel retentis, si dominus sit incertus, casus occultus, et delinquens pauper, reliquum erogando in pauperes, vel pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa ablata sunt. XI. Posse absolvere qui munera acceperint a regularibus, modo non excedant decem scutos, vel etiam si excedant, facta prius restitutione, vel præstita obligatione satisfaciendi. XII. Cum puellis quæ virgines non sunt posse dispensare, ut fruantur legato virginibus relicto, in casibus tamen occultis, et in foro conscientiæ; vel cum virginibus, ut inirent monasterium mulierum Pœnitentium. XIII. Posse relaxare juramenta, quæ non sunt in favorem alterius. XIV. Posse vota simplicia etiam castitatis dispensando commutare, aut implementum differre. XV Dispensare commutando in alias preces, vel alia pia opera, super recitationem divini officii. XVI. Dispensare in occultis cum regularibus quibusvis irregularitatibus, inhabilitatibus, et pœnis; non autem in publico defectu natalium quoad generalatum; in publicis vero nonnisi auditis superioribus. XVII. Posse absolvere apostatas a censuris, cum reincidentia si non redeant intra præfinitum tempus, dilata dispensatione super irregularitate, si quam contraxerint, usque ad actualem reditum. Posse etiam concedere, ut ipsi transeant ad alium ordinem. XVIII. Posse concedere transitum ad religionem laxiorem, modo ibi vigeat regularis observantia, non tamen ad Ordinem S. *Benedicti* antiquioris observantiæ; neque ad consimiles congregationes cujuscumque ordinis. Idem quoad moniales ultra montes. XIX. Posse absolvere, et dispensare super defectibus et censuris, etiam ob clausuræ violationem. XX. Item concedere confessarium monialibus, (*vide dicta de hoc. l.* 6 (v). *n.* 576.) XXI. Vacante

Sede apostolica, habere facultatem in foro conscientiæ etiam in casibus, a quibus vivente Pontifice non poterat; tamen cum reincidentia, si ad novum Pontificem petentes non se præsentent, hancque facultatem post Cardinalis Pœnitentiarii ingressum in conclavem transire ad signaturam. Alia quæ pertinent ad matrimonii materiam, *vide l.* 6 (v). *n.* 1144 .Alia minus scitu necessaria observare potes in citata bulla, *Pastor bonus*.

Demum hic nota, quod, cum litteræ S. Pœnitentiariæ committuntur magistro theologiæ, vel decretorum doctori, possunt eas exequi confessarii Societatis Jesu designati a Generali vel Provinciali de ejus licentia, ut concessit *Greg. XIII.* 3 April. 1582. Et idem possunt lectores jubilati ordinis minorum ex concessione *Innocentii* XI. 27 Nov. 1679. Ac ideo idem possunt omnes regulares in privilegiis eorum communicantes : ita refert *Elbel t.* 3. *Conf* 20. *p.* 506. *n.* 513.

LAUS

Jesu nostro Redemptori, et Mariæ Immaculatæ nostræ Reginæ et Matri.

APPENDIX PRIMA TOMI QUARTI

AUCTORE S. ALP. DE LIGORIO

DE PRIVILEGIIS

CAPUT I.

De privilegiis in communi.

2. — PRIVILEGIUM definitur: ***Lex privata**, aliquod speciale concedens beneficium.* Privilegium differt a dispensatione, quæ eximit a lege, et ideo semper est odiosa; differt etiam a licentia quæ conceditur tantum ad paucos actus. De privilegiis in particulari inferius proprio loco dicemus; hic tantum modo annotabimus quasdam regulas advertendas circa privilegia in communi.

2. — Et I. Ut privilegium deroget juri communi, non requiritur clausula derogatoria, præsumitur enim princeps jam scire leges communes; excipitur 1. quando privilegium non posset suum effectum sortire sine hac expressa derogatione. 2. Si in lege, cui derogatur, esset apposita clausula: *Non obstante quocumque privilegio*: hoc intelligitur, dummodo in privilegio non extet clausula: *Ex certa scientia*; vel: *Ex plenitudine potestatis. Salm. tract.* 18. *c.* 1. *p.* 4. *n.* 42. *et* 43. *cum aliis.* 3. Quando privilegium est contra aliquam consuetudinem, aut legem municipalem? His enim non derogatur, nisi de illis specialis mentio fiat. *Suar. de leg, l.* 8. *c.* 14. *n.* 4. *Castrop. t.* 1. *tr.* 3. *d.* 4. *p.* 10. *n.* 9 *et Salm. l. c. p.* 1. *n.* 8. *cum Pelliz. Tambur etc.*

3. — II. Privilegiatus non tenetur, regulariter loquendo, uti privilegio. *Reg.* 61. *Jur.* in 6. Sed excipiendum est 1. Si non utendo grave damnum proximo inferret: hoc tamen intellige, si per se, non vero consequenter: E. G. Si confessarius habeat privilegium absolvendi a peccatis reservatis, post auditam confessionem, tenetur eo uti. *Vide Salm. ibid. p.* 2. *n.* 11. *cum aliis.* 2 Si privilegium cedat in bonum commune, quemadmodum est privilegium immunitatis, quo unusquisque tenetur uti ex *cap. Si diligenti de foro compet.* 3. Si privilegium tollat impedimentum ad observandum præceptum: E. G. Si infirmus habet domi oratorium privatum, et facile potest audire Sacrum, tenetur privilegio uti. *Suar. c.* 35. *n.* 8. *Pal. p.* 7, *n.* 3. *Sanch. de matr. l.* 6. *d.* 6. *n.* 14. *Salm. ibid. n.* 12. *cum Sylvest. Avila, etc.* 4. Si privilegium non est personale, sed reale, addictum loco, vel dignitati, vel statui, quemadmodum sunt privilegia concessa Episcopis, et Regularibus. *Vide Salm. l. c. p.* 3. *n.* 17. *et* 18.

4. — III. Qui habet privilegium pro foro pœnitentiali, etc. absolvendi a censuris, et pœnis ecclesiasticis, valde probabiliter potest eo uti etiam extra sacramentum, etiamsi facultas concepta esset in terminis: *Sacerdoti confessario. Suar. l.* 8. *c.* 6. *n.* 15. *Castrop. d.* 4. *p.* 2. § 5. *l.n.* 6. *et Salm. tr.* 18. *c.* 1. *p.* 3. *d.* 33. *cum Silvest. Tamb. etc.* contra alios qui probabiliter etiam negant.

5. — IV. Loquendo de clausulis: clausula *Ad instar* importat tunc valere privilegium, quando aliud (ad cujus formam secundum concessum est) fuit validum saltem a principio, quamvis postea revocatum fuerit, vel non acceptatum, ut advertit *P. Mazzotta.* Alias enim, si primum privilegium fuerit nullum, nullum quoque erit secundum, dummodo in secundo non exprimatur id quod conceditur, *Suar. c.* 15. *n.* 2. *Castrop. d.* 3. *p.* 2. § 8. *n.* 1. *Salm. l. c. p.* 4. *n.* 39. *cum Bonac. etc. et P. Mazzotta tom.* 1. *de privil. p.* 221. *v. Sexto.* Hoc tamen currit (ut aiunt præfati Auctores) quando dicitur: *Ad instar*; non vero si dicatur, *sicut concessum est*, etc. ut limitant *Bonac., et Garcias apud Salmanticens.* Clausula: *Quatenus sacris canonibus non adversetur*, intelligitur de iis tantummodo canonibus in

quibus est expressum : *Non obstante quocumque privilegio*. *Salm. ib d. n.* 50. *cum Nav. Suar. Garc. etc.* Clausula, *Supplentes singulos defectus* intelligitur tantum de defectibus earum rerum, quæ requiruntur solum de *jure positivo*, et qui sunt tantummodo accidentales; non vero de defectibus naturalibus, aut subtantiatialibus, utpote esset, si supplicans foret excommunicatus, aut si supplicatio foret subreptitia, vel fraudulenta ; aut si defectus esset circa causam, aut personam supplicantis. *Salm. ibid. n.* 51. *cum Barbosa, et Tambur.* Aliæ clausulæ videri possunt apud *Salm. l. c. n.* 51. *ad* 56.

6.—V. Loquendo de interpretatione privilegiorum, plura annotanda sunt. Notetur 1. omne privilegium interpretandum esse eo modo, quo privilegiato non sit neque inutile, neque onerosum. *Salm. ibid. p.* 6. *n.* 70. *et* 71. 2. Privilegia solum princeps, vel alii, quibus a principe foret commissum; authentice, vel juridice possunt interpretari. Doctrinaliter vero potest ea interpretari quicumque vir doctus, cujus resolutioni licite potest acquiesci, ut omnes affirmant; et quando in privilegio prohibetur quæcumque interpretatio, de sola authentica et juridica est intelligendum; *vide Salm. tr.* 18. *c.* 1. *p.* 6. *n.* 72. *et* 73, aut ad summum intelligi debet de interpretatione quæ fit *ex professo* ut dictum est de Legibus *l.* 1. *n.* 200. 3. A *Clemente IV.*, et ab Pontificibus prohibentur Episcopi interpretari juridice privilegia Regularium. Solum id ab *Alexand. VI* et *Paulo III.* (quando apostolica Sedes consuli nequit) concessum est jurisperitis, cæterisque judicibus in favorem Regularium. Idem concessum est generalibus visitatoribus, et etiam provincialis bus, et prælatis immediatis, quoties ipsi peritos consulunt. Idem locum habet in interpretatione regularum, constitutionum, et consuetudinum. Eodem modo possunt iidem prælati auferre, vel limitare subditis usum privilegiorum. *Vide Salm. ibid. n.* 74 75. *et* 76.

7. — Notandum 4. quod generaliter loquendo de privilegiis, omne privilegium large sit interpretandum, ut habemus ex cap. *Olim.* 6. *de verb. sign.* ubi dicitur : *cum beneficia principium interpretanda largissime*, etc. Et ex *l. ult. ff. de constit. princ.* Contra vero privilegia odiosa stricte sunt interpretanda, cujusmodi sunt illa quæ sunt derogatoria juris communis, aut statutorum, et consuetudinum particularium, dummodo hæc statuta non sint contra jus commune; aut dummodo privilegium non sit insertum *in corpore juris;* ideoque aiunt *Sanch. et Mazzotta*, *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 1. *n.* 8. *et Mazzotta l. c. p.* 223. *c.* 2. *v. Resp.* omnia privilegia realia late esse interpretanda ; ob suam enim perpetuitatem habentur tamquam inserta in jure communi. Insuper excipitur, si alias privilegium redderetur inutile, aut si in eo extaret clausula, *ex certa scientia*, vel *ex motu propri ;o* vel si privilegium esset absolvendi, dispensandi, aut communicandi illud cum aliis. *Salm. l. c. n.* 78, *ad* 80. Privilegia vero in præjudicium aliorum, cujusmodi essent ad obtinenda plura beneficia, aut ad conferenda beneficia vacantia, aut contra observantiam regularem, stricte sunt interpretanda, etiamsi concessa fuerint *ex motu proprio. Salm. ibid. n.* 83. *et* 84.

8.—Hoc vero intelligendum est de privilegiis concessis personis particularibus : sed ea, quæ sunt concessa alicui ordini, conventui, communitati, aut ad aliam piam causam, omnia sunt interpretanda non modo late, sed etiam latissime, etiamsi adversentur juri communi, vel alicui tertio, quemadmodum communissime affirmant DD. *Suar. c.* 27. *n.* 7. *Castrop. d.* 4. *p.* 10. *n.* 6. *Mazzotta l. c. et Salm. tr.* 18. *c.* 1. *p.* 3. *n.* 27 *et* 28. et iterum *p.* 6. *n.* 85. *et* 86. *cum Azor, Laym. Sylv. Bon. Henr. Coninch. Lezana, Bord. et aliis*. Privilegia enim communitatibus concessa præsumuntur omnia esse remuneratoria servitiorum præstitorum. et ideo omnia habentur tamquam favorabilia, ex *l. Sicut persona, ff. de relig. Vide Salm. l. c. p.* 23 *ad* 27.

9. — VI. Loquendo de communicatione privilegiorum notetur 1. quod religiones Mendicantes communicent in totum inter se de privilegiis præteritis, et futuris, tum circa personas, tum circa loca, festivitates, et indulgentias, prout habetur ex bullis *Sixti IV. Clementis VIII. et Leonis X. Vide Salm. ibid. p.* 7. § 1. *n.* 88. *et* 89. Et hoc currit, quamvis religio, cui concessum est privilegium, vel non acceptaverit, vel eo usa non fuerit. Insuper quando ampliatur privilegium alicui religioni concessum, intelligitur ampliatum etiam quoad alias. *Salm. ibid. n.* 98. *et* 99. Insuper hæ religiones Mendicantes communicant privilegiis cæterarum religionum, vel congregationum, vel collegiorum mo-

nasticorum, vel non monasticorum. *Ita communissime Salm. l. c. n.* 90. *cum Rodr. Pelliz. Tamb. etc.* Et hoc valet, etiamsi in privilegio concesso alteri religioni, congregationi adsit clausula quod non communicetur; nam in aliis bullis de communicatione dicitur, quod tollatur quodcumque impedimentum communicationis. *Salm. ibid.* § 2. *n.* 107. *cum Rodr. Bassæo, Miranda. Bon. Diana, Donato, etc.* Hujusmodi privilegiis perfruuntur tam Conversi, ipsi enim vere Religiosi sunt; *vide Salm. tract.* 15. *de statu relig. c.* 1. *p.* 3. *n.* 33., quam novitii, quemadmodum declaravit *Clemens. VIII.*, et est commuuis sententia (quidquid dicant quidam pauci) cum *Suarez, Sanch. Castrop. etc. Suarez de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *c.* 1. *n.* 18. *et Salm. ibid. c.* 3. *p.* 6. *n.* 85., *cum Sanch. Castrop. Lezana, et Pelliz et aliis:* fruuntur quoque Religiosi ad episcopatum promoti, dummodo non agatur de rebus, quibus Episcopi si uterentur, aliquod religioni præjudicium proveniret, ut esset habitatio in monasterio, datio suffragii, etc. *Vide Salm. dict. tr.* 15. *c.* 5. *p.* 2. *n.* 43. *cum Suar. Lez. et Castrop.* Tertiarii autem, et Tertiariæ (vel Beatæ) subditæ Mendicantibus, et quæ habitum religionis deferunt, et votum habent castitatis, (quibusdam tantum rebus exceptis) eorum quoque privilegiis gaudent, sed quatenus sunt capaces. Confratres Scapularis, et Cinguli (vocati *Cordonis* fruuntur tantum, et participant in omnibus indulgentiis et remissionibus peccatorum, sed non in alio. *Salm. tr.* 18. *c.* 1. *n.* 94. *cum aliis.*

10. — Notandum 2. Moniales tam ordinum Mendicantium, quam non Mendicantium, gaudere privilegiis monachorum sui ordinis, et consequenter cujuscumque alterius ordinis in omnibus, quorum sunt capaces (intellige de favorabilibus). Hoc valet, etiamsi privilegium tantum de hominibus loqueretur, ut deducitur ex bulla *Leonis X.* Atque ita e contrario Fratres gaudent privilegiis monialium ordinum, ex eo quia ipsi communicant (ut superius dictum est) privilegiis concessis cuicumque religioni, congregationi, aut monasterio. *Vide Salm. ibid. n.* 91. Sed redeundo ad moniales, hujusmodi privilegiis gaudent etiam illæ, quæ Pontifici, aut Episcopo subjiciuntur, atque ita, quando Religiosis conceditur privilegium, ut absolvantur, vel cum eis dispensetur a suo prælato, moniales subjectæ Episcopo possunt quidem ab eodem absolvi, et dispensationem obtinere. Et hoc currit etiamsi in privilegio nominarentur tantum moniales, quæ Regularibus subditæ sunt. *Suar. de Leg. l.* 8. *c.* 10. *n.* 7. *Bon. dist.* 1. *q.* 3. *p.* 7. § 2 *n.* 2. *et Salm. ibid. n.* 92. *cum Castrop. Dez. Pelliz. Bordonio, Boss et aliis contra paucos.*

11. — Notandum 3. privilegia non communicari quando sunt odiosa, vel contraria propriis statutis, adeo ut præjudicent bono sive communi observantiæ religionis. *Castr. dist.* 4. § 9. *n.* 2. *et Salm. l. c.* § 2. *n.* 100., *cum Pelliz. Lez. Portell. Tamb. Bord.* Notetur 4. privilegia alicui concessa non tamquam personæ particulari, sed ratione sui officii, seu dignitatis, vel tamquam membro illius communitatis, intelligi concessa omnibus aliis ejusdem officii, aut ejusdem communitatis. Et privilegia concessa subditis, seu prælatis inferioribus etiam prælatis superioribus concessa intelliguntur. *Salm. tr.* 28. *c.* 1. *p.* 7 § 3. *n.* 110 *et* 111. Similiter privilegia concessa alicui conventui, aut Ecclesiæ, aut particularibus alicujus conventus, sed tamquam membris illius, intelliguntur quoque concessa cæteris religiosis tam illius ordinis, quam aliorum, qui communicationem habent, quando scilicet eadem, vel similis ratio militat. *Salm. ibid. cum Pelliz. Garcia, Quint. Tamb. etc.* Sed hoc non est intelligendum de privilegiis, quæ conceduntur alicui congregationi ad tempus determinatum, vel per Brevia particularia sunt concessa alicui monasterio ob specialem aliquam causam, vel quando agitur de rebus, quæ difficile solent concedi. *Salm. ibid. n.* 118. *cum Peyrin. Tamb. Merola, etc.*

12. — VII. Certum est, ut habetur ex propos. 36. damnata ab *Alexandro VII.* Religiosos non posse amplius uti privilegiis jam revocatis per Concilium Tridentinum. Verum hoc non obstante, attendendæ sunt quædam declarationes Concilii factæ per *S. Pium. V.* in sua bulla : *Etsi mendicantium.* Hæ sunt : 1. Quod sæculares possunt audire sacrum et conciones in Ecclesiis Regularium. 2. Quod Episcopus nequeat impertiri licentiam ingrediendi monasteria monialium exemptarum. 3. Quod quarta funerum non intelligitur nisi de eo quod affertur. *Vide Salm. l. c. p.* 8. § 2. *n.* 137 4. Quod confessarii monialium exemptarum, et concionatores Regulares in propriis Ecclesiis non examinentur ab Or-

dinario; verum quod attinet ad confessarios, hoc privilegium abrogatum est per varias apostolicas Constitutiones, et præsertim per bullam *Apostolici ministerii*, emanatam ab *Innoc. XIII.* ann. 1723, et confirmatam per *Benedictum XIII.* die 23 Septembris anni 1724. Ibi § 18. declaratur, quod confessarii monialium exemptarum debeant examinari, et approbari ab Episcopo diœcesis, *remota quacumque contraria consuetudine etiam immemorabili.*

13. — VIII. Distinguendum est *rescriptum gratiæ*, ut esset absolvendi, dispensandi, etc., a *rescripto justitiæ*, ut exercendi jurisdictionem, appellandi, etc. In rescripto gratiæ dicitur, *Gratia facta*, quando delegatus habetur tamquam merus necessarius executor : *Gratia facienda*, quando conceditur facultas dispensandi, et relinquitur arbitrio delegati. Rescriptum justitiæ expirat morte principis, dummodo res adhuc sit integra ; et idem de rescripto gratiæ faciendæ. Oppositum vero dicendum de rescripto gratiæ factæ, ut absolvendi, recipiendi ordines *extra tempora*, de oratorio privato, etc. *Castrop. d.* 3. *p.* 16. § 4. *n.* 11. *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 38. *n.* 43. *Salm, tr.* 18. *c.* 1. *p.* 9. *a. n.* 141. *ad* 146. *cum Suar.* Privilegium concessum cum clausula, *Donec voluero*, probabiliter non expirat post mortem concedentis. *Salm. ibid. n.* 149. *in fin.* Quod si in concessione exprimatur officium delegati, mortuo delegato, transit etiam ad successorem. *Salm. ibid. n.* 150.

14. — IX. Privilegium multis modis cessare potest, et 1 per decursum termini constituti. 2. Per cessationem causæ finalis : intellige quando privilegium est concessum sub conditione dictæ causæ; sed quando concessum esset absolute, adest opinio valde probabilis, quod etiamsi cessaret causa finalis, non cesset tamen privilegium; neque cessat, quamvis semel privilegio usi fuerimus. *Salm. ibid. c.* 2. *p.* 1. *n.* 3. *et* 4. juxta id, quod diximus de dispensatione. 3. Ob renuntiationem privilegiati; in quo notandum est, quod particulares nequeunt renuntiare privilegiis communitatis; et ut valida sit renuntiatio, fieri debet in manu illius qui privilegium concessit, et ab eodem acceptanda. *Vide Salm. ibid. n.* 5. *ad* 8. 4. Per usum contrarium, vel per non usum : in dubio tamen præsumptio semper est pro usu. Sed in hoc advertendum est, quod privilegia gratiosa, quæ non sunt aliis gravamini, ut absolvendi, dispensandi, vel jejunandi, et his similia, numquam amittuntur per non usum, et etiam per usum contrarium, quamvis temporis longissimi. *Suar. de Leg. l.* 8. *c.* 34. *n.* 17. *Bonac. d.* 1. *q.* 3. *p.* 8. § 5. *n.* 4. *Castrop. tr.* 3. *d.* 4. *p.* 18. *n.* 3. *et p.* 19. *n.* 1. *et Salm. tr.* 8. *p.* 2. § 2. *n.* 13. *cum Laym. Pont. Lez. Garcia, etc.* Privilegia contra, quæ tertio sunt onerosa, ut non solvendi decimas et similia, præscribuntur per usum contrarium, et etiam per non usum privativum (non vero dumtaxat negativum) quod accidit, quando privilegiatus conscius jam sui privilegii, occasionibus oblatis, sponte uti recusavit. Hoc autem currit, dummodo in privilegio non sit clausula *utendi ad sui arbitrium. Castrop. p.* 18. *n.* 4. *Bonac. n.* 3. *et Salm. ibid. n.* 14, *et* 15. *cum Laym. Garc. Lez. etc.* Insuper hoc intelligitur pro foro externo, nam in conscientia non amittit privilegium qui animum non habet renuntiandi. *Vide Salm. ibid.* § 3. *n.* 18. Potest cessare etiam privilegium per abusum sive in totum, sive in partem. *Salm. ibid. n.* 17.

15. — Cessat 5. privilegium ob revocationem principis. In hoc autem distinguere oportet privilegia gratuita a remunerativis, et ab onerosis; si privilegium est mere gratuitum, revocari potest valide etiam sine juxta causa : quamvis hoc non excusetur saltem a culpa veniali, si scandalum absit. *Pont. l.* 8. *c.* 19. *n.* 15. *Castr. p.* 21 § 3. *n.* 3. *et Salm. ibid. p.* 3. *n.* 37, *cum Suar. Sanch. Bon. etc.* Si vero cum privilegio translatum fuisset dominium alicujus rei in privilegiatum, illud revocari nequit nec licite nec valide, nisi ob causam urgentissimam boni communis, vel gravis delicti, vel ob illas causas, ob quas revocari potest quælibet donatio. *Castrop. p.* 21. § 2. *n.* 2. *Bonac. p.* 8. § 2. *n.* 5. *Suar. l.* 8. *c.* 37. *n.* 7. *et Salm. ibid. n.* 29. *cum Pont. Garc. Lez. etc.* Sed si privilegium est remuneratorium, vel ob justitiam, vel ob gratitudinem, semper requiritur justa causa, ut valide revocetur. Et si insuper est onerosum, ut exempli causa, concessum ob pretium acceptum, vel ob aliquod onus privilegiato impositum, tunc ut revocetur (ultra justam causam), requiritur compensatio. Et hoc dicendum de privilegiis remuneratoriis ob justitiam, ut dicunt communiter DD. *Suar. l. c. n.* 6. *et* 7.

Pont. num. 13. *et Salm. tract.* 18. *c.* 2. *p.* 3. *n.* 30. *et* 35. *cum aliis.*

16. — Revocatio vero privilegiorum alia est *Expressa*, alia vero *Tacita* ; quoad *Expressam* regulariter loquendo sufficit clausula generalis, *non obstantibus privilegiis, etc.* ut revocentur omnia privilegia in contrarium. Excipiuntur tamen 1. Privilegia concessa per modum contractus, sive onerosa sint, sive remunerativa ob justitiam (ut supra dictum est), in quibus mentio specialis fit meritorum in particulari. 2. Privilegia quæ clausulam habent, quod non intelligantur derogata, nisi mentio particularis fiat. 3. Privilegia regularium, quæ etiam specialem mentionem requirunt, quia sunt remunerativa, et videntur clausulam habere derogatoriam futuræ revocationis, nisi eorum mentio specialis fiat, ut affirmant *Rodriq. Portel. et Miranda apud P. Mazz.* 4. Privilegia inserta *corpori juris*, quia tunc sunt veræ leges, et ut revocentur, requiritur clausula specialis, *non obstantibus legibus in contrarium, etc. Suar. l.* 8. *c.* 38. *n.* 2. *Bonac. t.* 2. *d.* 3. *p.* 8. § 4. *n.* 11. *Castrop. tr.* 3. *d.* 4. *p.* 21. § 3. *n.* 2. *Pont. l.* 8. *c.* 19. *n.* 16. *Mazz. t.* 1. *de priv. q.* 2. *c.* 1. *p.* 231. *et Salm. l. c. p.* 4. *n.* 39. *et* 40. Idem asserunt *Bonac. Sanch. Castrop. et Salm. cum Mol. Pell.* aliisque quamplurimis, (contra *Pontium*) de privilegiis concessis ab aliquo Conc. generali, quæ non censentur revocata, nisi per clausulam expressam, *non obstante quacumque constitutione, etiam a Conc. generali edita*; ut colligitur ex *cap. Ex parte*, et cap. *ult. de capell. mon. Bonac. n.* 13. *Castrop.* § 4. *n.* 6. *Sanch. de matr. l.* 3. *q.* 26. *num.* 7 *et Salm. ibid. n.* 41. *cum Pelliz. Boss. etc. contra Pontium n.* 19. Opponit *Pontius* Ecclesiæ praxim, et quamdam declarationem *S. Pii V* Sed *Castrop. cum Garcia* respondet, gratis id asseri; tantum inquit *Garcia* referri quemdam motum proprium S. *Pii*, in quo dicitur, quod concessiones propria Pontificis manu signatæ non egent aliqua Tridentini revocatione, neque generali, neque speciali. Omnes vero præfatæ limitationes intelliguntur locum habere si non constet de contraria mente derogantis, quemadmodum omnes præfati DD. communiter affirmant, unde si in lege revocatoria adsit clausula ex *certa scientia*, aut *ex motu proprio*, aut *de potestatis plenitudine*, tunc revocatur omne privilegium quantumcumque qualificatum, exceptis onerosis; aut quando revocatio præjudicaret juri a tertio acquisito. *Vide Salm. tr.* 18. *c.* 2. *p.* 4. *n.* 40. et 42.

17. — Quod attinet ad revocationem *tacitam*, privilegia ante concessa, intelliguntur revocata per quamcumque legem universalem in contrarium, etiamsi in ea non adsit clausula revocatoria, quando ipsa lex, vel novum privilegium aliis concessum non posset effectum intentum sortiri, nisi revocatis privilegiis antea concessis; non præsumitur enim legislator velle condere legem inutilem, aut concedere privilegium elusorium, sive generale, sive particulare illud sit. Hoc tamen intelligendum est quando privilegia prius concessa nota sunt principi, quemadmodum præsumitur de omnibus privilegiis insertis *corpori juris.* Quod e contra non præsumitur de aliis quæ existunt *extra jus;* unde horum speciali mentio est facienda. *Suar. lib.* 8. *c.* 30. *n.* 2. *Pont. l.* 8. *c.* 19. *n.* 19. *Castr. d.* 4. *p.* 21. § 4. *n.* 10. *Bon. d.* 3. *p.* 8. § 4. *n.* 14. *Salm. ibid. n.* 43. *et* 44. *cum aliis communiter.* Affirmant aliqui, ut *Sot. Henr. et Quint.* quibus adhærent *Salm. de leg. c.* 1 *p.* 6. *n.* 80. quod privilegium remanet in suo vigore, quousque revocatio non intimetur civitati, vel religioni. Verum ipsimet *Salm.* postea *tr.* 18. *de Priv. c.* 2. *p.* 5. *n.* 45. se retractant, et merito, asserentes cum *Laym. Suar. Portell. et Lezana*, quod sufficit ad invalidandnm privilegium, ut publicetur revocatio ; et ut transeant duo menses a publicatione, ita ut pervenire possit notitia ad privilegiatos, quamvis de facto non perveniat.

Actum est usque adhuc de privilegiis in communi, in sequentibus cap. agetur de privilegiis in particulari ecclesiasticorum, Episcoporum, et religiosorum.

CAPUT II.

DE PRIVILEGIIS ECCLESIASTICORUM

18 Quibus in rebus ecclesiastici sint exempti a potestate laicali.
19 De privilegiis canonis, et fori quoad personas.
20 Quoad bona.
21 Quis gaudeat hujusmodi privilegiis.
22 De beneficiatis.
23 De tonsuratis.
24 De illis qui deposuerunt habitum.
25 ad 28 De immunitate piorum locorum.

18. — Ecclesiastici jure divino exempti sunt a potestate sæculari quoad materias spirituales, vel mere ecclesiasticas, ut sunt ordinationes, electiones Prælato-

rum, etc., ut constat ex *can.* 3. Concilii Romani. Quoad personas vero, et loca ecclesiasticorum, quæstio est, utrum sint vel ne exempti jure divino? Multi negant, ut *Lessius*, *Cajet. Becan. et Salm. tr* 8. *de ord. c.* 7. *dub.* 1. *n.* 6. Multi alii affirmant, ut *Suarez, et Azor*, *Laym. etc.*, et probant ex pluribus textibus, et præsertim ex c. *Quamquam, de gentibus in* 6. et ex Trid. sess. 25. *c.* 20. *de ref. Ecclesiæ, et personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus esse constitutam.* Certum tamen est, ecclesiasticos tum jure canonico, tum civili non esse subjectos foro laicali. *Vide Jura ap. Less. de Just. l.* 2. *c.* 33. *dub.* 3. Cæterum tenentur in conscientia illis legibus civilibus, quæ non repugnant eorum statui, non vi *coercitiva*, ut dicitur, *sed directiva*, ut uniformentur communitati. Est commune cum *Salm. ibid.* § 1. *n.* 16.

19. — Ecclesiastici ergo gaudent I. exemptione circa suas personas. Præter privilegium canonis, cujus vigore incurrunt excommunicationem, qui injuste illos percutiunt, gaudent clerici immunitate, ne puniantur a curia laicali, ut patet ex legibus a *Becano* relatis. *De Sacr. c.* 26. *q.* 9. Et quamvis jus civile eos eximat tantum in causis civilibus, et in criminalibus eas recognoscendi sibi jus reservaverit, nullatenus clericos condemnando nisi post degradationem; nihilominus jus canonicum totaliter eos exemit. *Vide Salm. tr.* 8. *c.* 7. *p.* 5. *n.* 24. Verum his non obstantibus, in aliquibus casibus potest potestas laicalis ad clericorum carcerationem procedere; ut si e. g. aliquem noctis tempore inveniret deferentem arma prohibita, vel sine veste clericali, vel inveniret *in flagranti* patrantem aliquod delictum, tunc enim potest ad ejus carcerationem procedere, ut postea remittat curiæ ecclesiasticæ; quod si interdiu illum invenerit, potest armis prohibitis spoliare. Potest etiam in quibusdam casibus illum castigare (sed non pœna mortis), si ille rebellionem adversus principem moliretur, aut populum ad seditionem excitaret, et a proprio Episcopo de hoc non esset punitus. Insuper probabiliter potest supplicio afficere clericos notorie sodomitas; hi enim a *Leone X* et *S. Pio V* omni clericali privilegio spoliati sunt. *Vide Salm. l. c. dub.* 1. § 1. *a n.* 18. *ad* 20. *et p.* 2. *a n.* 27. *ad.* 29. Cæterum pro quocumque alio crimine clerici nequeunt puniri a curia seculari, *cap. fin. de vita, et hon. cleric. et cap. In audientia* 25. *de sent. excomm.*

20. — II. Gaudent ecclesiastici exemptione a foro laicali quoad propria bona tam ecclesiastica, quam quocumque alio modo acquisita; unde respectu illorum non tenentur solvere ullum vectigal, ut habetur ex c. *Quia*, et c. *Clerici, de immunit. Eccl. in* 6. et ex l. *Sancimus* 22. *c. de Sacros. Eccl. Vide Salm. ibid. p.* 3. *n.* 35. et 36. Clerici vero negotiatores circa bona mere ecclesiastica negotiationi jam destinata, spoliantur omni exemptione c. *Quamquam* 4. *de censib. in* 6. Quoad vero reliqua bona propria, privantur post tertiam monitionem. *Salm. ibid. n.* 54. *cum Less. Mol. etc.* Insuper notandum hic est, quod in casu urgentis necessitatis potest princeps extrahere e domibus, et vendere frumentum ecclesiasticorum. *Salm. ibid. dub.* 1. § 1.*n.* 17. *cum Diana, et Molf.*

21. — Ii, qui gaudent præfatis exemptionibus tam quoad personas, quam quoad bona, sunt primo omnes Regulares cum suis novitiis, et Tertiariis, et etiam Franciscanæ Tertii Ordinis, Carmelitanæ, etc. quæ deferunt habitum una cum voto castitatis : quemadmodum declaravit S. C. Insuper Equites S. Joannis, S. Jacobi, Alcantaræ, et Calatravæ, ut probant *Bon. Fill. et Diana. Vide Salm. tr.* 18. *c.* 7. *p.* 5. *n.* 57. Insuper omnes clerici in *sacris* constituti. De aliis vero in *minoribus*, vel simpliciter tonsuratis, ita loquitur Trid. sess. 23. c. 6. de Ref. *Fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, et tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviat*; *vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur.* Atque hoc privilegio gaudent etiam clerici conjugati qui deferunt habitum et tonsuram, et Ecclesiæ inserviunt : verum in *cap. ult. de temp. Ordin. in* 6. prohibetur conjugatis tonsura, nisi velint religionem ingredi, vel in *sacris* ordinari prævia uxoris licentia. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 827. *in fin.*

22. — Igitur privilegio fori gaudent 1. Beneficiati, etiamsi nulli Ecclesiæ inserviant, neque deferant habitum et tonsuram, ut probabiliter infertur ex concilio, ut volunt *Salm. cum Fill. Diana. et Rodrig.* adversus *Suar* et etiamsi non percipiant fructus beneficii, neque possi-

deant; sufficit enim, quod solum titulum habeant, ut aiunt *Garcias*, et *Filliucius*, et *Diana contra Salm.* Sufficit etiam capellania, vel præstimonium, quæ censentur tamquam vera beneficia : sed non sufficit pensio. *Vide Salm. ibid. n.* 62. *et* 63. *cum aliis.*

23. — Gaudent 2. Clerici *in minoribus*, et tonsurati, dummodo habitum simul et tonsuram deferant, juxta id, quod affirmat concilium, *clericalem habitum, et tonsuram deferens*, et ut probabilius existimant multi DD. cum *Castrop. et Barbosa, contra Salm.*, qui interpretantur particulam *et* pro particula *vel*, ita ut sufficere dicant utrumque, *vide lib.* 6. *n.* 827. dummodo Ecclesiæ similiter inserviant, sed quoad Ecclesiæ servitium (dummodo spirituale sit, quia temporale non sufficit) satis est, quod alicui Ecclesiarum serviant, etiamsi hæc destinata non sit ab Episcopo, ut declaravit S. C. apud Card. *Lambertini. De Synodo l.* 12. *c.* 6. *n.* 5.

24. — Ut vero clerici in minoribus constituti foro priventur (nam aliud de canonis privilegio dicendum) non requiritur trina monitio,quia hæc requiritur tantum pro beneficiatis, et pro ordinatis in *sacris*, ut deducitur ex *c. Contingit,de sententia excomm.*, vel pro minoristis, qui negotiis sæcularibus se addicunt ut habetur, ex *c. Ex litteris, de vit. et hon. cleric. Vide l.* 6 (v).*n.* 827, sed sufficit, quod habitum et tonsuram dimiserint, quemadmodum pluries declaravit S.C.et quemadmodum communiter affirmant DD. apud Card. *Lambertini de Synodo l.* 42.*c.*2.*n.* 1.apud *Salm. tr.* 8. *c.* 7. *p.*4. *n.* 65. Dummodo per longum tempus dimiserint, ut notant *Salm. cum Bonac. Suar. Barb. et aliis.* Quamvis vero præfati clerici nequeant allegare forum, potest nihilominus Episcopus eos a foro seculari resumere juxta declarationem S. C. ab hodierno Summo Pontifice approbatam. *Vide Lamb. loc. cit. n.* 3. Illi vero clerici, qui habitum resumunt,jure gaudent privilegio, dummodo id in fraudem non faciant : quæ fraus tunc supponitur, cum aliquis in aliqua causa civili jam citatus fuisset ad forum laicale , aut pro causa criminali jam fuisset in carcerem conjectus ; aut vero carcere sub cautione egressus : ut aiunt *Salm. cum Bon.* (adversus *Gutticrez*, et *Ceballos*), et *Card. Lambertini* cum pluribus decretis S. C. *Salm. loc. cit. n.* 67.*et C. Lamb. De Synod. l.* 5. *c.* 12. *n.* 1. Magna vero quæstio est utrum potestas laicalis possit cognoscere causas innocentium adversus ecclesiasticos. Quidem theologi absolute affirmant : sed quidam alii magis communiter tantummodo admittunt, quando aut nullo modo, aut difficulter potest haberi recursus ad superiores ecclesiasticos majores. *Vide Salmant. l. c. dub.* 2. *n.* 76.

25. — Immunitas autem ecclesiastica locorum quoad asylum delinquentium, competit jure ecclesiastico et civili omnibus Ecclesiis quamvis interdicto subjectis, sive pollutis, etiam dirutis (nisi omnino Præsulis auctoritate fuerint profanatæ), earumque capellis, sacristiis, cœmeteriis, etiam ab Ecclesia separatis, muris,campanilibus, tectis, atriis, atriorum gradibus,cum quadraginta passibus ultra pro Ecclesiis cathedralibus, et triginta pro aliis Ecclesiis (sed hoc intelligendum de illis, quæ sint positæ extra mœnia urbis, vel loci), dummodo non intercedat via publica, aut aliqua sæcularium domus : aliud vero est si domus sit alicujus clerici. *Vide Salm. tr.* 18, *c.* 3. *p.* 3. § 1. *n.* 86. Gaudent eadem immunitate hospitalia , in quibus extat aliqua capella publica, oratoria ab Episcopis erecta, palatium episcopale, domus Regularium cum suis dormitoriis, claustris, hortis, et porticibus ante ecclesias, vel monasteria. *Vide Salmant. ibid. n.* 87 *et* 88.

26. — Omnes vero delinquentes, dummodo sint Christiani, licet hæretici, aut interdicti,aut in carcere inclusi, qui ruptis carceribus ad prædicta sacra loca confugerint, hac gaudent immunitate. Et in hoc reprobatur quælibet consuetudo in contrarium : *c. Noverint, de sent. excomm. et Authent. de Sacros. Eccles. Salm. ib.* § 2. *n.* 89. Excipiuntur tamen in bulla *Gregorii XIV* latrones publici, depopulatores agrorum, qui committunt homicidium per proditorium, vel per assassinium (sed *Bened. XIV.* excepit omnia homicidia pro tota Ecclesia,) vel in ipsa Ecclesia, vel cœmeterio, insuper hæretici et rebelles contra eamdem personam principis. *Vide Salm.ibid.* § 3. *num.* 96. *et seqq.cum Suar. Castrop. Pelliz. Guttier. etc.* Et in casibus clare exceptis potest judex sæcularis ex se extrahere ab Ecclesia delinquentes juxta communem praxim. In dubio autem judicium exceptionis spectat ad Episcopum; ita *Salm. et alii. Vide Salm. ibid. n.* 95. Præter delinquentes excep-

tos, omnes alii gaudent immunitate, quemadmodum gaudent debitores ad Ecclesiam confugientes. *Salm. l. c. n.* 95.

27. — Quæstio est, utrum clerici et Religiosi gaudeant eadem immunitate respectu suorum Præsulum. Affirmant multi, ut *Barb. Bordon. Guttierez*, quibus suffragatur quædam declaratio Sacræ Congreg. atque hæc sententia est probabilissima, ut aiunt *Salm.* Nihilominus ipsi cum sententia communissima *Suarez, Castrop. Laym. Bon. Sylv.*, aliorumque, negant tam vigore bullæ *Gregorii XIV*, quæ respectu præfatæ immunitatis loquitur tantummodo de laicis, *Ut laicis ad Ecclesiam confugientibus*, etc. quam vigore communis, et jam receptæ consuetudinis; alias enim Religiosi semper in monasterio commorantes difficulter possent puniri. Sicuti vero possunt superiores ecclesiastici (Episcopi et eorumdem vicarii) extrahere proprios subditos ab Ecclesia, ita quoque, si opus sit, possunt eadem extrahendi licentiam curiæ sæculari concedere. *Salm. tract.* 18. *c.* 3. *p.* 3. § 2. *n.* 92. *et* 93. Episcopus vero nequit extrahere suos clericos ab Ecclesiis Regularium, non ratione immunitatis, sed quia illa sunt loca a sua jurisdictione exempta.

28. — Extrahentes vero, aut illi qui tentaverint extractionem, incurrunt excommunicationem *ipso facto*, a qua nequeunt absolvi nisi a Pontifice. Quidam DD. opinati sunt, ab hujusmodi excommunicatione posse absolvi etiam ab Episcopo; ita *Salmant. ibid.* § 5. *n.* 116. *et* 117. *cum Bon. Castrop. et aliis.* Id tamen negandum cum *Fagnano in cap. Cum pro causa de sentent. excommunic. Farinac. et aliis*; nam *Gregorius XIV.* declaravit, quod violatores immunitatis incurrunt censuras omnes, et pœnas prius impositas a canonibus, conciliis, et aliis Pontificibus iis, qui violant libertatem, his verbis : *Declaramus, eum ipso facto censuras et pœnas ecclesiasticas incurrere quæ contra libertatis, juris, et immunitatis ecclesiasticæ violatores per sacros canones et conciliorum generalium, nostrorumque prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ.* Contra vero habetur ex Extrav. 3. *Inter communes, de pœnitent. et rem. Pauli II.* quod olim adversus violatores ecclesiasticæ libertatis excommunicatio papalis jam inflicta fuerat. Nec obstat dicere, prius Pontifici reservatam esse tantum violationem libertatis, quæ personas respicit, non autem violationem immunitatis, quæ respicit loca; et quod tametsi a *Gregorio* lata fuerit excommunicatio contra violatores immunitatis, minime tamen fuit illa Papæ reservata; reservatio autem excommunicationis nisi exprimatur, facta non censetur. Respondetur enim, quod cum *Gregorius* violationi immunitatis eamdem imposuerit censuram, quæ prius imposita erat violationi libertatis, si reservata erat censura quoad læsionem libertatis, est etiam reservata quoad læsionem immunitatis Tanto magis, quod *Clemens VIII.* duobus decretis ab ipso emissis super casus Papæ, et Episcopis reservatos, in primo decreto prohibuit omnibus confessariis absolvere a quocumque casu reservato Pontifici; in altero autem inter casus papales, quos ibi enumerat, docet adesse violationem immunitatis juxta bullam *Gregorii XIV*; cæterum satis erat, quod læsio immunitatis vocaretur casus papalis, ut ab Episcopis nequiret absolvi. Hoc tandem *Fagnanus n.* 36. refert sic decisum fuisse a Sacr. Congreg. Concilii. Deinceps advertendum hic est, quod Religiosi qui expellerent a suis Ecclesiis aut monasteriis aliquem delinquentem ad evitandum aliquod incommodum seu periculum, hi non violant immunitatem, et rite id facere possunt. *Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 3. § 5. *n.* 118.

CAPUT III.

DE PRIVILEGIIS EPISCOPORUM

29 De facultate *Cap. Liceat.* Utrum valeat Episcopus dispensare in irregularitate *ex delicto*, et *ex defectu* dubia.
30 Quibus in locis non est receptum Tridentinum, etc.
31 Qui veniat nomine Episcopi.
32 De peregrinis. Et utrum Episcopus absolvere possit a casibus papalibus extra confessionem.
33 Quomodo delictum intelligatur occultum.
34 Utrum Episcopus valeat hanc facultatem delegare.
35 Utrum a casibus ab aliis Episcopis reservatis etc.
36 Si a casibus post concilium, etc.
37 Utrum Episcopus possit absolvere confessarium absolventem complicem in peccato turpi.
38 Utrum Episcopi a casibus bullæ Cœnæ etc.
39 Utrum valeant dispensare in irregularitate, quæ per hæresim incurritur.
40 Utrum valeant absolvere *impeditos.*
41 Et utrum per alios.
42 Qui dicantur *impediti.*
43 De perpetuo *impeditis.*
44 Utrum hi teneantur per epistolam, etc.
45 Utrum teneantur saltem recursum habere ad Episcopum? Quid, si recurrere nequeant, etc. Quid, si sint in mortis articulo ?
46 47 et 48 De sex casibus episcopalibus, et præsertim de absolutione censuræ propter percussionem clerici.
49 De dispensatione cum illegitimis.
50 Cum bigamis.
51 Circa irregularitates ob delictum occultum; et quid si homicidium sit omnino occultum.

29. — I. Episcopi vigore Tridentini sess. 24. cap. 5. *Liceat*, sequentes habent facultates : *Liceat Episcopus in irregularitatibus omnibus et suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reservatis, delinquentes.. sibi subditos, in diœcesi sua per seipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro, conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. Idem et in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum non eorum Vicariis sit permissum.* Quare Episcopi vigore dicti cap. *Liceat* dispensare possunt in omnibus irregularitatibus et suspensionibus papalibus incursis ob delictum occultum, excepto homicidio voluntario, aliisque deductis ad forum contentiosum. Diximus ob delictum occultum ; unde bene aiunt *Bonac. Castrop. Salm. etc.* quod non potest Episcopus vigore prædictæ facultatis dispensare in aliqua irregularitate occulta ex defectu ; *vide lib.* 7. *n.* 469. nisi esset dubia, ut probabiliter tenent *Fagnanus, et Tournely cum Gibert aliisque* deducentes ex *c. Nuper, de sentent. excom.* Sed insuper absolvere possunt proprios subditos vel per se, vel per alium sacerdotem ad id specialiter deputatum, a casibus papalibus occultis ; quinimo juxta concilium poterant antea etiam ab hæresi absolvere (per se, non per alios) ; sed vide dicenda *n.* 38.

30. — Quoad hanc concilii facultatem plura notatu digna consideranda sunt. Notandum 1. quod in iis locis, in quibus Tridentinum non est receptum, nequeunt Episcopi uti præfata facultate cap. *Liceat*, ut notant communiter DD. *Suar. de censur. d.* 14. *n.* 6. *Sanch. Dec. l.* 2. c. 11. *n.* 2. *Salm. de pœnit. c.* 13. *p.* 3. *num.* 30. *Castr. t.* 1. *tit.* 4. *d.* 4. *p.* 3. § 2. *n.* 2. *cum Barb. et Garc.* et merito : facultas enim concilii non recipitur ab Episcopis, nisi per acceptationem illius : et valde incongruum esset, ut is concilii gauderet privilegiis, qui onera subire recusaret.

31. — Notandum 2. sub nomine Episcoporum communi sententia venire etiam vicarios capitulares, Sede vacante; non vero vicarios Episcoporum ex generali eorum commissione vicariatus; nam vicarius bene potest, quod potest Episcopus potestate ordinaria propria (ut dicetur *n.* 37.) non vero id, quod potest Episcopus potestate delegata, quamvis ordinaria, utpote annexa officio, ut dicetur *n.* 34. et 47. Præterquam quod hac in facultate requirit concilium expresse delegationem specialem. *Vide Sanch. de matrim. l.* 2. *d.* 40. *n.* 47. Utrum veniant Abbates, et alii qui jurisdictionem episcopalem habent? Negant *Coninchius, Barb., et alii cum P. Suar.* qui affert etiam quamdam declarationem S. C. Affirmant vero communius *Fagnanus, Sanchez, Castrop. Sarus, Avila, Salm. La Croix, etc.* dicentes, quod, quando concessio facta est in jure, habet rationem legis, quæ extenditur ad omnes casus, in quibus currit eadem ratio : alias, aiunt, talium Prælatorum subditi ad quem recurrerent, non haberent. *Vide l.* 6 (v). *d.* 593. *vers. Eamdem, et l.* 7. *n.* 79.

32. — Notandum 3. nomine subditorum venire etiam peregrinos, qui ab Episcopo loci absolvi possunt ab omnibus casibus papalibus occultis, ut docent *Suar. Sanch. Bonacina, Navarrus, Barbosa, Trullenchius, Bossius, aliisque*; quia, etsi Tridentinum concedat Episcopis, ut absolvant tantummodo delinquentes sibi subditos, nihilominus aiunt præfati AA. quod exteri, subjiciendo se foro sacramentali, jam fiunt illorum subditi; et *P. Suarez* affert etiam quamdam declarationem S. C. in qua dicitur, peregrinum posse quidam absolvi a præfatis casibus occultis ab Episcopo loci, non vero a suo proprio, quia absolutio sacramentalis, de qua loquitur concilium, requirit præsentiam. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 593. Et ideo in eadem declaratione dictum fuit, quod Episcopi extra sacramentum nequeant a casibus jam dictis absolvere, contra id,

quod asserunt *Salmantic. cum Bonacina*, aliisque, imo *Fagnanus* tradit, in *cap. Dilectus, de temp. ordin. n.* 16. hoc idem declaratum etiam fuisse a *Gregorio XIII.* Hoc currit quoad absolutionem a casibus, sed quoad dispensationem ab irregularitatibus, et suspensionibus propter delictum occultum, idem *Gregorius XIII.* declaravit, non posse illam concedi ab Episcopis loci, nec etiam iis, qui ibidem officium prætoris, vel medici exercendo commorarentur, ut refert *Fagnanus l. c.* Utrum vero proprius Episcopus valeat dispensare in irregularitate cum subdito absenti in aliena diœcesi, negant *Avila* aliique; sed communius et probabilius affirmant *Bonacina, Tournely, Suarez, Barbosa, Sanchez, Salm. etc.*, quia dispensatio potest etiam absentibus dari, et jurisdictio voluntaria potest etiam extra proprium territorium exerceri. Neque obstant verba illa *in diœcesi sua*, præfati *c. Liceat*, quoniam aiunt *Salm.* et *Tourn.* illa sufficienter verificari, quando Episcopus dispensat a sua diœcesi. Immo valde probabiliter dicunt *Suar Sanch. La Croix, et Holzman cum Castrop. et Pignatello*, præfata verba non referri ad primam partem dispensationis irregularitatis, sed tantummodo ad secundam (in qua sunt posita) de absolutione casuum : unde concludunt posse Episcopum dispensare, etiamsi ipse et subditus maneant extra propriam diœcesim. *Vide l. 7. n.* 81.

33. — Notandum 4. nomine *delicti occulti* non intelligendum illud, quod potest in judicio probari per duos testes, ut quidam volunt, ratione cujusdam declarationis S. C. apud *Fagnanum*, in qua dicitur quod tutus sit in conscientia, qui tali casi absolutus, vel dispensatus sit; sed, ut vult communior sententia, nomine *delicti occulti* intelligendum quodcumque delictum, quod aliquo modo possit celari; etiamsi in judicio probari possit. Unde dicunt *Azorius, Sanch. Tournely, Bonac. Castropal. Salmanticenses, aliique*, tunc delictum non censeri occultum, quando innotuit majori parti oppidi, vel viciniæ, vel collegii, dummodo ibi decem saltem commorentur personæ. *Vide lib.* 6. *n.* 593. *v. Hic. autem.* Et Card. *Lambertinus Notif.* 87. *n.* 45. *in fin. cum Tiburtio Navarro, Sayro, etc.* (loquendo de impedimentis occultis matrimonii, ubi currit eadem regula) asserit, haberi pro occulto impedimentum illud, quod innotuit septem vel octo in aliqua civitate, et sex in aliquo oppido. Et idem *Fagnanus in cap. Vestra, de cohab. cler. etc. n.* 118, testatur, S. Pœnitentiariam habere pro impedimento occulto illud, quod quatuor, aut quinque tantum personis sit notum. Imo mihi constat, S. Pœnitentiariam dispensasse in quodam impedimento quod decem circiter personis innotuerat. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 1111. Præterquam quod idem *Fagnanus* affirmat, tunc delictum vel impedimentum non censeri occultum, quamvis duobus testibus notum, quando in concessione absolvendi, aut dispensandi extat clausula, *dummodo sit omnino occultum.*

34. — Dubitatur hic 1. Utrum Episcopus possit generaliter delegare aliis sacerdotibus hanc Tridentini facultatem? Quoad dispensationem irregularitatum, sufficit (ut dicunt *Suarez, Barbosa, Sanchez, aliique*) quod Episcopus simpliciter aliis suam facultatem committat, sine ulla speciali deputatione, quoniam præfata dispensandi facultas vigore concilii competit hodie Episcopis de potestate ordinaria, cum ea annexa sit officio Episcopi, non vero industriæ personæ. Quantum autem ad absolutionem a casibus, quidam affirmant requiri specialem deputationem pro quocumque casu particulari, attentis verbis Tridentini, *per se, aut vicarium ad id specialiter deputandum.* Verum hoc non obstante, communissima sententia est et probabilior cum *Suarez, Sanchez, Barbosa, Navarro, Layman, La Croix, Salmenticensibus, etc.* posse Episcopum etiam generaliter delegare alicui sacerdoti hanc facultatem cap. *Liceat*, dummodo expresse illam specificet, quoniam specificando jam habetur pro facta specialis deputatio, quæ recte quidem poterit inde generalis esse pro cunctis casibus occurrentibus; nam, ut diximus, hæc facultas hodie competit Episcopis *de jure ordinario*, utpote annexa dignitati episcopali. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 594. *Dub.* 9.

35. — Dubitatur. 2. Utrum Episcopus absolvere possit, aut delegare, vigore cap. *Liceat*, facultatem absolvendi etiam a casibus reservatis cum censuris ab aliis Episcopis, quando sunt occulti? *Bonacina*, et alii affirmant ob particulam *etiam*, quæ in eodem capite legitur : *In quibuscumque casibus occultis etiam Sedi apostolicæ reservatis.* Unde aiunt, ne particula *etiam* inutiliter videatur apposita, intelligendam esse concessam Episcopis facultatem absolvendi etiam a censuris occultis ab aliis Episcopis sibi reservatis;

ita *Bonac. de censur.* Ibique addit, hoc videri receptum consuetudine, quæ conferre solet jurisdictionem. Item addit, hoc intelligendum, *modo illa censura lata sit per statutum, vel per sententiam generalem*; nam si lata sit per sententiam particularem, existimat, absolutionem impendendam esse a prælato, qui eam tulit, vel ejus superiore, vel successore. Ratio, quia eo casu, cum censura lata sit per sententiam particularem, crimen non est amplius occultum, sed publicum; citatque *Suar. t.* 5. *disp.* 7. *sect.* 2. *n.* 27. *Avila, Coninch. et alios.* Idem tenent *Barbosa* Collect. DD. in concil. Trident. *sess.* 24. *de Reform.* c. 6. verb. *Quoscumque sibi subditos*, intra quos numerat etiam advenas et peregrinos, et etiam vagabundos, quia isti subduntur Episcopo loci ratione fori sacramenti Pœnitentiæ, citatque *Suar. Sanchez. Navar. Bossium, Trullench. etc.* Idem tradit *Barbosa* cum aliis *de Potest. Episc. alleg.* 39. *n.* 27. Idque ibi referunt decisum *Nicol. Garc. de benef. p.* 11. *c.* 10. *n.* 139. *in* 3. *Decl. Armentar. lib.* 7. *de irregul. n.* 18. *et Steph. Dalvin. de Potest. Episc. cap.* 26. *in fin.* Id tamen videtur intelligendum juxta limitationem *Clementis X.* qui in bulla *Superna*, edita 21 Jun. 1670. ait, *posse Regularem confessarium in diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia diœcesi a peccatis in ipsa tantum reservatis absolvere; nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse.* Quomodo autem intelligi debeat illud, *in fraudem*, vide dicta *lib.* 6 (v). *de Pœnit. n.* 589. *vers. Quomodo, etc.* ubi probabilius censemus cum *Roncaglia* et aliis, illud *in fraudem* intelligendum esse, cum quis alienam petit diœcesim ob principalem finem obtinendi absolutionem, vitandique judicium proprii pastoris. E contra Auctor Theologiæ moralis in usum Seminarii Petrocorensis relatus a *Bened. XIV. in Opere de Synodo Diœces. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 8. scribit : *Receptissima consuetudo est, ut viatores, mercatores, aliique, qui propter negotiorum necessitatem, vel ob pium alium finem, in alienas diœceses transeunt, ibi possint sacramentaliter absolvi.*

36. — Dubitatur 3. Utrum facultas Tridentini intelligatur concessa Episcopis pro casibus, et irregularitatibus post concilium reservatis? *Garcias, Floronus* apud *Dianam* negant, et inferunt ex quadam declaratione *Gregorii XIII.* in qua, cum dubitatum fuisset, utrum Episcopus posset absolvere monialem frangentem clausuram, ab excommunicatione (quando est occulta) a *S. Pio V* reservata, Pontifex declaravit, non posse. Attamen sententia communissima cum *Sanchez, Bonacina, Suarez, Bossio, Diana, Vega, aliisque* jure affirmat; in cap. enim, *Liceat*, conceditur facultas indefinite, et secundum axioma generale : *ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.* Neque obstat laudata declaratio, quia in bulla *S. Pii* extabat clausula, *a qua, præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeat.* Unde prorsus non dubitamus cum *Diana*, quod per illas bullas, in quibus extat aliqua clausula derogatoria, ut est illa *nisi in mortis articulo*, intelligitur ablata Episcopis facultas. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 594.

37. — Dubitatur 4. Utrum Episcopus vigore cap. *Liceat* possit absolvere ab excommunicatione papali, quam per bullam SS. *P. Benedicti XIV, Sacramentum*, incurrunt confessarii absolventes suos complices in peccato turpi? Ex parte una videtur, non posse, quia, cum casus iste per se sit occultus, si Episcopi possent ab illo absolvere, evaderet inutilis Pontificis reservatio; et jam diximus *n.* 16., quod intelligitur tacite revocatum omne privilegium, quando aliter lex emanata post privilegii concessionem non posset suum effectum sortiri. Ex alia parte posset quis respondere, quod, salva Episcopis jam dicta facultate, memorata reservatio non remaneret prorsus inutilis, tum quia evenire potest, quod casus aliquando publicus fiat; tum quia reservatio ista saltem Romæ suum semper sortietur effectum, et in omnibus aliis locis, in quibus Tridentinum non est receptum, et in quibus (ut diximus *n.* 30.) nequeunt Episcopi hoc privilegio gaudere.

38. — Dubitatur 5. Utrum Episcopis vigore bullæ Cœnæ ablata fuerit præfata Tridentini facultas respectu hæresis occultæ, et respectu aliorum casuum per ipsam reservatorum? Negant *Navarrus, Coninc., aliique*, a quibus non dissentiunt *Milante, Concina, et Salmanticenses*, dicentes, quod in bulla non fuerit expresse revocata concessio Tridentini quemadmodum oportebat ex *c. Nonnulli. de rescrip.* Sed nos cum sententia communiori affirmamus et ob plures S. C. declarationes, tam vigore clausulæ derogatoriæ *Nisi in mortis articulo*, quæ in

bulla jam legitur, ut diximus anteced. *n*. 36. quam vigore alterius clausulæ, qua prohibetur ab illis absolvere, *prætextu quorumvis indultorum per nos, ac cujusvis Concilii decreta concessorum*. Hac de re plures a *Fagnano*, *et* Cardinali *Lambertino*, *De Synodo l.* 9. *c.* 4. *n.* 9. afferuntur declarationes etiam *S. Pii V.* et *Gregorii XIII*. Insuper ab *Alexandro VII*. damnata fuit propositio 3. quæ dicebat, quod prior sententia a S. C. fuerat *visa et tolerata*. Quæ damnatio, ut recte dicunt *Viva*, *Holzman*, *Elbel*, prælaudatus Cardinalis *Lambertinus*, *De Synodo l.* 9. *c.* 4. *n.* 10, certe reddidit improbabilem contrariam sententiam; nam cum Pontifex declaraverit, nunquam illam fuisse toleratam, implicite quoque declaravit, non esse tolerandam : unde *Lambertinus* concludit, quod non sine temeritatis nota quis ea hodie uti possit.

39. — Advertendum tamen hic est, quod licet Episcopus in foro interno nequeat ab hæresi occulta absolvere, potest nihilominus tanquam delegatus apostolicus dispensare in irregularitate incursa ob dictam hæresim occultam, ut dicunt *Salmanticenses*, *et Felix Potesta*. *Vide lib.* 7. *n.* 76. Insuper potest Episcopus ut delegatus apostolicus absolvere hæreticum, etiam notorium, quoad forum externum, facta prius abjuratione coram notario et testibus : et postquam absolutus fuerit ab Episcopo delinquens, tunc poterit ipse absolvi a peccato hæresis a quolibet confessario; ita affirmant communiter DD. *Roncag. tract.* 4. *q.* 1. *cap.* 6. *cum Farinac. ac Castrop. de Fide tr.* 4. *d.* 4. *p.* 3. §. 2. *n.* 1. *et* 2., *cum Sanch. Navarr. Ban. Guttier. Comit. Vivald. etc.* ex bulla, *Cum sicut Clem. VII*. edita an. 1530.

40. — Dubitatur 6. Utrum Episcopus absolvere possit ab hæresi, et ab aliis casibus bullæ Cœnæ, impeditos ire Romam? Alii absolute negant. Alii negant tantum in hæresi. Sed nos affirmamus communiter posse, cum communi sententia Theologorum et Canonistarum, quam tenent *Lugo*, *Layman*, *Conc. Roncag. Castrop. Milante*, *Salm.*, *Coninchius*, *Avila*, *Potesta*, *Viva*, *Fellizzarius*, *etc.*, quia stante impedimento, restituitur Episcopis potestas ordinaria, quam prius habebant super dictis casibus vigore *cc.* 13, 29 *et* 58, de sententia excom., ubi quamvis sermo habeatur tantum de censura ex percussione clerici, tamen communiter DD. extendunt ad omnes alias censuras, et specialiter ex *c. Eos qui* 22, *eodem tit.*, ubi generaliter sermo habetur de omni censura *Canonis*, vel *Hominis*, et dicitur, cum ad illum, a quo fuerant absolvendi, nequeunt, propter impedimentum, habere recursum, ab alio absolvantur. *Vide. lib.* 7 *n.* 84.

41. — Et notandum hic. 1. quod in casu impedimenti Episcopus non solum absolvere potest ab hæresi per se ipsum, sed etiam per alios generaliter delegatos. Nec obstat Tridentinum, in quo dicitur, *eis tantum*, *non vicariis sit permissum*, quia tunc Episcopus non absolvit virtute Concilii, sed juris communis, juxta quod ex potestate ordinaria conceditur Episcopis absolvere, et delegare, ut in aliis casibus. *Vide l.* 7. *n.* 90.

42. — Notetur 2. quod respectu eorum, qui sunt impediti, veniunt senes, mulieres, infirmi, pauperes, et illi, qui aliquam habent inimicitiam, et omnes alii, *qui habent alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusentur*, ut habetur ex *cap. De certo*, *de sententia excomm.*, et ex *c. Ea noscitur*, et *c. Quamvis*, *eodem tit.* In hoc autem advertatur, quod, si impedimentum sit temporale, et notabile (durans exempli causa sex, vel septem mensibus), tunc impediti possunt bene absolvi, sed ipsi, exceptis mulieribus, et pueris, debent juramentum præstare se præsentandi, cessante impedimento, Sedi apostolicæ, saltem per procuratorem, ut ab illa directe absolvantur; et non se præsentantes reincident in eamdem censuram, ut habetur ex *cap. Eos qui*, *de sent. excomm. in* 6. Et hoc currit, etiamsi emendati sint, et partibus offensis satisfecerint. *Vide lib.* 7. *n.* 85. *ad* 87.

43. — Si vero impedimentum sit perpetuum (id est duraturum sit per decem annos, vel saltem quinque, ut dicunt *Roncaglia*, *Viva et Tamb.*) absoluti remanent penitus liberi ab obligatione se præsentandi. Sed generaliter loquendo impediti in perpetuum dicuntur 1. Filiifamilias, 2. Religiosi, etiamsi incurrerint censuram ante ingressum, 3. senes septuagenarii, 4. servi, 5. pauperes, 6. damnati in vita ad triremes, vel carceres, 7 infirmi morbo gravi, et diuturno, ut quartana, et simili, 8. qui alere tenentur, vel ministrare bona familiæ, 9. omnes mulieres, etiamsi non moniales (excepta excommunicatione, quæ incurritur a monialibus ob fractionem clausuræ, quamvis occultam, quæ semper reservatur Papæ

ex declaratione *Gregorii XIII.* ut diximus *n.* 36.), 10 impuberes etiamsi peterent absolutionem post pubertatem, 11. qui convivunt in loco aliquo unde egredi nequeunt, ut milites, seminaristæ. Et tandem cæteri omnes qui nequeunt Romam ire sine gravi damno vel spirituali, vel temporali. *Vide lib.* 7. *n.* 87. *et* 88.

44. — Notandum 3. quod taliter impediti secundum probabiliorem, communemque sententiam *Castropal. Avila, Coninchii, Milantis, Roncagliæ, Salmanticensium, Vivæ, Sporer, Dicastilli, aliorumque* (contra *Bonac. et Potesta*) non tenentur recurrere Romam per procuratorem, aut per epistolam, quia stante impedimento (ut diximus *n.* 40.), restituitur Episcopis potestas ordinaria absolvendi, quæ ipsis per pontificiam reservationem fuerat ablata. Eo magis, quia lex ad aliud non obligat, nisi ad recursum personalem; unde qui personaliter Romam ire impeditur, solvitur omni alia obligatione. *Vide l.* 7. *n.* 89.

45. — Notandum 4. quod, quando pœnitens nequit se Pontifici præsentare, tenetur necessario ad Episcopum habere recursum, ut absolvatur a censura papali, ut habetur ex c. *De cætero* 1. *et cap. Ea, noscitur, de sent. excomm.* Quando vero nec etiam se potest Episcopo præsentare (etiam extra mortis periculum) est valde probabile cum *Soto, Navarro, Suarez, Castropalao Layman, Roncag. Salmanticensibus, La Croix, etc.* quod absolvi possit a quocumque simplici confessario (cum obligatione tamen se præsentandi Episcopo, cessante impedimento) ut deducitur ex textu in *cap. Nuper, eod. tit. Vide lib.* 7. *n.* 92. Et tunc dicimus, quod pœnitens probabiliter, per se loquendo, ut dicunt *Castropal. Gerson. Sotus, S. Antoninus, Lugo, Salas, etc.*, non tenetur confiteri peccata reservata, nisi quando in illis est recidivus, aut ratione illorum extet in occasione proxima, adeo ut necesse sit illa manifestare, ut confessarius recte judicare valeat de ejus dispositione. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 265. *v. Qu. II.* Et quando pœnitens est in mortis articulo, probabiliter etiam præsente Episcopo absolvi potest a casibus papalibus a quocumque confessario; in morte enim (ut diximus) cessat quæcumque reservatio. Dicimus a *casibus papalibus*, sed non a casibus reservati cum censura ab eodem Episcopo; quoniam confessarius etiam moribundo injungere debet, quod se præsentet suo superiori, casu quo convalescat, ut accipiat ab eodem tam convenientem admonitionem, quam pœnitentiam ob censuras reservatas, quamvis absolutas, juxta communem sententiam: unde quomodo potest inde absolvere superiore præsente, *vide lib.* 7. *n.* 92. Sed transeamus ad reliqua privilegia, et facultates, quibus gaudent Episcopi.

46. — II. Extant in jure quædam excommunicationes, quarum absolutio tantummodo Episcopis est reservata; et sunt 1. Contra percutientes clericum, vel monachum, vel aliam personam habentem privilegium canonis. 2. Contra procurantes abortum fœtus animati. 3. Contra eos, qui absolvuntur in mortis articulo a censura Episcopis reservata, et postea, recuperata sanitate, non curant se eidem præsentare. 4. Contra Fratres Minores admittentes in suis Ecclesiis ad divina officia Fratres tertii Ordinis. 5. Contra communicantes in eodem delicto cum excommunicatis ab Episcopo. 6. Reservantur tandem omnes excommunicationes, quas Episcopus sibi reservat. *Vide lib.* 7 *n.* 213. Annotanda autem hic sunt quædam specialia circa absolutionem excommunicationis ob percussionem clerici. Ante omnia distinguenda est percussio levis a gravi (seu mediocri) et ab enormi. Ad incurrendam excommunicationem semper requiritur peccatum mortale: percussio levis, habemus *ex Extravag. Perlectis*, quam per extensum refert *Navarrus, Manual. c.* 27. *n.* 91, est, quando intercedit simplex percussio, quæ fit manu, pede, baculo et his similibus. Gravis, quando eruitur dens, quantitas notabilis capillorum, aut quando intervenit aliqua percussio relinquens maculam, aut contusionem in carne, aut quando adest effusio sanguinis, pugnis vel ungulis causata. *Enormis* vero est, quando mutilatur aliquod membrum, aut fit aliquod magnum vulnus; aut vulnus fit instrumento aliquo, aut adest magna effusio sanguinis, aut quando irrogatur magna quædam injuria; unde sæpe vulnus ex levi potest evadere grave, aut enorme, ratione aut dignitatis personæ offensæ, aut scandali, ut si religiosus clericum percuteret: aut ratione loci sacri, aut publici: aut ratione temporis, ut si e. c. dum fiunt sacræ aliquæ functiones; aut tandem si injuria ipsa per se sit enormis. *Vide lib.* 7. *n.* 277 *et* 279.

47. — His positis, habetur ex *Extravag.* Perlectis supra cit. quod si excommunicatio incurritur ob percussionem levem, potest absolvi ab Episcopo, immo etiam a suo vicario : hæc enim facultas competit Episcopo de jure ordinario, ut dicunt *Sanchez*, *Bonacina*, *Molina*, *aliique*, juxta regulam generalem (ut diximus *n.* 31.) quidquid potest Episcopus ex jurisdictione ordinaria, non vero delegata, idem potest vicarius, qui cum Episcopo constituit unum idemque tribunal, ut probant *Fagnanus*, *Sanchez*, *aliique*. *Vide l.* 7. *n.* 224. Eadem excommunicatio probabiliter absolvi potest etiam ab iis, qui habent jurisdictionem quasi episcopalem, quique veniunt sub nomine Episcopi, ut diximus *n.* 31. Quod si percussio fuerit *publica*, excommunicatio tantum a Pontifice, aut ab ejus legato potest absolvi (potest etiam haberi recursus ad S. Pœnitentiariam, sed non ab Episcopo) excipe si fuerit occulta; aut si percutientes essent impuberes, aut mulieres, ut ex *c. Pueri*, *et cap. Mulieres*, *de sentent. excomm.*, aut si impedirentur Romam ire, juxta ea, quæ diximus *n.* 40. Collegialiter conviventes possunt absolvi ab Episcopo, si percussio fuerit gravis, non vero si fuerit enormis, ut ex *cap. Quoniam*, *de vita*, *et hon. cleric. Vide lib.* 7. *n.* 279.

48. — Notandum hic 1. quod in dubio, utrum percussio fuerit levis, an gravis, judicatur gravis, ut habemus ex memorata *Extravag. Perlectis,* in qua dicitur: *Potius in dubio esse percussionem gravem, et ab ea non posse absolvere.* Notandum 2. quod juxta sententiam communiorem et probabiliorem, si aliquis det venenum clerico, tunc incurrit censuram, quando venenum cœpit nocere, quia tunc adest jam violentia; e contra, priusquam noceat, non adest violentia effectiva, sed solum actio apta ad causandam violentiam : ita *Bon. Viva*, *Diana*, *etc. l.* 7. *n.* 280.

49. — III. Quoad irregularitates non occultas, Episcopus ex *c.* 1. *et c.* 2. *de filiis presbyteror.* potest dispensare cum illegitimis tantum ad recipiendos ordines minores, et beneficia simplicia, et canonicatus in collegiatis, ut etiam portiones non integras in Ecclesiis cathedralibus, aut alia beneficia, quibus sacer ordo non est annexus; sed non ad beneficia curata; ut ex *cap. Is qui*, *eod. tit.* In hoc conveniunt omnes. Dubitatur autem 1. Utrum Episcopus possit dispensare ad canonicatum in Ecclesiis cathedralibus? Et quidem cum probabiliori sententia, et communiori *Bossii*, *Castropal. Barbosæ*, *Concinæ*, *Salmanticensium*, *etc.* (contra *Pontas*, *et Tournely*, *cum Gibert*) dicimus, non posse ; quamvis enim canonicatus in se sit simplex beneficium, tamen vigore Tridentini sess. 24. c. 12. est annexus ordini sacro; unde hodie de sua natura ordinem sacrum requirit. *Vide lib.* 7 *n.* 428. *et* 429. Dubitatur 2. Utrum Episcopus possit generaliter dispensare in hujusmodi irregularitatibus cum illegitimis occultis? Admittunt *Diana*, *Avila*, *Barb. etc.* dicentes, Tridentinum jam permittere Episcopis, ut possint dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus. Sed nos negamus cum *Suarez*, *Layman*, *Bonacina* , *Castropal. Tournely* , *aliisque* : quin et ipse *Diana* quoad hoc se retractavit, ex eo, quia hujusmodi irregularitas non oritur ex delicto, sed ex defectu; et etiamsi oriretur ex delicto, cap. *Liceat* intelligitur de delicto proprio, non alieno. *Vide lib.* 7. *n.* 430. Dubitatur 3. Utrum Episcopus valeat dispensare cum illegitimo occulto, saltem ad ministrandum in ordinibus majoribus jam susceptis. Affirmant *Layman*, *Castropal. et Diana*, non solum si ille susceperit ordines bona fide, sed etiam mala fide ; et inferunt ex *cap. Nisi Personæ de renunc.*, ubi dicitur, posse Episcopum dispensare cum illegitimo occulto, qui culpabiliter est ordinatus. Verum omnino negandum est cum *Suarez, Fill. Salm. etc.* ex rationibus supra allatis, quod Episcopus nequeat dispensare circa ordines majores. Neque obstat citatus textus, quia illud posse dispensare intelligitur omnino de Papa; ibi enim sermo est de quodam Episcopo hoc modo perperam ordinato. *Ibid. n.* 431.

50. — Asserunt *Navarrus*, *Sanchez*, *Concina*, *aliique cum D. Thoma,* posse Episcopum dispensare etiam cum bigamo ad suscipiendos ordines majores, et beneficia simplicia. Sed nos negamus cum *Suarez*, *Laym. Castrop. Tournely*, *Barbosa*, *Bonacina, etc.* vigore cujusdam declarationis *Sixti V* in qua Pontifex declaravit suspensum quemdam Episcopum, ex eo, quia contulerat beneficium cuidam bigamo, addiditque, ordinatum incurrisse pœnas, utpote perperam promotum, apud *Fagnan. in c. Quoniam de const. num.* 32. Si vero bigamia sit similitudinaria, quamvis ea sit publica, com-

munissima est sententia cum *Toleto, Suarez, Castropal. Sanchez, Salmantic. Tournely, aliisque compluribus*, posse Episcopum dispensare etiam quoad susceptionem majorum ordinum; et probatur ex *cap.* 4. *de cler. conjugat. et c.* 1. *Qui cler. vel mon.* Excipiendum vero communiter, si clericus habuerit in uxorem viduam aliquam, aut aliam non virginem, aut si habuerit aliam uxorem ante ordinationem. *Vide lib.* 7. *n.* 452.

51. IV. — Ut diximus ab initio, potest Episcopus dispensare in irregularitatibus incursis ob delictum occultum, excepto homicidio voluntario. Circa hoc aiunt quidam doctores, quod, his non obstantibus, si homicidium esset taliter occultum, ut nullo modo in judicio probari posset, tunc posset Episcopus dispensare. Verum hæc sententia jure fuit a *Salmant.* reprobata, a *Roncaglia*, etc., quia ex parte una Episcopi nihil possunt super irregularitatibus, præter id, quod ipsis a Tridentino concessum est in eodem cap. *Liceat*, in quo expresse excipitur homicidium voluntarium occultum. Quod vero *occulti* intelligatur, ut volunt contrarii, id, quod in judicio probari potest, licet non adhuc probatum sit, id gratis omnino asseritur. *Vide lib.* 7. *n.* 392. atque ita declaravit S. C. Concilii die 21. maji 1718. In ea enim, cum propositum esset, utrum Episcopus posset dispensare in quodam homicidio perpetrato a quodam puero, qui ludens cum alio puero, istum parvo gladio vulneraverat, et qui post quadraginta dies ex eodem vulnere mortuus erat; ea scilicet ratione, quia delictum istud per decem et octo annorum spatium fuerat occultum; et quia erat moraliter impossibile ut ad forum deduceretur, S. C. respondit : *Negative. In thesaur. declarat. S. C. p.* 85. Cæterum communis sententia est, posse Episcopum dispensare, quando immineret periculum animæ, aut alia causa gravissima, et difficile esset ad Pontificem habere recursum. *L.* 7. *n.* 391. Insuper communiter asserunt *Suar. Castrop. Bonac. Salm.*, aliique, posse Episcopum dispensare in irregularitate per mutilationem occultam. *L.* 7. *n.* 381. Insuper est sententia communissima cum *Navarro, Layman, Sylvestro, Barbosa, etc.* posse Episcopum dispensare in irregularitate ob homicidium casuale non modo occultum, sed etiam notorium, ad suscipiendos ordines minores, et beneficia simplicia : hoc enim antiquitus jam poterant Episcopi, ut plures DD. testantur; et Tridentinum excepit tantummodo homicidium voluntarium, non casuale, quamvis publicum. *Vide lib.* 7. *n.* 393.

52. — Homicidium vero casuale e. c. est, si aliquis volens simpliciter percutere, ob negligentiam occidat : aut si chirurgus ob negligentiam sit causa mortis, et his similia. Dubitatur inde, utrum reputetur casuale homicidium commissum in rixa? Multi affirmant, ut *Diana et Salmanticenses cum aliis* : sed nos negamus cum sententia communiori *Suarez, Navarri, Concinæ, Tamburini, Sporer, aliorumque cum eodem Diana,* qui se retractat; nam qui in rixa perpetrat homicidium, jam voluntarie occidit. *Vide lib.* 7. *n.* 394. Attamen est valde probabilis, et communissima sententia cum *Suarez, Laym. Nav. Tournely, Bon. et La Croix* (qui eam communem vocat) posse Episcopum dispensare cum eo, qui occidit ob propriam defensionem, sed in defensione aliquantum excedit; nam hujusmodi homicidium nequit dici absolute voluntarium.

53. — V. Quoad inhabilitates injunctas a Pontificibus in pœnam, dubitatur, utrum Episcopus possit dispensare : talis, v. g. est inhabilitas ad recipienda beneficia, imposita a *Sixto V.* in sua bulla *Effrænatum,* procurantibus abortum ; et inhabilitas ad celebrandum a *S. P. Benedicto XIV.* injuncta confessariis sollicitantibus, in sua bulla : *In generali Congregatione.* Alii affirmant, sed negandum juxta dicta *lib.* 1. *n.* 191. ubi diximus omnino tenendum, non posse Episcopos dispensare in legibus pontificiis, nisi specialiter eis facultas a Pontifice fuerit impertita. Negat *Anacletus*, et dubitat *Roncaglia* loquendo de abortu : verum *Elbel, et Sporer* admittunt absolute ob regulam communiter receptam (ut dicunt) a *Scoto, S. Bonaventura, aliisque ;* quod dispensatio ab omnibus pœnis impositis a jure communi, et Pontifici specialiter non reservatis, intelligitur concessa Episcopis, ut colligitur ex *cap. Nuper* 29. *de sent. excomm. Vide lib.* 1. *n.* 191. *in fine, et l.* 6 (v). *n.* 705. *in fin.*

54. — VI. Circa materiam matrimonii Episcopus habet varias dispensandi facultates. Dispensare quoque potest in publicationibus. Insuper dispensare potest in voto castitatis emisso a conjugibus. Videndum nunc superest, utrum

Episcopi habeant aliquam facultatem circa impedimenta dirimentia.

55. — In impedimentis dirimentibus solus Pontifex potest dispensare. Quod si impedimentum esset dubium, communissima est sententia, posse etiam Episcopum dispensare : ita dicunt *Sa, Merbesius, Tourn., Diana, Pichler, etc.* et quamvis *Sanch. in Tractatu de matrimonio, lib.* 8. *d.* 6. *n* 18. id neget, tamen in *Decalogo, lib.* 4. *c.* 40. *n.* 26. videtur se retractasse ; ibi enim ait tamquam ex regula generali : *Cum dispensationis conservatio sit odiosa, est restringenda ad casus certos ; dubii enim non comprehenduntur sub reservatione* ; ut asserit, se probasse antea *lib.* 1. c. 10. *n.* 7 *Vide lib.* 6 (v). *n.* 902. *v. Cæterum.*

56. — E contrario quando impedimentum dirimens esset certum, et matrimonium jam fuisset contractum, est communis sententia posse Episcopum in eo dispensare quoties non facile posset haberi recursus ad Pontificem, et quoties immineret periculum scandali, aut infamiæ, si conjuges separentur, aut incontinentiæ, si non separentur ; ita *Sanch. Castrop. Conc. Merbes. Tourn. Cabassut. Nat. ab Alex. Bonac. Barb. Salm. etc.* contra quosdam paucos. *Vide l.* 6 (v). *n.* 1123. Et idem sentit *Benedict. XIV De Synodo l.* 9. *c.* 2. *n.* 2. *Præsumendum est, summum Pontificem delegare Episcopo potestatem dispensandi quam certe, requisitus, non esset ei denegaturus.* Sed advertunt hic *La Croix, et Felix Potesta,* quod si dispensatio potest commode obtineri a S. Pœnitentiaria, et conjuges essent in bona fide, tunc illa est expectanda, et interim sponsi sunt relinquendi in sua bona fide. Insuper advertendum est cum *Pontio, Castrop. Barb. Escob. Sanchez, Salm. aliisque communiter,* non posse Episcopum, si ambo conjuges mala fide contraxerint ; tunc enim si daretur locus hujusmodi dispensationibus, daretur ansa celebrandi quotidie matrimonia nulla sub spe dispensationis. Præterquam quod Tridentin. *Sess.* 24. *cap.* 5. vult omnino privari quacumque spe dispensationis quicumque sciente contrahit in gradu prohibito. Notandum tamen cum *Sanch. Salmanticens. Bann. Concin. Aversa, etc.* quod ad constituendam in hoc casu malam fidem, oportet, ut contrahens non modo scienter factum commiserit, quod scilicet cum conjuncta contraxerit, sed insuper quod sciverit, extitisse impedimentum, imo, quod de eo veram notitiam habuerit ; Concilium enim inquit : *scienter præsumpserit.* Unde cum ignorantia crassa potest quidem dispensari. Deneganda est insuper dispensatio ei qui contraxit, sed ex malitia publicationes prætermisit, ut habetur ex eodem Concilio *loc. cit. Vide lib.* 6 (v). *n.* 1124.

57. — Si vero matrimonium non adhuc contractum sit, probabilissima quoque adest sententia, et est communis, quod possit tunc Episcopus dispensare in impedimento dirimenti, quando imminet periculum infamiæ, et facilis non est recursus ad Pontificem ; ita *Suarez, Pignatellus, Pontius, Concina, Cabassutius, Castrop. Salm. Bonac. Cardenas, Sylvius, La Croix, Viva, etc. cum Benedicto XIV De Synodo l.* 9. *c.* 2. *n.* 2. contra rigidissimum *Fagnanum,* qui id negat etiam in mortis periculo, et in necessitate legitimandi prolem ; sed alii communiter aiunt tunc præsumi, aut quod Pontifex deleget Episcopo suam dispensandi facultatem, vel quod in casu tantæ necessitatis cesset dispensationis reservatio, et quod tunc Episcopus dispenset ex potestate sua ordinaria. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 1122. et fusius eodem *lib. n.* 613. Imo asserit *Pignatellus* probatque, *tom.* 3. *Consult.* 33. *n.* 6. in tali casu cessare non modo reservationem, sed etiam legem impedimenti, utpote eam quæ jam perniciosa evaserit ; cum certum omnino sit, legem nocivam non obligare, ut docent omnes cum *D. Thom.* Et ex hoc inferunt *Roncaglia,* et Instructor novor. confessarior. quod adveniente casu, quo sponsi jam ad Ecclesiam pervenerint, et unus ex ipsis manifestaret confessario impedimentum occultum jam contractum tamquam peccatum, et sine scandalo, aut infamia matrimonium differri non posset, potest tunc confessarius declarare, eo casu non obligare legem impedimenti, et posse licite contrahi. Verum ad majorem cautelam consulunt, ut obtineatur inde dispensatio a S. Pœnitentiaria. Sed advertendum est hoc currere, quando Episcopus esset absens ; quando etenim fieri potest, necessario ad ipsum est recurrendum, ut dispenset juxta ea quæ diximus *n.* 45. Dicunt autem *Sambovius et Gibert,* quod si contrahentes sint diversarum diœcesium, quisque sponsus debet a proprio Episcopo dispensari. Verum probabiliter id negat *Honoratu. Tournely cum aliis,* quia sublato per Episcopum impedimento sui subditi, jam hoc ipso reddit habilem ad contrahendum

cum alio impedito ; quemadmodum qui habet facultatem dispensandi in aliquo gradu ; eo ipso quod dispensat cum uno ex sponsis, dispensat etiam cum alio. *L.* 6 (v). *n.* 1142.

58. — Quæritur, utrum Episcopus possit aliis delegare hanc facultatem dispensandi in impedimentis dirimentibus in supra narratis casibus ? Quidam pauci negant, sed communiter affirmant *Castrop. Bonac. Barb. Sylvest. Sanch. Pontius, Coninch. Salm. Escobar, etc.* Et potest eam delegare non modo in particulari, sed etiam generaliter pro omnibus casibus occurrentibus, ut aiunt *Sanchez, Castrop. Salm. Bonac. Elbel, Valentia, Vasquez, Salas, Henriq. Coninch. Guttierez, etc.* cum enim hujusmodi potestas non industriæ personali, sed episcopali officio sit annexa, ipsa jam reputatur ordinaria ; et ideo recte potest delegari, ut notavimus *n.* 34. Et tanto magis idem dicendum de omnibus aliis facultatibus, quas habent Episcopi circa publicationes et impedimenta impedientia. Advertendum tamen, quod hanc facultatem dispensandi non habent vicarii Episcoporum sine eorumdem speciali commissione ; diximus enim *n.* 31. quod in generali commissione vicariatus non committitur facultas illa quam habent Episcopi, dispensandi in hujusmodi casibus, ob præsumptam Pontificis voluntatem. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 613. *et fusius. n.* 1125.

59. — VII. Episcopus dispensare potest in interstitiis a Tridentino præscriptis quoad ordinationem clericorum. Et I. quoad ordines minores, Concilium remittit prudentiæ Episcopi hujusmodi dispensationem, dicens : *Minores ordines per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire videtur, conferantur. Sess.* 23. *c.* 11. Quare etiam inter ordines minores (per se loquendo) debet aliquid temporis intercedere, scilicet vel ab una generali ordinatione ad aliam, ut quidam asserunt, vel ab uno die festivo ad alium, ut quidam alii affirmant. Cæterum ut dispensetur in hujusmodi interstitiis, quævis sufficit causa, ut plurimi DD. docent. Inter primam vero tonsuram, et ordines minores probabilius nullum requiritur intervallum, quia probabilius prima tonsura non est ordo II. Quoad subdiaconatum, Concilium requirit annum intervalli a susceptis minoribus ordinibus, sed subdit inde : *nisi necessitas aut utilitas, Ecclesiæ aliud requirat cit. c.* 11. *To Ecclesiæ* intelligendum de Ecclesia cui clericus est adscriptus, ut constat ex *c.* 13. III. A subdiaconatu ad diaconatum etiam annus requiritur ; sed in hoc potest Episcopus ex quacumque rationabili causa dispensare ; inquit enim Concilium : *Nisi aliud Episcopo videretur. Sess.* 23. *c.* 13. IV Tandem a diaconatu ad sacerdotium annus item requiritur, sed magis rigorose. Exigit enim Concilium non modo Ecclesiæ utilitatem, sed etiam necessitatem dicens: *Ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur. Vide lib.* 6 (v). *n.* 795.

60. — VIII. Episcopus potest etiam dispensare ad celebrandum in alio altari, aut Ecclesia non destinata a fundatore, quando adest aliqua justa causa : e. g. si hoc ad ejusdem Ecclesiæ utilitatem redundaret : aut si capellanus morbo detineretur, aut studiis operam daret, vel aliis negotiis ; aut si sine magna molestia ad Ecclesiam destinatam se conferre nequiret, aut ex similibus aliis rationabilibus causis ; ita communiter asserunt *Castrop. Concina, La Croix, Salm. Barbosa, Roncagl. Passerinus, Henriq. Tamburin. Mazzotta aliique* ; tunc enim Episcopus (ut recte potest juxta ea quæ dicemus *n.* 68.) fundatoris voluntatem interpretatur. Merito tamen excipit *La Croix cum Pasqualigo*, si fundator Ecclesiam designasset, et horam, ob commodum speciale familiæ, vel populi, vel ad cultum alicujus Sancti peculiarem. E contra *de Lugo Tourn.* aiunt, quod si fundator nullum circa hoc finem habuerit, aut si finis jam cessaverit, sacerdos alibi celebrans nonnisi venialiter peccat ; imo excusatur ab omni culpa si celebret in altari privilegiato, quia tunc redundat in majus bonum ejusdem fundatoris. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 329.

61. — IX. Potest insuper Episcopus dispensare justis de causis tam secum, quam aliis ad celebrandum post meridiem, ut dicunt *Lugo, Wigandt, Navarrus, Castrop. Laym. Salm. etc. Lib.* 6 (v). *n.* 344. *in fin.*

62. — X. Olim ex *can. Missarum* 11. *de consecr dist.* 1. poterant etiam Episcopi celebrare vel per se, vel per alios sacerdotes in quocumque loco, etiam in privatis domibus. Sed postea a Tridentino *sess.* 22. *in Decr. de celebr. Missar. etc.* vetitum fuit Episcopis cele-

brandi licentiam impertiri in aliis locis, præterquam in oratoriis ab eisdem benedictis, et ad sacros usus destinatis, quæ censentur tamquam publica; unde ibidem potest quotidie celebrari. Hujusmodi oratoria debent habere januam ad viam publicam ; sed hoc non est intelligendum de illis, quæ in regularium domibus sunt erecta, aut alicujus communitatis ; ut essent in seminariis, conversatoriis, hospitalibus, vel in carceribus, quæ non requirunt januam secus viam, et rite potest in iis diebus solemnibus celebrari, quemadmodum S. C. declaravit. Idem dicendum de oratoriis quæ habent Episcopi in suis domibus etiam campestribus extra proprias diœceses. *L*. 6 (v). *n*. 357.

63. — Insuper Episcopi olim ex *c. ult. de privil. in*. 6. cum a suis diœcesibus essent absentes, poterant celebrare per se, vel per alios in quacumque domo extra propriam habitationem. Sed *Clemens XI*. abstulit ipsis hujusmodi facultatem : verum *Innocentius XIII*. iterum illam restituit in sua bulla : *Apostolici ministerii*, sub die 4 maji 1723, in qua dixit, quod prohibitio non erat intelligenda de domibus, in quibus morarentur Episcopi, *Occasione visitationis, vel iteneris ; ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis absentes moram faciunt in aliena domo*. Atque hoc confirmatum fuit per aliam bullam *Benedicti XIII*. Sed cum hoc privilegium sit personale Episcopi, ideo advertit *Tamburinus*, alios sacerdotes absentibus Episcopis non posse in dictis domibus celebrare. *Vide lib*. 6 (v). *n*. 358.

64. — Dubitatur utrum Episcopus possit aliquando dispensare, ut celebretur in oratoriis existentibus in domibus privatis? Negat *P. Mazzotta* ; sed communiter affirmant *Suarez*, *Lugo*, *Castrop*. *Navarrus*, *Vasq*. *Coninchius*, *Salm*. *Holzman*, *Elbel*, *La Croix*, *aliique complures*; dummodo adsit aliqua rationabilis causa, et dummodo licentia non concedatur permanenter *per modum habitus*, sed solum *per modum actus*, id est ob illam accidentalem causam. Dicuntque minime obstare tam decretum Tridentini, quia per illud ablata fuit Episcopis potestas ipsis data (ut diximus *n*. 62.) impertiendi licentiam celebrandi per modum privilegii, et ad suum arbitrium, sed non dispensandi ex aliqua justa causa, quam decretum *Clem*. *XI*. Illud enim est intelligendum juxta decreta *Pauli V Urbani VIII*. quibus prohibentur Episcopi dispensare per modum habitus, præter casum alicujus necessitatis transitoriæ, ut infirmitatis, etc. Istud tamen aliqui admittunt tantum pro quibusdam vicibus intra annum; sed *Pasqualigus*, *et Gallemarte* in Trid. *Sess*. 22. *decre*. *de celebrat*. *miss*. *n*. 6. (neque dissentiunt *Holzman*, *et Elbel*) dicunt indefinite posse concedi quousque illa accidentalis causa perduret ; et merito, nam prohibitio (quæ semper stricte est intelligenda) cum respiciat tantum dispensationes permanentes per modum habitus, non debet extendi ad illas, quæ conceduntur ad tempus per motum actus ratione alicujus causæ transeuntis. Sed vide hoc, quæ fusius dicta sunt *l*. 6 (v). *n*. 359.

65. — XI. In *cap*. *fin*. *de Pœnit*. *et Remiss*. legitur concessun Episcopis extra propriam diœcesim commorantibus, prælatisque minoribus exemptis (quo nomine veniunt abbates, et superiores locales, et etiam prælati Romanæ curiæ, ut protonotarii, auditores Rotæ, etc., ut dicunt *Suarez*, *Lugo*, *Diana*, *etc*.) posse sibi eligere confessarium, sine aliqua Ordinarii illius licentia. Sed S. C. declaravit (quod confirmatum est a *Gregorio XIII*. *apud Fagnanum*) hoc intelligendum esse, quod valeant sibi eligere aliquem sacerdotem sibi subditum, vel aliquem non subditum, sed a proprio Ordinario approbatum, id est ab Ordinario domicilii ejusdem sacerdotis ut explicat *Lugo*. *Vide lib*. 6 (v). *n*. 565. *v*. *Dubitatur hic* 1. Eosdem privilegio gaudent Cardinales, sed non alibi nisi Romæ, ut inquit *Fagnanus* : et valent eligere in confessarium quemlibet sacerdotem tam pro re, quam pro sua familia, quem possunt etiam extra Romam perducere; etiam Episcopis est concessum. *Ib*. *vers*. *Dub*. 2.

66. — XII. Episcopi sunt delegati Sedis apost. ad tuendam clausuram monasteriorum monialium etiam exemptarum, earumque quæ regularibus sunt subjectæ. Ex hoc inferunt *De Alexand*. *Butrius*, *Clericatus*, *Pellizar*. *etc*. (contra *Dianam*, *et Pasqual*.) quod quidem possunt Episcopi reservare sibi casus circa clausuram, atque ita declaravit S. C. Concilii die 16 novembr. 1620. Quod est intelligendum etiam respectu Jesuitarum, etc.

67 — Omnes confessarii monialium etiam exemptarum debent ab Episcopo approbari, ut præscripsit *Gregorius XV*. in bulla *Inscrutabili*, quam confirmavit in

omnibus *Clem. X.* cum alia bulla *Inscrutabili* 7. *Benedictus XIII.* et nuper *Clem. XII.* qui in omnibus *Gregorii* bullam innotavit (de qua infra *n.* 80. etiam quoad ea, quæ *Benedictus XIII.* contra *Gregorii* bullam concesserat. *L.* 6 (v). *n.* 577 Et ideo ait *Tamburinus*; etiam moniales exemptas incurrere casus ab Episcopo reservatos; quia sicut ille in approbatione limitare potest tempus, et personas, ita etiam casus. Sed alii communius, et probabilius *Pelliz. Quintanad. et de Alexand.*) id negant, quia moniales exemptæ sunt extra jurisdictionem Episcopi; et approbatio confessarii respicit tantum ejusdem idoneitatem; tanto magis, quia in bulla *Clem. X. Superna*, dicitur, Episcopum posse limitare tempus, locum et personas; et nulla fit mentio casuum. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 602. *Quæst.* VI. Verum hoc non currit quoad clausuram, circa quam bene potest Episcopus tam casum, quam censuram sibi reservare; juxta quæ dicemus *n.* 80. Insuper advertendum est, quod per bullam *Pastoralis*, *Bened. XIV* potest Episcopus assignare confessarium extraordinarium monialibus exemptis, si illarum Prælatus regularis illum concedere recusaret (qui esse debet alterius ordinis, vel sæcularis), et hoc non solum in morte, sed etiam in vita singulis annis. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 576.

68. — XIII. Plures DD. asserunt, ut *Angel. Sylvest. Armilla*, *Tabiena*, *aliique cum Croix* (qui illis adhæret) posse Episcopum ex justa causa commutare pias testatorum dispositiones, ex eo, quia ipsi habent dispensadi potestatem in lege quæ jubet impleri ultimas voluntates, quoties adsit justa causa; idque confirmant ex Trident. *sess.* 22. *c.* 6. Sed nos negamus cum sententia probabiliori *Mol. Laym. Sanch. etc.*, quia in *c. Tua, de testam.* et in c. 8. *ejusdem sess.* 22. a concilio jubentur Episcopi ad amussim exequi ultimas voluntates. Neque obstat quod opponunt, et quod legitur in eodem cap. 8, quia ibi tantummodo committitur Episcopis, ut examinent causas, utrum veræ sint, nec ne, quando ultimæ voluntates a Sede apostolica committantur. Tanto magis, quia in Clement. *Quia contingit, de relig. dom.* dicitur, bona in aliquem usum applicanda, non posse in alios nisi a Sede apostolica applicari. Cæterum est valde probabile quod dicunt *Laym. Conc. Salm. Coninch. et Trull* quod, sive superveniat aliqua causa, sive testator ignoraverit aliquam causam, quam si cognovisset, aliter disposuisset, tunc Episcopus potest opus commutare, sed una cum hærede; quamvis, si hæres contradicat, asserant plures DD. posse id facere Episcopum illo contradicente. *Vide plura de hoc lib.* 3 (IV). *n.* 931. *Quæv.* 2.

69. — Dicunt insuper DD. ut *Viva*, *Diana*, *Trull. Busemb. aliique*, posse ab Episcopo fieri compositionem incertarum restitutionum (illarum scilicet, quarum dominus est incertus) quæ pauperibus sunt erogandæ; quoniam (ut ipsi dicunt) hujusmodi compositio nulla lege Pontifici reservatur, e contra ipsa est juxta præsumptam creditorum voluntatem. Sed magis rationabiliter contradicunt *Lugo*, *Molina*, *Turrianus*, *Corduba*, *aliique*, quia talium bonorum administratio pertinet tantummodo ad Pontificem, vel ad principem. *Vide lib.* 3 (IV). *n.* 591. *v. Notand.* Et re quidem vera Pontif. *Bened. XIV.* in bulla *Pastor bonus* (23 April. 1744) hujusmodi facultatem S. Pœnitent. concessit. *Vide l.* 7 *num.* **470.** ***ad X.***

70. — XV. Affirmant quoque *La Croix*, *Tamb. et Pasq.*, posse ab Episcopo minui numerum missarum a testatore relictarum, quoties ob eleemosynæ parvitatem, qui missas celebraret, non inveniretur Sed hic se opponit *P. Concina*, et quidem rationabiliter; nam decretum S. C. emanatum jussu *Urbani VIII.* et confirmatum ab *Innoc. XII.* prohibet districte Episcopis reductionem, moderationem aut commutationem onerum missarum impositarum in *limine fundationis*, et post Trident., volens quoad hoc omnino ad Sedem apostolicam recursum haberi. Quare recte ibidem declaratum fuit, quod facultas concessa Episcopis, aliisque a concilio *sess.* 25. *cap.* 4. intelligenda est pro reductione missarum relictarum ante concilium. Cæterum, ait *Fagn.* cum *Felino*, quod si ab initio reditus essent sufficientes, et deinde taliter fuerint imminuti, ut nullo modo sufficiant, tunc non videtur ablata facultas, quam habent Episcopi de *jure communi* moderandi missas juxta *c. Nos quidem, de testam.* *Vide lib.* 6 (v). *n.* 331. *v. Dub.* 1.

71. — Jam superius dictum est *num.* 53. posse probabiliter Episcopum dispensare in omnibus, in quibus dispensatio non est specialiter Pontifici reservata. Notandum hic denique, posse ab Episcopo, juxta Trident. *sess.* 21. c. 7

uniri, aut transferri ad aliam Ecclesiam beneficia simplicia jam ad tenuitatem redacta, aut fundata in aliqua Ecclesia, quæ lapsu temporis jam corruit, adeo ut nequeat amplius reparari. *Vide Barb. de pot. Ep. all.* 66. *num.* 15. Insuper Episcopus potest unire seminariis beneficia simplicia etiam reservata, aut affecta, aut vacantia in curia Romana: Trid. *sess.* 23. *cap.* 18. Insuper tempore visitationis potest Episcopus cogere parochianos ad necessaria parocho subministranda. Trid. *sess.* 21. *c.* 4. Potest etiam novas parochias erigere, et de matricis fructibus dotare, si hæc abundet, sed sine præjudicio possessoris, Trid. *eodem loco.* Potest etiam duas parochias unire, si divisæ nequeant singulæ suum parochum sustentare; dummodo populus non adeo distet, ut non sufficiat unius parochi assistentia. *Ibid. c.* 5.

CAPUT IV.

DE PRIVILEGIIS REGULARIUM.

De privilegiis spectantibus ad omnes Regulares in communi.

72 ad 74 De exemptione a jurisdictione Episcoporum.
75 Casus excepti, præcipue circa celebrationem missarum.
76 Declaratio S. C.
77 Quibus casibus possit Episcopus obligare Regulares, etc.
78 Utrum Regulares teneantur præceptis Episcoporum.
79 Utrum Episcopus possit eos visitare.
80 Utrum visitare clausuram Monialium.
81 Utrum petere rationem missarum relictarum, etc.
82 et 83 Quibus casibus possit criminaliter procedere, etc.
84 ad 87 De obligatione decimarum.
88 Circa fundationes.
89 De monasteriis Episcopo subjectis.
90 De judice conservatore.
91 et 92 De sepultura.
93 et 94 De portione canonica, etc.

72. — I. Regulares habent privilegium exemptionis a jurisdictione Episcoporum, nam Prælati Regulares habent in suis Ecclesiis et monasteriis jurisdictionem quasi episcopalem, tam quoad personas, quam loca, sicut probant *Salm.*, qui agunt fusius de omnibus privilegiis prædictis in hoc puncto, sed nos solum denotabimus hic res magis principales. *Salm. tr* 18. *c.* 3. *p.* 1 § 1 *n.* 3.

73. — Itaque quoad prædictam exemptionem annotandum primo, quod in dubio alicujus privilegii decisio spectat ad Summum Pontificem, quemadmodum declaratum fuit a *Clemente IV*, et ab aliis Pontificibus. *Salm. ibid. n* 6. Adnotandum secundo, quod huic privilegio exemptionis Regulares cedere non possunt, sicuti habetur ex *cap. Cum tempore, de arbitris*, quia id redundaret in damnum religionis. Quare nulla consuetudo in contrarium potest in hoc prævalere. *Salm. ibid. n.* 7..

74. — Notandum tertio, hoc privilegio gaudere non solum professos, et conversos, sed etiam novitios, qui in favorabilibus veniunt sub nomine religiosorum, et etiam Tertiarios, et Beatos, sicut dictum est *n.* 8. Servi etiam Regularium, qui actu famulantur, et resident intra claustra monasteriorum, et vivunt sub obedientia, juxta Tridentinum, *sess.* 24. *c.* 11. eximuntur a jurisdictione Episcoporum, tam quoad censuras (juxta bullam *Alexandri IV. apud Salm.*) quam etiam quoad communionem paschalem. *Vide Salm. ibid. n.* 8. *et vide lib.* 6 (v). *n.* 240. *in fin.* Notandum quarto, quod apostatæ, et fugitivi possunt capi ab Episcopis; sed solummodo, ut consignentur suis Superioribus. Episcopus solum eos posset punire in casu, quo eorum monasteria essent in longinquo posita, et ab ipsis moniti nollent regredi juxta Trident. *sess.* 7. *c.* 3. *Salm. cit. n.* 8. *Vide alia quæ de hac re dicentur, n.* 82. *et* 83. Notandum quinto, quod sæculares in monasteriis existentes, si ibi patrent aliquod delictum, non incurrunt pœnas ab Episcopo impositas. *Salm. ibid. n.* 9. et *tract.* 10. *de cens. c.* 1. *p.* 9. *num.* 113. *et seq.* cum *Laym. Avila, Peyrin. Garcia, et aliis pluribus.* Excipiatur, si contravenirent ordinationibus Episcopi circa missarum celebrationem, sicut dicetur in fine sequentis numeri.

75. — Sexto adnotantur e contrario multa hoc in loco, in quibus Regulares non eximuntur ab Episcoporum jurisdictione. Et primo sine Episcoporum licentia nequeunt Regulares ædificare monasteria, juxta bullam *Urbani VIII.* die 28 Aug. 1624. Et animadvertatur, quod in bulla *Greg. XV Alias* prohibetur Episcopis dare hanc licentiam, si in monasterio nequeant ali reditibus, aut eleemosynis saltem duodecim Religiosi, sed hoc non intelligitur quoad hospitia, ut dicunt *Barb. Peyrin. et cæteri.* Secundo, Regulares non possunt in lucem libros edere sine Episcopi licentia, ut ex Tridentino, *sess.* 4. *Decret. de edit. librorum*

Salmanticens. tr. 18. *cap.* 3. *p.* 1. § 2. *n.* 10. *et* 11 3. Episcopus potest cogere Religiosos ad restituendum novitiis, qui nolunt professionem emittere, totum id, quod attulerunt in ingressu. *Vide Salmanticens. idib. n.* 13. 4. Dispositio facienda a novitio, non ante duos menses, quam profiteatur, fieri non potest (juxta Tridentinum, *sess.* 25. *c.*, 16.) absque licentia Episcopi, aut vicarii. 5. Episcopus habet potestatem cognoscendi simul cum superiore de Religiosi causa nullitatis professionis. *Salm. cit. n.* 13. *in fin.* 6. Episcopus, aut alius ab eo deputatus debet scrutari voluntatem virginum, quando ingrediuntur, aut profitentur in monasteriis ex Tridentino, *sess.* 23. *c.* 7 Sed id debet efficere infra quindecim dierum spatium, aliter non potest huic rei se amplius ingerere. 7. Episcopus potest prohibere, ne in monasteria monialium, etiam exemptarum, suscipiantur ultra numerum earum, quæ possint inibi ali juxta redituum facultatem, sicuti statutum fuit in bulla *S. Pii V Salm. ibid. n.* 14. 8. Episcopus potest cogere monachos, qui permanenter degunt extra monasteriorum claustra, propter debita ab ipsis contracta cum pauperibus personis, ut sunt pupilli, viduæ, etc. *Salm. ibid. n.* 15. 9. Episcopus potest adstringere Religiosos, ut processionibus intersint; juxta Tridentinum, *sess.* 25. *c.* 13., dummodo eos vocet non per publicum edictum, sed medio aliquo nuntio personaliter. *Salm. l. c. n.* 16. *et* 17. 10. Episcopus habet jurisdictionem supra monasteria, in quibus non possunt ali 12 Religiosi, ut dicitur n. 88. Deinde excipiuntur Episcoporum ordinationes circa missarum celebrationes : etenim quoad hoc statuit Tridentinum *sess.* 22. *de observ. in celebr.* ut Episcopi se gerant velut delegatos apostolicos, dicens : *Ut non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi ut delegati Sedis apostolicæ prohibeant, mandent, etc. atque ad ea inviolata servanda censuris, aliisque pœnis fidelem populum compellant : non obstantibus privilegiis, exemptionibus, ac consuetudinibus quibuscumque.* Item hic notandum quod adest respons. S. C. ad Episc. Nebiens. 7 Februar. 1632, ubi generaliter loquendo dictum fuit : *In his, in quibus a jure communi, a S. concilio Tridentino, a Constit. apostolicis tributa est Episcopo jurisdictio in Regulares, potest illos etiam per censuras ecclesiasticas compellere.* Et idem decisum fuit die 4 Junii 1672. Quare, sicut bene advertit *Benedictus XIV Synod. l.* 9. *c.* 15. *n.* 5. Episcopi quoad celebrandas missas possunt adigere omnes, quamvis Regulares, ad observanda non solum ea, quæ statuuntur a concilio, sed etiam quæ statuuntur a seipsis. Quare recte Eminentissimus Cardinalis *Spinelli*, cum esset Archiepiscopus Neapolis, die quinta Januar. 1743 præcepit sub pœna suspensionis a divinis, etiam Regularibus, ne admitterent ad celebrandum in suis Ecclesiis aliquem sacerdotem advenam sine licentia Ordinarii.

76. — Adnotantur alia, quæ declarata fuere a S. C. in decreto die secunda Julii 1520. Et 1. Regulares possunt recipere, quæ a devotis offeruntur, sed non mendicando per Ecclesiam. 2. Non possunt uti pallio, aut pluviali per parochiam extra earum Ecclesias, aut earum recinctum; neque possunt facere processiones, dummodo non habeant pro se consuetudinem in contrarium, ut dicunt *Rodriq. Bordon. et Villalobos. Vide Salm. tr.* 18. *cap.* 3. *p.* 1. § 2. *n.* 18. *et* 19. 3. Vocati ad funeralia debent ire ad Ecclesiam, ubi manet clerus jam coactus; sed in hoc dicunt *Salm. cum Lezana*, esse consuetudinem in contrarium. *Salm. tr.* 18. *p.* 1. § 2. *n.* 19. 4. Non potest vetari Regularibus, ne celebrent missam in suis Ecclesiis ante missam parochialem, et non pulsent campanas, uti declaravit *S. Pius V in Constit. Etsi Mendicantium*, § 2. 5. Regulares nequeunt publicare matrimonia. 6. Possunt ipsi concionari in suis Ecclesiis, tempore adventus et quadragesimæ, quamvis in parochia sermocinetur. *Vide apud Salm. cit. n.* 19.

77. — In tribus casibus potest Episcopus cogere regulares ad obediendum, etiam adhibitis censuris : primus est, ad restituendas res novitiis, ut dictum est, juxtra Trident. *sess.* 25. *c.* 16. 2. ad observandam clausuram, loquendo de monialibus, *ibid c.* 5. 3. ad observandum totum id, quod ab Episcopo statutum est quoad missarum celebrationem, ut dictum est n. 75. Et circa id refert *Bened. XIV De Synodo l.* 9. *c.* 15. *n.* 5. duo decreto S. C. concilii, in quibus dictum fuit, quod Episcopi ut delegati apostolici possint etiam censuris cogere Religiosos, et procedere adversus eosdem, si admittant ad celebrandum in suis Ecclesiis advenas sine Episcopi licentia, juxta Trident. *sess.* 25. *Decr. de observ. in cel.*, ubi præceptum fuit, præsertim

Episcopis : *Interdicant ne cui vago, vel ignoto sacerdoti missas celebrari liceat.* An deinde in aliis casibus supra citatis possit Episcopus cogere censura Regulares ; affirmat *Barbosa, Garcia, et alii,* sed communius negant *Sanch. Lezana et Salm. cum aliis*, propter multa privilegia papalia, quæ hac de re afferunt, et addunt cum *Barbosa, Diana, Lezana* (contra alios) quod Episcopus ne denuntiare quidem potest Regulares excommunicatos, etiam ob publicum delictum. *Salm. c.* 3. *n.* 4. *per totum.*

78. — Quæritur 1. Utrum Regulares obligentur decretis synodorum provincialium, aut diœcesanarum, aut aliis Episcopi præceptis? Certum est, Regulares non teneri interesse dictis synodis, dummodo non sint parochi, sicut habetur ex Trid. *sess.* 24. *c.* 2. *ex pluribus Decretis S. C.* Deinde quoad quæsitum, *Vasquez, Sanch. Becanus, aliique* dicunt, obligari ad eorum omnium observantiam, quæ non præjudicant observantiæ regulari : sed non intelligitur quoad vim coactivam, ita ut contraveniendo non incurrant aliquam pœnam, sed solummodo quoad vim directivam, id est ut se conforment reipublicæ, cujus sunt partes. Alii tamen, ut *Suarezius, Lezana, Salmanticenses, etc.* id negant (dummodo hoc necessarium non sit ad evitandum scandalum, aut casus non esset, in quo religiosus aliquis haberet aliquod munus dependens ab Episcopo, ut munus parochi, confessoris, concionatoris, etc.) Et id probant ex *c.* 1. *de Privil. in* 6. ubi dicitur, Regulares eximi a præceptis Episcoporum, exceptis casibus in jure expressis. Rationem deinde adversariorum dicunt valere, quando partes sunt homogeneæ, non autem, si sunt heterogeneæ, ut sunt religiosi, qui non perinde ac sæculares multa alia particularia habent. Cæterum in duobus ulla sine hæsitatione ipsi obligautur ad obediendum, ut dicunt in Trid. *sess.* 25. *cap.* 12. I. quoad observantiam interdicti positi ab Episcopo semper ac observatur ab Ecclesia matrice .II. Quoad observanda festa ab Episcopo statuta. *Vide Salm. tract.* 18. *c.* 3. *p.* 1. § 4. *per totum.* Præter ordinationes circa missarum celebrationem, ut dictum est superius *n.* 75. *circa finem.* Præterea notetur, Episcopum posse Regularibus interdicere auditum confessionum in propriis ædibus, sive cellis, juxta decretum S. C. emanatum anno 1617. 15 Septembr. ut videri potest apud *P. Ferraris.* Potest etiam vetare omnibus confessariis audientiam confessionum mulierum, aut puellarum extra confessionale sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus, ex decreto Congr. 18. Decembr. 1694. apud eumdem *Ferraris.*

79. — Quæritur 2. Utrum Episcopi possint visitare personas, et monasteria Regularium? Communiter loquendo, certum est ex *c. Nulli,* 16. *quæst.* 1, et ex Tridentino, *sess.* 25. *c.* 8. exemptas a visitatione Episcopi, tam personas, quam monasteria, et Ecclesiam Regularium (dummodo in illis degant duodecim Religiosi. *Vide n.* 88.). Et juxta plures declarationes sacræ Congregationis etiam Ecclesias parochiales sæcularium, quæ subduntur Regularibus, et ubi parochus est religiosus; qui si delinqueret etiam circa suum officium, non posset ab Episcopo puniri. Sed hoc non obstante nunc præter bullam *Gregor. XV Inscrutabili, a Benedict. XIV*, declaratum atque definitum est in bulla *Cum nuper* 51. ann. 1751. hujusmodi subjectos esse Episcopo *in his quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ animarum, vel etiam eorum vitam, et mores pertinent.* Sed fusius idem *Bened. XIV.* de hac re agit in quadam bulla peculiari *Firmandis*, edita die 6 Nov. 1744. ubi plura statuit : 1. Quod parochi regulares omnimode subsunt jurisdictioni, et correctioni, et visitationi Episcopi, in iis, quæ concernunt curam animarum, et proprios mores. 2. Quoad visitationem localem possunt visitare altare, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum asservatur, sacrum tabernaculum, fontem baptismalem, confessionale, in quo residet parochus, pulpitum, e quo parochus concionatur, sacrarium ad inspiciendam sacram supellectilem, sepulchrum parochianorum, eorumque cœmeterium, turrim campanariam, si adsint ibi campanæ parochiales, omnia sacra vasa. 3. Quoad personalem, debent scrutari vitam ac mores curati, quatenus ea quæ extra claustrum prodierint; item examinare, an titulo legitimo eam curam exerceat, an resideat, an ad synodum vocatus iverit, an conferentias casuum conscientiæ habeat frequenter, an onera curæ adimpleverit, an missam pro populo applicaverit, an festis diebus concionatus fuerit, etc. an vacet confessionibus audiendis, an ægrotantibus assistentiam præstiterit, an pueros ante confirmationem et communionem instruxerit, an de matrimonii impedimentis inquisiverit,

et an sponsi in rebus fidei sint edocti, et an recte ordinatos habeat libros parochiales. 4. Quod licet superiores regulares non possint deputare aliquem ad curam sine Episcopi approbatione, possunt tamen eum removere, illo inscio, et ita pariter Episcopus potest cura illum privare sine consensu superioris, si id justa causa expostulet, etc. Potest etiam visitare Ecclesias etiam annexas, et subditas monasteriis, si earum administratio sit penes parochos sæculares, prout pluries declaravit S. C. apud *Bellarminum*, et *Barbosum*. Excipe, si incorporatæ essent monasteriis, aut nullius essent diœcesis. Possunt præterea Episcopi visitare confraternitates sæcularium fundatas in monasteriis, sed dumtaxat quoad administrationem bonorum, non quoad altaria, ut ex Trid. *sess*. 25. *c*. 20. et ex pluribus decretis sacræ Congreg. Excipiuntur insuper illæ, quorum præfectus est Religiosus ex privilegio *Greg*. *III*, cui nulla contraria consuetudo potest obstare. *Salm. tr*. 18. *c*. 3. *p*. 1. § 5. *n*. 31. *ad* 36.

80. — Quæritur 3. Utrum Episcopi possint visitare claustra monialium exemptarum? Negant *Salm. l. c. n*. 38. cum *Nav. Sanch. Bonac. Pelliz*, *etc. cap. ex Periculoso*, *de statu Monac. in* 6. ubi cura *claustri* monialium exemptarum manifeste conceditur superioribus regularibus. Neque obstat (ut aiunt) Trid. *sess*. 25. *c*. 5., ex quo contendunt patroni adversæ sententiæ, Episcopos esse delegatos apostolicos quoad claustrum monialium exemptarum, cum ibi statuatur, ut ipsi curent, ut restituatur aut conservetur claustrum *omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria*, *in aliis vero Sedis apostolicæ authoritate*. Etenim respondent, quod sub *in aliis*, etc. non intelligantur monasteria Regularibus subjecta, sed subjecta immediate Pontifici, quod asserunt declaratum fuisse per *Pium V*. sua bulla *Circa pastoralis*; eo magis, quia concilium in loco prædicto renovat, non revocat citatum textum *Periculoso*. His non obstantibus contraria sententia amplectenda est cum *Barbosa*, *Gavanto*, *Lezana*, *etc.*; quia licet non obstaret Tridentinum, nihilominus obstat equidem bulla *Gregorii XV Inscrutabilis* anni 1622, in qua dictum fuit: 1 Ut Regulares nequeant destinare alium ad audiendas monialium confessiones, præter eum, qui fuerit approbatus ab Ordinario (et in hoc animadvertendum est, quod præterea, statuit *Benedictus XIV*. in bulla *Pastoralis* die 5. Augusti 1748, confirmans bullam, *Apostolici ministerii*, *Benedicti XIII.*; quod scilicet, si regularis superior negligeret assignare saltem semel in anno confessarium extraordinarium, aut sæcularem, aut alterius ordinis, quemadmodum Pontifex præcipit, possit illum assignare diœcesis Episcopus). 2. Statuit *Gregor. XV.*, ut administratores monasteriorum dictarum monialium debeant rationem reddere Episcopo administrationis bonorum. 3. Ut Episcopus valeat removere confessarium aut alium administratorem monasterii, si superior monitus illum non removet 4. Ut Episcopus præsidere possit electioni Abbatissæ. Ac quinto specialiter fuit statutum, ut Episcopus possit corrigere, et punire, veluti delegatus apostolicæ Sedis, eos, omnes, qui aliquid admittunt adversum claustrum monialium, etiam exemptarum. Placet hic annotare verba bullæ: *Tam sæculares*, *quam regulares nullis privilegiis tueri se possint*, *quominus*, *si deliquerint circa personas intra septa degentes*, *aut circa clausuram monialium, etiam regularibus subjectarum*, *ab Episcopo*, *tamquam ad hoc Sedis apostolicæ delegato*, *puniri*, *et corrigi valeant*. *Vide Barbosam de pot. Episc. all*. 102. *n*. 7. *et Salm. tr*. 18. *c*. 3. *p*. 1. § 5. *n*. 37 *ad* 39. Et ibidem refert *Barbosa* decretum quoddam sacræ Congregationis, ubi statuitur, quod nullimode possint impediri Episcopi, quin visitent monasteria exempta, et Regularibus subjecta quoad observantiam clausuræ, et qui præsumit impedire, post tertiam monitionem incurrat excommunicationem ipso facto ex Clem. *Attendentes de statu mon*. *Vide de Alex. de monial. c*. 6. *n*. 4. *qu*. 3. Præterea hoc in loco adnotandum est, quod *Clem. X.*, et *Clemens XII*. præceperunt, ut observaretur bulla *Gregorii XV non obstante quacumque contraria consuetudine*.

81. — Quæritur 4. Utrum Episcopi exigere queant a regularibus rationem hæreditatis relictæ cum onere missarum, aut legatorum satisfaciendorum sæcularibus? Videntur posse, ex eo quod eruitur ex Tridentino *sess*. 22. *c*. 8. ubi præbetur Episcopis potestas visitandi omnia legata pia, *non obstante quocumque privilegio in contrarium*. Et dicunt *Salm.*, quod ex hoc recte sententia ista redderetur probabilis. Sed ipsi deinde id negant ob multa privilegia regularibus concessa, præsertim per *Pium V.*, in quibus declarantur exempta religiosorum bona

a quacumque Episcopi jurisdictione, non obstantibus quibuscumque Constitutionibus apostolicis, et conciliis. *Salm. tract.* 18. *c.* 3. *p.* 1. § 5. *n.* 40. *ad* 42.

82. — Quæritur 5. Utrum Episcopus in aliqua causa possit procedere criminaliter contra regulares? Dictum est regulares exemptos esse ab Episcoporum jurisdictione, præterquam in casibus in jure expressis. Præter id, quod spectat ad missarum celebrationem, et clausuram monialium; in duobus aliis casibus possunt ex Tridentino Episcopi contra eos procedere: 1. Si regularis aliquis patraret delictum, degendo extra monasterium, Trid. *sess.* 6. *c.* 3. Sed hoc intelligitur eorum respectu, qui permanenter extra monasterium habitant, non vero quoad illum religiosum, qui extra maneret causa confessionum excipiendarum, aut concionandi, aut alterius negotii ad tempus, aut incoleret pagum, aut locum alium dependentem a monasterio ob negotia religionis. Sed hic oritur dubitatio, utrum possit Episcopus punire illum delinquentem, qui inhabitaret alium locum ad longum tempus ex licentia sui superioris? Alii affirmant, veluti *Tamburin. Barb. Lez. etc.* pluribus innixi declarationibus sacræ Congregationis. Alii, quemadmodum *Salm. cum Sanch. Sylvestr. Peyrino, Bordono, etc.* negant ex *Cap. Ex Rescripto, de jurejur* ubi dicitur, quod qui manet extra monasterium ex licentia superioris, judicetur in monasterio manere. Quare aiunt, quod tam concilium, quam prædictæ declarationes vigere intelligantur in eos, qui extra monasterium morantur sine licentia, aut in loco adeo remoto ab eorum superiore, ut puniri non possint, nisi post longissimum tempus. *Salm. ibid.* § 6. *n.* 46. *ad* 48.

83. — Secundus casus est, cum religiosus, etiam degens in monasterio, extra illud delinqueret cum publico populi scandalo, et superior eum non puniret. Trid. *sess.* 25. *c.* 14. Et quia superiores quidam transmitterent hujusmodi delinquentes extra diœcesim, ut immunes essent a pœna, statuit *Clem. VIII.* ann. 1596, in bulla *Suscepti oneris*, ut in tali casu, instante Episcopo, superior infra tempus ab Episcopo præscriptum revocare debeat delinquentem, et punire, alias possit eum castigare Episcopus loci, quo ipse transmissus est: *Salm. tract.* 18. *c.* 3. *p.* 1 § 6. *n.* 46. *ad* 48. Adnotant deinde *Salm.* cum aliis 1. ut hujusmodi concilii decretum vigere debeat cum delictum est notorium etiam facti publicitate. 2. Ut non valeat adversus superiores delinquentes, qui in odiosis non includuntur sub nomine regularium, quemadmodum ait concilium. 3. Ut Episcopus procedere non possit, nisi postquam pluries monuerit superiorem, ut delinquentem puniret, et ille neglexerit. Si tamen Episcopus delinquentem in actuali delicto interciperet, potest illum capere (sicut dictum fuit), sed ut statim eum transmittat ad superiorem; et quando crimen fuisset gravis scandali, potest etiam eumdem retinere in carcere, ut transmittat infra 25 saltem horarum spatium. Superior deinde præbere Episcopo debet sufficientia argumenta secutæ punitionis. Episcopus, licet capere possit summariam informationem, ut eam ad superiorem transferat, non potest tamen juridicum efformare processum adversus reum; sed si forte efformasset, probabile est eo superiorem uti posse ad procedendum in suum religiosum, ut aiunt *Salm. cum aliis l. c. n.* 50. *et* 51.

84. — II. Regulares privilegium habent exemptionis a contributione decimarum. Arrepta occasione, opportune hoc in loco adnotantur quædam circa decimas. Decimæ dicuntur illa fructuum portio, aut industriarum personalium, quæ a fidelibus tribuenda est Ecclesiæ ministris pro eorum sustentatione. Revera decimæ debentur ex jure divino naturali; sed quoad quantitatem, id est decimam partem, sunt ex jure ecclesiastico, cum cessaverit jus antiquum divinum, ut judiciale. Hinc fit 1. Pontificem posse quemlibet eximere ab onere decimarum, Pontificem, inquam, non Episcopos: ipsi dumtaxat possunt ex Trid. *sess.* 21. *c.* 5. *et* 7, applicare decimas unius loci ad alium, et unire, ac separare beneficia. *Vide Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 2. § 1. *n.* 52. *et* 54. Infertur 2. quod consuetudo rite potest aliquos eximere a solvendis decimis, dummodo remaneat id, quod sufficit ad congruam ecclesiasticorum sustentationem: sed hujusmodi consuetudo præscriptionem quadraginta annorum non interruptorum habere debet, licet ab initio nec titulus, nec bona fides interfuerint: ad præscriptionem deinde (accipiendo vocem prout sonat præscriptio, non ut consuetudo) necessaria sunt bona fides, et quadraginta anni cum titulo; sine titulo autem requiritur tempus immemorabile. Pro fu-

turis decimis fieri potest compositio; sed etiam solummodo a Pontifice, non ab Episcopo; nisi fieret inter unam, et aliam Ecclesiam. Dictum est pro futuris, quia præteritas remitttere potest etiam ille, cui debentur. *Salm. tr.* 18. c. 3. *p.* 2. § 1. *n.* 55.

85. — Olim decimæ debebantur, ut dictum est, tam ex fructibus bonorum, quam ex personarum industria. Sed juxta præsentem consuetudinem pene universalem solvuntur solum ex fructibus bonorum tam stabilium, quam mobilium. juxta *cap. Non est, de decim.* Et debentur ex fructibus integris non deductis expensis, et oneribus contributionum, ut ait *S. Th.* 2. 2 *qu.* 87. *art.* 2. *ad* 4, *et alii communiter ex c. Cum non sit, de decim. Salm. ibid. n.* 57 *et* 58.

86. — Decimæ præterea solvi debent ab omnibus fidelibus, etiam a principibus, sed non a pauperibus : omnes tamen, nisi sint in extrema necessitate, sed solum in gravi, si pervenirent ad meliorem fortunam, tenentur solvere præteritas decimas, ut dicunt *Suar. Laym. Castr. et alii, cum Salm. Ib. n.* 59. De jure autem communi tam clerici quam religiosi, et etiam parochi tenentur solvere decimas suorum bonorum patrimonialium, licet assignata fuissent ad titulum ordinationis, non autem bonorum beneficiorum, ut docet *D. Th. l. c. a.* 4. *in corp. et ad* 1. *ex c. Si quis laicus* 16. *qu.* 1. Quoad eos vero, qui deficiunt a solvendis decimis, hæc statuit Trid. *sess.* 25. *c.* 12. *Qui decimas subtrahunt, vel impediunt, excommunicentur, neque ab illo crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Vide Salm. ibid. n.* 60. *ad* 62.

87. — Sed quidquid sit de jure antiquo, hodie ex multis privilegiis pontificiis omnes regulares, etiam moniales, cujuscumque ordinis (et etiam Equites Hierosolymitani) eximuntur a decimis non solum personalibus, sed etiam stabilium, tam propriorum (etsi colantur a colonis) quam conductorum, ut emphiteuticarum. *Vide Salm. tr* 18. *c.* 3. *p.* 2. § 3. *n.* 72. *ad* 79. Notandum tamen quod si transeant in dominium regularium bona jam decimis obnoxia, remanent ipsa ad idem onus subjecta, ex pluribus decretis S. C. et Rotæ apud *Pignat. t.* 1. *Cons.* 355. *et t.* 8. *Cons. n.* 9.

88. — III. Olim regularibus vetitum erat, ne nova ædificarent monasteria, aut derelinquerent ædificata sine expressa licentia Summi Pontificis, *Cap.* 1. *de excess. prælat. in* 6 *ex cap un. de Relig. Dom. in* 6. Tractu deinde temporis obtinuerunt diversa privilegia; sed hæc omnia ann. 1624, limitata fuere ab *Urbano VIII.* in bulla *Romanus Pontifex.* ubi statutum fuit, non posse acceptari nova monasteria, nisi observata forma canonum Tridentini, et bullæ *Clementis VIII. Quoniam ad institutum.* Quare hodie ad fundandum novum monasterium tria requiruntur : 1. Licentia Episcopi. Utrum vero requiratur etiam licentia Pontificis, alii affirmant, ut *Barb. Tamb. Pelliz.*, ex declaratione S. C., negant vero *Salm. cum Lez. Suar. Rodr. et alii.* 2. Ut adsit consensus eorum, quorum interest, et præsertim omnium monasteriorum existentium intra quatuor milliariorum spatium; aliter Episcopus concedere non potest dictam licentiam, nisi quando illi injuste contradicerent. *Salm. l. c. p.* 4. *n.* 124. *ad* 131. Carmelitæ tamen privilegium habent, ut alii ordines fundari non possint, ubi ipsi habent monasterium infra spatium [illegible] ulnarum Florentinarum; et Minores infra spatium 1200 ulnarum, etc. Contra Minimi, et Jesuitæ privilegium habent fundandi in locis etiam non remotis intra spatium 560 ulnarum prædictarum. Et in omnibus his privilegiis conceditur communicatio. At prædicta privilegia circa ulnas juxta consuetudinem non intelliguntur quoad monasteria, quæ fundantur in civitatibus. *Vide Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 4. § 2. *n.* 137. *ad* 140. 3. Requiritur, ut novum monasterium possit commode reditibus, aut eleemosynis sustentare duodecim religiosos; sufficit tamen, quod adsit intra breve tempus probabilis spes prædictæ sufficientis sustentationis. Quod si monasterium (intelligitur de monasteriis fundatis post citatam bullam *Urb. VIII.* emanatam ann. 1624) non valeret sustentare duodecim religiosos, qui revera in illo non habitarent, statutum fuit per sacram Congr. pluribus decretis, confirmatis a *Greg. XV. et Urb. VIII.* ut hujusmodi monasterium omnino subjectum esset Episcopo per hæc verba : *Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni talia monasteria erecta aisque eo, quod* 12 *Fratres in eis valeant habitare, et de facto habitent, subjecta esse intelligentur. Salm. ibid.* § 1. *n.* 129. *ad* 139. Eædem conditiones requiruntur in fundandis monialium monasteriis. Ex

advertendum hic quod ex Tridentino, et sacr. Congr. prohibetur, ne fundentur monialium monasteria extra habitatum. *Ibid. n.* 134.

89. — Prædictæ conditiones non requiruntur in fundandis hospitiis religiosorum, ut notant *Peyrinus*, *Tamb. etc.* saltem (ut limitat *Lezana*,) si ibi non recipiant missas, et non habeant Ecclesiam. *Salm. ib. n.* 132. Neque requiruntur in translationibus monasteriorum, quæ possunt fundari (ut probant *Salm. cum Navar. Barbos. Peyrino, Lezana*, etc.) sine consensu Pontificis, Episcopi, vel aliorum monasteriorum, dummodo translatio non afferat iis præjudicium : etenim dicunt, quod jam antea habebant tale privilegium a pluribus Pontificibus concessum, et quod illud limitatum est tantum quoad novas fundationes, quales non vocantur translationes monasteriorum ex uno situ ad alium commodiorem ejusdem terræ (ut intelligitur), aut prope illam, derelinquendo antiquum monasterium. Et in tali casu religiosi retinent omnia bona, et jura monasterii derelicti, *Salm. ibid.* § 3. *n.* 141. *ad* 143. Possunt prætcrea religiosi ex concessione *Urb. VIII.* et *Innoc. VIII.*, quando deficerent reditus, et eleemosynæ unius monasterii, illud unire, et incorporare alteri *Salm. ibid.* § 5. *n.* 150. Insuper possunt ad libitum redire ad monasteria derelicta, dummodo reditus non afferrent aliquod novum præjudicium aliis monasteriis. *Salm. tr* 18. *c.* 3. *p.* 4. § 4. *n.* 148. Possunt insuper generales religionum superiores ex concessione *Sixti IV.* et ejusdem *Urb. VIII.* supprimere monasteria miserabilia, transferendo eorum bona ad majora monasteria. Adnotetur hic, quod monasteria concessa ab universitatibus, cum derelinquuntur, in manus Ordinarii derelinqui debent, at si propriis reditibus, et eleemosynis ædificata fuerint, remanent in dominio religiosorum, ut de iis possint libere disponere. *Salm. ibid. n.* 147.

90. — IV. Regulares habent privilegium eligendi judicem conservatorem, qui judicet de omnibus illis causis, in quibus religiosi sunt rei, et etiam in quibus sunt actores, sed quando sunt actores, solum propter injurias, et manifestas violentias ipsis irrogatas. *Vide Salm. tract.* 18. *cap.* 3. *n.* 152. *ad* 178.

91. — V. Regulares habent privilegium admittendi eos omnes, qui volunt sepeliri in eorum Ecclesiis. Adnotamus hic præcipua quædam circa sepulturam, de qua fusius tractent *Salm. ibid. punct.* 6. *n.* 179. Quicumque ad pubertatem pervenerit, sibi eligere valet sepulturam ubicumque, etiam Episcopi ; nisi autem illam sibi eligant, sepeliri in cathedrali debent. *Salm. ibid. n.* 186. Religiosi autem debent sepeliri in monasterio, etsi morerentur extra illud, dummodo locus non esset nimis remotus. Novitii valent sibi eligere sepulturam extra monasterium : quod si non faciant, sepeliri debent in illo, licet obirent, dum in alia domo manerent ex licentia sui Superioris. *Salm. ibid. num.* 187. Idem intelligitur quoad commensales, et familiares, qui actu serviunt, et resident in monasterio sub obedientia superioris. Et hi valent recipere omnia sacramenta a religiosis, baptismo excepto, et matrimonio. *Salm. ibid. n.* 188. Gravissimas incurrunt pœnas clerici, et religiosi inducentes alios ad promittendum juramento, voto, aut fide data, se electuros sepulturam in propria Ecclesia. *Salm. ibid. num.* 191. Privandi sunt sepultura, qui moriuntur impœnitentes, et de quibus publice constat, non fuisse confessos in anno, nec communicasse paschali tempore, et ita etiam hæretici, excommunicati, qui sibi ex ira mortem intulerunt, si deinde pœnitentiæ indicia non præbuerint, uti habetur in Rituali Romano : *Peccatores publici cujuscumque peccati, et qui moriuntur in flagranti crimine* (ut ex c. *Fures, de furto*) nullo dato signo pœnitentiæ; etenim tunc præsumutur et in peccato obiisse, ut dicunt communiter DD. cum Rituali, quidquid dicant *Lezana, et Sancius*, *Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 6. § 2. *n.* 199. Qui hujusmodi defunctos sepelit, lethaliter peccat : et qui sepelit hæreticum, aut hæreticorum fautorem, aut publice excommunicatum, aut usurarium, etiam excommunicationem incurrit; et hujusmodi defuncti, si fieri possit, ex sepultura extrahendi sunt. Cæterum nemo sepultura privandus in quocumque casu sine sententia Episcopi, aut superioris, si cadaver est religiosi. *Salm. ibid. n.* 202. *et* 204.

92. — Sed ad rem nostram, ad regulares videlicet, redeamus. Plura sunt notanda : 1. Quilibet clericus, aut sæcularis sibi eligere potest sepulturam in Ecclesia regularium. Et quando aliquis haberet sepulturam suorum majorum in illa, et non elegisset aliam Ecclesiam, possunt regulares illic eum sepelire.

Salm. ibid. n. 3. § 205. 2. Parochi qui in associatione ad Ecclesiam regularium plus exigunt, quam exigerent in sepeliendo defuncto in parochia, ut retraherent fideles ab eligenda alibi sepultura, papalem excommunicationem incurrunt, ex bul. *Clem. VIII. apud Salm.*; et licet bulla edita fuit pro Indiarum parochis, tamen *Lez. Peyr. et Salm. ib. n.* 206. cum aliis intelligunt eam editam fuisse universaliter pro omnibus. 3. Cum sepeliendus est defunctus in regularium Ecclesia, debent ipsi vocare, et attendere parochum ; sed si ille renuit venire, aut nimis moratur, possunt ipsi extollere cadaver, et illud in suam Ecclesiam asportare. Ita communiter *Barb. Ley. Peyrinus, et alii cum Salm.*, ex pluribus decretis S. C. *Salm. ibid. num.* 208. *et* 209. Officium supra cadaver non celebrandum est non a parocho aut canonicis, sed ab iisdem regularibus. Nec parochus exercere potest illum actum in eorum Ecclesia, nec cogere hæredes ad celebrandas missas, aut eorum partem in parochia, ex pluribus decretis etiam S. C. Et idem observandum est etiam pro monasteriis monialium exemptarum. *Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 6. § 3. *n.* 212. *et* 213. Adnotandum tamen, in monialium Ecclesiis sepeliri non posse laicos sine licentia sacr. Congr. dummodo aliquis non haberet in eis jus sepulturæ. *Vide lib.* 4 (VI) *n.* 62.

93. — Quæritur utrum regulares teneantur ad solvendam canonicam portionem Ordinario, aut parocho ? Alia est portio canonica *episcopalis*, et est illa quæ debetur Episcopis pro omnibus donationibus *causa mortis*, et pro legatis Ecclesiis relictis, aut locis piis eorum diœcesium, ut ex *Clem. Dudum, de sepult.* Hæc portio quandoque fuit tertia, quandoque quarta pars ; et *Innoc. III. cap. Requisitis, de testam.* statuit, ut quoad quantitatem attenderetur consuetudo. *Salm. ibid.* § 4. *n.* 216. Alia est *parochialis*, quæ proprie vocatur quarta funeralis, et est illa portio, quæ parocho debetur ex funeralibus, legatis piis, et omnibus, quæ perveniunt ad Ecclesiam, in qua sepeliendus est defunctus. Et ista etiam fuit diversa, sed quoad eamdem etiam consuetudo attendenda est. *Salm. ibid. n.* 218.

94. — Sed quoad regulares, eximuntur a solvenda portione episcopali eorum monasteria tam hominum, quam fœminarum, ex Extravaganti *Inter cunctas*, § *Quibuscumque, de privilegiis*, et ex aliis privilegiis apud *Salm. ibid. n.* 217. Quo vero ad quartam funeralem, ex jure communi olim regulares tenebantur ad illam solvendam, sed hodie attentis eorum privilegiis, et Trident. *sess.* 25. *c.* 13. et bulla *Pii V. Etsi mendicantium* anni 1567. tenentur ad illam solvendam ea monasteria dumtaxat, quæ ultra 40 annos, antequam Concilium confirmaretur, solebant solvere : ita probant *Salm.* cum sententia communi, et pluribus decretis S. C. ex multis privilegiis pontificiis, et præsertim *Sixti IV.*, qui imposuit pœnam excommunicationis, et privationis beneficiorum parochis, qui vellent exigere prædictam quartam. *Vide Salm. ibid n.* 218 *ad* 228. Excipiuntur tamen illa monasteria, quæ solverent præfatam quartam ex contractu inito, aut ex consuetudine immemorabili. *Salm. tr.* 18. *c.* 3. *p.* 6. § 6. *n.* 229 *ad.* 233.

CAPUT V.

DE PRIVILEGIIS REGULARIUM IN PARTICULARI

95 96 et 97 De facultate absolvendi subditos a casibus et censuris.
98 De reservatione casuum, etc.
99 De facultatibus quoad sæculares.
100 Utrum regulares possint absolvere a casibus Episcopis reservatis jure, vel consuetudine.
101 Utrum a casibus papalibus.
102 Utrum in itinere, aut ex bulla *Cruciatæ*, etc.
103 Utrum confessarii regulares possint denuo examinari ab Episcopo.
104 et 105 Circa dispensationem in irregularitatibus.
106 De dispensatione in præceptis ecclesiasticis, etc.
107 Circa officium divinum.
108 Circa dispensationem votorum, et juramentorum.
109 Circa votum castitatis conjugum, et sponsorum.
110 De privilegio religiosorum, novitiorum et famulorum confitendi cuicumque sacerdoti, etc.
111 De religiosis peregrinantibus.
112 Utrum in jubilæo, etc.
113 ad 116 Circa ordinum receptionem.
117 ad 120 Circa ordinum collationem.
121 et 122 Circa celebrationem missarum.
123 Circa communionis ministrationem.
124 ad 128 Circa concionandum.

95. — I. Quoad facultatem, quam habent superiores regulares circa absolutionem a casibus reservatis, et censuris, oportet hic distinguere potestatem erga subditos ab illa, quam habent erga sæculares. Sub nomine superiorum regularium veniunt non solum generales, et provinciales, et eorum vicarii subrogati in eorum locum, sed etiam omnes locales superiores, ut priores, guardiani, rectores, et etiam eorum vicarii, quando ipsi absunt, saltem per integrum diem. Ita communiter Doctores. *Vide Salm.*

tr. 18. *c.* 4. *p.* 1. §. 1. *n.* 1. *ex cap. Abbatis, de privil. in* 6. Omnes isti absolvere possunt suos subditos primo ab omnibus casibus, et censuris non reservatis Pontifici, licet fulminatæ essent ab homine per specialem sententiam, ut dicunt *Salm. cum Lezana, Candido, Pelliz. etc.* ex privilegiis *Pauli V Sixti IV. et Eugenii IV Salm. ib. n.*. 2. Et id, quod currit pro professis, valet et pro novitiis, ita ut iidem absolvi possint a superioribus regularibus a casibus Episcopis reservatis incursis, non solum post ingressum, sed etiam ante, ut dicunt *Salm. cum. Bonac. Pelliz etc. et P Mazzotta cum Sanchez, Tamb. etc. Salm. tract.* 15. *c.* 3. *p.* 6. *n.* 85. *et seq. et Mazzot. tom.* 3. *de res. cas. c.* 2. *quæst.* 5. Et idem dicunt *Salm., et Mazzotta cum Peyrino et Tambur.* quod illos, qui proximi sunt, qui recipiantur, verb. gr. si manent in probatione in monasterio, ut assumant habitum, et id ex bulla *Clem. VII.* relata a *Candido, Rodriq.* et a *Salm. tract. de cens. c.* 2. *p.* 6. *n.* 80., in qua fuit concessum provincialibus regularibus, et eorum vicariis, aut aliis deputatis absolvere novitios ordinis ab omnibus casibus reservatis (exceptis illis bullæ Cœnæ) incursis ante ingressum, et a censuris, quæ illis sunt annexæ. His posset aliquis objicere decretum *Urbani VIII.* allatam *lib* 7. *n.* 95. in quo fuit statutum, quod per confirmationem privilegiorum obtentorum a regularibus post Tridentinum non intelligebantur rursus concessa ipsa privilegia ipsis ablata tam a Concilio, quam a S. C. absolvendi a casibus reservatis Ordinario. Multipliciter respondent *Salm.* huic oppositioni loco citato ; sed eorum responsiones non suadent, ut diximus *ibid. n.* 103. Responsio congruentior videtur esse, quod decretum *Urbani* loquitur de sæcularibus, sicut etiam loquebatur propos. 12. damnata ab *Alexandro VII.* ; sed non de novitiis, qui in favorabilibus communiter a DD. reputautur ut religiosi; ita *Sanchez, Suar. Castrop. Lezana cum iisdem Salm. tr.* 15. *c.* 3. *p.* 6. *n.* 85. *et aliis.* Eo magis, quia *Clemens VIII.* ita declaravit. *Diana part.* 3. *tr.* 2. *resp.* 73. refert privilegium concessum Jesuitis) quod ex communicatione extenditur ad omnes religiones) quo possint communicare novitiis omnia privilegia Societatis. Excipiunt tamen *Bonac. Pelliz. et Salm. tr.* 15. *c.* 3. *p.* 6. *num.* 87. casum, quo jam inceptum esset judicium Episcopi contra novitium, antequam intraret ; quia tunc (ut aiunt) posset Episcopus eum extrahere, et punire. Quod dictum est de novitiis, idem dicit *P. Mazzotta loco citato cum Peyrino* de familiaribus monasteriorum: dummodo *inibi sint quasi de familia et continui commensales*, ut dicitur in bulla, *Superna Clementis X.*

96. — Possunt secundo regulares absolvere suos subditos professos, et novitios, etiam sicut superius dictum est *lib.* 6. *n.* 593. *v. Eamdem in fine*, ab omnibus casibus papalibus occultis eodem modo, quo Episcopi valent absolvere suos subditos ex *cap. Liceat.* Atque hoc ex privilegio *Pii V.* relato per extensum a *Salm.*, *et P. Concina*, confirmato a *Benedicto XIII.* in bulla *Pretiosus* anno 1727. in qua fuit concessa regularibus potestas absolvendi etiam a casibus bullæ Cœnæ, excepto relapsu in hæresim, falsificatione litterarum apostolicarum, et translatione rerum prohibitarum ad infideles. Ac obiter hic notandum, quod in dicta bulla fuit etiam concessa generali Dominicanorum potestas dispensandi ab irregularitate ob homicidium commissum a subditis, dummodo patratum non fuerit data opera, et secutum intra claustra monasterii. Sed id revocatum est a *Clemente XII. Vide dicta lib.* 7. *n.* 101.

97. — Possunt tertio regulares absolvere suos subditos ab excommunicatione ob percussionem, etiam gravem, et enormem, et publicam, inflictam non solum religiosis ejusdem ordinis, sed etiam alterius, et etiam clericis sæcularibus. *Castr. Roncagl. Salm. et Croix* ex privilegiis *Bonif. IV et Clem. VIII.* Atque hic annotandum, quod si percussio sit levis, aut occulta, Religiosus percussor (si velit) potest petere absolutionem etiam ab Episcopo, sed obtenta sui superioris licentia. *Lib.* 7. *n.* 107. Dictum est subditos, quia nequeunt absolvere sæculares, cum hic casus limitatus sit regularibus intra Italiam, et extra Romam a *Clemente*, ut mox dicetur *num.* 99.

98. — Adnotandum hic præterea, superiores regulares ex concessione *Clementis VIII.* posse, si ipsis expediens videtur, reservare undecim casus, sed non plures sine consensu Capituli generalis, aut saltem provincialis pro provincia. Si autem superior denegat licentiam, et utrum pro prima vice possint religiosi absolvi a reservatis. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 586.

99. — Quoad vero sæculares, olim

Mendicantes gaudebant privilegio, quo poterant absolvere sæculares ab omnibus casibus, et censuris reservatis tam a Pontifice, quam ab Episcopis. Sed deinde decreto *Clem. VIII.* anno 1602. confirmato a *Paulo V.* anno 1617 et *Urbano VIII.* anno 1627 limitata fuit prædicta potestas, et statutum fuit, ne regulares existentes extra Romam, et intra Italiam possent absolvere sæculares nec a casibus bullæ Cœnæ, nec ab aliis sex sequentibus : Scilicet 1. A percussione clerici. 2. A duello. 3. A violatione immunitatis. 4. A violatione clausuræ monasteriorum monialium ob pravum finem. 5. A simonia confidentiali in beneficiis; et denique ab omnibus casibus, quos sibi reservant Episcopi. Itaque tam ex dicto decreto *Clem VIII.* quam etiam ex bulla *Greg. XII. Cum a sacra*; et præsertim ex prop. 12. damnata per *Alexandrum VII.* quæ sic se habeat : *Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate*, hodie non est in dubium revocandum (quidquid aliqui dicant) quin sæculares absolvere non possint a casibus ab Episcopis reservatis. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 599. *vers. Certum est, et lib.* 7. *n.* 95. Ita neque possunt absolvere sæculares a sex casibus *Clementis*: etsi occulti sint, contra *P. Vivam* : potestas enim, quam regulares habent ex bulla *S. Pii V.* relata *num.* 96, qua possunt absolvere casus occultos, quam habent Episcopi ex *cap. Liceat*, est solum respectu suorum religiosorum, non autem sæcularium. Id tamen probabile judicamus cum *Viva, Comitolo, et aliis*, quibus adhæret etiam *P. Concina,* scilicet quod regulares possint absolvere a casibus, quos sibi in Synodo Episcopus reservarit, sed deinde non expressit illos in tabella ; quia tunc præsumitur voluisse concedere potestatem ab iis absolvendi omnibus confessariis, modo ab ipso approbatis. *Vide lib.* 7 *n.* 100.

100. — Dubitatur 1. Utrum religiosi possint absolvere sæculares a casibus non reservatis sibi ab Episcopis, sed *in jure*, aut ex consuetudine reservatis Episcopis, ut sunt abortus fœtus animati, et alii adnotati *n.* 46.? Negant *Viva, Bord. Cabass. Milante, et alii*, eo quod (ut aiunt) in decreto *Pauli V et Urbani VIII.* prohibetur regularibus absolvere laicos a casibus Episcopis reservatis : A *casibus iisdem Ordinariis reservatis* sunt verba *Urbani*. Nihilominus probabilius affirmant *Conc. La Croix, Sporer, Salm. Lezana, Sanch. cum multis aliis,* quibus adhæret etiam (se retractans) *P. Viva in sua Morali*. Ratio est, quia citata verba decreti *Urbani* (et idem de decreto *Pauli V.*) intelligenda sunt de casibus, quos Episcopi sibimet reservant : cum talia decreta, ut diximus *n. præc.* sint confirmativa decreti *Clem, VIII.* in quo fit mentio tantum casuum, qui sibi ab Episcopis reservantur : *nec a casibus* (hæc ait *Clem.*) *quos Ordinarii reservarunt*, aut in posterum *reservabunt*. Eo magis, quia, ut ait *P. Suarez*, casus reservati Episcopis *in jure* debent potius dici delegati Episcopis, quam reservati. Sed animadvertendum, id non valere quoad percussionem clerici, nec quoad omnes alios casus, quos sibi Ordinarius reservaret : etenim quoad istos sublata fuit omnis facultas regularibus, ut dictum est *n. præc. Vide lib.* 7. *n.* 99.

101. — Dubitatur 2. utrum regulares absolvere valeant sæculares a casibus papalibus? Negant pauci quidam, id est *Viva cum Bordono, et Florino*, ex iisdem decretis *Pauli V., et Urbani VIII.*, quibus etiam vetitum fuit regularibus absolvere a casibus reservatis Sedi apostolicæ. At communissime, et probabilius affirmant *Bonac. Aversa, Salm. Pelliz. Rodriq. Potesta, Peyrinus, et ipse Viva in sua Morali* (licet id affirmet solummodo quoad casus papales occultos) ex privilegio *Pauli III.* concesso ann. 1545 *Jesuitis*, quo dictum fuit, quod possent absolvere sæculares *ab omnibus peccatis etiam Sedi apostolicæ reservatis, exceptis contentis in bulla Cœnæ.* Nec obstant prædicta decreta *Pauli V et Urbani VIII.*, quia (ut dictum est *n. anteced.*) intelliguntur de casibus *Clementis VIII.* (quos supradicti Pontifices confirmare voluerunt) in quo solum casus bullæ Cœnæ, et sex alii excepti fuere. Animadvertendum autem est, hanc potestatem valere tantummodo quoad forum internum *n.* 96. *et* 97. Observetur præterea, quod dictum est *n.* 31. de abbatibus habentibus quasi episcopalem jurisdictionem.

102. — Adnotandum hic, quod olim confessarii regulares ex concessione *Gregorii XIII. et Eugenii IV.* in itinere poterant excipere confessiones, non modo subditorum diœcesis, ubi approbati erant, sed cæterorum omnium. Ex bulla *Cruciatæ*, cum approbarentur in uno loco, erant approbati pro omnibus. Ita apud *Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 2. § 4. *n.* 71. *et* 72. *Innocentius X.* autem deinde statuit, ne

regulares possent excipere confessiones alicubi sine loci Ordinarii licentia : etiamsi haberent privilegium *Cruciatæ*, ut declaravit *Innocentius XII.* in bulla *Cum sicut*, anno 1700. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 548. *et n.* 549.

103. — Animadvertendum præterea est, quod olim ex *Clem. Dudum, de sepult.* regulares approbati absolute semel ab Ordinario non poterant obligari, ut denuo examinarentur. Attamen *S. Pius V. in Extrav. Romani Pontificis*, dixit, quod Episcopus successor *pro majori quiete suæ conscientiæ* posset rursus illos examinare. Sed post *Gregor. XIII.* in sua bulla *In tanta negotiorum*, etc. (relata a *Navarr.* in fine sui Manualis) ad tollendas lites exortas circa regulares, revocavit omnes declarationes *S. Pii*, et præsertim hanc concernentem approbationem confessariorum regularium; revocavit, inquam, ad statum pristinum dispositionis Tridentini quod *sess.*, 23. *c.* 15. nihil aliud exegit quoad regulares, nisi ut approbarentur ab Ordinario. Hinc inferunt multi DD. ut *Aravius*, *Dicastillus*, *Villalobos*, *Delbene*, *etc. apud Salm. ibid.* § 5. *n.* 119, quod regulares approbatos examine ab aliquo Episcopo non possit denuo examinare successor. Attamen contrarium tuentur *Diana p.* 3. *tract.* 2. *resp.* 27, *et Lez. Boss. Bordonus*, *et multi alii* ex decreto S C. (relato a *Lez.*, *et Diana*), quo fuit declaratum, quod non obstante bulla *Greg. XIII.* posset Episcopus successor examinare approbatos ab antecessore, et hanc hodiernam esse Episcoporum praxim testantur *Diana* et ipsi *Salm.* Sed probabiliter dicunt *Salm. tr* 18. *c.* 4. *p.* 2. § 5. *n.* 120. *cum Villal.*, quod tam ex constitutione *S. Pii*, quam ex declarat. S. C. possit Ordinarius successor iterum vocare ad examen aliquem, aut aliquos regulares, quos notitiam habet non esse idoneos, sed non potest edicto generali suspendere omnes confessarios regulares, usquedum denuo examinentur. Cæterum animadvertendum est, quod revocando generaliter Ordinarius omnes licentias, non comprehendat regulares, qui in odiosis non comprehenduntur, nisi exprimantur. *Salm. ibid. n.* 115. *in fin.* cum communi. Animadvertatur insuper, quod capitularis Vicarius *Sede vacante* non possit ad examen vocare regulares ex privilegio concesso a *Clemente IV* *Vide Salm. ibid. n.* 116. *et Dianam*, *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 27. Animadvertendum prætérea, supradicta valere pro approbationibus concessis absolute, non tamen pro concessis ad tempus, e. g. ad sex menses ut plerumque fit; cum certum sit ex bulla *Innoc. XIII. Apostolici ministerii*, confirmata per *Bened. III.* quod confessarii tam sæculares, quam regulares non valeant excipere confessiones extra locum, personas, et tempus præscriptum, quocumque privilegio non obstante.

104. — II. De facultate regularium dispensandi in irregularitatibus. Regulares valent ex privilegio *S. Pii V.* relato *n.* 97, confirmato a *Julio II.* dispensare cum suis subditis in omnibus irregularitatibus occultis, in quibus possunt Ordinarii dispensare cum suis diœcesanis ex *cap. Liceat*, ut dictum est *n.* 29. Et idem possunt cum sæcularibus, ut aiunt *Suarez*, *Sanchez*, *Pellız*, *Sayrus*. *Salm. Sporer*, *Lezana*, *etc.* ex concessionibus *Sixti IV.* et prædicti *Julii II. Vide lib.* 7. 355.

105. — Possunt præterea regulares dispensare cum subditis in quacumque irregularitate, aut ob delictum, aut ob defectum, ex privilegio *Martini V. Vide l.* 7. *n.* 355. Itaque, ut ad particularia descendam, possunt superiores dispensare cum subditis : 1. In irregularitatibus ob homicidium non solum occultum, ut concessum fuit in privilegio *Martini V.*, sed etiam voluntarium notorium, ut dictum est *n.* 96., ex privilegio *Benedicti XIII.* dummodo data opera patratum non fuerit, et consummatum intra claustra. 2. Quoad defectum animæ possunt dispensare cum religioso ad suscipiendum sacerdotium, licet ipse passus esset permanentem dementiam, si deinde medicorum judicio cessavit ejus periculum. *Vide lib.* 7 *n.* 400. *in fin.* 3. Quoad defectum corporis, ut si alicui pes, aut oculus deficeret, etiam sinister, possunt dispensare, ut probant *Salm. tr.* 10. *de cens. c.* 9. *p.* 6. *n.* 75. *cum Bordon.* ex privilegio *Sixti IV* Et in dubio possunt etiam declarare, defectum non obstare, ut possunt Ordinarii cum suis subditis. *Vide lib.* 7. *n.* 414. *in fine.* 4. Quoad defectum natalium, hæc irregularitas per se cessat religionem profitendo quoad id, quod spectat ad ordinum susceptionem, ut habetur ex *c.* 1. *de fill. presbyt.*, nam quoad dignitates necessaria est dispensatio. Sed pluribus privilegiis possunt dispensare cum suis omnes superiores regulares generales, provinciales, et etiam priores. *Lib.* 7. *n.* 354. *et* 426. *Vide etiam Salm. ibid. p.* 4. *n.* 57. *et tr.* 18. *c.* 4. *p.* 1. § 4. *n.* 28. *cum Bord.*

Peyr Lez. Pelliz. etc. Quod vero inquit *Sotus*, professione cessare quamlibet irregularitatem, id communius negatur. *Vide Salm. tr* 10. *c.* 7. *p.* 4. *n.* 58. 5. Possunt dispensare in bigamia etiam vera ex privilegio *Martini* ita *V.*; *Castrop. Pelliz. Machado, Salm. etc. Vide lib.* 7. *n.* 355. *et* 452. 6. In irregularitate etiam publica ob defectum lenitatis. *Lib.* 7. *n.* 468. 7. Et ultimo possunt regulares dispensare cum suis subditis in omnibus inhabilitatibus, et pœnis contractis ratione delicti, ut privationis officii, beneficii, vocis, loci, etc. etsi illæ reservatæ sint Pontifici, ut aiunt *Suar. Sanch. Pelliz. et Salm.* cum aliis privilegiis *Sixti IV.*, *S. Pii V., et Gregorii XIV, Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 1. § 4. *n.* 29. *in fine.*

106. — III. Prælati regulares habent potestatem dispensandi cum suis subditis in præceptis ecclesiasticis, ut possunt Episcopi cum suis diœcesanis. Etenim ipsi habent quasi episcopalem jurisdictionem, ut communiter docent DD. ex *Clem. Ne Romani, de elect. Salm. tr.* 18. c. 4. *p.* 1. § 5. *n.* 31. *cum Bonac. Pasq. etc.* Et ideo possunt probabiliter dispensare in omni eo, quod non est specialiter Pontifici reservatum. Et præsertim in dubio, utrum res dispensatione indigeat, ut diximus. *Salm. ibid. n.* 33. Possunt etiam dispensare cum causa (sicuti semper supponitur) in legibus pontificiis, cum latæ sunt pro aliqua provincia, aut monasterio particulari, quia tunc præsumitur data hujusmodi facultas; aut cum talis est consuetudo, aut quando non potest facile recurri ad superiorem : aut quando agitur de rebus parvi momenti , quæ non obligant ad lethale peccatum , aut quæ frequenter accidunt, ut jejunia, abstinentia a carnibus, festorum observantia, recitatio officii ; dummodo non dispensetur per longum tempus, ut dicunt *Salm. cum Cajetano, Soto, etc.* Et idem valet quoad regulas religionis. *Salm. ibid. n.* 34 *et* 35. Ita dicunt etiam *Azor, Castrop. Salm. Trull. Machado, etc.* posse superiores dispensare ad operandum diebus festis tam cum religiosis, quam servis domesticis, sed non cum extraneis, qui alioqui possunt operari pro monasterio, si monasterium sit pauper, ut aiunt *Sylv. Fagund. et Salm. cum Pasq. Leandro, et aliis. Salm. ibid. n.* 37.

107. — IV. Quoad divinum officium notentur hic privilegia, quæ habent regulares : 1. *Leo X.* concessit religiosis, ut possent recitare Horas privatim omnino mentaliter (sed *P. Ferraris Biblioth. v. Offic. n.* 101. citans *Sporer*, ait hoc privilegium esse adulterinum), præterea ut possint anticipare officia longiora, et reservare brevia pro diebus majoris occupationis, 2. *Clemens VII.* concessit omnibus regularibus infirmis (intelligitur de illis infirmis, qui per se non excusantur ab officio) et infirmariis posse satisfacere officio recitando 6 aut 7 Psalmos (assignandos a superiore), 7 *Pater* et duo *Credo*. Et *Martinus V.* concessit convalescentibus, ut satisfacere possent dicendo illam officii portionem, quam judicaverit eorum confessarius. 3. *Innocent. IV.* concessit monialibus *S. Claræ* (et ita intelligitur pro omnibus aliis communicantibus) satisfacere officio Conversarum ob quamcumque rationabilem causam, v. g. si religiosa non sit bene instructa juxta judicium abbatissæ, aut confessarii, in officio choristarum : aut si sit scrupulosa, ut ob labores lassa, aut occupata rebus utilibus, ut esset religioso esse applicatum ad excipiendas confessiones, prædicationi , aut studio ecclesiastico pro majori diei parte. Etenim supponitur, quod privilegiis concessis monialibus gaudeant etiam religiosi *ad invicem*, ut dictum fuit *n.* 10. Animadvertunt insuper *Salmant.*, hujusmodi privilegio eos posse uti etiam sine licentia superiorum ; fuit enim concessum sine ista conditione. Animadvertunt præterea, quod si moniales omitterent laicarum officium, utentes hujusmodi privilegio non peccarent lethaliter, quia tunc reputantur ut laicæ, quæ sub mortali non tenentur ad sui officii recitationem. Sed hoc non mihi placet, etenim hujusmodi privilegio monialis non transit in qualitatem laicæ, sed tantum officium ejus choristæ transit, et commutatur in illud laicæ.

108. — V. Confessarii Mendicantium, et cæteri regulares communicantes potestatem habent irritandi, remittendi, et dispensandi juramenta, ac vota. Possunt insuper dispensare cum conjugibus quoad impedimentum ad petendum debitum, propter incestum commissum cum consanguinea conjugis, ut communiter aiunt *Sanchez, Pontius, Salm. aliique* contra *P. Concin.* ex multis privilegiis variorum Pontificum. *Vide l.* 6 (v). *n.* 1076. *v. Insuper.* Animadvertendum est autem hic, quod confessarius debet in hoc obtinere licentiam specialem, saltem a superiore

inferiore sui monasterii. *Ib. v. An autem.*

109. — Possunt præterea confessarii Mendicantes dispensare cum conjugibus in voto castitatis elicito ante matrimonium, ad petendum debitum, sicut etiam communiter dicunt *Cast. Pont. Sanch Tourn. Wigandt, Salm. etc.* ex privilegio *S. Pii V* Et etiam in voto elicito post matrimonium, uti rite existimant *Sanch. Salmantic. etc.* (contra *Pontium*) ex aliis privilegiis, ex quibus possunt ipsi dispensare in omnibus votis, in quibus valent *de jure ordinario* dispensare Episcopi cum suis subditis. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 987 *v. An autem, et n.* 1128. Id vero quod magis ambigitur, est, utrum in casu necessitatis possint dispensare cum sponsis, ut possunt Episcopi in voto castitatis ad contrahendum matrimonium ? Plerique affirmant, ut *Anacletus, Vidal, Bassæus, Henriquez, etc.* quam sententiam probabilem judicant *Salmanticenses, et Elbel.* Sed communius negant *Layman, Barbosa, Sanchez, et Pontius,* dicentes, quod regulares possint dispensare solum in votis, in quibus valent dispensare Episcopi *de jure ordinario* sed non extraordinario, ut in casu isto. Respondent autem adversarii, in casu necessitatis Episcopos etiam *de jure ordinario,* dispensare, cum sit hujusmodi potestas annexa eorum officio, dignitati, ut dictum fuit *n.* 34. *et* 41. Unde non possumus habere ut improbabilem primam sententiam. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 1128. *in fin.*

110. — VI. Cum sæcularibus conceditur facultas deligendi sibi confessarium, aut a summo Pontifice, aut ab eorum Ordinario, semper supponitur, quod sit confessarius approbatus ab Episcopo; sed regulares ex expressa, aut tacita sui superioris licentia possunt confiteri cuicumque simplici sacerdoti : quod communiter existimatur cum *Suarez, Lugo, Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 2. § 2. *n.* 49. Quare omnes superiores regulares possunt sibi eligere in confessarium quemlibet sacerdotem, ut etiam communiter dicunt DD. ex *cap. ult. de pœnit., et rem.* Item vero, quod pro religiosis, valet et pro famulis commensalibus monasterii, uti habetur ex Trid. *sess.* 25. *c.* 11 ex quo possunt recipere a religiosis sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et extremæ unctionis. Et idem valet quoad novitios, qui *in favorabilibus* sub religiosorum nomine veniunt, ut omnes fatentur, et declaravit sacr. Congr. die 14 augusti 1665. Quare ipsi possunt absolvi ab omnibus casibus ab Episcopo reservatis. *Salm. tr.* 15. *c.* 3. *p.* 6. *n.* 85. *et seqq.* ut dictum est *n.* 95. Sed id non valet pro equitibus *S. Jacobi,* et similibus, ut dicunt *Salmanticenses* cum communi, nam hujusmodi viget consuetudo. *Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 2. § 2. *n.* 58.

111. — Adnotandum insuper, quod religiosi peregrinantes, si habeant socium (dummodo sit idoneus) ejusdem ordinis, illi confiteri debent. Si vero desit socius, aut alius ejusdem ordinis sacerdos, tunc confiteri possunt cuilibet sacerdoti idoneo regulari, aut sæculari : quod commune est apud omnes. Sed quæritur, utrum talis sacerdos approbatus in illo loco esse debeat ? Ita volunt pauci quidam, ut *Wigandt, Concina, etc.* Sed communissime, et quidem recte negant *Suarez, Ronc. Castrop. Salm. Elbel, aliique.* Et quia talis est consuetudo religionum, quæ facit præsumere consensum Ordinariorum ; et quia *Innocent. VIII.* absolute concessit Religiosis peregrinantibus, ut, cum non possent habere sui ordinis confessarium, *quemcumque alium presbyterum idoneum religiosum, vel sæcularem eligere valerent. Vide lib.* 6 (v). *n.* 575.

112. — Dicunt insuper *Lugo, d.* 20. *n.* 86. *et Salmant. ibid.* 6. § *n.* 124, *cum Navarro, Soto, Castrop. Peyrino, Bossio, etc.* quod tempore generalis jubilæi possint regulares, et etiam moniales sine suorum superiorum licentia confiteri religiosis alterius ordinis, licet haberent confessarium ordinis sibi assignatum, ex pluribus privilegiis, quæ referunt *Lugo, Mendo, etc. Vide lib.* 6 (v). *n.* 788, *v. Notandum* 8.

113. — VII. Regulares, quoad ordines, non recipiunt Litteras dimissoriales ab Episcopis, sed ab eorum superioribus, aliter graviter peccant, et incurrunt suspensionem. Attamen quoad recipiendos ordines primo *S. Pius. V* ipsis concessit privilegium recipiendi ordines a quocumque Episcopo; sed hoc revocatum fuit per *Gregorium XV* Quæ abrogatio confirmata est a pluribus aliis Pontificibus, et nuper a *Benedicto XIV* Bulla *Impositi,* etc. anno 1747, qua præterea præcipitur, ut, si loci Ordinarius ordinationem tenet, ab ipso debeat examinari, et ordinari religiosus ; quod si Episcopus absit, aut non habeat ordinationem, potest ordinari ab alio Episcopo ; sed tunc requiritur attestatio authentica vel Vicarii generalis, vel secretarii aut

cancellarii ipsius Episcopi, qua constet, aut vel ipsum abesse a diœcesi, vel ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per leges ecclesiasticas statuto. Et præcipit idem Pontifex, hoc expresse declarandum esse, ut cognoscatur, quod non sufficit, ut dicatur Episcopus ordinationem non habiturus, si accedant extra tempora ; aliter easdem subit pœnas, quas subeunt, qui sine dimissoribus litteris ordinantur. Insuper vetatur religioso, ne alibi data opera permaneat, ut eximat se ab examine Episcopi loci, ubi prius morabatur. Religiosi vero morantes in diœcesibus, quæ sunt *nullius*, ordinari debent ab Episcopo viciniori. *lib. Vide* 6 (v). *n.* 768. *et n.* 788. *v. Notandum* 8.

114. — Quæritur hic 1. a quo debeant ordinari novitii? Dicunt *Suarez*, *et Henriquez*, ab Ordinario aut originis, aut domicilii : sed *Sanchez*, *Castrop. Delbene*, *et Fagnanus cum aliis* existimant, quod possint ordinari ab ordinario loci, ubi est novitiatus. Recte dicunt *La Croix*, *et P. Mazzotta*, utramque sententiam esse probabilem, dummodo (quoad hanc secundam) novitius animum habeat, quantum in se est, perpetuo permanendi in illo monasterio in quo est, et hac de re juramentum præbeat, ut præcipitur in bulla *Speculatores*. *Ibid. n.* 765.

115. — Quæritur 2. Utrum religiosi possint ordinari *extra tempora*? Negant *Vasquez Lezana*, *etc.*; etenim aiunt, quod etsi *Gregorius XIII.* id concesserit Jesuitis, attamen prohibuit communicationem. Sed hodie non amplius est in dubium revocandum, qui possunt tam ex multis privilegiis concessis aliis religionibus, quam ex declaratione nuper facta per *Bened. XIII.* in Conc. Romano (*tit.* 5. c. 2.) in quo statutum fuit, quod talia privilegia *in suo robore persistant, nec eis derogatum fuisse constet. Ibid. n.* 797. *v. Dub.* 3.

116.--Quæritur 2. Utrum cum ordinantur Regulares *extra tempora*, valeant ordinari quocumque die, in quo fit officium duplex, etiamsi non sit festum de præcepto. Affirmant *Fagundez*, *Villalob. Diana*, etc., et dicunt esse probabile *Suarez*, aliique ; quia *Alexander VI.* cum ageret de hujusmodi privilegio, dixit posse ordinari *diebus dominicis*, *sive festivis duplicibus*, at non dixit de *præcepto*. Hanc opinionem rejicere non audeo, existimo tamem probabiliorem oppositam cum *Lug. Morin. et Escobar*, quia *Gregor. XIII.* agens de eodem privilegio declaravit, dicens, *diebus dominicis*, *et festivis diebus*, et non dixit *duplicibus* : dies festivus proprie accipitur ille, in quo vetantur opera; unde intelligitur de præcepto. Et revera usus obtinet quoad omnes eos, qui dispensatione ordinantur, *in tribus diebus festivis*, pro quibus valet eadem regula. *Vide lib.* 6 (v). *n.* 797. *v. Dub.* 4.

117. — Quoad potestatem vero conferendi ordines, olim Abbates regulares ex concessione ipsis facta in synodo VII. (sicuti habetur in *can. Quoniam*, *dist.* 169.) poterant ministrare tonsuram, et ordines minores non solum suis subditis religiosis, sed omnibus aliis. Attamen per Trid. *sess.* 23. *c.* 10., hujusmodi potestas fuit ipsis limitata pro solis regularibus subditis. His tamen non obstantibus plerique DD. sustinuerunt, Abbates, saltem mitratos (ut existimant *Salm* et adducunt plura S. C. decreta) qui possunt pontificalia exercere, posse ordinare etiam sæculares suos subditos, et etiam alios, habentes dimissoriales litteras suorum Ordinariorum ; nihilominus omnes istæ opiniones locum amplius hodie non obtinent post decretum S. C. approbatum ab *Urbano VIII.* die 17 Jan. anno 1642, quo rejecta quacumque contraria sententia, prohibitum fuit Abbatibus, ne ordines conferrent, vel litteras dimissoriales concederent aliis, quam solis subditis regularibus; iisque contrarium facientibus suspensio imposita fuit. Excipiuntur tamen plerique descripti in Cancellaria Rom. qui privilegium habent dimissoriales epistolas concedendi, ut Abbas montis Cassinensis Abbas Cavensis, etc. *Vide l.* 6 (v). *n.* 763.

118. — Quæritur hic 1. utrum Abbates habentes jurisdictionem pene episcopalem in aliquo territorio separato, possunt ordinare suos subditos sæculares? *Molfesius* apud *La Croix lib.* 6. *p.* 2. *n.* 2236, affert declarationem affirmativam S. C. Sed *Benedict. XIV. De Synod. l.* 2. c. 11. *n.* 14. refert alteram contrariam idem affert decisum *P. Zacharia* apud *La Croix* loco citato.

119. — Quæritur 2. utrum Abbates, qui possunt ordinare subditos professos, valeant et novitios? Negant *Castrop. Barb. Sayrus*, *etc.* Communius autem, et probabilius affirmant *Suar. Laym. Sanch. Escobar et Salm. cum aliis*, quoniam in *favorabilibus* regulariter sub regularium nomine veniunt etiam novitii ut diximus *Vide lib.* 4 (vi). *n.* 764.

120. — Quæritur 3. utrum ordines collati ab hujusmodi Abbatibus, sæcularibus aut regularibus non subditis, sint validi? Negant *Suar. La Croix, etc.* Sed affirmandum est cum *Sanch. Salm. Tamb. Pelliz. etc.*, quia hæc facultas (ut diximus) olim fuit concessa Abbatibus; et a concilio deinde et decreto *Urbani* vetitum illis fuit tantum facultatis exercitium : unde ipsi illicite, sed valide ordinant. Et quod ita se res habeat, apparet ex eodem decreto *Urbani*, quo ordinatis imponitur suspensio. Pro validis itaque habentur ordines iis collati. Et ita decisum pluries per S. C. affert *Benedict. XIV De Synodo lib.* 2. *c.* 11. *n.* 13.

121. — VIII. Quoad celebrandam missam, et ministrandam Eucharistiam, olim ex privilegiis *Sixti IV, Alexandri VI*, et *Urbani VIII.*, poterant celebrare in altari portatili, tam in suis domibus, quam in suis ruralibus domibus vulgo *Grancie*, etiam contradicente Episcopo. *Salm. tract.* 15. *c.* 7. *p.* 4. *n.* 97. Sed *Clemen. XI.* anno 1703, suo decreto declaravit, quod omnia eorum privilegia celebrandi in altari portatili revocata sint per Tridentinum. Itemque declaravit *Benedict. XIV* in bulla *Magno*, § 29. Nec possum assentiri *P. Mazzottæ* dicenti, hujusmodi porhibitiones intelligi factas quoad domos privatas, sed non quoad proprias religiosorum; nam in decreto *Clementis* agitur de privilegio celebrandi *in locis in quibus degunt*; loca autem in quibus degitur, sunt domus propriæ, non alienæ. *Innocentius* insuper XIII. anno 1723, in bulla *Apostolici ministerii*, quæ cum ab ipso pro cleri hispanici reformatione tantum edita esset, confirmata fuit ann 1724. a *Benedicto XIII.* in bulla *In supremo* pro toto orbe prohibuit, *ne in privatis regularium cellis, seu cubiculis erigatur altare, remota quacumque in contrarium consuetudine. Vide l.* 6. (v) *n.* 360. *v. Hanc.* Sciatur tamen, quod *Greg. XIII.* concessit Provincialibus Jesuitarum facultatem deputandi publica oratoria in suis Ecclesiis, in quibus omnes possunt celebrare, etc. apud *Merat. p.* 1 *tit.* 20. *ad lit. F.*

122. — Ex privilegio *Greg. XIII.* possunt regulares celebrare una hora ante auroram; quare valent celebrare missam tribus horis ante solis ortum; ita *Lugo, Suarez, Rodriquez, et Salm. tr.* 15. *c.* 7. *p.* 4. *n.* 94. Imo, cum adest aliqua justa causa, possunt celebrare immediate post duas horas post mediam noctem ex privilegiis *Alexandri VI.* et *Clementis VIII.* Et hujusmodi privilegia dicunt *Lugo, Rodriquez, Diana, Narbona, et Salm. cum aliis* non esse revocata per Tridentinum *sess.* 22. *de evitand. etc.* Monent tamen prædicti DD., id valere tantum pro Ecclesiis propriis : in quibus tamen (subdunt) possunt hujusmodi privilegio uti etiam sacerdotes sæculares. *De Lugo de Euch. d.* 20. *n.* 27. *et Salm. cit. n.* 94. *in fin.* Insuper *Eugenius IV* concessit regularibus licentiam celebrandi tribus horis post meridiem, justa tamen ex causa: attamen *Azorius, Fagundez*, aliique dicunt, hujusmodi privilegium fuisse revocatum per S. *Pium* in bulla *Amantissimus*, anno 1566. cujus rei *Lezana* affert declarationem S. C. Sed his non obstantibus, dicunt *Lugo*, et *Salm.* cum *Aversa, Dicastillo, Narbona, Diana, etc.* authentice non constare de revocatione *S. Pii*; qui locutus fuit de missis tantum, quæ celebrantur *de sero, etiam forsan circa solis occasum*; unde dicunt, vigere privilegium *Eugenii IV.*, et ut quis illo utatur, sufficere quamcumque mediocrem causam, ut convalescentiæ, studii, et similium.

123. — Quo vero ad ministrandam Eucharistiam *Paulus III.* aliique Pontifices concesserunt Regularibus facultatem ministrandi in suis Ecclesiis omnibus fidelibus. Excipitur tamen, 1. Si Episcopus rationabiliter prohiberet aliquem, ne Eucharistiam sumeret. Excipitur 2. communio in mortis articulo, aut periculo, dummodo non adsit extrema, aut gravis necessitas, et parochus nequeat, aut nolit ministrare; *Lugo, Roncaglia*, etc. *Videl.* 6. (v) *n.* 239. *et* 240. Excipitur tertio communio paschalis; id est illa, qua præcepto satisfit, ut communiter aiunt *Filliucius, Sa, Busembaum, etc.*

124. — IX. Quoad facultatem concionandi, olim regulares ex Clementina *Dudum de sepult.* poterant libere prædicare in suis Ecclesiis, et in plateis; sed Tridentinum, *sess.* 5. *c.* 2. statuit, ne in alienis Ecclesiis prædicare possent sine licentia Ordinarii, et in Ecclesiis propriis sui Ordinis, antequam benedictionem petant ab Episcopo. Quare religiosi, ut in suis concionentur Ecclesiis, sufficit, ut petant benedictionem, etsi denegetur, ut dicunt *Lezana, Pelliz. Bordonus, Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 4. *n.* 178. *cum aliis*, adducto decreto S. C. Sed hujusmodi benedictio, ut dicunt *Salmanticenses*, non requiritur, ut prædi-

cent per plateas : nam concilium loquitur solum de Ecclesiis. Semper tamen debent regulares habere approbationem suorum superiorum, qui peccarent, si nullo eorum præhabito examine, iis prædicare permitterent. *Salm. ibid. n.* 176. *et* 177. Possunt autem superiores committere etiam simplicibus clericis tonsuratis, ut prædicent, ex privilegio *Gregorii III.* Licet S. C. generaliter declaraverit, prædicationem posse committi cuicumque tonsurato. *Salm. ibid. n.* 174.

125. — Quo vero ad Ecclesias alienas, ut dictum est, regulares ibi prædicare non possunt sine venia Ordinarii nisi id esset pro duabus, aut tribus vicibus, ut dicunt *Navarrus*, *Barbosa*, *Diana*, *Salmanticenses*, aliique; aut dummodo Ordinarius non maneret inibi, et religiosus aliquis transeunter ibi esset; quia tunc posset illi parochus licentiam concedere prædicandi, uti concessit *Gregorius XIII. Salm ibid n.* 184. Quando tamen Ordinarius veniam concederet, religiosus valet concionari in parochiis, etiam contradicente parocho, et quia Ordinarius est parochi superior ; et quia id fuit expresse concessum per *Alexandrum IV Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 4. *n.* 179.

126 — Quæritur 1., utrum liceat regularibus concionari contradicente Episcopo? Quando sunt alienæ Ecclesiæ, et Episcopus ab initio veniam denegat, procul dubio non licet. Sed si Episcopus jam concessisset licentiam, et inde vellet eam revocare, aut si Ecclesiæ essent propriæ, dicunt *Peyrinus, Vega, Pellizzarius, et Salm. cum Diana, etc. ib. n.* 181. posse prædicare. Sed huic obstat quod in Tridentino statuitur *sess.* 24. *c.* 4.: *nullus sæcularis, sive regularis contradicente Episcopo prædicare præsumat.* Obstat insuper bulla *Gregorii XV. Inscrutabili*, in qua statuitur, Episcopum, ut delegatum apostolicæ Sedis, posse punire religiosos, *qui in alienis Ecclesiis suorum ordinum non petita benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint.* Sed respondent *Salmanticenses*, quod tam prædicta bulla, quam concilium accipienda sint juxta id, quod statuitur in Clementina *dudum* supra citata, qua prohibetur prædicare, quando prædicat Episcopus, aut quando solemniter coram ipso prædicatur. Et Ita decisum referunt per S. C. Episcoporum, et regularium die 30 Januar. 1629. apud *Barbosam*, in Trident. *sess.* 5. *c.* 2. *n.* 19. Cum ego tamen observassem *Barbosam* loco citato, inveni, quod S. C. declaratio fuerit solummodo quoad conciones in Ecclesiis propriis regularium ; unde quoad Ecclesias alienas mihi non videtur probabilis supradicta responsio.

127. — Quæritur 2., utrum Episcopus valeat examinare religiosos petentes veniam concionandi in Ecclesiis non propriis? Sacr. Congr. apud *Barbosam l. c. n.* 20. die 12. Jan. anno 1628. statuit affirmative; sed negant *Salm. l. c. n.* 186. *cum Pellizzario, Bordono, Diana, Peyr. etc.* ex bulla *Leonis X. Superna*, in qua statutum fuit, ut nemo ad concionandum admitteretur, *nisi prius per superiores suos respective examinatus*, et deinde declaratum fuit ibidem, quod religiosus approbationem sui superioris ostendere deberet. Respondent deinde *Salm. cum Pellizzario*, et *Granado* supradictam contrariam S. C. declarationem non amplius quam probabilem præ se ferre sententiam ; unde non esse præferendam bullæ *Leonis*. At, inquam, saltem probabile est ex dicta declaratione, quod Episcopus valeat examinare, et taliter negare possit licentiam. E contrario bulla *Leonis* prohibet Episcopis, ne admittant religiosum non afferentem approbationem sui superioris, sed non vetat illum examinare, si velit, et negare veniam, si ipse renuat examinari.

128. — Animadvertendum tandem est, Ordinarium ex concilio Lateranensi V. posse suspendere, et punire concionatores regulares in tribus casibus, in quibus immo ipsi ipso facto suspenduntur a concionando : 1. Si prædicent miranda, falsa, aut incerta. 2. Si prædicent prophetias non fundatas in sacra Scriptura, aut non approbatas a Sede apostolica. 3. Si prædicando detrahant Episcopis et suis superioribus. Insuper ex Trident. *sess.* 5. *c.* 2. Episcopus potest suspendere, et punire regulares illos, qui prædicant propositiones hæreticas, erroneas, aut scandalosas. *Salm. tr.* 18. *c.* 4. *p.* 4. *n* 188. Demum adnotandum, quod *Urbanus VIII.* in Constitut. *Alias felicis rec.* etc. adnotata 11. Apr. 1635 (in extensum relata apud *P. Ferrar. Bibliothec. tom.* 3. *verb. Oracula p.* 351. *n.* 9.) revocavit omnia privilegia ab antecessoribus regularibus concessa *vivæ vocis oraculo*, exceptis iis, quæ testificata fuerint per ministros, quibus vi sui officii fides adhiberi solet.

APPENDIX SECUNDA TOMI QUARTI

AUCTORE S. ALPH. DE LIGORIO

DE PROHIBITIONE LIBRORUM

DISSERTATIO

DE JUSTA PROHIBITIONE ET ABOLITIONE LIBRORUM NOCUÆ LECTIONIS,

Brevi calamo plura continens, quæ diffuse ab Auctoribus tradita sunt.

Nuper in duas offendi Epistolas calamo exaratas, in quibus saluberrima ac pernecessaria Ecclesiæ disciplina circa librorum prohibitionem perperam impetitur, et temere asseritur, licitum esse, Ecclesiæ lege non obstante, modo evidens non appareat periculum subversionis, libros quoscumque perlegere. Epistolarum Auctores his duabus falsis fulciuntur rationibus: prima, quia lex prohibitionis librorum non procul ab hisce temporibus invecta est in Ecclesiam, sed prisca disciplina non comprobatur. Secunda, quia Ecclesia in hac re nec canonice procedit, nec recto juris ordine servato, et ideo hujusmodi lex obligare nequit. Miratus sum quidem, novas hasce opiniones tam perfricta fronte ab Auctoribus Epistolarum obtrudi, cum satis compertum sit, disciplinam, qua pravorum librorum lectionem Ecclesia prohibet a primis usque sæculis semper et constantissime viguisse : tum etiam Ecclesiam catholicam in hujusmodi librorum proscriptione accurato semper examine, rectoque ordine processisse, et nunc quoque procedere. Hinc aggressus sum rem hanc funditus ad trutinam revocare : præsertim cum experimento constet, ex præfatis pravis opinionibus auctoritatem Ecclesiæ non minimum labefactari, et fidelium mentes ab obsequio Ecclesiæ definitionibus debito valde retrahi ; ex quo deinde in alios errores contra fidem et mores misere et de facili incidunt, cum immensa animarum strage. Ac proinde operæ pretium duxi in publicam lucem hanc Dissertationem edere, in qua primum ostendam necessitatem prohibendi libros omnes, qui errores in legentes ingerere possunt: deinde hanc Ecclesiæ legem vetandi libros ab ejus incunabulis usque nunc continuato semper usu firmatam fuisse: tertio demonstrabimus, quam prudenter et ordinate in hujusmodi prohibitione semper Ecclesia processit et procedit. Tandem quorumdam confutabimus inanes objectiones hæreticorum, a quibus postmodum catholici aliqui minus caute effata quædam sunt mutuati, quæ deinde imprudenter in vulgus maxima cum fidelium pernicie prodiderunt.

CAPUT I.

DEMONSTRATUR UTILITAS AC NECESSITAS PROHIBENDI LIBROS NOXIÆ LECTIONIS

I. Hæreticos homines omni modo et studio evitare speciale Domini mandatum est, tam in veteri (*Deuteron. c.* 16.) quam in novo Testamento (*Rom.* 19. *et ad Tim. cap. ult.*). Præsertim *S. Joannes* scripsit : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* 1. Joann. 1. 10. Sapienter enim dixit *S. Paulus: Verba eorum multum proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit.* 2. *Tim.* 10. Hinc *Joannes* maxime sategit se cavere ab *Ebione*, horruitque adhuc balneum, quo *Cerinthius* usus fuerat. *Vide Baron. ad ann.* 44. *n.* 8. *et* 9. Eodem modo se gessit *Polycarpus* cum *Marcione. Eus. Hist. l.* 4. *c.* 13. *Eusebius Vercellensis* potius fame destitui se patiebatur, quam ex Arianorum manibus panem accipere. Apud *Baron. ad ann.* 356. *n.* 96. *Cyprianus* loquens de quibusdam excommunicatis, sic oves suas commonuit : *Ne fallacibus verbis consensum facile commodetis, ne pro luce tenebras, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis... Procul ab hujusmodi hominum contagione discedite, et sermones eorum velut cancer, et pestem fugiendo, vitate. S. Cyprian.* Porro, quod ab omni cum hæreticis et excommunicatis commercio fideles abstinerent, semper in Ecclesia custoditum fuit, ut testantur S. *Ephrem de Virtute* c. 8. *Alexander Alexandrinus, Ep. ad. Alexandr. Epis.* S. *Athanasius, in Vita S. Ant.* S. *Leo, Serm.* 5. *de Jejun.* et sic pariter concilia, Pontifices, et patres omnes.

II. Si igitur pravum collocutorem devitare tam instanter ab Ecclesia semper præceptum fuit, quanto magis se cavere oportebit a libro pernicioso, qui valde plus quam sermo potest lectores corrumpere? Si verbum, quod statim avolat, serpit ut cancer, et ad mortem vulnerat,

quid mali non afferet liber improbus, qui potest evadere perpetuus fons subversionis? Nefarius liber quascumque potest penetrare domos, ad quas Auctor numquam forte aditum posset habere. Si religio, et publica quies consistere non possent, ubi perversi homines permitterentur prava dogmata evulgare, aut perniciosas ingerere opiniones contra receptas morum regulas, ut dicitur in *l. Congruit. ff. de Offic. Præsid.* quanto minus salva consistere valebunt, ubi hujusmodi nebulones permitterentur eadem latius disseminare scriptis, ipsaque comprobare captiosis argumentis, quæ longe magis perlecta, quam audita nocent. Quidquid enim legimus, mentem validius occupat, ac facilius ad cor pertransit. Sicut sancta lectio virtutes fovet, sic contra lectio prava ad vitia impellit, et fortius impellit, cum ad vitia procliviores sint homines, quam ad virtutes. Bene *S. Basilius* libros appellavit *Cibum animarum;* quia sicut cibus delectabiliter ingreditur in hominem, et deinde fit proprius hominis sanguis; sic liber, cum legitur, delectabiliter legitur (quis enim leget invitus?) et sic de facili fieri solet res propria lectoris. Præterea, qui ad Auctorem legendum accedit, illi pœne discipulum se tradit, ipsique cor docile, et benevolum offert; et ideo facile ab illo decipi potest; valde enim difficile est, quod lector aliquo amore erga Auctorem illum non afficiatur : ex quo deinde facile eveniet, ut impietas, et error latens hauriatur insensibiliter, et tenaciter postea retineatur.

III. Adde, quod impii scriptores magno quidem studio errores suos ita ornent et colorent, ut non solum simplices, sed etiam docti decipiantur. Illos enim numquam (saltem sub initio) aperte produnt, sed eos variis speciosis rationibus, eruditionibus, ac leporibus vestiunt et liniunt, sicque lethale venenum ingerunt. Quandoque sanctitatem ac zelum præ se ferunt, sollicitudinem de publico bono affectant, canonesque perfectionis tradunt, sed latet anguis in herba. Spectabis eos innumeras Scripturæ et Patrum sententias, et exempla afferre, sed cuncta, vel adulterata, vel perperam interpretata. Ita hæretici decipere plures consueverunt, scientes, fœtores suos nulli cito fore placituros, si nudi exhalentur; et ideo illos cœlestibus eloquiis velut quibusdam aromatibus condiunt, ut alii impietatem horrentes, divina non facile oracula contemnant. Hinc Salvator clamabat : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth.* 7 15. Quid est *vestitus ovium*, nisi simulatio pietatis, qua captiosi scriptores callide se induunt? Quid *lupi rapaces*, nisi sensus hæreticorum, qui gregem Christi dilaniant? *Vide*, inquit *Origenes, ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis pulchritudo.* Pariter ait *S. Gregorius : Hæretici permiscentes recta perversis, ut ostendendo bona, auditores ad se trahant: et exhibendo mala, latenti eos peste corrumpant.*

IV. Sed valde refert hic afferre verba cujusdam docti hæretici, *Abraham Le Moine, in Traductione trium Epist. Pastor* Episcopi Londinensis ann. 1730. qui loquens de pluribus libris in Anglia editis atheismum sapientibus, sic ait : *Libri hujusmodi, cum incidissent in manus gentis innumeræ, malum peperere infinitum. Et eo magis, quo prima facie exornati apparent ex fine et ratione laudabili. Contra incredulitatem, quæ se palam prodit, quisque se vertit. Sed auctores isti Angli sub specie deferendi evangelicam veritatem, difficultatibus suis ejusdem fundamenta submovent, ac principia diruunt, nihilque omittunt, quo ejusdem argumenta reddant valde suspecta. Virus evomunt, eo magis lethale, quo subtilius, et magis abditum. Diu inde dementati homines bibunt; nihil autem ibi vident, quia nihil suspicantur. Vellicationes etiam ac eruditiones miscent, ut melius visco obliniant. Et quoniam delectat novitas, et exigua est religionis instructio, inclinatio vero ad pravitatem nimia, non est mirum, si libri hujusmodi spiritum ac corda pervertant illorum, qui incaute perlegunt. Sermo incredulorum ferit : Lectores implicantur, egrediuntur scrupuli, et tandem fiunt increduli inopinato Effræna inde mentis libertas immoderatum necessario ac irresistibilem creat cordis licentiam; hæc passionibus indulget, ac vitiorum dilatat imper um. Hinc vere dici potest, magnum hanc civitatem* (*nempe Londinum*) *numquam eo fuisse depravatam, sicut est hodie. Et quidem pæne status omnes Europæi, et regna nimis infeliciter conspiciuntur infecta; sed essent absque dubio amplius, si esset in illis libertas, quæ in nobis est cogitandi, scribendi, ab legendi.* Hactenus ille. Quippe hujus hæretici querela præfata, et exclamatio vel sola sufficit ad ostendendum, quam sit necessarium ad religionem, et publi

eam pacem fovendam libros perniciosos interdicere. Atque utinam falsum esset illud, quod præfatus auctor ultimo loco asserit, nempe etiam apud catholicos pestem atheismi plures infecisse. Et hoc cui tribuendum, nisi damnatorum librorum improbæ lectioni? Alii quoque Angli cum hæretico relato de suæ gentis communi contagione fortiter conqueruntur; sed interim minime curant exitiosam scribendi et legendi libertatem comprimere. Tempore, quo Anglia Romanæ Ecclesiæ obtemperabat, nulli quidem ibi lugebantur, increduli, nulli athei, deistæ, vel latitudinarii nulli, eo quod nulli ibi edebantur, et nulli legebantur, qui talia docerent, libri.

V. Nunc præstat id exemplis confirmare. Testatur *B. Dionysius Alexandrinus, apud Baron.* libros noxios nepotis Episcopi in partes Kiliastarum pœne medium adduxisse Orientem. *Bardusanes Syrus* in Mesopotamia, ad fidem jam conversus, ita olim fuit pietate conspicuus, ac sollicitus in exagitandis hæreticis voce et scriptis, ut catholicis admirationi haberetur, sed ubi Valentinianorum quædam volumina legit, non tantum eorum subscripsit erroribus, sed alia atrociora paradoxa finxit, et sic innumeros homines seduxit. *Vide Ephraïm Chamber in Cyclop. verb. Bardasanitæ.* Item testatur sanctus *Hieronymus, in Isaiam lib.* 18. *c.* 64, quod Hispania et Lusitania non contaminatæ fuerunt, nisi cum ibi libri Priscillianorum fuerunt vulgati. Pariter *S. Turibius* in suis ad *Idacium, Ceponium* et *B. Leonem* epistolis corruptionem Iberiæ, et Galliæ Narbonensis deplorat, ob quosdam nefarios libros, quos unicam dicebat causam fuisse tantæ stragis. *Eutyches* invictus antea fidei defensor, ad unam lectionem libri cujusdam Manichæi mutatus est in infandum caput innumerabilium hæreticorum. *Vide Anastas. Sinait. lib. contra Acephalos* c. 6. *et* 14. Postea ille in monasterio detentus mutire coactus est, sed ejus scripta, ipsius silentio non obstante, ad Orientem corrumpendum progredi non cessarunt. *Julianus Halicarnassæus* in Caria ex lectione librorum *Valentini* a fide similiter misere defecit. *Anastas. ib.* Sic et *Avitus*, presbyter hispanus, legendo scripta *Origenis*, quamvis simul legeret ipsorum confutationem, et per *Hieronymum* admonitus fuisset ab erroribus se cavere, virus tamen rejecta monitione lethaliter absorbuit *Baron. ad an.* 144, *n.* 4. Luctuosius *Henricus Bullincerus* doctor catholicus, olim piissimus, imo perfectionis cupidus, mox ad Carthusianos ingressurus, in librum incidit *Melanctonis*, a cujus lectione licet divina voce interius exterritus, tamen ad legendum a dæmone impulsus, legit, et cecidit, sicque ex probo Dei ministro infelix minister satanæ evasit. *Vide Diction. Portat. verb. Zuinglius. Hieronymus Wicleff* post multos improbos suos labores in Anglia editos, donec ore docuerit, nihil pœne nisi improperia reportavit, et paucissimos fecit sui erroris sectarios ; at ubi nefarios suos libros diffudit, totam, quam numquam vidit, Bohemiam perdidit, potumque venenatum et aliis tradidit; cum enim *Joannes Hus Wicleffi* libros a quodam Bohemo, qui Oxoniæ studuerat, accepisset, eorumdem impiam doctrinam undique disseminavit : *Cocleus in Hist. Hussitarum. Vide etiam Bon. Blacciot. in notis ad Thom. Waldens ad Doctr* 6. *Wicleffi*. Omittimus, ne longiores simus, alia similia exempla, quæ in historiis passim inveniuntur. Cæterum eruditis cunctis patet, novas hæreses fere semper exhaustas, et exscriptas fuisse ex libris aliorum veterum hæreticorum.

VI. Hinc concilia, Pontifices, ac pii principes, et calamo, et voce, et censuris, et aliis pœnis toti fuerunt ad extirpandos libros, qui fidem, aut mores quoquomodo inficere potuissent. Hinc patres in suis scriptis magnopere sunt conata avertere fideles ab hujusmodi librorum lectione. *Origenes* eos, qui libros impudicos aut impios injuste revolvunt, ejusdem culpæ asseruit reos, quam qui carnes falsis numinibus oblatas manducarent. *Orig. Hom.* 20. *in Num.*[1] S. *Isidorus* scripsit, *impia scripta legere, idem est ac*

[1] En textus totus Origenis : (Homil. xx, *in Num.* n. 3: « Sed forte quoniam studiosi litterarum græcarum homines erant, et amatores philosophiæ desiderio adhuc » studiorum veterum tenebantur, et philosophorum dogmata, quasi idolis immolata edebant : quæ tamen lædere fortasse non poterant eos, qui plenam scientiam » veritatis acceperant. Hi autem qui in Christo minus » eruditionis habebant, si imitarentur eos legentes talia, » et illis adhuc studiis operam dantes, vulnerari poterant, et diversorum dogmatum variis erroribus implicari. Sic ergo fiebat ut læderetur animus, unde is qui habebat plenam scientiam veritatis, lædi non poterat. Sed » quoniam charitas non requirit quod sibi utile est, sed » quod multis, observare oportet talem verbi capere cibum, qui non solum nos ædificet et delectet, sed et qui » videntes non offendat aut lædat. Est ergo non solum in » cibis idolis immolatum, sed et in verbis. Ego puto, quia » sicut omnis sermo qui pietatem, et justitiam, et veritatem docet, Deo consecratus est et Deo immolatus : » ita et omnis sermo qui ad impudicitiam, vel injustitiam, » vel impietatem respicit, idolis immolatus sit, et qui eum » recipit, quasi idolis immolata manducat. »

thus immolare diabolo; additque, *non licere christianis legere figmenta poetarum, quia per illa mens ad libidinem incensa excitatur In c. Ideo* 15. *dist.* 37 *S. Hieronymus* ait : *Nemo in perforatam intrat cymbam, ut discat vitare naufragium; et ad hæresibus plenum volumen animam diriges immunem doli, ut ubi discas catholicam veritatem? Ep. ad Lætam*[1]. Fortius *Tertullianus: Nemo inde strui potest, unde destruitur: Nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur. De præsc. c.* 2 [2]. Etiam impius *Lutherus* librum edidit de abolendis scriptis pravæ doctrinæ. *Vide Steidanum lib.* 2. *Calvinus* pariter ejulabat adversus malos libros. *Braschius de lib. Eccl. t.* 3. *c.* 26. *n.* 5. Notum est etiam, libros. *Michaelis Serveti* ann. 1552. una cum impio Auctore Genevæ fuisse, *Calvino* instante, concrematos. Ipsi gentiles, sola duce ratione, aut experientia, idem de malis scriptis extirpandis judicium protulerunt. *Plato* hinc necessarium duxit, ut libri, priusquam ad alios pertranseant, sapientum examini subjiciantur.

VII. Quippe apud omnes nationes cultas mos abolendi libros noxiæ lectionis semper invaluit. Apud Hebræos *Joakim*, cum per *Baruch.* librum accepisset a *Jeremia* transmissum, timens, ne Judæis scandalo esset, ignibus dari jussit. *Vide Bodinum lib.* 2. *Dæmonomaniæ c.* 2. Rex etiam *Herodes* omnes hebraicarum originum codices concremari voluit, utpote paci publicæ adversos. *Euseb. Hist. lib.* 1. c. 8 Apud Syros *Antiochus Epiphanes* publico edicto præcepit libros Hebræorum comburendos. I. *Machab.* 1. 5. *Joseph. Hebr. lib.* 12. *c.* 7. Apud Athenienses *Protagoras* ex senatus consulto undique exterminatus est, ejusque scripta publice igni tradita, quia in illis de existentia Deorum dubitabatur. *Cicero lib.* 1. *de Nat. Deor. et Lactant. de Ira Dei cap.* 9. Apud Græcos pariter concremati fuerunt libri *Epicuri*, *Erasm. in Prov. Ficuln.* Apud Romanos, cum quidam bubulcus aratrum trajiciens in arcula sepulchrali *Numæ* volumina repererit, ubi *Numa* de cultu deorum non bene (licet vere) sentiebat, Senatus jussit illa igni tradi. *Valer. Max. lib.* 1. *c.* 1. *et Plin. lib.* 13. *c.* 13. *Marcus Æmilius* certior factus de multitudine librorum, qui Romam intromittebantur, jussit ore præconis omnia concremanda scripta, ubi novi ritus et preces continebantur. Testatur *Arnobius l.* 3. *apud Baron. ad an.* 302 *n.* 19. Romanos petiisse, ut extirparentur libri *Ciceronis* de natura deorum, ubi *Cicero* de ipsorum religione patenter male sentire jam videbatur. Plura item Romana jura habentur, ubi jubetur exterminandos libros improbæ lectionis, *l.* 4. § *Mala medicamenta*, *ff. fam. ercisc. cap.* 4. Cæteræ *Paul. Sent. lib.* 5. *tit.* 23. *ad l. Cor. l. Quicumque*, *l. Damnato*, infra laudandis. Præterea testatur *Livius lib* 10. *Dec.* 10 apud Romanos Pontifici Maximo demandatum esse de scriptis agnoscere, eosque damnare, et comburere. Item imperator *Augustus* supra duo millia combussit libros, ubi nullus Auctor, vel parum idoneus legebatur. *Sueton. in August. et Niceph. lib.* 13 Idemque *Cæsar* cavit, ne legeretur liber de arte amandi, ejusdem auctorem *Ovidium* in exilium misit.

VIII. Et hic maxime advertendum, quod nullo studio Episcopi et parochi curare debent, ut removeantur a suis ovibus libri obscœni, aut de vitioso amore tractantes, quos sapienter vocat *Origenes*, *Calices Babilonis venena propinantes*, et *S. Augustinus*, *Ranas ascendentes de ore bestiæ.* Etiam Gentiles hujusmodi putida scripta execrabantur. *Plato* aiebat, impudicos libros omnino a civitatibus arcendos. Apud Lacedæmones, et per totum Spartianorum dominium, vetitum fuit legere ac retinere libros *Archiloci*, eo quod obscœnum quid continebant. *Valer Maxim lib.* 6. *c.* 13. Fama est, ut tradit quidam Auctor *Beyerlink. Cyclop. verb. Liber*, *pag.* 78. *litt. D. Virgilium* opus suum propter confictam Didonis impudicitiam, præcepisse jam moti proximum in ignem injici. Plures hujus farinæ libelli, dicti Romanenses (vulgo Romanzi), undique hodie per domos circumferuntur, et per manus simplicium adolescentium circumeunt. Horum Romanensium primus inventor fuit *Heliodorus Phœnix* Episcopus Tricensis in Thessalia, ut enarrat *Nicephorus*, *lib.* 12. *c.* 34. Hic cum talem Romanensem tempore suæ juventutis inscripsisset, cujus lectio facile poterat juvenes impellere ad exitiosos amores, synodus provincialis, cognito hoc periculo, eam *Heliodoro* imposuit conditionem, ut vel opus suum traderet flammis, vel Episcopatui renuntiaret; at ille maluit suæ di-

[1] Non reperiuntur hæc verba in *Epistola ad Lætam*, sed in quadam alia, sine dubio.

[2] Quæsivimus in libro de Præscriptionibus ac de Pœnit. nec reperimus.

gnitati cedere, quam opus suum destruere.

IX. Hujusmodi Romanenses non sunt quidem universe damnati de jure ecclesiastico, nam in Indice (Regula 7) tantum damnantur *libri, qui res lascivas ex professo tractant, aut docent*; tamen de jure naturali, ut optime advertit quidam doctus Auctor, *Continuator Tournely de præcept. Decal. cap. 1. a. 1. in fine*, sæpe sunt per se vetiti propter damnum, quod legentibus inferunt : in ipsis enim virus quanto minus patet, tanto magis nocet. Scribit de hujusmodi libellis *Alexander Tassoni, lib. 7. Pensieri diversi* c. 11. *col leggere accidenti, e stratagemmi amorosi, particolarmente nelle solitudini, e negli ozj, si appresentano fantasmi osceni sotto apparenza di diletto, e l'ingegno vi si abbandona* [1] Porro ipsi non aperta impudicitia scatent, sed animum ad profanos amores mirabiliter incendendo, illum obtenebrant, a Deo alienant, et vehementer ad malum inclinant, ita ut occasione oblata homo facile in infandas libidines ruat, et pertinacius in ipsis deinde perseveret. Et insuper hic notandum, quod sæpius patresfamilias rei sunt de hoc damno, quia ipsi tenentur eripere hos improbos libellos e manibus filiorum ; et si non faciunt, intelligant se non posse a culpa excusari; et minime deinde quærantur, si filii utilia studia negligent et despiciant, quia ipsi delectabili illi Romanensium lectioni assuescendo, alios proficuos libros legere postea fastidiunt. et horrent ; et sic remanent rudes, et vitiosi evadunt. *Joannes Gerson* scribens contra quemdam Romanensem, inscriptum *De Rosa*, damnationem affert Cæsaris *Augusti* libri *Ovidii*, deinde exclamat : *Oh Deus, oh præsentis temporis mores ! Inter Paganos paganus Judex et incredulus Paganum condemnat, qui doctrinam scribit, quæ ad fatuum alliciebat amorem et inter Christianos tale opus sustinetur, laudatur, defenditur!*

X. Similis farinæ est liber inscriptus, *Pastor fidus* (hodie jam merito expresse damnatus) : cujus non defuit quidam insipiens, ut refert *Petrus Bayle. Dict. verb. Guar Remarq litt. C. pag.* 1414. qui tutelam hujus perniciosi libelli assumpsit, inepte dicens nihil damni eum allaturum si puellæ a se repellant amasios. Sed bene idem *Bayle*, licet vir impius, et sine fide, sic defensorem illum insulsum exprobrat (ejus verba e gallico idiomate in latinum transferimus) : *Responsio hæc sophistica est, nam ipsa conditionem exigit, quam liber idem difficillimam reddit. Duas tu res requiris, ut tuum legamus opus, et ut amasios repellamus. Si hæc duo simul requiris, injustus es, quia idem nostrum poema vim repellendi nobis aufert. Illud porro amoribus nos implet, concupiscentiam accendit, mentem deturbat : illud ad amasiorum præsentiam expetendam nos violenter impellit. Sed dato, quod eos repelleremus, nonne propter hujusmodi narrationes multis impuris passionibus expositæ ac excitatæ misere inveniremur?* Et deinde prosequitur *Bayle* ad exhortandum, quod hæc librorum genera undique et omnino aboleantur.

XI. Scripsit *Cicero, lib* 2. *Tusculan. Quæst. Videsne poetæ quot mali adferant? molliunt animos nostros..... nervos omnes virtutis elidunt.* Hinc *Quintilianus, lib.* 1. c. 13. prohibuit, ne unquam libri *Horatii*, et aliorum similium poetarum pueris explicarentur; et *S. Hieronymus Ep.* 136. dixit : *Dæmonis cibus est, poetarum carmina* [1]. Ipse *Lutherus*, quamvis moribus fœdissimus, scripsit : *Necessarium est, ut libri Juvenalis, Martialis, Catulli, et Priapea Virgilii ex omnibus locis et scholis exterminentur, quia tam turpia et obscœna scribunt, ut sine magno detrimento juventutis non possint legi.* Similis, imo perniciosior est liber pestiferus *Boccacii*, (adhuc ille, qui expurgatus dicitur, et circumfertur), qui meo sensu plus juvenibus nocere potest, quam opera *Lutheri* et *Calvini*. At ibi, proferunt aliqui, selectum idioma discitur, et plura adsunt, quæ ad bonos mores instruunt Sed bene respondet huic *Joannes Gerson*, scribens adversus Romantium *De Rosa* : *Suntne, quæso, propterea mala in eo deleta? Ignis est periculosior. Hamus nocet pisci, si coopertus sit esca. Gladius unctus melle feritne minus?* Subdit sapienter *Gretserus* : *At hæc bona, pura et sincera in catholicorum libris reperies ; quid ergo opus divertere ad lutulentos illos rivos? Quis non libentius aquam limpidam bibat, quam veneno tinctam, licet veneni segregandi non sit ignarus? Saltem enim periculo exitii caret, quisquis aquas omnis contagionis ex-*

[1] *Id est :* In legendo eventus et stratagemata amatoria, præsertim in locis solitariis et tempore otii, obtinent sub specie delectationis visiones obscœnæ, quibus mens inhæret. *Edit.* A. Leclère.

[1] Nec reperitur epistola 136 in qua hic locus, in ordin. nov. patr. 4. nec in veterib. edit. nec in edit. bened.

pertes bibit. De jure et more prohib. libros lib. 1 *etc. c.* 29. Scripsit etiam S. *Augustinus* adversus legentes *Terentium*, ut verba addiscant : *Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discuntur, sed per hæc verba turpitudo ista confidentius perpetratur. Non accuso verba...... sed vinum erroris quod in eis nobis propinatur. Lib.* 1. *Confess. cap.* 16[1].

XII. Sed ad nostrum propositum redeamus, et concludamus, ex omnibus dictis constare, quod ipsius naturæ judicium sit, libros illos, qui religioni aut bonis moribus officiunt, omni modo extirpandos, ut Theologi omnes docent; imo addunt, ne cum licentia quidem Pontificis lectionem permitti posse illius libri, qui subversionis occasio alicui esse posset. *Juvenin. Theol. t.* 6. *p.* 7. *diss.* 4. *qu.* 1. *c.* 6. § 2. *Continuat. Tournely de Præc. Decal. c.* 1. *a.* 1. *in fine*, *Graveson Hist. part.* 2. *Colloqu.* 5. *Habert t.* 3. *tract. de Virt. theol. art.* 1. *c.* 4. *qu.* 6. Subdit autem doctissimus *Sylvius* apud *Continuat. Tourn. loc. cit.* neminem posse hæreticorum opera legere sine proximo periculo gravis damni, nisi tribus saltem quatuorve annis Theologiæ operam dederit. Si igitur gentes, ut supra vidimus ad suam falsam religionem conservandam libros huic adversantes aboleri necesse putarunt: quanto magis Ecclesia incumbere debet, ut veram religionem illæsam custodiat? *Necesse est* (dixit *Theodosius in l. Jubemus, c. de summa Trinit.*) *ut quæ scripta vel Deum accendunt ad iracundiam, vel animos hominum in perniciem et fraudem impellunt, ad nullius aures perveniant.* Et *Marcianus apud Conc. Chalced. act.* 3. *et vide l. Quicumque, c. de hæret. et Manich.* dicit : *Materia subtrahetur erroris, si peccatorum et doctor defuerit, et auditor, et pravitatis facinorosæ vestigia in flammis combusta deperеant.* Item *Carolus V in suo Edicto dato Bruxellis an.* 1550. sapienter sic protulit : *Si optimi quique cibi unius tantum guttæ veneni, qua humanum corpus læderetur, infusione suspecti sunt, omnino abjiciendi, quanto magis ea scripta, quæ tantis, et tam noxiis animabus venenis passim infecta sunt, non solum nobis cavenda sunt, sed etiam, ne aliis noceant, ab omnium hominum memoria sunt obliteranda?*

[1] En textus totus, post verbum *perpetratur* : « Non » acuso verba, quasi vasa electa atque pretiosa. Sed vi- » num erroris quod in eis nobis propinabatur ab ebriis » doctoribus : et nisi biberemus cadebamus, nec appel- » lare aliquem judicem sobrium licebat. »

CAPUT II.

DEMONSTRATUR, QUOD SANCTA DEI ECCLESIA USQUE AB INITIO, EX APOSTOLORUM PRÆCEPTO, PRO ABOLITIONE PRAVORUM LIBRORUM SOLLICITA FUIT.

I. Communiter Theologi tradunt, dogma esse, veritatemque fidei, quod Ecclesia, et pro ipsa ejus caput Romanus Pontifex, utpote Christi vicarius, jurisdictionem ab ipso Domino acceperit prohibendi fidelibus lectionem librorum, sive de religione impie tractantium, sive contra bonos mores, aut Ecclesiæ disciplinam aliquid continentium. *Suarez de triplici virt. disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 4. *Card. Albit. de inconst. in fide cap.* 30. *n.* 186. *Charlas. l.* 7. *c.* 18. *n.* 3. *Braschius de lib. Eccl. t.* 3. *c.* 26. *n.* 6. *Anonym. resp. ad hist. de inquis. F. Pauli p.* 226. Equidem si hæc facultas penes Ecclesiam non esset, et fideles in hoc parere illi non tenerentur, nec fides illæsa servari posset, nec Christus satis Ecclesiæ suæ providisset : *Frustra Ecclesia*, bene ait *Baronius* ad an. 447. *num.* 7. *laboraret in hæresibus extirpandis, bonisque moribus fovendis, nisi unde scatet errorum ac vitiorum colluvies, fons penitus obstrueretur.* Patet equidem, quod cura et jus removendi e manibus fidelium noxios libros, specialiter Ecclesiæ competit : illi nam soli datum est de fidei et morum causis decernere, ovibusque suis bona pascua ad pascendum designare. Recte hinc docent Doctores (*Vide Honorat. Tournely Præl. theol. de Eccl. qu.* 5. *a.* 3.) quod Ecclesiæ circa libros censura, seu judicium omnino sit infallibile : *Ecclesiæ enim*, ut ait *Natalis Alexander Hist. tom. II. ad sec.* 6. *diss.* 5. *p.* 448. *Edit Neap. cum sanam doctrinam ab hæretica discernere pro suo judicio datum sit a Christo, et cum quælibet doctrina libris aliquibus contineatur, operæ pretium erat, ut Ecclesia in judicio, quod tulerit de libris, in quibus de fidei et moralis christianæ quæstionibus agitur, non posset deficere.* Nemo quippe pastorem illum censebit idoneum ad oves pascendas, qui noxia pascua a salutaribus certo distinguere non posset. Inepte igitur Ecclesiæ fidelium cura esset demandata, si certa scientia ad libros rectæ vel improbæ doctrinæ dijudicandos ipsi tributa non fuisset.

II. Quod autem mos Ecclesiæ prohibendi et abolendi pravos libros sit ex

traditione et præcepto Apostolorum, plura demonstrant. Primo enim constat, hanc disciplinam semper et ubique in Ecclesia viguisse, quin aliquis Pontifex, aut Concilium possit indicari, a quo ipsa initium sumpserit. Dicit *Origenes : De his, qui diversa ab Ecclesiis docentes divinam pertulerunt ultionem, si judicaretur, nonne judicarent, ut si quid scriptum reliquerunt, universa pariter cum ipsorum cineribus deperirent ? Hom.* 9. in num. n 1 [1]. Ergo jam tempore *Origenis* mos vigebat erronea scripta extirpandi. Sensus *Ephremi*, *Tertulliani*, et *Cypriani* jam supra exposuimus. *Alexander Alexandrinus* (qui vixit tempore Concilii Nicæni) enarratis damnis, quæ fidei inferebant hæreticorum libri, dicit, se scripta illa suscipere non potuisse. *Alex. Alexandrin. Epist. ad Alex. C. P. apud Theodor. l.* 1. *hist. c.* 4. *et apud Baron. ad an.* 318. *n.* 85. Item testantur *Arnobius, apud Baron. ad an.* 56. *n.* 302. *S. Athanasius de incarn. Verb. apud Braschium Socrates hist.* et Historici omnes, recenter conversos ab hæresi nusquam fuisse in Ecclesia receptos, nisi postquam cunctos codices, quos haberent, ultro concremandos detulissent. Item *Nazianzenus orat.* 18. [2] notat S. *Cyprianum* non aliter receptum fuisse, nisi cum attulerat plures libros comburendos. *S. Augustinus* idem confirmans, de quodam hæretico loquens, sic scripsit : *Perierat iste, nunc quæsitus, inventus, adductus est. Portat secum codices incendendos, per quos fuerat ipse incendendus, ut illis in ignem missis, in refrigerium transeat. In Psal.* 61. *in fin* Idem tradit *Damascenus* de quodam Theuda, apud *Beyerlink. verb. Liber.* Præterea in apostolicis Constitutionibus (*lib.* 1. *c.* 6.) sic habetur : *Abstine ab omnibus libris Gentilium... Quid autem tibi cum alienis sermonibus, aut legibus, aut falsis prophetis, quæ quidem homines a fide recta detorquent* [1] ?

III. Constat igitur juxta receptam *Augustini* regulam, *de Bapt. l.* 4. *c.* 24. morem cavendi ab impiis libris, ipsosque concremandi, ab Apostolis demanasse; *S. Paulus* enim dixit : *Rogo autem vos, Fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab illis. Rom.* 16. 17. Idem Apostolus sic monuit *Timotheum : O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ.* 1. *Tim.* 6. 20. Significavit hic Apostolus principia Gnosticorum, et falsas doctrinas *Simonis*, Nicolaitarum, aliorumque hæreticorum ævi illius, admonens *Timotheum*, ut se et fideles ab eis removeat. Item eidem scripsit : *Profana autem, et vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit ; ex quibus est Hymenæus, et Philetus, qui a veritate exciderunt.... et subvertunt quorumdam fidem.* 2. *Tim.* 2. 16. Illud *devita* importat quidem cavere non tantum a sermone, sed etiam a scriptis hæreticorum. Atque si Apostoli fidelibus præceperunt, ut ne quidem *Ave* dicerent hæreticis (2. *Joan.* 1. 10.), quanto magis putandum jussisse cavere ab eorum codicibus, dum nulla pejor cum hæreticis potest esse communicatio, quam legendo eorum scripta ?

IV Tandem quod mos ille avertendi fideles a scriptis impiorum hominum, ab ipsis Apostolis fuerit inductus, constat ex Actis Apostolorum, ubi legimus : *Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus, et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter crescebat verbum Dei, et confirmabatur. Actor.* 19. 19. Valde insipienter ait *Pecininus Apol. cap.* 18. *n.* 495. textum hunc non jam intelligi de libris hæreticis, sed de curiosis, et sortilegis. At si, respondetur, Apostoli opus esse judicabant libros sortilegos concremari, quanto magis hæreticos ? Sed quidquid deliret *Pecininus*, *S. August.* testatur ut

[1] En textus totus a Ruffino latine tantum transmissus : « Si apud homines hodie judicaretur hæc causa (causa » de Core et batillis ejus respicientibus ad seditionem » populi adversus Moysen), et apud Ecclesiarum princi- » pes haberetur examen de iis, verbi causa, qui diversa » ab ecclesiis docentes dignæ vindictæ pertulerunt ultio- » nem, nonne judicarent, ut si quid locuti sunt, si quid » docuerunt, si quid etiam scriptum reliquerunt, uni- » versa pariter cum ipsorum cineribus deperirent? Sed » non sunt judicia Dei sicut judicia nostra. Audi enim » quomodo de batillis eorum, qui contra prophetam Dei » insurrexerant, jubentur fieri laminæ, et in circuitu al- » taris affigi. Core figuram tenet eorum, qui contra ec- » clesiasticam fidem et doctrinam veritatis insurgunt. »

[2] In oratione quadam sine dubio, non autem in 18, quæ est *in patrem* oratio apologetica.

[1] Sic habetur textus græcus : τῶν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου. τί γάρ σοι καὶ ἀλλοτρίοις λόγοις, ἢ νόμοις, ἢ ψευδοπροφήταις, ἃ δὴ καὶ παρατρέπει τῆς πίστεως τοὺς ελαφρούς ; (Patrol. t. 1, græcorum. S. Clement I rom. col. 570.)

certum *post. tract. in Ps.* 65. *n. ult. Col.* 442. quod omnes sectarii, cum in Ecclesia recipiebantur, ad pedes Apostolorum suos codices afferebant, ut cremarent : *Nostis*, inquit, *in Actis Apostolorum esse scriptum, quia multi perditi, et variarum doctrinarum sectatores omnes codices suos ad Apostolos attulerunt, et incensi sunt libri multi* [1]. Ipse impius *Lutherus* non renuit scribere : *Est veteris exempli, et antiqui moris, infectos et improbos codices comburendi, quemadmodum legimus in Actibus Apostolorum. Vide tom.* 2. *Epist. ad Spalat.* Idem faciendum scribit *S. Cyprianus* de libris mordacibus : *Si quando talia quorumdam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos non patimur. Epist.* 42. *ad Corn.* Idem scripsit *Justinianus* Imperator de libris hæreticis in suo edicto ad populum Constantinopolitanum.

V. Sed præstat nunc exemplis rem hanc magis elucidare. Quamvis videbatur de se permittendum Ecclesiæ pastoribus pro necessitate et tempore libros hæreticorum legere, ut eos confutare valerent, juxta Concilium Carthaginense IV. *Can.* 16. attamen primis Ecclesiæ sæculis iidem Patriarchæ ab hujusmodi operum lectione se cavebant, vel, cum esset necessitas, non sine magno legebant timore. *Ego vero* (scribit *Dionysius* Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarcha) *in libris, et traditionibus hæreticorum cognoscendis operam posui : execrandis quidem illorum sententiis animum meum tantisper coinquinans*; *hanc tamen ex eis utilitatem percipiens, ut illos tacitus apud me refutarem, multoque magis quam antea, detestarer. Et cum Frater quidam ex presbyterorum ordine prohiberet me, veritus, ne forte nequitiæ illorum cœno commiscerer; quippe animum meum contaminatum iri aiebat, et quidem verissime ut ipsemet sentiebam : visione cœlitus missa confirmatus sum.* Ita apud *Euseb. Hist. lib.* 7. *c.* 7. Attende : quamvis *Dionysius* Patriarcha extaret tam magnæ Ecclesiæ, et libros hæreticorum tantum ad eos confutandos inspiceret, tamen ex lectione animum suum nonnihil inquinationis, aut saltem perturbationis attraxisse fatetur. Et quod magis mirum est, licet *Dionysius* esset vir tanta sanctitate et doctrina præditus, ipse enim expulit Kiliastarum errores, et Nepotis Episcopi libros explosit, ipse primus *Sabellii* hæresim debellavit, et de ea *Sixtum* Papam reddidit certiorem ; ipse contra Novatianos felicissime disputavit, ac *Fabium* Antiochenum mox in eumdem errorem prolapsurum sustinuit : ipse scriptis confutavit etiam *Paulum* Samosatenum, Nepotianos, aliosque hæreticos : et tamen, his non obstantibus (ut refert *Eusebius*,) fideles cum novissent, *Dionysium* libros hæreticorum evolvere, magnum scandalum passi sunt ; imo de hoc apud Pontificem eum accusarunt, et Pontifex reprehendit eum, ac prohibuit ne hæreticorum lectionem prosequeretur, ubi suis offendiculum præberet. Præterea narrat *Socrates Hist. lib.* 6. *c.* 17, quod *Theophilus* ejusdem Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarcha, vir doctissimus, cum perlegisset *Origenis* libros de principiis (quos ipse omnium primus damnavit), non modo a suis objurgatus sit, sed in Concilio damnatus, ubi excusationes ab eo allatæ nequaquam admissæ fuerunt.

VI. Usque ab Ecclesiæ primordiis, hoc ipso, quod aliquod opus ab hæretico nosceretur conscriptum, etiam nulla emanata speciali prohibitione, illud legere (saltem generaliter loquendo) vetitum erat. Sic respondit *S. Gregorius Anastasio* Patriarchæ Antiocheno interroganti, an damnato quodam hæretico, omnia ejus opera statim damnata habenda essent? *Vide Card. Petra t.* 1. *p.* 8. *in Const. Gelasii, Valde, etc.* [1] Præterea, cum in domo cujusdam *Athanasii* presbyteri monachi in Isauria inventus fuisset codex, in quo errores aliqui contra fidem continebantur, *Joannes* Episcopus, damnato codice ipsum e monasterio expulit, transmisitque acta ad *S. Gregorium*, qui rem probavit ; sed cum *Athanasius* asseruisset, se ignoranter legisse, *Gregorius* ei reditum ad monasterium concessit, expresse tamen prohibens illius operis lectionem. *S. Gregor. epist. ad Athanas.* 64. *lib.* 5. *s.* 164 [2]. Hinc notant Editores e Congregatione *S. Mauri tom.* 2. *oper, S. Greg.* antiquam jam fuisse apud Romanos Pontifices libros proscribendi potestatem, et disciplinam, cui parere etiam orientalis Ecclesiæ Patriarchæ, et alii tenebantur.

[1] Non reperimus *tractatum* Augustini in ps. 65 ; si agatur de *Enarrat. in psalmum* 65, non sunt hæc verba in loc. cit.

[1] Hanc epistol. non reperimus inter epistolas Gregor. Mag. Anastasio episcopo Antiocheno, seu inferiori, seu juniori.

[2] ...trolog. epistolarum Greg. Mag. lib. VI, indict. XIV, epist. LXVI, patrol. latin. t. 77.

VII. Hinc etiam illud eruitur, eos, qui hæreticorum libros legissent, vel habuissent, semper reputatos fuisse de hæresi suspectos, ac ut tales puniri potuisse. *Vide Archid. Jo. Andr. etc. in cap. Filii, de hæret. l.* 6. *Ananiam in c. Episcopus, de hæres. Rojas Sing. in Fav. Fidei. Sig.* 124. Et quod tandem in primis Ecclesiæ sæculis omnia hæreticorum scripta fuerint igni damnata, ex eo eruditi demonstrant, quod cuncta sic perierint, ut omnium pœne hæreticorum ne nomina quidem hodie haberentur nisi illorum Ecclesiæ Patres meminissent. Ubi plura volumina *Appollinaris, Celsi, Manetis, et* Gnosticorum? De illis omnibus factum est id, quod dixerunt Patres Concil. Constantinopolitani II. *cap.* 1. *Hæreticorum quidem effrænatas linguas, et impiissima conscripta patri mendacii diabolo connumerantes, illis dicemus: Omnes vos convalescere facitis flammam ignis : ambulatis in lumine ignis vestri, et per flammam quam incendistis.*

VIII. Hic etiam sedulo notandum id, quod tradunt *Baronius, ad ann.* 490. *a n.* 21. *ad* 47. *Cardinalis Altilius, de Inconst. in Fide c.* 30. *n.* 155. *Braschius, de libert. Eccl. tom.* 3. *c.* 26. *num.* 13. *Ludovicus Bail, Summ. Concil. in Conc. Lat. II. in fin. et alii*, nimirum quod ex primis Ecclesiæ sæculis mos fuit, ut quilibet libros suos subjiceret examini et censuræ summi Pontificis, prout fecisse testantur in Occidente *Cæsarium Arelatensem, S. Honoratum, Gennadium, et alios.* Fecit et Episcopus *Possessor*, qui cum de codicibus suis, quos ad *Hormisdam* pro examine et correctione direxerat, responsione non dignaretur, sic illum interpellavit : *Codicem tractatuum ant hac direxisse memini continentem B. Pauli Epistolarum explanationes, pro quibus rescripto gratulari non merui. Unde simili prece deposco, ut prærogativam benedictionis vestræ competenti responsione merear adipisci. Epist. ad Hormisd. inter Epist. Hormisdæ.* Fecit et *Anselmus*, prout constat ex ejus Præfatione ad *Urbanum II. libri de Fide Trinitatis, etc.* Idem fecit *S. August.* quoad libros suos contra Pelagianos, quos ad *S. Bonifacium* transmisit. Idem fecerunt Orientales, prout *Dionysius Alexandrinus, Joannes Orthodoxus, Photius, et alii*, præsertim *Eulogius Patriarcha* Alexandriæ, scripta sua censuræ *S. Gregorii*, submittens, ut apparet ex ejusdem *Gregorii* Epistola. *Lib.* 8 [1] *Indict.* 3. *Ep.* 35. *et* 42.

IX. Item inter scripta Abbatis *Joachim* chartula inventa fuit ann. 1200, ipsius manu subscripta, in qua ista leguntur : *Pro angustia temporum non potui hucusque opuscula prædicta, præter librum Concordiæ, apostolico culmini præsentare, ut ab eo corrigerentur, quia ea conditione suscepi dictanda, ut cui datum est omnimode magisterium præsentarem. Si me contigerit prius egredi ab hac luce, quam possim, rogo ex parte Dei omnes coabbates meos, et priores, et ea, qua posse videor, auctoritate præcipio, quatenus præsens scriptum aut exemplar habentes secum, ac si pro testamento opuscula (quamcitius poterunt) collecta omnia, relictis in salva custodia exemplaribus, apostolico examini repræsentent, recipientes ab eadem Sede, vice mea, correptionem abjiciens quod ipsa abjicit, suscipiens quod ipsa suscipit, etc. Apud Natal. Alexand.*

X. Item *S. Julianus Toletanus* Episcopus circa annum 685 subjecit exmini *Benedicti II.* Apologiam suam adversus obtrectatores Concilii VI. universalis ; Pontifex in ea nonnulla reprobavit, quæ cum iterum recte explicasset *Julianus*, ac iterum opus cum explicatione ad *Sergium* Papam transmisisset, *Sergius* opus approbavit, et aliis legendum indixit. *Natal. Alex. Hist. ad sec.* 7. *c.* 3. *art.* 22. Refert *Baronius ad ann.* 1186. *n.* 26. de quodam *Gothofrido*, qui fuit notarius *Conradi III. et Frederici I. ac Henrici VI.* quod iste, quamvis esset in curia præfatorum principum tam adversantium Ecclesiæ juribus, tamen pro certo habuit, Romanorum Pontificum proprium esse libros recognoscere et approbare. Sed præstat hic ipsum audire *Gothofridum*, qui in præfatione ad opus suum chronicum, quod anno 1189. transmisit ad *Urbanum III*, sic scripsit : *Si quod Historiarum opus conficitur, ratio suggerit, ut antequam in publicum deveniat, apostolico examini præsentetur. Quapropter hoc opusculum ante vestrum examen protuli, ut si per vos fuerit approbatum, ad alias Ecclesias derivetur.* Item Patres Synodi Suessionensis ann. 1121 sanxerunt, libros *Petri Abelardi* hoc ipso damnatos reputandos, quod Romani Pontificis aut Ecclesiæ auctoritate commendati non apparerent. *Petr. Abelard. Ep.* 1. *ad Amicum.* Sic etiam *Nicolaus* Papa, cum *Scotus Erigenas* circa medium seculum IX.

[1] In patrol. lib. X,

volumina traduxisset S. *Dionysii, S. Maximi*, et aliorum, sine Ecclesiæ approbatione, eum acriter increpavit dicens : *Quia juxta morem Nobis mitti, et nostro debuit judicio approbari*. Et ideo præcepit, ut statim scripta illa transmitterentur. Tandem ad hoc probandum unum sufficit decretum *Nicolai I, in can.* 5. *Romanorum*, *dist* 19. ubi dictum fuit : *Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorum approbantur*, *vel reprobantur*.

XI. Romani igitur Pontificis olim semper fuit præsidere arbitrum librorum omnium, sed ubi in immensum excrevit moles librorum, statuit *Leo V.* an 1515. constitutione probata in Concilio V. Lateranensi, et deinde confirmata regulis indicis, ut non vulgarentur libri cujusque generis absque licentia, et approbatione Ordinariorum, vel inquisitorum, sub pœna amissionis librorum, et suspensionis, ac excommunicationis pro editoribus ; qui si in excommunicatione ultra annum permanserint, erunt acriter puniendi. Et notandum, quod præfata constitutio *Leonis* jam reperitur adnotata in Archivio regiæ jurisdictionis in regno Neapolitano, ut refert *Bartholomæus Chioccarellus, Archiv. Reg. Jurisd. t.* 17. *tit.* 7.

CAPUT III.

Fusius ostenditur, Ecclesiæ præcipuum et proprium semper fuisse libros malos proscribere ; et hujusmodi jurisdictionem semper Ecclesiam exercuisse.

I. Sæculo IV. Concilium Nicænum anno 325. *Arii* scripta damnavit ; *Nicephor Hist. l.* 8. *c.* 18. et deinde *Constantinus* præcepit morte mulctari, qui librum aliquem ab *Ario* confectum statim non attulisset ; apud *Socrat. Hist. l.* 1. *c.* 6. Patres etiam pseudoconcilii in Tyro circa annum 336. *Marcellum Ancyranum* ideo deposuerunt, quia sententiæ damnationis suorum librorum noluit acquiescere, nec illos igni tradere. *Socrates ibid. Theophilus* Alexandriæ Episcopus anno 385. fuit primus, qui libros *Origenis* damnavit, prohibuitque, ne sui illos legerent, de quo eum postea *Hieronymus, Epiphanius, et Damasus* Papa valde commendarunt. At cum *Origenis* opera usque tunc ubique cum plausu perlecta fuissent, quidam monachi in Palæstina dicebant, errata si quæ in libris invenirentur, illa ex aliena manu in scripta *Origenis* irrepsisse ; hinc contendebant, non propter illa etiam reliqua esse damnanda ; *Theophilus* vero, hoc non obstante, ut refert *Sulpitius Severus, Dial.* 2. *cogebat renitentes pro potestate recta etiam universa cum pravis damnare, quia satis superque sufficerent libri, quos Ecclesia recepisset* ; *subdens, respuendam esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quam sapientibus profutura.*

II. S. *Epiphanius* pariter, coacto Concilio cum Episcopis suæ Insulæ, eosdem *Origenis* libros proscripsit, suosque a lectione compescuit. Denique *Anastasius* Papa illos pariter damnavit. *Vide S. Hier. Epist.* 78. *ad Pammach.* [1] Censuit *Baronius ad ann.* 402. *n.* 12. tantum *Patriarchon Origenis* fuisse damnatum ; sed in hoc aperte ei contradicunt *Severus, Palladius, Sozomenus, Hieronymus, et alii*, dicentes, omnes codices *Origenis* vetitos fuisse. Eosdem deinde medio sæculo VI. *Justinianus* comburendos mandavit, de hoc ab Ecclesia requisitus, et non obstante plurimorum reclamatione, edictum concremationis omnino executioni demandari voluit. Eodem sæculo VI. Concilium Carthaginense IV (seu verius V.) anno 398. sic statuit : *Episcopus Gentilium libros non legat* ; *hæreticorum autem pro necessitate, et tempore.* Ita refertur *in c. Episcopus, dist.* 37. Circa eadem tempora S. *Joannes Chrysostomus Montani* opera interdixit, ac igni tradidit. *Vide Nicephor. Hist. l.* 8. *c.* 18.

III. Sæculo V *Innocentius I.* in sua Epistola anno 418. *Pelagii, et Cœlestii* opera damnavit. Præterea anno 431. Patres Concilii Ephesini, postquam libros omnes proscripserunt *Nestorii, Liberatus in Brev. c.* 10. prævidentes autem non defuturos homines pertinaces, qui censuram despicerent, in Epistola Synodali *Theodosium* Imperatorem rogaverunt, ut obtrectantes sua potestate puniret : *Epist. Synod. Conc. Ephes. ad Theod. Act.* 2. et ideo *Theodosius*, ac deinde *Valentinianus* non solum bonorum publicatione, sed etiam capitis supplicio contumaces coercendos esse mandarunt, ut habetur in *l. Damnato, c. de hæret. et Manich. et l. Jubemus, c. de Summa Trin.* Deinceps, cum Nestoriani curaverint circumferri libros *Diodori* Tarsensis,

[1] In patrol. epist. gr. in benedictina edit. 87.

et *Theodori* Mopsuesteni, in quibus *Nestorii* errores magna ex parte latebant, *Cyrillus* Alexandrinus, et *Acacius* Metropolita Armeniæ coactis Synodis, illos proscripserunt, caveruntque, ne fideles eos haberent. *Liberatus in Breviar. c.* 10. Item anno 451, Concilium Chalcedonense *Act.* 2. libros *Eutychetis* damnavit; et eodem tempore insuper mandavit ut omnes Manichæorum libri flammis traderentur. *Platina apud Braschium loco supra cit.* ac proinde *Marcianus* Imperator horum Canonum contemptores damnavit pœna deportationis : atque si impia dogmata postea docuissent, pœna mortis Exstat in Concil. Chalced. *Act.* 3. *et vide etiam Baron. ad ann.* 418. *et* 419.

IV Eodem sæculo V. iterum *S. Leo* libros Manichæorum proscripsit, ut refert *S. Prosper in Chron.* ad ann. 443, sic scribens : *Diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos* (*Manichæos*) *de secretis suis erutos, et oculis totius Ecclesiæ publicatos omnis dogmatis sui turpitudinem et damnare fecit, et prodere, incensis eorum codicibus, multique Orientalium sacerdotes industriam rectoris sunt imitati* [1]. Idem *S Leo* scripsit : *Curandum esse, et sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati codices in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem Scripturæ non solum interdicendæ, sed ignibus concremandæ... Unde si quis Episcoporum apocrypha haberi per domos non prohibuerit, hæreticum se noverit judicandum; quoniam si alios ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat. Epist.* 15. alias 93. c. 15. Edit. Ven. [2] Idem *S. Leo*, ut legitur in ejus responso ad *S. Turribium*, scripta damnavit Apollinaristarum, et *Dictinii* Episcopi Asturicensis (qui tamen ab errore jam resipuerat) sic inquiens : *Sed nemo catholicus præsumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis utitur scriptis, non solum ab Ecclesia catholica, sed etiam a suo auctore damnatis.*

V. Eodem sæculo V. putatur prodiisse celebre decretum de censura librorum, *Gelasio* attributum. *Baronius ad an.* 69. *n.* 4. cum aliquibus aliis *Damasum* credit decreti illius auctorem, *Gelasium* vero promulgatorem ; sed *Personius in Vindic. Ignatian. Lib.* 1. *c.* 4. ex antiquissimo codice, in Angliam perlato a *Lanfranco* ex Cœnobio Beccensi, legit titulum : *Decretum Gelasii Papæ de recipiendis, et non recipiendis libris..... quæ sunt scripta ab eo cum* 70 *eruditissimis Episcopis*. Et idem confirmat *Gratianus, Lupus Ferrar., aliique cum Nicol. Papa. Epist.* 42 *ad Episc. Galliæ. Lupus Ferr. epist. ad Carol. Calv. in fin. Gratian. c. Sancta Rom. Dist.* 19. Non obstat quidam codex apud *Baluzium*, ubi decretum illud adscribitur *Hormisdæ* Papæ, nam, ut referunt idem *Baronius, Pagius, Card. Noris, et alii, Baron. ad ann.* 420. *n.* 21. *Pagius ibi in Crit. ann.* 494. *n.* 4. *Noris in Cœnotaphiis Pisanis diss.* 4. § 1. *P. Orsi Hist. Ecclesiast. ad ann.* 494. idem *Hormisda* scribens ad *Possessorem* Episcopum, asserit, jam pridem extitisse decretum, dicens : *Quæ essent catholica dogmata* (in illo decreto) *definiuntur, ac certa librorum, etiam veterum in auctoritate recipienda*. In decreto autem *Hormisdæ* legitur : *Non solum repudiata* (nempe hæreticorum scripta), *verum ab omni Romana, et apostolica Ecclesia eliminata, atque in suis auctoribus anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. Abbas de Fleury* scribit *Tom.* 19. *Orat.* 7. *sup. Hist. Eccl. n.* 12, *et Tom.* 7. *p.* 64. in eo decreto simplicem directionem ad cautelam dari, non vero præceptum prohibitionis, quia nullæ in ipso adsunt censuræ , seu pœnæ injunctæ. Sed perperam, nam verbum *eliminata* satis demonstrat, quod scripta illa jam ab Ecclesia fuerint damnata. Quomodo autem asserere potest *Fleury*, in illo decreto nullam adesse censuram impositam, dum in eo legitur, *Sub anathematis indissolubili vinculo?* Accedit, quod *Clemens VIII.* in constitutione *Sacrosanctum*, data die 17 octobris anno 1595, testatur *Gelasium* sub censura librorum illorum detentores jam damnasse. Accedit insuper, quod Patres Concilii Tridentini, ut refert Cardinalis *Pallavicinus, Hist. Conc. Trid. part.* 2. *c.* 18. *et* 19. ex digestis a *Gelasio* arguerunt, non esse opus in prohibitione librorum, ut citentur auctores, quorum sunt libri interdicendi. Alius autem auctor, nempe *Van Espen part.* 1. *tit.* 22. *de Congr. Card. c.* 4. *n.* 2, dicit, in laudato decreto actum esse tantum de publica, non autem de privata lectione. Sed hic etiam perperam, nam in decreto dicitur, *Cum hæc ad catholicorum manus devenerint;* quis non videt, hic etiam de privata lectione fieri sermonem?

VI. Sæculo 6. anno 536. Patres Con-

[1] In patrol. t. 51, patrol. latin. col. 600, in edit. bened. p. 749.

[2] In patrol. epist. XV. quesnell. XV, ante Quesn. 93.

cilii sub *Menna* Constantinopolitano proscripserunt libros *Severi*, *Petri Antiocheni et Zoaræ*, dicentes : *Abjicimus et anathemate ferimus omnia ab ipsis conscripta*. Et deinde ab Imperatore petierunt, ut sua sanctione canones pro re illa statutos roboraret. Eodem tempore Papa *Vigilius* damnavit scripta *Theodoreti* adversus *S. Cyrillum*; item libros *Theodori* Mopsuesteni, et epistolam *Ibæ*; ac deinde anno 555, libri in Concilio II. Constantinopolitano igni traditi sunt, et omnia eorum exemplaria, si quæ postmodum invenirentur, sub excommunicatione vetita. De libris pariter Priscillianorum in Concilio I. Bracharensi anni 563, sic legitur (ibi in can. 17.) : *Si quis Scripturas, quas Priscillianus secundum suum depravavit errorem; vel tratactus Dictinii* (quos ipse scripsit priusquam converteretur) *legit, aut defendit, anathema sit*. Pariter in Concilio Toletano II. anni 589, habetur : *Sancitum est, ut libri omnes hæreticorum igni comburendi darentur. Baron. ad ann.* 589. *n*. 44. In sequentibus sæculis anno 649, in Concil. Romano sub *Martino I. Can.* 18 dictum fuit : *Si quis non respuit, et anathematizat animo et ore nefandissimos hæreticos* (nempe *Theodorum Pharanitam, Cyrum, Sergium, et Paulum Pyrrhum*) *cum omnibus impiis eorum conscriptis.... condemnatus sit*. Et in *Act*. 4. damnata fuerunt et sub anathemate prohibita scripta commentitia *Mennæ*, et *Vigili* Papæ de unica Christi voluntate. Et in *Trullano anno* 692. *Can*. 63. proscriptæ fuerunt quædam apocryphæ Martyrum Historiæ, et flammis traditæ. Item anno 745. *S. Bonifacius* Episcopus Moguntinus, Sedisque apostolicæ legatus concilium advocavit, cujus imperio scripta impii *Adalberti* combusta fuerunt. Denique *Zacharias* Papa in Concilio Romano idem confirmans dixit : *Optime provisum a vestra sanctitate ut conscripta illius omnia igne concrementur*, apud *Baron. ad ann*. 745. *n*. 36. Item in Concilio Nicæno II. ann. 787, proscripti fuerunt aliqui Iconoclastarum libri, his verbis : *Anathema illis libris, et eis qui legunt*. Ibid. *Act*. 2.

VII. Nono sæculo *Nicolaus* Papa cum requisitus fuisset a Bulgaris, quid faciendum de libris allatis a Saracenis, respondit : *Utpote noxii et blasphemi, igni tradendi*. Epist. ad Bulgar. Præterea *Adrianus* Papa anno 869. sic *Basilio* Imperatori scripsit : *Cuncta decernimus exemplaria* (Photii) *prorsus a possessoribus ablata igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his unum apicem, nisi forte quisquis totius nominis christiani dignitate, anathemate perculsus, carere voluerit. Accendatur etiam tuæ zelus pietatis, etc.* Sicque prosequitur Pontifex, rogans Imperatorem, ut ipse suis etiam edictis pœna coerceret inobedientes, apud *Beyerlink verb. Dedecus lit. f.* Concilium Tullense XIV. anno 860. can. 4. confirmavit canonem IV Concilii Valentini III. qui de libris *Scoti Erigenæ* ita statuerat : *A pio fidelium auditu penitus explodimus, et ut talia et similia scripta caveantur, auctoritate Spiritus sancti interdicimus. Leo IX*. anno 1050. in Concilio Vercellensi sub anathemate pariter damnavit librum *Scoti* de corpore Christi. *Honorius III*. anno 1225, confirmans acta Concilii Senonensis, proscripsit alium præfati *Scoti* librum de naturis. *Lanfranc. de corp. dom.* c 4. Præterea, in Concilio Romano sub *Nicolao II*. anno 1059. *Berengarius*, ejuratis erroribus, adducere omnes suos suorumque libros coactus est, qui omnes concremati fuerunt. *Lanfranc. loc. cit.* In Concilio Suessionensi anno 1121, coactus est *Petrus Abelardus* sua scripta propriis manibus igni committere. *Innocentius II*. sub excommunicatione mandavit, ut qui haberet libros præfati *Abelardi*, et *Arnaldi a Brixia*, illos statim combureret, extat in Concilio Lateranensi in fine. Idemque præceptum datum fuit anno 1140, in Concilio Senensi, apud *S. Bernard. ep*. 115. *ad Yvonem Card* [1]. Idem de libris *Gilberti Porretani* statuit *Eugenius III*. anno 1148, in Concilio Rhemensi, ut refert *Gaufridus* dicens : *Dominus Papa apostolica auctoritate capitula ipsa damnavit, districte præcipiens, ne eumdem librum legere, vel transcribere quis auderet. Gaufrid. ap. Gravel. tom.* 1. *Hist. part*. 4. *Coll*. 4. *et ap. Nat. Alex. t.* 13. *p*. 77.

VIII. Pariter concilium Parisiense anno 1204, damnavit libros *Davidis a Dinando : Qui libri*, ait *Rigordus, de Gestis Philip. apud Petav. in Prolog.* c. 3. *n*. 8, *et apud Natal. Alexand. tom*. 16. *p*. 156, *jussi sunt omnes comburi; et sub pœna excommunicationis cautum est in eodem concilio, ne quis eos de cætero scribere, legere præsumeret, vel quocumque modo habere.*

In concilio Toletano 1229. vetitum fuit,

[1] In patrologia epist. 193, t. 182, col. 359.

ne laici cujuscumque generis et status penes se haberent, durante hæresi, quemcumque librum sacræ Scripturæ, exceptis Psalterio, et Breviario. *Concil. Toletan. Statut.* 13. *apud. Harduin. tom.* 7. *Collect. col.* 178. Et quoniam hæreticorum est sacras Scripturas in vernaculam linguam vertere, ut illas modo suo interpretantes erronee tradant suis addiscendas, ideo synodus Biterrensis ann. 1245, (c. 36.) interdixit omnes Scripturæ libros vulgarem in linguam traductos. Idem statuerunt concilia Hierosolymitanum, Mechliniense, Cameracense, et alia plura, quæ observari possunt in libro edito Parisiis anno 1661, ex præcepto cleri Gallicani sub titulo : *Collectio Auctorum, qui ex professo sacræ Scripturæ in vulgarem linguam translationes damnarunt.* De hac re adest enim quarta Regula Indicis. Insuper Papa *Clemens XI.* proscripsit propositionem 79. *Quesnelli*, quæ dicebat : *Utile ac necessarium est, omni tempore, omni loco et omni personarum generi studere et cognoscere spiritum et pietatem, et mysteria sacræ Scripturæ.* Præterea, Cancellarius Parisiensis, et Doctores regentes jussu *Gregorii IX.* libros Thalmudos publice concremarunt. *Nat. Alexand. tom.* 16. *p.* 41. Idem statuerunt *Clemens IV. Honorius IV. Joannes XII.* et alii, *Vide Sixtum Senens. l.* 2. *tom.* 1. *p.* 202, et ex sola Bibliotheca Judæorum, quæ erat Cræmonæ, combusta sunt duodecin millia exemplaria. Insuper *Julius III*, Constitutione 23 *Cum sicut jus*, præcepit quoscumque codices Judæorum ex eorum domibus eruendos et concremandos : *Clemens VIII.* Constitut. 20. *Cum Hebræorum*, omnibus facultatem ademit, adhuc Inquisitoribus, et Legatis a Latere, impertiendi licentiam ad eos legendos.

IX. Alexander IV Const. *Romanus Pontifex*, anno. 1256. sub excommunicatione vetuit, illa ne quisque haberet scripta *Guillelmi a Sancto Amore*, mandavitque, ut intra octo dies comburerentur ; et omnes paruerunt. *Vide Guillelm. Nancium in Vita L. S. Ludov. ann.* 1225. Pariter *Petrus Tarraconensis* Archiepiscopus auctoritate *Alexandri V.* anno 1260 sub anathemate libros *Laurentii Lulli* proscripsit ; et cum deinde anno 1376. *Gregorius XI.* prohibitionem confirmasset *Petrus* Arragoniæ rex de illa mœrens Pontificem rogavit ut opus *Lulli* iterum examinaretur ab Episcopo Barcinonensi : sed hoc non obstante, proscriptio stetit, et rex humiliter illi acquievit. Item *Thomas Arundelius* Archiepiscopus Cantuariensis, coacto provinciali anno 1408. Oxoniæ, prohibuit sub excommunicatione, ne quis legeret aut haberet quemcumque librum ab academia Oxoniensi, aut Cantabrigensi prius non probatum. Pariter *Joannes XXII.* in concilio Romano anno 1513. plures libros damnavit, Episcopis curam injungens, ut omnes illi concremarentur. *Vide Labbe tom.* 1. *Conc. par.* 2. *et Natal. Alexand. t.* 16. *p.* 231. Idemque mandatum renovavit concilium generale Constantiense anno 1415. His perspectis nequeo intelligere, qua fronte possint quidam asserere, Ecclesiæ tantum esse censuram dare de pravis libris, non vero illos prohibere, et comburere.

CAPUT IV.

Respondetur inanibus adversariorum objectionibus quibus impugnantur librorum prohibitio ab Ecclesia indicta.

I. Diversi diversa objiciunt. Alii absolute asserunt, librorum prohibitionem per se nocuam, et injustam esse. Alii concedunt quidem, ad Ecclesiam pertinere censuram ferre de libris, ad principes vero lectionem eorum prohibere, illosque comburere. Alii demum utrumque Ecclesiæ concedunt, quod possit nimirum libros damnare, et eorum lectionem interdicere, sed autumant prohibitiones, quæ hisce temporibus ab Ecclesia prodeunt, omnino esse irregulares, et a recto ordine aberrantes, ac proinde non posse conscientias obstringere. Singula discutiamus.

II. Objiciunt igitur. I. Injustam esse librorum prohibitionem, ex illo Apostoli : *Omnia... probate, quod bonum est, tenete.* 1 *Thess.* 5. 21. Errat igitur Ecclesia Romana, temere dicunt, librorum lectionem prohibendo, cum unicuique ex præcepto Apostoli datum sit libros lectione probare, bona in eis inventa retinendo, mala autem reprobando.

III. Id confirmat auctoritate *S. Hieronymi*, qui cum argueretur ab aliis, quod hæreticorum opera evolveret, sic respondit : *Si quis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non acquiesco, sciat, me illud Apostoli libenter audire* : Omnia probate quod bonum est tenete... *Cur me lacerant amici mei, et adversus silentem crassæ sues grunnitant ? Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere*

quæ bona sunt, et a fide catholicæ Ecclesiæ non recedere. Ep. ad Miner. et Alexand. [1] Confirmant deinde exemplis, et dictis *Theophili*, et *Dionysii* Alexandriæ Episcoporum. *Theophilus* enim, cum reprehenderetur, quod scripta *Origenis*, legeret, reposuit : *Si quid boni in illis reperio, illud excipio, si vero spinosum quid visum fuerit, hoc tamquam aculentum prætereo.* Item *Dionysius* pariter reprehensus de lectione hæreticorum, rem cum Deo in oratione conferens, cœlestem vocem audivit ei dicentem: *Lege omnia, quæ in manus tuas veniunt ; valebis enim omnia expendere, et probare.* Hinc *Dionysius*, legit, et aliis (forte ipsum reprehendentibus) scripsit: *Acceptavi visionem hanc, tamquam apostolicæ voci conformem. Apud Euseb. Hist. l.* 7. c. 7.

IV. Addunt, quod etiam *Hormisdas* Papa lectionem librorum pravorum non reprobabit, imo laudavit, eo quod alias non bene possent errores confutari, nec vitari, sic enim dixit : *Nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Sæpe de his necessaria providetur, de quo ipsi æmuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest nosse, quod fugias : atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, numquam Doctor ille Gentium acquievisset nuntiare fidelibus : Omnia probate, quod bonum est tenete. Epist.* 70. *ad Possessor.* Quin et ipse *Gelasius* in decreto supra laudato, eodem tempore quo damnata opera recensebat, sic ibidem annotavit : *Sed cum hæc ad catholicorum manus advenerint B. Pauli Apostoli præcedat sententia: Omnia probate, quod bonum est tenete.* Hinc *Fleury*, et *Van Espen* inferunt Pontifices, ac ipsummet *Gelasium* libros notatos damnasse, non ut eorum lectio prohiberetur, sed ut illi cum præventione, et cautela legerentur ; dum alias rigorosa prohibitio (ut aiunt) nonnisi perniciosa esse potest, eo quod libertinos ipsa prohibitio magis ad lectionem impellit ; et contra aufert cordatis viris, ut possint errores qui serpunt annotare, et confutare.

V Respondetur. Et primo, quoad textum illum Apostoli, *Omnia autem probate*, etc. communiter dictum illud explicatur a commentatoribus, *Estio*, *Cornelio a Lapide*, *Ugone*, *Natal. Alexand. Tirino*, et aliis; nimirum quod omnia, quæ dubia et incerta sunt, examine et probatione indigent, prout erant quædam prophetiæ, de quibus sermonem fecerat Apostolus in versu præcedenti, ubi dixerat : *Prophetias nolite spernere*; has voluit *B. Paulus* judicari, an veræ fuerint aut falsæ ; jampridem enim ab ipso Domino (*Deuter.* 13. 3.) mandatum fuit, ne Pseudoprophetæ a fidelibus audirentur; *Tertullianus* autem misere in hæresim impegit, quia, *Montani*, et insanarum mulierum somnia ut prophetias habuit. Non igitur, inquit *Estius*, de omnibus doctrinis verba illa dixit Apostolus, sed tantum de iis, quæ de novo proferebantur a fratribus, et nondum probatæ erant; hæc enim dijudicari oportebat, secundum id, quod idem *Paulus* præcepit Corinthiis scribens: *Prophetæ duo aut tres dicant et cæteri dijudicent.* 1. *Cor.* 14. Ea vero, quæ ab ipso, aut ab aliis tradita erant Apostolis, non dijudicari vult, sed teneri; ut in 2. *ad Thessal. c.* 2. inquit: *Tenete traditiones, quas didicistis.* Et 1. *Cor.* 11. *Laudo vos quod sicut... tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Præterea dicit *Natalis Alexander*: probare doctrinas librorum, non unicuique commissum est, sed tantum Episcopis, quos Spiritus Sanctus Ecclesiæ Dei præfecit, et maxime summo Pontifici Christi Vicario, ac totius gregis Christi supremo Pastori. Pravi autem libri non damnantur ab Ecclesia nisi post diligens examen ; nullum igitur judicium aliud de illis operibus expectandum, quæ jam Ecclesia improbanda judicavit.

VI. Quod vero ad *S. Hieronymum* attinet, certum est, quod ipsemet sanctus Doctor lectionem pravorum constanter reprobaverit; in quadam enim Epistola ipse scripsit: *Doctorum hominum tractatus lege eorum dumtaxat, quorum fides nota est; non necesse habes aurum in luto quærere. Epist. ad Furiam* [1] Hancque Epistolam animadvertens *Marianus Victor*, sic annotavit : *Ubique sanctissimus vir inculcat, ut ab hæreticorum, apocryphisque voluminibus abstineamus ; et improbat rationem, qua prætenditur aurum ex luto quæri.* Præterea *S. Hieron.* summis celebravit laudibus Decreta *Eusebii*, et *Dionysii* Alexandrini, quibus a lectione librorum *Origenis* fideles arcebantur. Præterea ipse *Hieronymus* auctor fuit, ut iidem *Origenis* libri proscriberentur a

[1] In patrolog. epist. CXIX. n. 11.

[1] In epistol. X in veter. edit. XLVII. benedict. XLIV patrol. ad Furiam, non reperiuntur hæc verba.

Venerio Episcopo Mediolanensi, et a Pontifice *Anastasio*, cujus deinde decretum undique ipsemet propagavit. *S. Hieron. Ep.* 78.[1] *ad Pammach.* Ipsemet præterea laudat *Pammachium*, qui cum legisset *Origenis* principia, *Exhorruit, et reclusit scrinio, ne proluti in vulgus multorum animos vulnerarent.* Idem *Ep.* 59. *ad Avitum*[2]. Tandem testatur, se exemplar *Origenis* olim a se translatum nulli umquam præbuisse, ex quo notat Commentator : *Audiant hæc qui hæreticorum libros passim sibi legendos fore contendunt, et salubrem Parentis Ecclesiæ prohibitionem despiciunt; venenum enim aureo etiam haustum poculo semper nocet. Marian Vict. in præf. Epist.* Scribit alibi idem *Hieronymus* hæc magni ponderis verba : *Melius est aliquid nescire, quam cum periculo discere. Reg. Monach. t.* 9. *Edit. Col. p.* 198. Alibi demum, ut alia prætereamus, sic gravissime monet : *Nemo ad lupanar mittit virgines suas, quamvis quædam ibi reperiri possent de turpi corruptione lugentes : nemo hæredem suum latronum turbæ committit, ut discat audaciam : nemo in perforatam intrat cymbam, ut discat vitare naufragium; et ad planum prostibulum, hæresibus plenum volumen, animam diriges immunem doli, ut ibi discas catholicam veritatem?* Idem. *S. Hier. apud Sixtum Senens. l.* 2. *t.* 1.

VII. Quod si uno illo in loco ab adversariis objecto diversimode S. Doctor sentire videatur, hoc nimio ejus ardori parcendum, quo a *Rufino* et aliis impetebatur. Hinc non desunt, qui de hujusmodi lectione *Hieronymum* reprehendunt. *Vide Christian. Lupum.* . Et ipsemet adhuc fatetur de tali re a Domino fuisse correptum, ac etiam flagellis coercitum. *S. Hieron. in Reg. Monach.* Scribunt alii, *Hieronymum* libros quoscumque legisse propter Ecclesiæ necessitatem, et de licentia saltem tacita *Damasi*, aliorumque Pontificum. Cæterum sciendum est, quod tunc temporis magna vertebat controversia inter Episcopos, an permittenda, aut vetanda foret Operum *Origenis* lectio? Negabat *Theophilus* Episcopus Alexandriæ, et *Epiphanius* Salaminæ in Cypro, quorum tamen decreta erant tantum particularia pro suis Ecclesiis. Affirmabat autem *Eusebius* (qui tunc Apologiam de libris *Origenis* tradiderat), item *Chrysostomus*, *Theotimus*, *Cassiodorus*, et alii, ac ipse *Hieronymus*, dummodo caute atque a paucis peritis præfati libri legerentur. Adde, quod lectio ipsorum non erat usque tunc damnata; quis dubitat, quin si ipsa ab Ecclesia fuisset vetita, *Hieronymus* Ecclesiæ paruisset?

VIII. Quod autem ad *Theophilum* Alexandriæ Patriarcham pertinet, respondetur, quod, licet ipse immunem se diceret ab omni reprehensione, quia in lectione librorum *Origenis* caute se gerebat, omnino reprobando quæ prava videbantur; attamen refert *Socrates*, *Hist. l.* 6. *c.* 16. *c.* 17. *Theophilum* nihilominus damnatum fuisse a Concilio, nec excusationes ab eo allatas, fuisse admissas. Si igitur hic Patriarcha damnatus fuit, eo quod libros nondum vetitos legerit, quisque videre potest, qualis fuerit Orientalium sensus circa lectionem librorum jam proscriptorum. Quod vero adducunt adversarii de *Dionysio*, id multo longius eorum causam intirmat, quam adjuvat. Relege, benigne lector, quæ de hoc diximus *cap II. n.* 5. ubi retulimus quod *Dionysius* non ausus sit legere hæreticorum libros, nisi divina visione, et voce confirmatus; et nihilominus adhuc a suis apud Pontificem accusatus fuit, qui non omisit eum de hoc reprehendere, prohibuitque, ne deinde hujusmodi lectionem prosequeretur. Mira res! primis illis Ecclesiæ sæculis, quando paucissimi habebantur Sacræ Scripturæ explanatores, si vel Patriarcha, qui opera legisset alicujus magni nominis interpretis, qui in aliquem errorem incidisset, scandalo erat fidelibus, et reprehendebatur, et deferebatur, et damnabatur; et hodie, Patribus, et multis affluamus explanatoribus, in quorum operibus cum SS. doctius, quam in libris hæreticorum veritates elucidantur, inveniuntur homines Ecclesiam criminantes, quod librorum erroribus infectorum ovibus suis lectionem prohibeat!

IX. Scripta demum ab *Hormisda* nobis opposita minime obsunt : non enim Pontifex ignorare potuit traditionem Ecclesiæ, conciliorum canones, decessorumque decreta, nempe *Leonis*, aliorumque Pontificum, et multo minus decretum *Gelasii*, quod ipsemet *Hormisdas* in eadem sua commendat Epistola. Ipse insuper ibidem adnotat, *Gennadii* libros ab Ecclesia non recipi. Insuper ipsemet fideles a lectione librorum Manichæorum, aliorumque hæreticorum compescuit. *Vide Platinam in Hormisdam apud Beyerlink. Verb. Dedecus.* Quod autem

[1] In Edit. benedict. 87, in patrol. 97, ad Pammachium et Marcellam.
[2] Epist. 124 in patrol. — in benedict. 94. n. 1.

Hormisdas scripsit *Possessori,* nempe, *Non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes,* illud quidem scribit sine præjudicio prohibitionis damnatorum librorum. Fervente Constantinopoli magna controversia circa *Gennadii* librum, bene poterat *Possessor* Episcopus eum legere, etsi novisset damnatum; quandoquidem concilium Carthaginense (ut supra diximus) non diu ante celebratum, decreverat, posse Episcopos legere damnatos libros hæreticorum *pro necessitate, et tempore* : quanto magis igitur legere poterat *Possessor*, tempore, quo liber *Gennadii* nondum fuerat damnatus. Nolebat autem ipse illum legere, nimis in ea re scrupulis indulgens ; at de hoc ab *Hormisda* fuit exprobratus, propter illud Apostoli monitum, *omnia probate;* opus est enim, ut pastores aliqua probent, ac deinde oves instruant de iis, quæ tenere, et quæ abjicere debeant. Dicere autem cum adversariis, quod stricta librorum prohibitio non potest esse nisi perniciosa, eo quod libertinos magis ad legendum impellit : hoc argumentum infrigit omnia Ecclesiæ, imo ipsius Dei mandata. Hæc quidem est misera hominum conditio, ut vetita avidius patrare cupiant, juxta vulgare illud proverbium : *Prohibitio generat appetitum.* Sed hoc non evenit, ut ait *Chrysostomus, Hom.* 10. *in Epist. ad Rom.* ob legis naturam, sed propter eorum, qui legi tenentur parere, defectum. *Augustinus* dixit: *Auxit prohibitio desiderium, Serm.* 4. *de Verbis Apostoli.* Et alibi : *Hoc ipsum quod concupiscitur, fit jucundius, cum vetatur. Ibidem c.* 10. Sed quid inde? Numquid justa præcepta ex hoc perniciosa, ac proinde permittendum erit, ut homines agant quidquid velint?

X. Præfatum hoc ridiculum argumentum primus proposuit petulans *Petrus Soave;* sed illud egregie diluit Cardinalis *Pallavicinus*, dicens, quod licet lectio noxia librorum per se a natura sit vetita, tamen valde prodest ad vitandos lapsus injuncta Ecclesiæ prohibitio : *Imperciocche* (sunt verba *Pallavicini*) *maggiori peccati si schifano, mentre innumerabili persone per ubbidienza rattenendosi da si fatti libri, rimangon liberi dal male, in cui le trarebbe improvedutament una tal lezione. Ne si scorge bastante in pratica il rimetter cio alla coscienza di ciascuno, il quale consideri, si un tal libro il ponga in lubrico di caduta, onde sia in obligazione di non uzarlo. Questo pericolo mal si conosce, se non tardi, ed a rea prova. Di molte opere a molti non e nota la contenenza prima della lezione. Onde a cio troppa e la fidanza che ha l'Uomo si del suo sapere, che del suo potere: ciascheduno si persuade, che da niun seduttore sara ingannato, da niun vischio sara impaniato. Le istorie che raccontano cio che una volta fu, e le favole che rappresentano cio che molte volte suol essere, son piene di esempj, i quali insegnano, quanta in cio sia la presunzione degli Uomini avanti al fatto, quanta la debolezza nel fatto ; sensa che la proibizione de libri cattivi porta insieme due altri salutevoli, e considerabili effetti : l'uno e che il timore di questa autentica nota ritiene molti dallo scriverli, o dal divulgarli : l'altro che ella col defficoltarne lo spaccio, ritrae gli Stampatori dall' impressione, ed i Libraj dalla compera ; onde la trista erba per difetto di coltivatori a poco a poco si dirada, e muore ; e le penne, i torchi, et le botteghe son invitate dall'esca dell' utilita ad impiegarsi solo in opere profittevoli* [1] Quamvis igitur aliquando alicui viro pio prodesse poterit legere pravum librum erroribus notatum, nihilominus (generaliter loquendo) magis expedit ab hujusmodi lectione homines removere, ut illusionum periculum vitetur, aut saltem, ne ipsorum exemplo libertini ad legenda inducantur ea, quæ facile subversionis causa eis esse poterunt.

XI. Objiciunt II. Per librorum prohibitionem, ac multo magis per eorum concremationem ipsam rempublicam lædi, et ideo plures maximam subire bonorum ac famæ jacturam ; hinc illas nonnisi a sæculari principe posse impe-

[1] *Id est* : Et enim majora mala evitantur, cum innumeri homines abstinentes se ex obedientia ab hujusmodi libris, servantur immunes a peccato, ad quod talis lectio eos improvide pertraxisset. Non satis providetur, si hoc conscientiæ uniuscujusque relinquatur, qui consideret utrum hujusmodi libri lectione inducendus sit in peccatum, ita ut illo non uti teneatur. Vix advertitur periculum istud, nisi sero et peccato jam commisso. Multorum operum indoles ignoratur, antequam lecta fuerint. Hinc quilibet nimium fidens, suæ scientiæ viribusque sibi persuadet, a nullo seductore se deceptum, nullo visco se captum iri. Historiæ, quæ vera et fabulæ quæ etiam probabilia sæpius narrant, permulta suppeditant exempla, quibus docetur, quanta in hoc sit hominum præsumptio ante factum, quanta vero in facto infirmitas. Contra prohibitio nocivorum librorum salutares et insignes profert fructus : unum est, quod timor censuræ multos a compositione et divulgatione talium librorum ret ineat, alterum quod illorum venditionem impediens, typographos ab impressione et bibliopolas ab emptione retrahat, quo fit, ut infelix herba deficientibus cultoribus paulatim rarior evadat ac denique emoriatur; scriptores vero, typographi et bibliopolæ excitantur proprio commodo ut se tantum operibus utilibus impendant.

Edit. A. Leclere.

rari, ad quem unice spectat super bona temporalia jurisdictionem exercere. Addunt, quod Ecclesia nonnisi posterioribus hisce sæculis hujusmodi negotiis se immiscuit; quamvis enim, ait *Petrus Soave*, apud *Pallavic. Hist. Trid. p. 2. l. 15. c. 18.*, Ecclesia semper libros malos damnaverit, eorumdem tamen prohibitio et concrematio nonnisi per principes legitur imperata, ut apparet ex prohibitione librorum *Arii* vetitorum a *Constantino*, *Nestorii* a *Theodosio*, *Porphyrii* a *Justiniano*, *Eutychetis* a *Valentiniano*, et *Martiano*, *Pelagii* ab *Honorio*, ac tandem Lutheranorum a *Carolo V* Nec nisi sæculo XIII. Ecclesiam hanc jurisdictionem usurpasse asserunt; tempore quo in concilio Tolosano prima vice ipsa fidelibus interdixit sacræ Scripturæ lectionem.

XII. Respondetur. Jam supra Cap. II. et III. satis evidenter ostensum est, ad Ecclesiam præcipue pertinere libros, qui fidem vel mores offendunt, prohibere, cum ipsi Ecclesiæ præcipue incumbat oves suas a venenatis pascuis removere, et hanc jurisdictionem jam a primis sæculis innumeris exemplis demonstravimus semper exercuisse interdicendi et concremandi libros nocuæ lectionis, ipsis videntibus et comprobantibus piis principibus. Quod si aliquando principes libros fidei aut moribus adversos proscripserunt, aut concremarunt, hoc fecerunt ad petitionem Ecclesiæ, ut sua potestate coercerent renuentes Ecclesiæ canonibus se subjicere, prout *Constantinus* ex præcepto concilii Nicæni scripta *Arii* aboleri mandavit. *Raynaud. de bon. et mal. l. p. 3. Erot. 2. n. 466. Barbosa de Off Episc. p. 3. All. 50. Honorius* libros Pelagianorum, instantibus *Zosimo* et *Bonnifacio* Episcopis, *ut supra; Theodosius et Valentinianus* libros *Nestorii*, et *Porphyrii*, postulante concilio Ephesino; *Justinianus* libros *Severi*, petentibus Patribus concilii Constantinopolitani; *Basilius* scripta *Photii* ad instantiam *Adriani* Papæ, qui illa prius damnaverat, et ex Oriente transmissa Romæ ignibus tradidit; *Ludovicus Pius* librum *Claudii a Sorino* ex Episcoporum judicio commisit igni; idemque fecit S. *Ludovicus* rex de libris Thalmudicis judicio *Innocenti IV*

XIII. Saltem omnes libri, qui a principibus damnati fuerunt, prius ab Ecclesia fuerunt interdicti. Sic libri Eutychianorum proscripti a *Marciano*, antea jam a concilio Chalcedonensi (cui Imperator interfuit) fuerunt vetiti. Libri *Wicleffi* damnati a *Ricardo* II. Angliæ rege, jam prius a *Gregorio XI.* fuerunt damnati. Et idem accidit de libris novatorum a *Carolo V.* proscriptis. Porro ipsimet principes fatentur, se gladium habere ad canones Ecclesiæ custodiendos; sic enim declaravit *Childebertus* rex: *Quia necesse est, ut plebs, quæ sacerdotis præcepta non ita ut oportet custodit, nostro etiam corrigatur imperio.* Constitutio *Childeberti in Labbe to.* 6. *Concil. Col.* 487. *Et Ludovicus VII.* Galliarum rex: *Quare digna vox est majestate regnantis, Dei servum et Ecclesiæ defensorem se principem profiteri*; *ap. Baluz. in Addit. ad l. 2. de Concord. Petr. de Marca.* Concedimus, alii opponunt, posse Ecclesiam prohibere libros religionem impugnantes, sed quo jure Ecclesia poterit sibi potestatem arrogare proscribendi libros de philosophia, vel de aliis materiebus tractantes? At istis sapienter respondit Cardinalis *de Luca* inquiens: *Quamvis impium vulgus hanc prohibitionem ad solos libros, qui fidei dogmata continent, restringere satagat, quasi quod ea, quæ mores, vel pietatem, sive ecclesiasticam potestatem seu libertatem concernunt, ad fidem non pertineant; prorsus tamen erronea est hæc opinio, quæ ignorantiæ et malitiæ filia est, quoniam ista sunt semina hæresum, vel schismatum, vel radices, vel præparationes. Theatr. Verit. et Just. tom. 15. p. 2. d. 19. num. 10.* Confirmatur, quod dicimus, ex Decretali die 4 Mart. ann. 1755. emanata a *Benedicto XXI.* et directa ad Episcopos regni Poloniæ (*vide in Bullar. ejusd. Benedicti*): ibi loquens Pontifex de quodam libro edito a *P. de Borde* Congregationis Oratorii in Gallia, in quo Auctor *labefactat* (verba sunt Decretalis) *potestatem Ecclesiæ a Christo Domino collatam, non solum dirigendi, sed etiam jubendi per leges, et contumaces exteriori judicio et pœnis coercendi, ecclesiasticum ministerium, ita sæculari dominationi subjiciens, ut ad hanc spectare pronuntiet de externa omni ac sensibili gubernatione cognoscere ac judicare. Hoc pravum ac perniciosum systema jampridem a Joanne XXI in Constitutione,* Licet juxta doctrinam, *reprobatum, ac pro hæretico expresse damnatum* ut testatur, *Benedictus* iterum damnat, præfatique Auctoris propositiones impias, et hæreticas declarat.

XIV. Objiciunt III. non raro censuras

librorum committi viris imperitis, aut maledicis, et invidis qui de rebus scriptis vel nesciunt judicare, vel quibus Auctores sunt exosi, et ideo ipsi, salebras in plano quærentes, sive bene sive male Auctor scripserit, damnandum esse volunt, ut loquuntur *Raynaudus de bonis et mal. lib. p.* 3. *Erot.* 3. *n.* 512. et *Ludovicus Muratorius*, *Buono-Gusto p*. 2. *c*. 1. Et sic opera ven *Bellarmini* fuerunt vetita. *Fuligat in Vita Bellarm. c*. 11. Sic etiam scripta *S. Thomæ* fuerunt anathematis fulmine interdicta a quodam Episcopo Parisiensi, *Raynaud. l. c. num.* 379. Quapropter referunt *Pium II*. Brancorum regem sic monuisse *Carolum VII*. filium, ut refert *Launojus*, *Obsecro*, *charissime fili*, *ut doctoribus Sedis apostolicæ semper non credas*; *multe illorum passionibus tribuas*. Hinc dicunt, quod ad errores fraudesque vitandas omnino opus est ut in prohibitione librorum Auctores, vel alii pro ipsis audiantur, qui operum tueantur partes; agitur enim de re gravi, nimirum de fama Scriptoris, et de ejus non levi damno propter editionem libri jam perfectam : ideo pertinet ad substantiam judicii, ut reus citetur et audiatur, juxta ipsorum canonum præscriptum; nam in Clementina *Pastoralis* sic dicitur : *Dici ne ergo sententia meruit, quæ a judice.... in absentem, nec citatum legitime, ac inauditum per consequens et indefensum, non maturo fuit judicio, sed præcipitio promulgata?* Idem pluries et fortius per leges civiles præscribitur. Non potuit igitur Ecclesia Romana retractare, quod lex gentium, et Imperatorum, canones, item natura, et ipse Deus præceperunt. Nec aliter, dicunt, se gessisse Ecclesiam; in concilio enim Lateranensi IV. ubi de libro *Joakim* agebatur, qui e vivis discesserat, ejus monachi pro ipso auditi fuerunt. In concilio Basileensi, cum damnandus esset cujusdam *Augustini* liber, Auctor citatus fuit, quamvis ille postea non accesserit. Pariter in concilio Tridentino, quoniam singulos Auctores citare impossibile erat, facta est generalis citatio per editum eorum, de quorum libris agebatur; et sic in similibus casibus pariter actum est.

XV. Respondemus : Fatemur quidem, in damnatione librorum errores et fraudes intervenire posse, sicut in aliis omnibus humanis judiciis : sed quid inde? numquid ideo legitimæ auctoritati minime parendum? Hoc unum inde deduci potest, scilicet probos et peritos seligendos esse censores; et hoc jam ab Ecclesia præstatur. Ad id firmandum oportet hic rectum exponere ordinem, quo Ecclesia in prohibitione librorum cautissime se gerit. Primis Ecclesiæ sæculis tantum a Pontificibus, vel conciliis, vel Episcopis scripta perniciosa proscribendi mos erat; sed ubi hæretici excreverunt, eorumque libri latius diffundebantur, necesse judicatum fuit novis malis novis remediis occurrere. Ideo Ecclesia Congregationes prius Inquisitorum, et deinde Indicis statuit, quibus librorum examen, et facultatem eos prohibendi commisit. Primus omnium *Innocentius III*. ann. 1204. contra Albigenses hæreticos, Tolosanam provinciam infestantes, misit Inquisitores, cum potestate in eos procedendi, eorumque libros prohibendi, ac concremandi. Idem confirmarunt postea alii Pontifices pro aliis provinciis. Et idem obtinuit ab *Alexandro IV*. *S. Ludovicus* pro Gallia, et a *Pio IV* *Carolus V* pro Hispania, aliisque suis ditionibus. *Philippus II*. idem tribunal Inquisitionis voluit et in nostro regno Neapolitano constituit, sed Neapolitani, qui semper erga Romanam Ecclesiam summa fuerunt fidelitate affecti, et in fide catholica stabiles, ab eo tamquam non necessario ac fidelitati suæ quodammodo injurioso, instantibus precibus, magnoque conatu exemptionem impetrarunt.

XVI. *Paulus* autem III. anno 1542. in Bulla 34. quæ incipit, *Licet ab initio*, statuit Romæ Congregationem generalis Inquisitionis, cui pravos libros prohibendi curam imposuit; licet enim damnatio librorum nunc sit Congregationis Indicis, quæ postea erecta fuit, attamen etiam nunc prævalet illi Congregatio Inquisitionis, adeo ut plures libri, quorum lectio a Congregatione Indicis permittebatur vel damnabatur, postmodum a Congregatione Inquisitionis damnati sint vel permissi. *Benedictus XIV* autem in bulla, *Sollicita ac provida*, edita anno 1753. die 9 Julii (*vide in Bullar.*) statuit canones, vel potius antiquos (jam olim statutos, saltem æquivalenter) renovavit, circa optimum regimen in libris examinandis, et prohibendis. Primum enim in Congregatione (juxta præscripta) liber tradendus est uni ex consultoribus, sive qualificatoribus, qui illum expendere debet, censuramque signare, errores annotando. Deinde idem liber alteri traditur revisori, suppresso primi censoris nomine, ut alter liberius judicium suum

exponat. Si censor secundus primo assentitur, tunc liber ad singulos consultores mittitur, ut suum quisque suffragium præbeat : sin autem, adhibetur tertius revisor. Postea liber cum censura, et consultorum suffragiis ad Cardinales transmittitur, ut hi in Congregatione de re definitive pronuntient. Demum acta omnia ad Pontificem referuntur, cujus judicio res absolvitur. Quandoque etiam Pontifex ob rei gravitatem judicium coram seipso habendum mandat.

XVII. Quod autem ad congregationem Indicis pertinet, sciendum, quod cum novatores transacto sæculo XVI. Occidentem impiis libris repleverint et eorum damnationes ad fidelium notitiam, maxime propter bella, difficile possent pervenire, opus fuit, ut vetitorum librorum Index efformaretur. Hinc *Paulus IV,* anno 1557. Inquisitoribus mandavit, ut hunc Indicem conficerent, qui tunc confectus fuit, et anno 1559. jussu ejusdem *Pauli* evulgatus. At quia in Indice illo melior methodus, aliæque declarationes, ac plurium aliorum librorum et Auctorum nomina desiderabantur, hinc *Pius IV* Patribus Synodi Tridentinæ, quæ tunc celebrabatur, commisit novum Indicem efformandum. Concilium 18 Patres ad hoc selegit, qui opus perfecerunt, detuleruntque ; at quia Patres nimium fatigati de reditu erant solliciti, et jam aliqui discesserant, rem ad judicium Pontificis una cum Regulis jam elaboratis absolvendam remiserunt.

XVIII. Proinde *Pius IV* adhibitis pluribus doctissimis Prælatis, Indicem perfecit, ac mandavit ut ab omnibus fidelibus, cum suis Regulis ubique observaretur ; decrevitque, ut si quis deinde librum aliquem propter falsi dogmatis suspicionem damnatum legeret, vel haberet, ipso jure in excommunicationem incideret, et in eum tamquam de hæresi suspectum procedendum esset ; qui autem libros alia de causa vetitos legeret, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se nosceret puniendum ; ita in bulla præfati *Pii IV. Dominici gregis*, data 24 Martii 1564. Deinde *Philippus II.* rex Hispaniarum, Neapolis, etc. die 15 Febr. 1569. edictum emanavit, (edictum *Phil. II.* exstat apud *Van Espen part.* 1 *tit.* 22. *de Congr. Cardin. c.* 4. *n.* 34. et apud *Haræum in Annal. Belg. ad ann* 1560) quo præcepit Indicem Romanum præfatum, prout a Pontifice fuerat publicatus, ab omnibus suis regnis recipi et observari, ipsumque ad omnia concilia Regis transmitti, ut per provincias more solito publicaretur ; quod in regno Neapolitano sine contradictione factum est.

XIX. Postmodum, cum libri perniciosæ lectionis magno in numero undique ederentur, nec Congregatio generalis Inquisitionis sufficeret ad eos examinandos, *S. Pius V.* (ut asserit *Benedict. XIV* in laudata bulla, *Sollicita*) operæ pretium duxit novam Romæ Congregationem instituere, appellatam Indicis, quæ in id unice incumberet, ut Ecclesiam a pravis libris expurgaret ; eamque confirmarunt *Gregor. XIII. Sixtus V.* et *Clemens VIII.* qui *Clemens* insuper anno 1594 præfatum Indicem, multis libris, aliquibusque declarationibus adauctum, iterum per totum orbem publicari mandavit; addens aliam excommunicationem contra legentes libros hæreticorum, licet ipsi libri errorem non continerent, nisi prius approbati fuerint, et contra legentes libros catholicorum de hæresi suspectos.

XX. Refert hic breviter adnotare Regulas Indicis, ut noscatur quam rectæ sint, et necessariæ ad commune bonum: 1. Libri omnes ante annum 1515 damnati, etiamsi in Indice descripti non reperiantur, declarantur vetiti. 2. Libri omnes operum, qui capita vel duces fuerunt hæreticorum omnino vetantur; et etiam omnes alii hæreticorum libri de religione tractantes; cæteri autem hæreticorum permitti possunt, modo fuerint examinati, et probati. 3. Scripturæ, et libri controversiarum in lingua vernacula non permittantur, sine permissione autem legi non possunt. 4. *Lexica, Concordantiæ, Indices*, et alia hujusmodi, in quibus pœne nihil Auctoris hæretici habetur, probata permitti possunt. 5. Libri obscœna tractantes absolute prohibentur, quamvis non inveniantur in Indice descripti. 6. Pariter vetantur omnes libri, et scripta necromantiæ, geomantiæ, hydromantiæ, pyromantiæ, honomantiæ, chiromantiæ, astrologiæ judiciariæ, et omnia alia in quibus continentur sortilegia, veneficia, ac auspicia: et contra hæc legentes vel habentes procedi potest tamquam suspectos de hæresi. 7. In impressione Scripturarum, et aliorum librorum servandum est statutum in Concilio Lateranensi *sess.* 10, nempe ut non imprimantur, nisi ex superiorum permissione. Tum regulæ

traduntur pro visitatione Bibliothecarum, et Typographiarum : item instructiones pro Epis opis, bibliopolis, etc. Demum declaratur, quod legentes vel habentes librum propter falsi dogmatis suspicionem damnatum, ipso facto incurrunt excommunicationem: qui autem alia de causa damnatum legerit vel habuerit, præter peccati mortalis reatum, erit severe ab Episcopo puniendus.

XXI. Congregationis igitur Indicis est, ut fuse declarat *Benedict. XIV* in cit. bulla *Sollicita*, § 1. in examen vocare libros, de quorum prohibitione vel permissione deliberari debet. In hac congregatione plures adsunt consultores, et relatores selecti ex utroque clero sæculari et regulari, atque plures Cardinales a Pontifice Congregationi adscripti. Antequam censura ad Congregationem Cardinalium feratur, alia congregatio privata sive præparatoria habenda est, cui sex assistunt consultores, cum Magistro sacri Palatii, et secretario, cui incumbit vota consultorum in scriptis adnotare, ut deinde in congregatione Cardinalium una cum relatorum censura omnia referat Præter id novissime præfatus *Benedict. XIV* § 9. statuit, ut cum de libro agitur auctoris catholici, qui sit integræ famæ, et clari nominis, vel ob alios editos libros, vel forte ob ipsum, qui in examen adducitur, et hunc quidem proscribi oporteat, præ oculis habeatur jamdiu recepta consuetudo prohibendi librum, adjecta clausula, *Donec corrigatur*, si locum habere possit; ac suspensa decreti publicatione, ut res antea cum auctore, vel altero pro eo communicetur. Si noluerit emendari, vel nullus compareat, decretum edatur, si vero emendatur, priora tantum exemplaria vetentur. De cætero sequenti § 10. declarat non esse opus auctores in judicium vocare, ac ideo minime improbandas librorum prohibitiones inauditis auctoribus indictas : optans nihilominus illud in posterum servari, nempe quod sæpe alias eadem congregatio facere consuevit, ut quando est de auctore catholico aliqua fama illustri, (ejusque opus res demptis demendis) prodesse possit, vel auctor audiatur, vel unus ex consultoribus designetur, qui ex officio opus patrocinetur Subdit tamen § 11. hanc regulam non esse adhibendam, cum agitur de hæretico libro, in quo errores Auctor consulto tradit, vel de aliquo alio opere in quo rectæ morum regulæ labefactantur, ac vitiis fomenta præbentur. Deinde dicit ut ambigua, dicta catholici probatique auctoris in æquam partem accipiantur. Loquendo autem de libris in quibus dogmata religioni vel moribus extiosa referuntur, absque eo, quod auctor ea refutandi curam in se recipiat (quod novum vocat seducendi genus), mandat, ut revisores in id diligenter intendant, ut vel hujusmodi libri emendentur, vel in indicem referantur.

XXII. Tandem § 22. valde exprobrat libros, in quibus *auctores dissidentes*... (verba sunt Pontificis) *se conviciis proscindunt, aliorum opiniones nondum ab Ecclesia damnatas censura perstringunt, adversarios eorumque... cœtus sugillant, et pro ridiculis ducunt : magno equidem bonorum scandalo, hæreticorum vero contemptu, qui.... catholicis se mutuo lacerantibus, plane triumphant. Etsi vero fieri non posse intelligamus, ut disputationes omnes e mundo tollantur... compertum præterea Nobis sit magnam aliquando utilitatem ex iis capi posse; modum tamen in defendendis opinionibus servari merito volumus.* Subditque § 23. id jam præscriptum fuisse ab *Innocentio* XI. in decreto, ubi dictum fuit: *In virtute sanctæ obedientiæ... præcipit, ut tam in libris... quam in thesibus, etc. caveant ab omni censura et nota, necnon a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter catholicos controvertuntur, donec a S. Sede recognitæ sint. et super eis judicium proferatur* Deinde prosequitur *Benedictus* : *Cohibeatur itaque ea scriptorum licentia, qui* (*ut dixit S. Augustinus lib.* 12. *Conf. c.* 25. *n.* 34. sententiam suam amantes, non quia vera est, sed quia sua est) *aliorum opiniones non modo improbant, sed.... etiam notant, atque traducunt. Non feratur omnino, privatas sententias, veluti certa... Ecclesiæ dogmata, a quopiam in libris obtrudi, oppositas vero erroris insimulari.* In quam scriptorum licentiam, præcipit Pontifex, ut revisores librorum *pro munere suo censuram intendant, eamque congregationis Cardinalibus cognoscendam subjiciant, ut eam pro zelo suo, et potestate coerceant.*

XXIII. Inspice igitur, benevole lector, quam caute ac mature in hujusmodi examine, et prohibitione librorum Mater Ecclesia procedat. Ad ea vero quæ scripserunt *Raynaudus* et *Muratorius*, respondetur, hos auctores non de legitima

prohibitione locutos, sed tantum de aliqua prohibitione facta a quodam maledico inquisitore, sive censore. Cæterum ipsi *Raynaudus* et *Muratorius*, (*Raynaud. de malis ac bon lib. etc. Erotem.* 2.) jurisdictionem Ecclesiæ ad obligationem proscribendi libros infectos multis confirmant : *Exploratum est* (inquit *Muratorius*) *nihil magis futurum esse cordi pascentibus gregem Christi; quam. avertere ab ovili suo quæcumque venena, quoscumque lupos. Qui ergo ferant perniciosos libros grassari passim?... Perniciosi autem, minimeque ferendi sunt ii omnes libri, in quibus aut corrumpitur doctrina.... aut justitia desideratur, aut charitas, aut prudentia.... In his autem omnibus locum habere debet ecclesiasticorum judicum, et apostolicæ præsertim Sedis, atque Conciliorum auctoritas... Audiendi porro non sunt hæretici. qui ecclesiasticis pastoribus irascuntur, et male quotidie dicunt propter usum istiusmodi juris : parum sane æqui dum Ecclesiæ ac Deo negant, quod ipsi in suis urbibus propter temporaria commoda faciendum putant.* Contra vero mœrens de aliquibus censoribus, qui objurgandi aliorum scripta desiderio abrepti facile et sæpe injuste libros erroribus notant, eos valde exprobrat. Protestatur tamen, se non loqui de librorum prohibitionibus, quæ Romæ per sacras congregationes emanant; de his namque sic ait : *Nobis enim jam constat, neque Pontificibus Maximis, neque supremis aliis Ecclesiæ magistratibus isthæc esse tribuenda. Nonnisi sanctissime instituta sunt tribunalia, ad quæ deferuntur pravi libri eorumque auctores. Optimis item legibus armata fuere.*

XXIV. Respondetur autem ad alia supra objecta, quod jure merito opusculum quoddam *Bellarmini* traditur fuisse vetitum. Opera autem S. *Thomæ*, si injuste ab uno Episcopo gallicano damnata fuerunt, jam ab Ecclesia Romana undique commendantur. Quod si quandoque aliquis liber inconsiderate proscriptus fuerit, id Ecclesiæ auctoritati non officit, nec fideles ab onere obediendi excusat; hoc enim raro accidit, et valde magis expedit equidem ad commune bonum, alicujus libri lectionem aliquando non damnandam damnari, quam perniciosi libri damnandam lectionem permitti. Quod autem *Pius II*. rex scripsisset, non semper Doctoribus Sedis apostolicæ esse credendum, id inique asseritur : ipse enim *Launojus* (qui fuit multum Romanæ Ecclesiæ infestus) confitetur, *Ep. 14. p.* 8. *Animadv.* 18. *num.* 537 *et* 538, verba illa legi in una sola editione Basileensi anno 1571 per hæreticos elaborata; sed in aliis omnibus tam vetustioribus, quam recentioribus editionibus sic legi : *Unum a te petimus, ut detractoribus Sedis apostolicæ semper non credas; multa illorum passionibus tribuas.* Valde quidem differunt verba hæc ab aliis supra relatis. Ejusmodi vero *detractores* sunt *Van Espen, Fleury, Dupinus, præfatus Launojus*, et alii similis furfuris auctores.

XXV. Quod autem subdunt adversarii, nempe opus esse ad justum ferendum judicium, auctores audire, priusquam ipsorum opera damnentur; dicimus, id nec oportere, nec expedire, ut jam olim judicarunt Patres Synodi Tridentinæ contra quosdam paucos Episcopos, qui omnino requirebant, ut auctores audirentur; in hujusmodi enim judicio non de personis scriptorum damnandis tractatur, sed de removendo damno, sive damni periculo, cui fideles propter librorum illorum lectionem subesse possunt. Ad quid autem requiritur citatio auctoris, ubi ipsa scripta ejus confessionem exhibent? *Cum vitium*, ait *Ludovicus Muratorius de Ingen. Moder. libro* 2. *capite* 8, *satis apertum se dissimulari non patiatur, et excusationi locum aufert, intrepide sententia feratur, et inauditis quoque auctoribus, proscribantur libri. Reipublicæ debetur isthæc medicina.* Minime igitur opus, nec expediens est, ut audiantur auctores, ubi ex iisdem libris potest judicium efformari, quod eorum lectio noxia vel saltem periculosa aliis esse possit. Quamvis enim auctor innoxie scripserit, et deinde in bono sensu valeat scripta sua explicare, nihilominus bene potest et debet Ecclesia librum proscribere, si judicat, lectionem illius perniciem populis allaturam.

XXVI. Quæro, quid tunc ageret auctor, si coram audiretur? Vel diceret, se catholico sensu fuisse locutum, vel opus non esse suum? Si primum, nihil id ei proderit ad damnationem operis vitandam, ubi aliqua propositio censetur posse aliis offendiculo esse, quamvis ipse innocens judicetur. Si secundum, neque id prohibitionem impedire valebit, cum non auctor damnationi subjiciendus sit, sed tantum fideles ab operis lectione removeri debent, prohibitio enim non tam libros respicit, quam fideles quos oportet ab eorum lectione avertere. *Nihil opus esse*, inquit *Benedictus XIV*. in bulla

cit. *Sollicita*, § 10. *Auctores in judicium vocare, ubi non quidem de eorum personis notandis agitur, sed de consulendo fidelium indemnitati, atque avertendo ab ipsis periculo, quod nocua librorum lectione facile incurritur. Si qua vero ignominiæ labe auctoris nomen ex eo aspergi contingat, non id directe, sed oblique ex libri damnatione consequi. Qua sane ratione minime improbandas censemus librorum prohibitiones inauditis auctoribus factas, cum præsertim credendum sit, quidquid pro se ipso... potuisset auctor afferre, id minime a... judicibus ignoratum... fuisse.*

XXVII. Sed quid amplius de hoc dubitandum, cum id semper ita fieri in Ecclesia consuevit? Ubi judicium (regula est) de persona faciendum, oportet personas audire : ubi autem de libro agitur, liber audiatur. Imo quid obest, quin ipse auctor ex suis scriptis, quando manifeste sunt impia, damnetur? *Berengarius* calumniabatur S. *Bernardum*, et Synodum Senonensem, quod *Petrum Abelardum*, inauditum damnassent; sed adversus *Berengarium* sapienter scripsit *Natalis Alexander Hist. tom.* 11. *ad Sec.* 6. *Disc.* 5. *Anne ideo inconvinctus, cujus errores in libris ab ipso editis ita erant manifesti? Ex scriptis itaque judicium de personis ferri posse, et sic institutum Ecclesiæ judicium indeficiens esse, Martinus I et* 105. *Lateranensis Concilii Patres sic statuerunt : Si causæ cognitio instruatur ex hominum testimoniis, et instrumentis, criminis vel innocentiæ probationem continentibus, potest Ecclesia errare. Si de facto doctrinali quæstio sit, et cognitio causæ instruatur ex libris auctoris, qui erroris accusatur, non potest accusare.* Præterea, sæculo septimo *Maximus* Aquilejensis in eodem Lateranensi Concilio sic *Martinum* allocutus fuit : *Si placet vestræ beatitudini convenienter de his, quæ proponuntur, cognoscere per proscripta eorum adversus fidem exposita, et quæ sine accusantis persona redarguere apertissime demonstrantur, propterea enim accusatio extranea superflua esse dignoscitur, quando a suis temerariis conscriptis apertius accusantur. Itanamque Dominus ait*: *ex verbis enim tuis justificaberis, etex verbis tuis condemnaberis.* Matth. 12. 37. Item contra *Theodorum,* et *Origenem* in Synodo V. accusator quippe nullusadfuit, sed tamen sola ipsorum scripta ad eos damnandos suffecerunt. Cæterum ubi scripta sunt ambigua, justum est, auctores audire, priusquam ipsi auctores damnentur.

XXVIII. Textibus autem allatis respondetur, nempe, quod ibi non de libris, sed de personis agebatur. Sic pariter Abbatis *Joakimi*, et *Augustini* non sola opera, sed etiam personæ accusabantur. Et sic alii qui adducuntur, ipsi citati fuerunt, quoniam non in scripta inquirebatur, sed in personas, quæ de hæresi arguebantur. Citatio autem illa per cunctum a Tridentino data est, non quidem ad legitimam reddendam hæreticorum librorum proscriptionem, sed tantum ad ipsos hæreticos et auctores reducendos. Quod aliqui tandem fuerunt quandoque vocati, priusquam ipsorum libri damnarentur, hoc non necessitatem inducit sed tantum æquitatem ostendit in quibusdam casibus adhibendam, prout sapienter insinuat *Benedictus XIV* in cit. bulla *Sollicita*, §. 10. ubi dicit : *Nihilo tamen minus, quod sæpe alias... ab eadem congregatione factum fuisse constat, hoc etiam in posterum servari... optamus, ut quando res sit de auctore catholico aliqua... fama illustri, ejusque opus (demptis demendis)... prodesse posse dignoscatur, vel auctorem ipsum suam causam tueri volentem* (Congregatio) *audiat, vel unum ex consultoribus designet, qui ex officio operis patrocinium... suscipiat.*

XXIX. Objiciunt IV. Ad valorem legis ecclesiasticæ non sufficere, ut illa Romæ tantum promulgetur, eam affigendo ad *Valvas* Basilicæ *S. Petri* vel in *campo Floris*; sed requiri, ut per singulas provincias publicetur. Hinc adstruunt aliqui nostrates Nebulones, quod index Romanus in hoc regno Neapolitano non obliget, utpote non publicatus, nec acceptatus. Et idem asserunt de bulla Cœnæ, qua excommunicantur sub anathemate Papæ reservato omnes legentes, vendentes, aut retinentes libros hæreticorum, hæresim continentes, vel de religione tractantes.

XXX. Respondetur, hanc objectionem in nostro casu prorsus inanem esse ; nam primo habemus, ut diximus supra *n.* 18. tam *Pium IV* quam *Clementem VIII.* mandasse et curasse, ut index per totum orbem publicaretur. Deinde habemus,quod *Philippus II.* per edictum datum die 15 februar. ann. 1569. (Exstat hoc editum *Phil. II.* apud *Van Espen part.* 1. *titul.* 22. *de Congr. Card. c.* 4 *n.* 34.) præcepit indicem Romanum, sicut per *Pium IV* publicatus fuerat, recipi et observari in omnibus regnis suæ ditionis, et ideo ipsum ad omnia consilia regia transmitti

mandavit, ut eorum auctoritate per provincias more solito promulgaretur. Quod proinde præsertim in nostrò regno Neapolitano sine ulla contradictione executioni demandatum fuit. Et cum *Innocentius XII.* conquereretur apud *Carolum II.* quod in Flandriis quidam libri ab Ecclesia proscripti impune legerentur, *Carolus* de hac re scripsit Gubernatori (tunc Bavariæ electori), et hic regis Epistolam Bruxellarum senatui transmisit, qui die 13 april. 1696, sic electori respondit : *In hoc usque tempus non audivimus, quemquam tueri voluisse scripta, et libros legitime prohibitos. Præterquam quod et cum gaudio auxilium daturi simus Ecclesiasticis, quibus ad hoc eo opus fuerit.* Adde quod in Pragmatica *de impressione librorum ; vide apud Rovitum, p.* 276, præceptum fuit, nullo modo posse vendi, et retineri libros prohibitos. Quod vero pertinet ab bullam Cœnæ, constat ex pluribus scriptoribus (*Vide Barth. Chioccarell. Archiv. ad tom.* 4. *tit.* 2. *et Troyla Hist. Neap. t.* 4. *p.* 2. *c.* 4. § 2. *n.* 17. *et* 18.) oppositiones a regiis ministris propositas adversus laudatam bullam restrictas fuisse tantum respectu ad aliqua peculiaria capita, quæ regalem jurisdictionem lædere censebantur : sed non se extendisse ad alias res, quæ juribus regiis nullum afferebant gravamen. Cæterum, quamvis legentes libros ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnatos excommunicationem bullæ Cœnæ non incurrerent, saltem effugere non possunt excommunicationem inflictam in Indice.

XXXI. Adde, quod lectio librorum erroribus infectorum ipso jure naturali vetita est illis, quibus offendiculo esse potest, ut recte inquit *P. Petrus Collet Continuator* operum *Honorati Tournely de præc. decal. c.* 1. *art.* 1. *sect.* 3. *punct.* 2. § *concl.* 2. *Lectio librorum hæreticorum multis prohibita est jure naturali, iis scilicet quibus est periculosa ; atque periculosa est multis ; cum detegere pauci vafritiem... hæreticorum valeant. pauciores ab eorum laqueis... se expedire. Ergo merito dixit Sylvius, rudes et in Theologia leviter instructos quales sunt ii fere omnes qui duobus aut tribus tantum annis Theologiæ studuerunt, non sine gravi peccato legere posse istiusmodi libros, etiamsi nulla esset lex ecclesiastica. Idem scripsit Natalis Alex. l.* 4. *de Dec. art.* 8. *Reg.* 15. *Qui libros legunt absque licentia, auctoritate Sedis Apostolicæ concessa, in lethale peccatum, excommunicationem incurrunt. Hæc enim lectio Pontificis constitutionibus plerisque sub excommunicatione latæ sententiæ vetita est. Merito quidem, ne ab imperitis, vel semidoctis, aut etiam eruditis viris absque necessitate, et cum subversionis periculo legantur : quod doctis etiam, sed nimium curiosis et quorum fides interdum infirmior est, quam simplicium et ineruditorum, ex hujusmodi lectione plerumque imminere, infelix experientia comprobavit.* Additque : *Et nec cum licentia posse legi, si vel periculum subsit, vel nulla adsit causa gravis legendi. Tandem quiquid alii audacter autument, piorum fidelium cordi semper fuit satagere, ut Ecclesiæ in omnibus humilem et devotam obedientiam servarent. Carolus Magnus* solitus erat dicere : *In memoriam B. Petri honoremus Romanam et apostolicam Sedem, ut quæ nobis sacerdotalis Mater est dignitatis, esse debeat Magistra ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa S. Sede imponatur jugum, tamen feramus, et pia devotione toleremus. Vide in Concil. Tribur. Can.* 30.

CAPUT V.

RESOLVUNTUR QUÆDAM DUBIA AD PRAXIM SPECTANTIA.

I. Quæritur I. An qui moraliter certi sunt, nullum perversionis periculum incurrendi, possint absque licentia prohibitos libros legere ? Probabile esse eo casu quod possint, putarunt aliqui cum *Caramuele* (laxorum facile principe) : dicentes quod, cessante fine legis adæquato, cessat lex prohibitionis. Sed cum sententia communissima (quam tenent *Castrop. de fide. d.* 2. *p.* 10. § 2. *n.* 9. *cum Suar Tolet. et Sanch. Tambur. in Dec. l.* 2. *c.* 1. § 7. *n.* 41.) omnino negandum primo, quia licet probabilis esset opinio, quod cesset lex, cessante ipsius fine adæquato, etiam in casu particulari : cui opinioni alia opponitur communior et probabilior sententia, eo quod cessante fine damni in particulari, non cessat nihilominus finis legis in communi, qui est ut vitetur periculum hallucinationis : licet (inquam) opinio illa a pluribus habeatur ut probabilis, nempe *Soto, Cajet. Sylv. Valent. Carden. etc.* attamen quoad lectionem librorum damnatorum minime potest esse probabilis, quia in hac re numquam periculum omnino cessare

potest, vel saltem numquam finis prohibitionis cessat adæquate, neque in communi, neque in particulari; prohibitionis enim finis non solum est, ut damnum vitetur conscientiarum ex lectione pravorum librorum, sed etiam ut servetur obedientia Ecclesiæ debita, maxime in re tam periculosa; et insuper finis est, ne detur ansa hæreticis, aut aliis improbis scriptoribus perniciosa typis demandandi.

II. Hinc nullo modo permittendum alicui legere damnatos libros etiamsi ipse putet respectu sui omne abesse periculum. Tantummodo ut supra notavimus, Concilium Carthaginense IV. permisit Episcopis, ut legerent libros hæreticorum *pro necessitate et tempore*. Cæterum non videtur improbabile id, quod plures DD. docent *Holzm. Theol. Moral. p.* 117. *n.* 77. *vers. Sed numquid, Elbel t.* 2. *p.* 439. *n.* 99. *cum Maryr. item Laym. et Dicast. apud. La Croix l.* 7. *n.* 343. nempe ex justa epikeja excusari virum pium et doctum legentem librum hæreticum, si necessario tali indigeat lectione ad convincendum aliquem hæreticum ex suo proprio, puta inveniendo contradictiones, concessiones, fallacias, et similia dummodo (dixi) urgeat necessitas, et insuper non pateat recursus Romam, vel ad proprium Episcopum, licet enim ordinarie a Pontifice, vel a Congregationibus Romanis sacræ in quisitionis, vel indicis, licentia legendi libros prohibitos impetranda sit, tamen in casu magnæ necessitatis poterit Episcopus illam impertire. *Viva Mor Theol. de Cens. quæst.* 5. *a.* 1. *n.* 10.

III. Quæritur II. Quænam requirantur ut incurrant excommunicationem, qui scienter retinent, legunt, imprimunt, vel defendunt libros hæreticorum? Requiritur I. ut auctor sit hæreticus, vel saltem prout dicit *Hozlm. t.* 1. *p.* 198. *n.* 78. *v. Qui legunt.* ut liber, quamvis lateat auctor, ex professo tractet de hæresi. Non autem incurrunt legentes libros infidelium, licet hæresim contineant. Ita *Suar. d.* 20. *sect.* 2. *n.* 12. *et Salm. de cens. c.* 4. *n.* 71. *cum Sanch. Pal. etc.* Libri vero Thalmud, et similes Hebræorum prohibentur per bullas *Pii IV. et Clementis VIII. Vide apud La Croix l.* 7. *n.* 333.

IV. Requiritur II. ut hujusmodi libri hæreticorum *scienter* legantur, aut retineantur, ut dicitur in bulla. Unde excusat legentes a censura non solum ignorantia invincibilis, sed etiam crassa; imo juxta plures, *Sanch. Sylv. Bon. Ronc. Salm. etc. Vide l.* 7. *n.* 47. *et* 48. etiam affectata; quia (ut dicunt) in ea, rigorose loquendo, deest dolus formalis, qui verum censuræ contemptum inducit.

V Requiritur III. ut liber vel de religione, tractet, vel hæresim contineat. Sufficit autem ut liber tractet de religione, tametsi errorem non contineat, nempe de sacra Scriptura, aut de Theologia, aut Canonibus, Ritibus Ecclesiæ, aut aliis rebus spiritualibus. Ita *Sanch. Dec. l.* 8. *c.* 10. *n.* 21. *Laym. l.* 2. *tr.* 1. *c.* 5. *n.* 3. *Suar. ut supra. n.* 16. *Salm. c.* 4. *n.* 72 *et alii.* Sufficit etiam, ut liber unum solum errorem contineat contra fidem, etiamsi de alia re agat. *Sanch. Bonac. Castrop. et Salm. Vide l.* 7. *num.* 287. Quid si error sit abrasus e libro? Adhuc remanere prohibitum tenent multi DD. *Suar. Sanch. Bon. et alii*, quia particularis illa expunctio non aufert communem libri proscriptionem. Sed alii, ut *Pignatel. et La Croix lib.* 7. *n.* 33. dicunt, excusari a censura illum, qui reliqua libri legit, quia tunc liber non amplius continet hæresim, nec offendiculo esse potest. Idque probabile videtur cum *Sporerio, de Fide t.* 1. *p.* 123. *n.* 40. semper ac liber non de religione tractet, sed de alia materia, v. gr. de philosophia, aut de historia: exceptis tamen libris centuriatorum Magdeburgensium, et similibus, in quibus revera de religione agitur.

VI. Requiritur IV. ut lectio sit in materia notabili, nam communiter DD. in hac re quidem admittunt dari parvitatem materiæ; discrepant vero in assignando, quænam sit materia parva. Alii, id est *Sanch. c.* 10. *n.* 31. *cum Sa, Manuel. et Vivald.* dicunt, esse paginam, et quid amplius, si volumen sit ex grandioribus: sed hoc merito (sic saltem generaliter dictum) ab aliis rejicitur. Alii contra, nempe *Graffius et Reginald. apud. Bonac. d.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 4. *n.* 14. dicunt, esse tantum tres vel quatuor versus. Alii (*Suar. n.* 20. *Palaus Tract.* 4. *d.* 2. *punct.* 10. 8. 2. *n.* 6. *cum Azor, Con. et Sayr.*) dicunt, esse decem lineas. Alii tandem (*Holzm. p.* 176. *n.* 77. *v. Dixi quarto, Sporer. t.* 1. *pag.* 124. *n.* 44. *Elbel. t.* 1. *p.* 297. *n.* 113. *et Croix lib.* 6. *n.* 330. *cum Marchant.*) melius distinguunt, et dicunt, in hoc attendendum finem prohibitionis: si enim aperiendo librum offendis in doctrinam, quæ directe fidei adversatur, et legis, etiam si paucas

neas legas, excommunicationem non effugies, quia tunc periculo perversionis jam te exponis; secus si liber hæretici ageret de re indifferenti; tunc enim legendo forte usque ad paginam, poteris a mortali excusari; si nullam ibi advertas propositionem erroris suspectam. Cæterum incurri potest censura, legendo solum proœmium, aut indicem libri, si in notabili quantitate percurratur. *Laym. Bon. ll. cc. etc.*

VII. Dubitatur 1. an incurrat excommunicationem, qui legit hæretici concionem, aut epistolam seorsim editam? Affirmant alii, *Suar. Farinac, apud Salm. c.* 4. *n.* 72, sed negant alii, *Sanch. Dec. l.* 3. *c. n.*30. *Holzm. p.* 77. *n.* 77. *v. Dic.* 6. *cum Laym. Marchant. etc. Salm. loco cit. ac Bonac. Castrop. et Lugo apud Croix l.* 7. *n.* 337. Ratio quia revera hujusmodi concio, vel epistola non potest dici liber; et in hac re dicunt stricte faciendam esse interpretationem, cum agatur de re odiosa, utpote de pœna incurrenda.

VIII. Dubitatur 2. an incurrant censuram legentes manuscripta hæreticorum? Negant *Azor. Viva, Spor. et alii cum Sylvio*; qui *Sylvius* insuper pro hac opinione quamdam declarationem. S. C. profert, *Azor, Barbos. etc. apud Croix l.* 7. *n.* 339. *Viva ad prop.* 46. *Al.* VII. *n.* 10. *Spor. p.* 123. *n.* 39. Affirmant tamen constanter *Holzm. t.* 1. *p.* 77. *Croix. loc. cit. cum Suar. Sanch. etc.* dicentes, manuscripta adhuc venire sub nomine librorum, sicut olim ipsa, antequam typus inventus esset, pariter libri appellabantur : utque etiam nunc manuscripta, ubi annotantur baptismata, et matrimonia, a Rituali et ab omnibus adhuc libri vocantur; de præfata autem declaratione S. C. respondent satis non constare. Censeo quidem, hanc sententiam omnino esse consulendam, quia in hac re expedit ordinarie rigidiores opiniones sequi; cæterum rationes supra allatæ non videntur satis convincere; nam hodie nomine librorum proprie libri intelliguntur, non manuscripta. Maxime tamen advertendum, quod ex præscriptis in indice Romano (*Regula* 10 *circa finem*) incurrit excommunicationem ipso facto, qui *libros hæreticorum, vel cujusvis auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita, legerit, sive habuerit.*

IX. Dubitatur 3 an excommunicatione irretiatur, qui audit alterum librum hæreticum legentem? Alii affirmant, *Laym. Azor, etc.*, sed communius et probabilius negant alii, modo non induxerit alterum ad legendum. *Spor t.* 1. *p.* 124. *n.* 43. *et Croix l.* 7. *n.* 342. *cum Sylv. Pignatel. Sayr. etc. Imo alii, Sanch. Dec. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 48. *Castr. Disp.* 2. *p.* 10. § 7. *n.* 4. *cum Coninch. et Bonac. Disp.* 1. *qu.* 2. *p.* 4. *n.* 11. *cum Nav. Reg. etc.* adhuc probabiliter excusant, etiamsi induxerit, et alii *Sporer, Sousa, et Steph. apud La Croix loc. cit.* excusant adhuc a peccato, si audiens nullum ex auditione timeat morale periculum perversionis.

X. Notandum insuper, quod non sunt prohibiti libri catholicorum, qui verba hæreticorum referunt ad eos confutandos, ut omnes communiter docent. *Laym. loc. cit. cum Nav. et Sanch. ac Azor, Pignatel. et Bonac. apud Croix lib.* 7. *n.* 335. neque libri catholicorum, ubi adsunt alicujus hæretici notamenta, sive scholia; dummodo (sapienter limitant *Suar. Pignatel. etc.*) hujusmodi notamenta non sint tam copiosa, ut potius liber illis, quam scriptis Auctoris, constet. *Suar. Pignat. etc. apud Croix l.* 7. *n.* 334. neque libri hæreticorum, qui de alia materia tractant, quam spirituali, ut diximus, sed absque ullo errore; nam (ut diximus *supra V. n.*) quamvis vel solus esset error, adhuc periculum inesset libro; quidquid aliqui dicant, liber revera damnatus existit.

XI. Incurrunt autem excommunicationem non solum legentes libros hæreticorum prohibitos ut supra, sed etiam qui illos retinent. Quapropter qui eos habet, tenetur quamprimum juxta præceptum *Pii. IV* tradere vel inquisitoribus, vel Episcopis. Et loquendo de regnis ubi viget inquisitior, dicit *P. Suarez cum aliis*) *Barb. Dicast, apud Croix lib.* 7. *n.* 355.) incurrere censuram etiam qui librum non tradit, quamvis comburat. Sed communiter, excusant alii (*Salm. cap.* 1. *n.* 7 *et* 4. *Croix ibid. cum Sanch. Pignatell. et Filliuc.*) quia (ut aiunt) qui librum destruit. nequit amplius dici quod retineat. De cætero non excusatur qui librum retinet etiam nomine alterius, verb. gr. in deposito, mutuo, aut pignore, nec qui librum suum tradit alteri ad tenendum, quia retento sibi dominio, ipse etiam dicitur retinere, cum possit illum suo arbitrio repetere, ita DD. communiter. *Suarez d.* 20. *sect.* 2. *num.* 21. *Sanchez, n.* 52. *Castropal. p.* 10. § 2. *n* 7. *Roncagl. p.* 90. *q.* 2. *Resp.* 4. *Salmant. num.* 74. *Croix n.* 347. *Bonac. p.* 4. *n.* 15. *etc.*

Præterea hic advertenda est propositio 45 proscripta ab *Alexandro VII* quæ dicebat: *Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri etc.* Dicit tamen *La Croix lib.* 6. *n.* 352. *cum Verjuys*, excusari qui tradit librum, ut retineatur in locis sequestratis, qui solent assignari in singulis monasteriis. Cæterum, si quis deponeret librum apud habentem licentiam, cum expresso pacto non repetendi (ita ut alter non teneatur reddere), nisi post expurgationem, vel post licentiam impetratam, hunc non auderem damnare, quia in hoc videtur omnino cessare periculum legendi absque dispensatione; tanto minus damnarem, donaret absolute librum habenti licentiam, sub conditione ut reddat ipsi donanti, si deinde licentiam obtinebit. Excusatur etiam a censura, qui librum retinet per breve tempus, v. gr. uno vel altero die, ut docent communiter. DD. *Layman. num.* 7. *Bonac. num.* 15. *Castrop. num.* 10. *Holzm. n.* 77. *cum Sanch. Sayr. etc.* Idque admittunt alii *Castrop. l. c. et Viva quæs.* 5. *a.* 1. *num.* 9. (quoad excusandum retinentem a censura), etiamsi ipse illo brevi tempore intenderit perpetuo librum retinere; quia (ut aiunt) deficit tunc materia gravis circa actionem externam. Præterea, alii plures, *Sanch. Dec. l.* 2. *c.* 10. *num.*55. *Layman. c.*15.*num.* 7. *cum Sayr. ac Graff. et Pignat. ac Sylv. apud Croix lib.* 7. *num.* 351. eum excusant, etiamsi diu retineret, expectans tamen tempus opportunum, ut librum superiori, vel habenti licentiam tradat.

Legitur in *Indice librorum* prohibitorum notatio cum serie quadruplici, quæ sequitur, de libris, imaginibus, indulgentiis et quibusdam spectantibus ad ritus sacros, juxta Scavini qui utramque dat in appendicem, ad finem tomi sui tertii.

« Cum non omnes libri qui, vi Constitutionum Apostolicarum, aut Decretorum Congregationum S. Officii et indicis, prohibiti sunt singillatim describi in Indice propter eorum ingentem numerum possint, necessarium visum est hujusmodi libros ad certa quædam capita revocare, ac per materias de quibus agunt eorum veluti Indicem conficere, ut, si quod circa librum aliquem in Indice non descriptum, aut in Regulis ejusdem Iudicis non comprehensum, exoritur dubium, intelligi possit utrum inter prohibitos sit computandus.

« § 1. — *Libri ab Hæreticis scripti, vel editi, aut ad eos sive ad infideles pertinentes prohibiti.*

« 1. Agenda, seu Formulæ precum, aut Officia eorumdem.

« 2. Apologiæ omnes quibus eorum errores vindicantur, sive explicantur, et confirmantur.

« 3. Biblia sacra eorum opera impressa, vel eorumdem Annotationibus, Argumentis, Summariis, Scholiis et Indicibus aucta.

« 4. Biblia sacra, vel eorum partes ab iisdem metrice conscriptæ.

« 5. Calendaria, Martyrologia ac Necrologia eorumdem.

« 6. Carmina, Narrationes, Orationes, Imagines, libri in quibus eorum fides ac religio commendantur.

« 7. Catecheses et Catechismi omnes, quamcumque inscriptionem præferant, sive librorum Abecedariorum, sive Explicationum Symboli Apostolici, Præceptorum Decalogi, sive Instructionum, ac Institutionum Religionis Christianæ, Locorum Communium, etc.

« 8. Colloquia, Conferentiæ, Disputationes, Synodi, Acta Synodalia de fide et fidei dogmatibus ab eisdem edita, et in quibus explicationes quæcumque eorum errorum continentur.

« 9. Confessiones, Articuli, sive Formulæ fidei eorumdem.

« 10. Dictionaria autem, Vocabularia, Lexica, Glossaria, Thesauri, et similes libri ab iisdem scripti, sive editi, ut Henrici et Caroli Stephani, Johannis Scapulæ, Johannis Jacobi Hofmanni, etc., non permittuntur, nisi delictis iis quæ habent contra Religionem Catholicam.

« 11. Instructionum et Rituum sectæ Mahumetanæ libri omnes.

« § 2. — *Libri certorum argumentorum prohibiti.*

« 1. De materia Auxiliorum Divinorum libri, vel compositiones ex professo, vel incidenter, aut prætextu commentandi S. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occasione tractantes, impressi nulla obtenta licentia a Congregatione S. Officii.

« 2. De Beatæ Mariæ Virginis Conceptione libri omnes, Conciones, Disputationes, Tractatus, impressi post annum 1617, in quibus asseritur B. Virginem Mariam cum originali peccato conceptam esse; vel in quibus affirmatur opinantes B. Virginem fuisse in originali peccato conceptam esse hæreticos, vel impios, vel peccare mortaliter.

« 3. Declarationes, Decisiones, Interpretationes, Congregationis Concilii Tridentini, earumque Collectiones tam impressæ quam imprimendæ, ementito ipsius Congregationis nomine.

« 4. De controversia exorta inter Episcopum Chalcedonensem, et Regulares Angliæ libri omnes, et singuli tractatus impressi, sive manuscripti, et omnia alia quæ spectant directe, vel indirecte ad prædictam controversiam. Per hoc autem Decretum nihil intendit sacra Congregatio statuere de meritis causæ, vel ulli auctori, aut operi ignominiam aliquam, vel notam malæ doctrinæ inferre.

« 5. De doctrina libri Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis, qui inscribitur *Augustinus*, libri omnes et libelli, aut epistolæ tam impressæ quam manuscriptæ, seu in posterum edendæ et publicandæ in quibus illa eo modo damnata quo eam damnavit Alexander VII, vel ut est in propositionibus damnata, propugnatur, vel quomodolibet approbatur aut defenditur.

« 6. De Constitutione *Unigenitus*, Clementis XI libri, aliaque scripta, in quibus illa subdole eluditur, temere carpitur, aut contemnitur, et impugnatur. — Item libri, sive libelli vel scripti, vel typis editi, aut edendi in defensionem libri inscripti : *Le Nouveau Testament en français avec des réflexions morales sur chaque verset*, aut alio titulo : *Abrégé de la Morale de l'Évangile*, etc. — Item Actus, sive instrumenta Appellationum quæcumque a Constitutione *Unigenitus* ad Concilium generale : necnon Judicia Theologorum, aut facultatum Theologicarum, sive Academiarum, earumque Deliberationes, Consultationes, Acta, Decreta ; quorumcumque etiam aliorum Mandata, Ordinationes, Arresta, Epistolæ ; Interpretationes etiam, et Declarationes ac scripta quælibet, quibus explicationis, aut alio quovis prætextu aliquid dicitur, vel scribitur, quo dictæ Constitutionis robur, atque auctoritates, et obligatio minui aut infringi possit.

« 7. De Duellis agentes libri, litteræ, libelli, scripta, in quibus eadem duella defenduntur, suadentur, docentur. Si qui vero hujusmodi libri ad controversias sedandas, pacesque componendas utiles esse possunt, expurgati et approbati permittuntur.

« 8. De Johannis Cala asserti Anachoretæ prætensa sanctitate, miraculis, vaticiniis, visionibus, aliisque hujusmodi signis, libri, codices, et folia quæcumque sive manuscripta, sive impressa. — Item omnia et singula transumpta, seu copiæ tam impressæ quam manuscriptæ Decreti a Vicario Generali Cassanensi emanati, per quod idem Vicarius ausus fuit definitive pronuntiare eumdem Johannem fuisse in quasi possessione cultus, atque ideo in eo manutenendum.

« 9. Libri omnes immunitatem Bonorum Ecclesiasticorum impugnantes.

« 10. De Laminis plumbeis Arabico sermone, et antiquis characteribus conscriptis, ac in cavernis montis Illipulitani, dicti Sacri, prope Granatam repertis, et de Scripturis in turri Torpiana ejusdem civitatis inventis, libri omnes, Tractatus, Responsa, Consulta, Commentarii, Glossæ, Additamenta, Annotationes, et quæcumqus alia sive manuscripta, sive typis impressa. Alii vero libri, sive tractatus, qui ad alia argumenta spectant obiter vero de his Laminis, vel de earum doctrina tractant, permittuntur, expunctis locis quæ de his laminis agunt.

« 11. De SS. Apostolis Petro et Paulo libri omnes tam impressi quam manuscripti, in quibus asseritur et defenditur quod S. Petrus et S. Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes qui unicum efficiunt ; vel sunt duo Ecclesiæ Catholicæ Coryphæi, ac supremi Duces summa inter se unitate conjuncti : vel sunt geminus universalis Ecclesiæ vertex, qui in unum divinissime coaluerunt : vel sunt duo Ecclesiæ summi Pastores ac Præsides, qui unicum caput constituunt ; atque ita explicantur, ut ponatur omnimoda æqualitas inter S. Petrum et S. Paulum sine subordinatione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema universalis Ecclesiæ.

« 12. De vera, et non interrupta successione filiorum S. Francisci, et de vera forma Caputii ejusdem libri omnes impressi, et qui inconsulta sacra Congregatione imprimentur, tractantes hanc eamdem controversiam.

« 13. Pasquilli omnes ex verbis sacræ Scripturæ confecti. — Item Pasquilli omnes etiam manuscripti, omnesque conscriptiones, in quibus Deo, aut Sanctis, aut Sacramentis, aut Catholicæ Ecclesiæ et ejus cultui, aut Apostolicæ Sedi quomodocumque detrahitur.

« 14. Libri omnes agentes, ut vulgo dicitur, *de l'avenir et des sorts*.

« § 3. — *Imagines et indulgentiæ prohibitæ.*

« 1. Imagines cum laureolis, aut radiis, sive splendoribus, eorum qui neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sunt a Sede Apostolica.

« 2. Imagines Domini Nostri Jesu Christi, et Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, et Sanctarum quarumque sculptæ, aut pictæ cum alio habitu et forma quam in Catholica et Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, vel etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis.

« 3. Imagines, Numismata insculpta pro Confraternitatibus Mancipiorum Matris Dei, italice *Schiavi della Madre di Dio*, sodales catenatos exprimentia. — Item libelli, in quibus eisdem Confraternitatibus regulæ præscribuntur. Confraternitates autem quæ catenulas distribuunt confratribus et consoribus, brachiis et collo circumponendas atque gestandas, ut eo signo Beatissimæ Virgini emancipatos se esse profiteantur, et quarum institutum in eo mancipatu præcipuæ versatur, damnantur et extinguuntur. Societatibus vero, quæ ritum aliquem, aut quodcumque aliud ad mancipatum ejusmodi

pertinens adhibent præcipitur ut id statim rejiciant.

« 4. Imagines, catenulæ, folia, libelli pro usu Confraternitatum sub invocatione SS. Sacramenti, B. Mariæ Virginis Immaculatæ, et S. Joseph sub titulo *Gregis Boni Pastori* erectarum et in quibus repræsentantur homines penduli a Christo, a sacra Pyxide, a B. Virgine, a S. Josepho, et a quovis alio Sancto.

« 5. Imagines ubi repræsentatur puer Jesus in sublime elatus, et sub ipso tres Ecclesiæ Doctores, et in locum aliorum trium (qui repræsentatur in imaginibus ejusdem formæ jam pridem impressis) substituti sunt tres Presbyteri Regulares cum his versibus : ***Jesu Doctorum intima, qui nubes ignorantiæ pellis rore gratiæ***, etc.

« 6. Imagines sive depictæ, sive sculptæ, sive impressæ Johannem Calta quocumque sanctitatis vel beatitudinis signo repræsentantes.

« 7. Imagines ubi repræsentatur B. Virgo cum Filio in medio duorum sanctorum Societatis Jesu, quorum uni tradit librum, alii Rosarium cum hac inscriptione : ***Deipara Virgo cum Filio inspirat, commendatque Societati Jesu institutionem Sodalitatum, et Officii, Rosariique usum.***

« 8. Inscriptiones omnes Imaginum SS. Francisci et Antonii de Padua, in quibus dicitur formam habitus qua depicti sunt esse eamdem qua ipsi usi fuerunt : vel in quibus asseritur in hoc vel illo ordine S. Francisci esse veram, legitimam, et non interruptam ejusdem S. Patris in filios successionem.

« 9. Indulgentiæ omnes concessæ coronis, granis seu calculis, crucibus, et sacris ante Decretum Clementis VIII, anno 1597 editum, *de forma Indulgentiarum*. — Item indulgentiæ omnes concessæ quibuscumque Regularium Ordinibus, Confraternitatibus sæcularibus, Capitulis, Collegiis, aut eorum Superioribus, ante Constitutionem ejusdem Clementis VIII, *Quæcumque* 7 decemb. 1604, et Pauli V, *Romanus Pontifex*, d. 13 maii 1606, et *Quæ salubriter*, d. 23 novemb. 1610, revocatæ sunt, atque apocryphæ habendæ, nisi ab iisdem Pontificibus aut eorum Successoribus revocatæ ac confirmatæ fuerint.

« 10. Indulgentiæ concessæ coronis S. Brigittæ ab Alexandro VI declarantur apocryphæ, et nullius roboris ac momenti : sine præjudicio tamen Indulgentiarum a Leone X dictis coronis concessarum vi id. jul. 1515.

« 11. Indulgentiæ concessæ crucibus S. Turibii ab Urbano VIII, tanquam falsæ habendæ sunt.

« 12. Indulgentiarum libri omnes, Diaria, Summaria, libelli, folia, etc., in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia S. Congregationis Indulgentiarum.

« § 4. — *Quædam ad Ritus Sacros spectantia, quæ prohibita sunt.*

« 1. Benedictiones omnes Ecclesiasticæ, nisi approbatæ fuerint a sacra Rituum Congregatione.

« 2. Exorcismorum formulæ diversæ ab iis quæ præscribuntur in Regulis Ritualis Romani, et earumdem usus, absque prævio examine coram Ordinario.

« 3. Litaniæ omnes, præter antiquissimas et communes, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, et præter Litanias de B. Virgine, quæ in sacra æde Lauretana decantari solent.

« 4. Missalis Romani omnia exemplaria alterata post edictum Pii V, præsertim quæ *Venetiis* apud *Junctas*, *Sessas*, *Misserinum*, et *ad signum Syrenæ* atque *Europæ*, et quoscumque alios, impressa sunt anno 1596.

« 5. Officia B. Mariæ Virginis, vel Sanctorum aut Sanctarum, aliaque hujusmodi absque absque approbatione Sac. Rituum Congregationis edita, vel edenda.

« 6. De Ritibus Sinicis, eorumque controversiis, aut illorum occasione exortis, libri, libelli, relationes, theses, folia et scripta quæcumque post diem 1 octobris 1710 edita, in quibus, ex professo, vel incidenter, quomodolibet de iis tractetur, sine expressa et speciali licentia Romani Pontificis in Congregatione sanctæ et universalis Inquisitionis obtinenda.

« 7. Rituali Romano additiones omnes factæ aut faciendæ post reformationem Pauli V, sine approbatione S. Congregationis Rituum.

« 8. Rosaria quæcumque de novo inventa, aut invenienda, sine opportuna S. Sedis facultate, quibus authenticum Rosarium Deo et B. Mariæ Virgini sacrum antiquaretur. »

Idem Scavini dat quoque appendicem sequentem auctore non indicto :

« *Résumé des règles générales concernant les livres prohibés, publiées par ordre du concile de Trente, et par des déclarations subséquentes du Saint-Siège.*

« 1. Tous les livres qui, avant l'année 1515, ont été condamnés par les Souverains Pontifes ou par les conciles œcuméniques, doivent être considérés comme prohibés lors même qu'ils ne seraient point dans le catalogue de l'*Index*.

« 2. Les livres des hérésiarques, où depuis cette époque les hérésies ont pris naissance ou ont été renouvelées, ou qui ont été des sources et des guides pour les hérétiques, quel qu'en soit le titre ou l'objet, sont absolument prohibés, aussi bien que les livres des hérétiques qui traitent *ex professo* de matières appartenant à la religion. S'ils ne traitent pas de matières de ce genre, ils seront permis après l'examen et

l'approbation de qui de droit. Il faut dire la même chose, moyennant les mêmes approbations, de ceux dont la doctrine est catholique, et dont les auteurs sont tombés plus tard dans l'hérésie ou sont rentrés, après leur chute, dans le sein de l'Église.

« 3. Les traductions des auteurs ecclésiastiques publiées autrefois par des auteurs condamnés sont permises, pourvu qu'elles ne contiennent rien de contraire à la sainte doctrine. Celles du Nouveau Testament, faites par des auteurs compris dans la première classe de l'*Index*, sont absolument défendues. Quant aux versions de l'Ancien Testament et à la Bible de *Vatable*, les évêques peuvent en permettre la lecture à des personnes pieuses et instruites qui ne les considéreraient que comme simple interprétation. Il faut retrancher de la Bible d'*Isidore Claire Brescian* le prologue et les prolégomènes.

« 4. Quant aux traductions de la Bible en langue vulgaire, en vertu de la décision donnée par Clément VIII et par le décret de la sacrée Congrégation de l'*Index*, du 13 juin 1757, il n'y a de permises que celles qui ont été approuvées par le Saint-Siége ou publiées par son ordre.

« 5. Les recueils, comme *lexiques*, *concordances*, *apophthegmes*, faits par des auteurs hérétiques qui y auraient ajouté quelque chose d'eux-mêmes, ne doivent point être considérés comme permis, jusqu'à ce qu'ils aient été approuvés par les évêques dans les formes prescrites.

« 6. Les livres de controverse entre hérétiques et catholiques écrits en langue vulgaire ne sont point permis tant qu'ils n'ont pas lesdites approbations. Ceux qui auraient été interdits dans une province ou dans un royaume, comme ne pouvant sans inconvénient être lus par tous, pourront être permis après avoir été corrigés, si leurs auteurs sont catholiques.

« 7. Les livres qui traitent *ex professo* de choses lascives et obscènes sont absolument défendus. Les livres anciens des auteurs païens sont permis en considération de l'élégance et de la pureté de la langue ; ils ne devront pourtant pas être lus par des enfants.

« 8. Tous les livres qui traitent soit de l'astrologie judiciaire, soit de la divination des futurs contingents ou dépendants du libre arbitre de l'homme, soit d'autres superstitions, sont absolument condamnés. On permet les observations naturelles ou les conclusions qui ont pour objet de venir en aide à la médecine, à l'agriculture, à la navigation. Par ordre de Clément VIII, on doit faire les remarques suivantes à propos de cette règle : 1° il faut prevenir les fidèles que, en vertu d'une Bulle de Sixte V, les évêques ont le droit de procéder contre ceux qui lisent ou qui retiennent les livres d'astrologie judiciaire dont il est question dans cette même règle; 2° que le *Talmud* des Hébreux, avec les gloses, interprétations et notes, quoique imprimé sans ce nom et avec les conditions prescrites par Pie IV, est absolument prohibé, et avec lui tous leurs livres cabalistiques et leurs autres productions irréligieuses; 3° que le livre des Hébreux, connu sous le nom de *Mogazar*, n'est toléré qu'en langue hébraïque, et que toutes ses versions, en quelque langue que ce soit, sont prohibées.

« 9. Pour l'impression d'un livre ou écrit quelconque, on doit observer les prescriptions du concile de Latran, sous le pape Léon X, sess. x. Ceux qui seraient publiés sans l'approbation des supérieurs ecclésiastiques que cela regarde, suivant le lieu de l'impression, seraient soumis aux peines portées par le susdit décret. Les imprimeurs et les libraires devront être assujettis à ces lois,

« Le pape Clément VIII, dans son instruction sur ce sujet, ajoutée par son ordre auxdites règles, fait remarquer que tous les livres prohibés dans une langue doivent être considérés comme également prohibés en quelque langue qu'ils viennent à être traduits.

« Quant aux livres prohibés avec la clause *donec corrigantur*, ou *donec expurgantur*, il faut remarquer, comme le dit le R. P. Alexandre-Angélique Bardani, secrétaire de la sacrée Congrégation de l'*Index*, qu'on ne doit point faire d'autorité privée les corrections voulues, mais qu'il faut les attendre de l'autorité de cette même Congrégation.

« 10. Enfin, à propos des censures encourues immédiatement par ceux qui lisent, qui retiennent, ou qui vendent des livres prohibés, il faut remarquer, suivant l'avertissement du même P. Bardani, que l'excommunication réservée au Saint-Siége s'étend non-seulement aux livres traitant de religion *ex professo*, ou enseignant l'hérésie, ou suspects d'enseigner de fausses croyances, d'après les constitutions de plusieurs souverains Pontifes, principalement de Pie IV, *dominici gregis*, de Grégoire XV, *apostolatus officium*, d'Alexandre VII, *speculatores*, mais encore aux livres de ce genre qui, depuis les constitutions apostoliques mentionnées, ont été signalés dans les brefs ou bulles des papes postérieurs. »

Notandum dat Gury diaria publica (vulgo *les journaux*) censuræ ecclesiasticæ peculiariter ordinariis subjacere, ut patet ex responsis S. C. Inquis. an. 1832. — Vide parvum dictionarium versus finem, t. I, V° EPHEMERIDES.

Claudatur hæc appendix per quæsitionem hanc quam ponit idem Gury : an lex indicis in Gallia urgeat?

» Hac de re, inquit, non omnes conveniunt. Affirmant alii, quia lex generalis est. Negant autem alii, tum quia (aiunt) lex indicis recepta non fuit (quod), de cætero,

adversarii dicunt historice falsum), tum propter diuturnam legis desuetudinem. Alii vero mediam viam incedentes, dicunt non esse receptam in Gallia indicis prohibitionem quoad pœnam excommunicationis, urgere tamen quoad reatum peccati, quod plerumque ob periculum perversionis aut malæ delectationis ex lectione talium librorum committitur.

« Verum, quidquid in antecessum dixerint non pauci Galliæ theologi, nunc non videtur amplius dubitandum esse propter non ambiguas Pii IX declarationes. Pontifex enim non tantum suasionibus egit, ut Galliæ episcopos induceret ad leges indicis recipiendas, sed etiam tantam auctoritatem præ se tulit, ut nemini deinceps liceat affirmare, legem indicis in Gallia non vigere. Satis sit in medium afferre testimonium *S. Cong. concilii* ac proinde Pontificis ipsius, in actis Concilii Remensis an. 1857, scilicet *cæterum servari regulas indicis*. (Vide Card. Gousset, *exposition des principes du droit canonique.*)

« Notatu vero dignum est, episcopos Galliæ in dies conari ut leges indicis executioni mandentur, sicuti patet ex conciliis provincialibus Avenionensi, Tolosano, Burdigalensi, Auscitano, Rupellensi, etc. » (De censur. n. 986.)

APPENDIX TERTIA TOMI QUARTI

AUCTORE S. ALP. DE LIGORIO

EXAMEN ORDINANDORUM

AB EODEM AUCTORE BREVITER CONCINNATUM EX EADEM SUA THEOLOGIA MORALI, RES SCITU MAGIS NECESSARIAS CONTINENS [1]

CAPUT I.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

1 Quid sit sacramentum.
2 Quæ requirantur ad constituendum sacramentum? An circumcisio, etc.?
3 Quæ sint sacramentalia.
4 Distinguuntur sacramenta.
5 Qu. I. Quæ requirantur ad essentiam. De materia.
6 De forma, et de connexione materiæ cum forma.
7 De mutatione substantiali, aut accidentali.
8 De sacramento sub conditione. Si cum forma, aut materia dubia, vel mixta. Interruptio formæ.
9 De intentione ministri, et suscipientis.
10 Qu. II. De ministro.
11 An debeat esse in gratia.
12 Si sit laicus, aut ministret non solemniter, an sufficiat contritio.
13 Si absolvat in mortali : si ministret Eucharistiam : si celebret missam.
14 Si subdiaconus, aut diaconus ministret solemniter
15 Si ministret indigno.
16 Simulare administrationem sacramenti.
17 Simulare susceptionem.
18 An minister debeat intendere quod facit Ecclesia.
19 Qu. III. Quid ad valide, et licite sacramenta suscipienda.
20 An petere ab excommunicato, vel peccatore.
21 An liceat dare pecuniam pro administratione sacramenti.
22 et 23 Effectus, et I. De gratia.
24 II. De charactere.

1. — SACRAMENTUM, generaliter loquendo, significat mysterium, sive rem occultam : Sacramentum vero in Ecclesia christiana sic definitur : *Est visibile signum invisibilis gratiæ ad populum Dei sanctificandum a Christo institutum*. Dicitur *Signum visibile*, scilicet signum externum in materia sensibus subjecta. *Invisibilis gratiæ*, quia sacramentum significat gratiam quam causat invincibiliter, scilicet ex opere operato, sive per se, modo suscipiens sit dispositus. *A Christo institutum*, quia juxta sententiam probabiliorem, Christus etiam ut homo sacramenta instituit ex potestate quæ dicitur *excellentiæ*. (*Vide Opus Morale l.* 6 (v). *n.* 1. 2. *et* 3.)

2. — Tria igitur ad sacramentum constituendum requiruntur : 1. Signum externum. 2. Promissio gratiæ. 3. Institutio Christi, cum omnia sacramenta ex Christi passione vim habeant.

Dubitatur an circumcisio fuerit olim verum sacramentum, conferens gratiam ex opere operato? Affirmat *Scotus*, sed communiter id negant DD. ; nam circumcisio operabatur sanctitatem tantum externam, non autem internam ; commune tamen est quod fuerit verum sacramentum (*l.* 6 (v). *n.* 4).

3. — Sacramentalia autem sunt quædam actiones sacræ ab Ecclesia institutæ, prout sunt, aqua lustralis, benedictiones rerum, consecrationes, et similia. Hæc non habent per se vim remittendi peccata. sed tantum impetrandi auxilia divina ad aliciendos actus bonos, quibus postea peccata remittuntur (*l.* 6 (v). *n.* 90. *ad.* 94).

4. – Multipliciter distinguuntur sacramenta. *Primo* alia sunt necessaria necessitate *medii*, ut sunt baptismus pro omnibus, pœnitentia pro lapsis in mortale, et ordo pro iis qui sacramenta Eucharistiæ, et pœnitentiæ ministrant : etiam Eucharistia (juxta probabiliorem sententiam), saltem in voto implicito (*l.* 6 (v). *n* 192). Alia necessitate *præcepti*, ut sunt confirmatio, juxta probabilem sententiam, licet opposita *Nav. Suar. Soti, Laym. Ronc. Wigandt, ex D. Th.* (*in* 3. *p. q.* 72. *art.* 8.) et aliorum etiam sit probabilis (*l.* 6 (v). *n.* 181). et extrema unctio, juxta probabiliorem sententiam, omnino suadendam (*n.* 733). *Secundo*, alia sunt sacramenta *iterabilia*, ut Eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, et matrimonium ; alia sunt *initerabilia*, ut baptismus, confirmatio, et ordo propter characterem, quem indelebiliter imprimunt. *Tertio*, alia sunt sacramenta *mortuorum*, ut baptismus, et pœnitentia, quia primam conferunt gratiam et supponunt animam mortuam, id est gratia carentem : alia *vivorum*, quæ aliquando

[1] In hoc tractatu divus auctor sæpissime aliud opus morale, quod *Homo apostolicus* inscribitur, laudare consuevit ; ast cum hæc Moralis in cunctis sufficiat, et ne lector alios libros evolvere teneatur, loca ex *Hom. apost.* citata supressimus hanc laudantes theologiam, ubi res eadem ampliore et accuratiore stylo tractatur.
Edit. A. LECLERE.

per accidens dant etiam primam gratiam, nimirum casu quo aliquis attritus, bona fide putans se contritum, illa suscipit, ut docent probabiliter *Lugo, Suarez, Con. Caj. Croix, Salm. Castrop.* et alii plures ex *D. Th.*, contra alios, ex communi (*l.* 6. *n.* 87). *Quarto*, alia sunt *formata*, id est cum effectu gratiæ, alia *informia*, scilicet sine collatione gratiæ, quæ est sacramenti forma. An autem detur sacramentum pœnitentiæ validum et informe, id est sine gratia, alii negant; sed communiter, et verius alii affirmant. Casus esset nimirum si quis acciperet absolutionem ab aliquo mortali peccato cum attritione concepta tantum ex turpitudine supernaturali illius peccati et cum oblivione inculpati alterius peccati mortalis. (*Qui vult videre hanc quæstionem cum omnibus suis rationibus enucleatam, observet l.* 6 (v). *n.* 444.)

5. — Quær. I. Quæ requirantur ad essentiam sacramenti? Tria requiruntur, materia, forma, et intentio. *Materia* est res corporea et sensibilis, quæ suscipienti applicatur, v. gr. aqua, chrisma, oleum sanctum, etc. Et hæc est materia *remota*, nam *proxima* est ipsa applicatio materiæ, ut ablutio, unctio, etc.

6. — *Forma* sunt verba prolata a ministro. Ut autem sacramentum valeat, requiritur connexio, sive simultas materiæ et formæ, scilicet, ut materia applicetur antequam prolatio formæ terminetur, vel postquam prolatio formæ sit incepta. Sententia autem quod sufficiat applicare materiam immediate ante vel post prolationem formæ, est tantum probabilis, non autem moraliter certa, ut requiritur, ubi agitur de valore sacramenti, ex propositione 1. damn. ab *Innoc. XI.* ideoque non est practice probabilis. Excipiuntur tamen sacramenta pœnitentiæ, et matrimonii, quæ valent etiamsi interponatur aliqua mora inter materiam et formam (*l.* 6 (v). *n.* 9).

7. — Si mutetur substantialiter materia, nempe applicetur vinum pro aqua, vel mutetur forma, nempe si verba non habeant eumdem sensum, puta dicendo, *Te aspergo* pro *te baptizo*, invalidum est sacramentum. Secus si mutatio est accidentalis, scilicet si aqua sit calida, aut decocta, aut si dicas, *Ego te baptizo in nomine Patrias, et Filias, etc.* ut habetur ex c. *Retulerunt, de consecr. dist.* 4. vel *in nomine Patris omnipotentis, etc.* Sic tamen mutans non excusaretur a peccato gravi (*l. c. n.* 11).

8. — In cassu necessitatis, vel magnæ utilitatis, bene possunt conferri sub conditione (saltem mente retenta) [1] sacramenta, non solum characterem imprimentia, ut est certum ex c. 2. *de Baptism.*, sed etiam alia, si non possit haberi materia, nisi dubia; ita *Suar. Castrop. Habert, Bonac. Roncag. Salmant.* et alii communiter, contra *Juenin, et Antoine* (*l. c. n.* 28 *et* 29). An autem minister possit uti materia, aut forma dubia, si ad id cogatur metu mortis? probabiliter potest: nisi cogatur in contemptum religionis: ita *Sanch. Coninck.* Si in materia propria misceatur extranea in majori, vel æquali parte, materia est inepta; secus si in minori; ita *S. Th.* (3. *part q.* 74. *n.* 3. *ad* 3). Interruptio formæ si est modica, non officit valori sacramenti. Secus si talis sit, ut verba non constituant unum sensum (*l.* 6 (v). *n.* 11. *ad* 3). Non licet autem formam repetere, nisi adsit probabile dubium, quod forma invalide fuerit prolata (*l. c. n.* 224. *v. Advertendum*). Alii dicunt aliquas sacramentorum materias et formas fuisse a Christo in genere determinatas, et relictas Ecclesiæ, ut ipsa in particulari determinaret. Sed probabilius alii docent omnes fuisse a Christo determinatas in substantia. Unde si aliqua invenitur inter novam et priscam Ecclesiæ consuetudinem differentia circa materias et formas, mutatio illa censetur tantum accidentalis. (*Vide hanc quæstionem ad trutinam revocatam Lib.* 6 (v). *n.* 12.)

9. — Demum ad essentiam sacramenti requiritur *intentio* ministri, et quidem actualis vel saltem virtualis. Intentio *actualis* est ea, quæ actu habetur. *Virtualis* autem, quæ permanet in virtute actionis, quam minister exequitur ex intentione actuali prius habita; ad differentiam intentionis *habitualis*, quæ aliquando est habita, et non est retractata (*l. c. n.* 15). Hæc autem habitualis non sufficit in ministro, sed bene sufficit in suscipientibus sacramenta; atque in necessitate etiam si ipsi sint dormientes, aut ebrii, aut ceciderint in amentiam postquam jam habuerint intentionem illa suscipiendi, ut communissime docent *Lug. Castrop. Salm.* et alii plures cum *D. Th.* (*in* 4. *dist.* 6. *q.* 1 *art.* 2.), et patet, ex c. *Majores*, §. *Verum, de baptism.*, et etiam ex *Instruct. de baptism.* data a *Bened. XIV.* incipiente, *Postremo mense.* Imo quod

[1] Confer. l. 6 (v). n. 29.

extremam unctionem, et etiam confirmationem satis est pro suscipientibus adhuc *interpretativa*, id est ea quam suscipiens non habet nunc, nec unquam habuit, sed haberet si rem adverteret (*l. c. n.* 11).

10. — Quær. II. Quis sit minister sacramentorum? Quoad ordinem solus Episcopus est minister (*l.* 6 (v). *n.* 761): et quoad confirmationem ipse est minister ordinarius, nam extraordinarii possunt esse etiam simplices sacerdotes (*l. c. n.* 170). Aliorum autem sacramentorum solus sacerdos est minister, excepto matrimonio (*l. c. n.* 897), et etiam baptismo in necessitate; in ea enim possunt etiam laici, et adhuc hæretici baptizare (*l. c. n.* 113).

11. — Ad valide autem ministranda sacramenta, non est opus, ut minister sit in gratia, nam peccatores etiam valide ministrant. Non vero hæretici, nec excommunicati vitandi respectu ad sacramentum pœnitentiæ. *Vide dicta lib.* 6 (v). *n.* 560. Ad licite tamen ministrandum requiritur status gratiæ; sed in extrema necessitate, si minister non posset tam cito conteri, probabiliter a culpa excusatur si ministrat; ita *Sotus, Suar. Tolet. Caj. Armil. Valen. Azor. l.* (*Vid. l* .6 (v). *n.* 33. *et Gabrie. Luc. Moral. p.* 2. *tr* 41 *n.* 56). Nunquam autem excusatur parochus, aut œconomus : hi enim debent esse semper parati ad ministrandum. Celebrans autem in mortali quatuor mortalia committit, 1. quia indigne consecrat, 2. quia indigne sumit, 3. quia indigne ministrat, et 4. quia ministrat indigno, qui est ipse idem (*l.* 6 (v). *n.* 35. *v. Hinc*).

12. — Quær an peccet graviter qui existens in mortali ministrat sacramentum in necessitate, si ad illud non est ordinatus, ut laicus matrimonium contrahens, aut baptizans; vel si est ordinatus, sed ministrat non solemniter? Alii probabiliter negant, ut *Cont. Tourn. Natal. Alex. et alii ex D. Th.* (3. *p. qu.* 64. *art.* 6. *ad* 3.) Sed probabilius affirmant *Cont. Tourn. La Croix, Antoine, Lugo, Pontius, Vasq. Navarr. etc.* quia semper sancta sancte tractanda sunt (*l.* 6 (v). *n.* 32).; minister autem solemniter ministraturus sacramenta si est in mortali, sufficit, ut eliciat eum actum contritionis (*Ibid. n.* 34.); celebraturus vero missam, debet confessionem præmittere : excepto casu quo ex necessitate ex una parte debeat celebrare, et ex alia non adesset copia confessarii; sed tunc post celebrationem debet quamprimum confiteri, ut præcipit Tridentinum *sess.* 13. *c.* 7. (*Vide l.* 6 (v). *n.* 255.)

13. — Confessarius tantum audiens confessionem in mortali, probabilius est cum *Lugo, Spor Salm. Elbel, Croix, et aliis*, quod non peccet graviter, quia non conficit sacramentum. Si vero absolvit plures pœnitentes, etiam successive, in statu peccati mortalis, plura mortalia committit, quia plura sacramenta distincta ministrat (*l. c. n.* 36. *v. Qu.* 5.). Sacerdos item, aut diaconus ministrans Eucharistiam in mortali mortaliter peccat, quia proxime concurrit ad sanctificationem communicantium. Ita tenendum cum pluribus, contra alios *l. c. n.* 35.). Celebrans autem in mortali, si pluribus Eucharistiam ministrat, probabilius unum mortale committit, quia ministratio illa, et communio est unica actio moralis, unicumque convivium (*Vid. l.* 6 (v). *n.* 35. *v. Hinc.*).

14. — Diaconi, et subdiaconi, si ministrant in altari existentes in mortali, juxta plures probabiliter peccant graviter, sed juxta communiorem sententiam, et satis probabilem, id negatur; quia non conficiunt nec ministrant sacramentum, nec exercent functiones proxime ordinatas ad sanctificationem animæ (*l.* 6 (v). *n.* 37. *et* 38.). Concionator item qui prædicat in mortali, non peccat graviter, ut communius et probabilius docent *Gonet, Lugo, Castrop. Bonac. Vasq. Salm. Croix, et alii* (contra *Merb. Juen. etc.*); non enim exercet ordinem, sed officium annexum ordini, quod per se non causat gratiam, ut causant sacramenta (*l. c. n.* 41.).

15. — Peccat graviter minister, si dat sacramentum indigno petenti occulte; secus autem si ille sit peccator occultus, et publice petat (*l. c. n.* 43. *ad* 51.). Notandum vero, quod Episcopus etiam ob occulta peccata potest denegare alicui collationem ordinis, licet publice ille petat, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 1. ubi dicitur, teneri clericum obedire prælato vetanti susceptionem ordinis propter occultum crimen. Nec tenetur tunc Episcopus causam manifestare, cur repellat ordinandum, ut pluries declaravit Sacr. Congr. Concilii (*l.* 6 (v). *n.* 52.). An autem confessarius possit absolvere ordinandum recidivum in culpis gravibus, qui vult sacrum suscipere ordinem sine prævia probatione, vide dicta *Lib.* 6 (v). *n.* 63.

16. — Non licet ministro etiam ob metum mortis simulare administrationem sacramenti ex prop. 29. proscripta ab *Innoc. XI.* Tunc autem censetur minister simulare administrationem, cum profert formam sine intentione, aut aliquid aliud pronuntiat, ad hoc, ut alii credant ipsum jam conferre sacramentum, unde alias licite potest confessarius aliquam recitare orationem super pœnitente indisposito, non jam, ut alii credant absolutionem illi ministrari, sed tantum ad occultandam absolutionis negationem; tunc enim non simulat sacramenti administrationem, sed tantum veritatem occultat (*Lib.* 6 (v). *n.* 59.). Præterea ait *Cardenas* bene posse confessarium, cum pœnitens minatur ei mortem si non absolvat, dicere, *Ego te non absolvo*, submisse pronuntiando verbum *non*, quia hæc non est restrictio pure mentalis; ut objicit *Viva*, dum confessarius non tenetur efficere, ut pœnitens audiat verba absolutionis, et ideo non habet ille jus, ut confessarius omnia verba formæ intelligibiliter proferat (*Ibid. in fine.*).

17. — Sicut autem non licet ministro simulare sacramenti administrationem, ita nec etiam alii sacramenti susceptionem, ut dicunt *Card. Croix et Gormaz.* Hoc tamen non prohibet, quominus liceat alicui accedere ad confessionarium, ibique genuflectere ad aliquod negotium agendum. Præterea aiunt communiter *Sanch. Conc. Castrop. Card. Viva, Croix, aliique plures*, contra *Milante*, quod si aliquis sponsorum cogitur contrahere per injustum metum, vel habens impedimentum dirimens, ad evitandum scandalum, tunc poterit ille (saltem sine gravi culpa) simulare celebrationem matrimonii : tunc enim, deficiente consensu, deficit contractus, et deficiente contractu, nec etiam existit sacramentum (*l.* 6 (v). *n.* 62.).

18. — Minister invalide ministrat sacramentum, si non intendat facere actum externum quod facit Ecclesia, ritumque sacramentalem adhibere quem intendit Ecclesia, a Christo instituta, et hoc etiamsi minister, non joco (ut adhuc insipienter admittebat Lutherus), sed serio ministret, ut probavimus in Morali (*l.* 6 (v). *n.* 20. *et* 23.). Si vero id jam intendat, valide ministrat, etiamsi non habeat intentionem explicitam conferendi sacramentum. Dico *non habeat intentionem explicitam*; nam si positive haberet intentionem non conferendi sacramentum, tunc neque conferret, quia tunc revera nullam haberet intentionem faciendi quod facit Ecclesia (*Ib. n.* 23.). Sacerdos autem conficiens sacramentalia, puta aquam benedictam, in mortali, non peccat graviter (*n.* 40.).

19. — Quær. III. quid requiratur, ut quis valide, et licite sacramenta suscipiat? Ut valide suscipiat requiritur 1. Ut sit baptizatus, nam alias non est capax aliorum sacramentorum. 2. Excepto sacramento baptismi, pro quo nulla requiritur intentio in pueris, et perpetuo amentibus, cum in eis suppleat intentio Ecclesiæ; in aliis sacramentis opus est, ut suscipiens saltem habuerit prius intentionem (quæ dicitur habitualis) suscipiendi sacramentum, et eam non revocaverit, ut supra diximus *n.* 9. Hinc si quis ordinetur per vim, invalide ordinaretur; secus si per metum, quia metus non tollit voluntarium. Probabilissimum est, quod sacramenta in periculo mortis licite conferri possunt tam ebriis, quam lapsis in amentiam, si prius intentionem habuerint illa suscipiendi; ita *Lug. Castrop. Salm. Croix, Card. Lambertinus, etc. ex D. Th. et cap. Majores*, § *Verum, de Bapt.* (*Lib.* 6 (v). *n.* 81. *v. Utrum.*). Sufficit etiam tempore mortis intentio interpretativa in suscipiente sensibus destituto quoad Sacramenta extremæ unctionis, ut habetur ex Rituali, et etiam confirmationis, et Eucharistiæ; ut aiunt *Lug. Coninc. Spor. Croix, etc.*, non vero quoad baptismum, et ordinem; et tanto minus quoad pœnitentiam, et matrimonium, in quibus omnino requiritur intentio actualis, aut saltem virtualis (*l. c. n.* 82.) Ut licite autem quis suscipiat sacramenta, requiritur conveniens dispositio, nempe status gratiæ; unde si quis est in mortali, debet saltem esse contritus cum proposito confitendi. Imo ad recipiendam Eucharistiam requiritur prævia confessio, nisi necessitas urgeat, et non adsit copia confessarii, quo casu debet sacerdos qui celebravit (ut diximus *n.* 12.) quamprimum confiteri, ex Trid. *sess.* 13. *c.* 7 Necessitas autem erit 1. ob dandum Viaticum. 2. Ob vitandam infamiam, aut scandalum. 3. Si ille est parochus, et occurrat festum de præcepto. 4. Si celebrans post consecrationem recordetur mortalis culpæ (*l.* 6 (v). *n.* 262.). Insuper advertendum quod suscipiens sacramentum pœnitentiæ sine dispositione, non

solum licite, sed etiam invalide suscipit, dum contritio pœnitentis est etiam materia hujus sacramenti. Respectu vero ad alia sacramenta, si quis indispositus ea suscipit, valide suscipit; ita ut recedente fictione, sive obice peccati, illa reviviscant, id est gratiam causent, ut docent plures ex *D. Th.* (*Ib. n.* 87.).

20. — Quær. IV An liceat petere sacramenta a ministro peccatore vel excommunicato ? Non licet a peccatore quamvis sit parochus (quidquid aliqui dicunt), nisi adsit justa causa ; sufficit autem gravis utilitas *ib. n.* 89.), ut communissime docent *Suar. Sanch. Scot. Pal. Tol. Anacl. Holzm. Salm. etc.* Hinc dicunt licite peti, 1 si urgeat præceptum confessionis aut communionis, aut missæ, aut si occurrat indulgentia lucranda. 2. Si alias carere debeas jubilæo. 3. Si maneres alias in mortali, etiam per horam, ut dicunt *Suar.* et. *Escob.* 4. Si diu carere debeas fructu communionis, aut confessionis, etc. Absolute vero sine alia causa licet recipere sacramentum ab excommunicato, si sit toleratus, quia absolute concessum est a concilio Constantiensi fidelibus posse communicare cum toleratis (*Lib.* 6 (v). *n.* 88. *v. Resp. II.*) A vitando autem nec etiam in morte licet suscipere pœnitentiam, quia (ut diximus *n.* 11) vitandus etiam in extrema necessitate invalide eam ministrat.

21. — Quæritur. V. An possit dari pecunia pro administratione sacramenti, si minister nolit dare gratis ? Videtur negare *S. Thom.* (2. 2. *quæst.* 100 *art.* 2. *etc.*) ; dum tradit, quod adultus neque in articulo mortis potest aliquid ministrare pro obtinendo baptismo, dicens tunc ei sufficere ad salutem baptismum flaminis. Sed quæcumque sit intelligentia hujus doctrinæ angelici Doctoris, communiter *Bon. Salm. et Ronc.* (*Bon. de Sim. d.* 1. *q.* 2. § 2. *n.* 2. *Salm. tr.* 19. *eod. tit. n.* 12. *Ronc. eod. tit. pag* 211. *in Praxi.* 3. *cum Suar. Less. Sanch. Laym. Castrop. et aliis* affirmant posse dari pecuniam in extrema, et etiam in gravi necessitate sacramenti. Ratio, quia ex una parte traditio pecuniæ non est intrinsece mala ; ipsa enim est cooperatio materialis, non formalis : cum non cooperetur pravæ voluntati ministri juxta dicta *l.* 6 (v). *n.* 63. Ex alia ipse suscipiens non committit simoniam, cum non tradat pecuniam ad emendum sacramentum, sed tantum ad redimendam vexationem ministri sacramentum injuste denegantis : et ideo dat temporale pro re mere temporali : tantoque magis id currit, si suscipiens est fidelis, quia tunc habet jus ad sacramentum, dum idem *D. Th.* (*ib. ad* 5.) docet post jus quæsitum licere cuivis dare pecuniam, ad tollendum injustum impedimentum. Idque admittunt *Suar Fill. et Croix*, non solum pro obtinendo baptismo, et pœnitentia, sed etiam Viatico ; et *Bonac.* extendit etiam ad extremam unctionem.

22. — De *effectu* sacramentorum. Duplex est sacramentorum effectus, collatio gratiæ, et impressio characteris. Primus ergo effectus est gratia. Duplex autem gratia confertur in sacramentis, gratia *sanctificans*, nempe quæ reddit hominem amicum Dei, et gratia *sacramentalis*, quæ est propria et peculiaris uniuscujusque sacramenti, ad causandum effectum proprium sacramenti illius, nempe baptismi, ad abluendum a culpis; confirmationis ad roborandum in fide ; Eucharistiæ, ad reficiendam animam ; pœnitentiæ ad delenda peccata; extremæ unctionis, ad vim conferendam adversus dæmonum tentationes in extremo agone; ordinis, ad conferenda auxilia, ut ordinatus recte sua munia exerceat : et matrimonii, ut conjuges illius onera et obligationes bene sustineant et adimpleant.

23. — Sacramenta in suscipiente disposito causant gratiam *ex opere operato*, id est ex se, non *ex opere operantis*, scilicet ex merito suscipientis. An autem causent physice, ita ut materia sacramenti, nempe aqua, oleum, etc. licet sit causa tantum naturalis, elevetur tamen a Deo causandam gratiam, ut docet *D. Th.* ? Vel tantum moraliter, ita ut, posito sacramento, Deus per se conferat gratiam, ut vult *Scotus*. Utraque sententia est probabilis (*lib.* 6 (v). *n.* 7.) Sacramenta autem mortuorum, ut baptismus, et pœnitentia, per se habent causare primam gratiam. Alia vero sacramenta, quæ sunt vivorum, tantum augmentum gratiæ causant : sed aliquando in attritis, qui reputant se contritos, causant etiam primam gratiam, ut docent *D. Th.* de Eucharistia, et de extrema unctione, et sequuntur *Gon. Con Ronc. Suar Bon. Salm. etc.* (*L.* 6 (v). *n.* 6.)

24. — Alter effectus sacramentorum est character. Character autem est *Quoddam signaculum spirituale indelebile, impressum animæ suscipientis sacramen-*

tum: illud imprimitur tantum in baptismo, confirmatione, et ordine: et significat potestatem, sive dignitatem ex hujusmodi sacramentis susceptam: in baptismo enim est signum *ovium* Christi, quo fideles efficiuntur idonei ad alia sacramenta recipienda: in confirmatione est signum *militum* Christi, quo vim accipiunt ad fidem constanter profitendam: in ordine est signum *ministrorum* Christi, quo potestatem acquirunt ad sacramenta fidelibus ministranda. Imprimitur autem character etiam in sacramento illicite suscepto; nec amittitur per peccatum. Notandum insuper, quod ex baptismo, et confirmatione oritur alius effectus, nempe impedimentum cognationis spiritualis, quæ dirimit matrimonium inter baptizantem et baptizatum, baptizatique partem et matrem. Item inter susceptorem (sive patrinum) et susceptum, susceptique patrem et matrem.

CAPUT II.

DE SACRAMENTO ORDINIS IN GENERE.

25 Quid sit Ordo.
26 Quid ordinatio.
27 Quot sint ordines; et an Episcopatus sit ordo distinctus.
28 An singuli ordines sint sacramenta.
29 Quænam materia et forma ordinis; et de tactu physico, et simultaneo.
30 Quis minister.
31 Effectus.
32 Requisita, ut quis valide ordinetur.
33 Ut autem licite, requiritur I. Confirmatio. II. Ut non sit infamis, etc. An protestatio Episcopi, etc. III. An mens clericandi. IV. Ut ab Episcopo proprio, etc.
34 Quis sit Episcopus proprius. Regulares a quo, etc. *remissive.*
35 et 36 V. Scientia.
37 et 38 VI. Titulus; et quotuplex sit titulus.
39 De patrimonio ficto.
40 VII. Ut ordo inferior suscipiatur ante superiorem. VIII. Tempus debitum.
41 et 42 IX. Interstitia.
43 et 44 X. Locus. XI. Ætas.
45 XII. Exercitium ordinis suscepti. XIII. Vocatio divina.
46 Qui incurrant suspensionem, etc.

25. — Ordo est juxta *D. Thomam*, *Signaculum Ecclesiæ quo traditur ordinato potestas spiritualis*. Est de fide ordinem esse sacramentum, ut patet ex *sess.* 23. c. 3. Nam in ordine jam reperiuntur tria requisita ad sacramentum, nempe signum externum, quod est impositio manuum; institutio Christi, prout habetur ex Luc 22. *Hoc facite in meam commemorationem*; et promissio gratiæ, ut habetur ex Apost. 1. *ad Tim. Admoneo te, ut resuscites gratiam, quæ in te est per impositionem manuum mearum.*

26. — Differt autem ordo ab ordinatione. *Ordo* est ipsa potestas tradita; *ordinatio* vero est actio, qua Episcopus potestatem tradit. Unde presbyteratus est sacramentum in fieri, scilicet in actu ordinationis, non autem in facto esse, scilicet cum quis jam ordinatus est. Septem sunt ordines, alii minores, alii majores. Minores sunt quatuor, nempe *Ostiariatus*, *Lectoratus*, *Exorcistatus*, *et Acolythatus*. Majores sunt tres, nempe *Subdiaconatus, Diaconatus*, *et Presbyteratus*. Præter hos probabiliter plures DD. addunt ordinem Episcopatus, et ita quidem valde probabiliter, et communius tenent *Bellarm. Sanch. Hab. Tourn. etc.*, cum ipse rationabiliter distinguatur a presbyteratu propter distinctam potestatem, quæ traditur Episcopo conferendi aliis potestatem consecrandi corpus Chisti, at absolvendi fideles a peccatis (*Vide l.* 6 (v). *n.* 738.).

27. — Quær. I. an singuli ordines sint sacramenta? Quod sacerdotium sit sacramentum, est de fide. Quod etiam diaconatus sacramentum sit, est certum, sed non de fide. Quod alii autem ordines sint adhuc sacramenta, satis probabile est ex *D. Thom.*, cum unicuique ordini assignata videatur materia, et forma. Omnes autem septem ordines (juxta hanc sententiam) unum tantum sacramentum constituunt ex unitate finis, cum singuli sint ordinati ad unum missæ sacrificium conficiendum, et omnes supponuntur instituti a Christo illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*. In ordine enim sacerdotii alii vel continentur eminenter, ut sunt ordines inferiores, vel consequenter respectu ad Episcopatum. Verumtamen probabilius est alios ordines (præter presbyteratum, et diaconatum, ut diximus) non esse sacramenta; quia deest in illis materia, nempe impositio manuum, quam (ut mox dicemus) probabilius est esse unicam materiam ordinis: deestque etiam forma, quæ exprimat productionem gratiæ, dum in collatione præfatorum ordinum non fit mentio gratiæ, sed tantum potestatis quæ traditur. *De hac quæstione fusius dictum est in Morali. l.* 6. (v) *n.* 736. *et* 737.

28. — Quær. II. quænam est materia et forma ordinis? Tres sunt sententiæ. I. tenet materiam ordinis esse solam traditionem instrumentorum; sed hæc non est satis probabilis. II. tenet materiam proximam esse duplicem integra-

lem, scilicet traditionem instrumentorum, qua traditur potestas super corpus reale Jesu Christi ad sacrificandum, cum forma : *Accipe potestatem, etc.*, et impositionem manuum, qua traditur potestas super corpus mysticum ad peccata absolvenda, cum forma : *Accipe Spiritum sanctum, etc.* Materia autem remota (juxta hanc sententiam) sunt manus Episcopi et instrumenta quæ ad tangendum ab eo traduntur. III. Probabilior tenet materiam unice esse impositionem manuum; formamque esse orationem quam profert Episcopus (*Quomodo hoc probatur, videnda quæ dicta sunt Lib.* 6 (v). *n.* 749.). Attamen quia II. sententia est etiam probabilis, nempe duplicem esse materiam ordinis, scilicet impositionem manuum, et traditionem instrumentorum, ipsa omnino in praxi sequenda est. Unde necessario requiritur in ordinatione tactus instrumentorum, et tactus quidem physicus, cum probabile etiam sit moralem non sufficere. Sufficit vero tangere una sola manu, vel digito (*Ibid. n.* 743.) Non oportet autem (ut diximus *n.* 6,) ut contactus fiat a principio prolationis formæ usque ad finem, sed sufficit si fiat antequam forma terminetur, vel postquam illa sit incepta. Forma autem sunt verba quæ profert Episcopus ordinans, cum manus imponit, et instrumenta tradit, ut supra dictum est. Sedulo hic rursus notandum 1. quod in ordine sacro conferendo materia tradenda est ab eodem Episcopo, qui formam profert; secus in collatione ordinum minorum ita *D. Th.* (*Suppl. q.* 38. *art.* 1. *ad* 2.) *et alii.* Notandum 2. quod si conferantur ordines ab uno Episcopo, alio tamen celebrante, ordinatio erit valida, sed illicita, ut declaravit *Innoc. XIII.* apud *Benedict. XIV* (*De Synod. l.* 8. *c.* 11. *n.* 7.).

29. — Quær III. quis sit minister ordinis? Minister ordinarius hujus sacramenti est tantum Episcopus. Potest vero Pontifex simplici sacerdoti potestatem impertiri couferendi ordines minores, prout eam habent Abbates mitrati ; sed habent pro suis subditis tantum regularibus professis, vel novitiis, non autem pro sæcularibus, ut hodie certum est, ex decreto Sacr. Cong. Conc., approbato ab *Urbano VIII.* qui jussit illud *inviolabiliter observari, reprobata omni contraria opinione* (*L.* 6 (v). *n.* 763 *et* 764. *et Tract de Privil. n.* 117.) Sæculares autem ab Abbatibus ordinati, si sint eis subditi, vel [illegible] litteras a propriis Ordinariis [illegible] illicite quidem ordinantur, et suspensionem incurrunt, sed valide ordinantur, ut declaravit Sacr. Congr. *Vide dicta [illegible] Tract. l. c.*

30. — Quær IV Quinam sint effectus ordinis? sunt tres : 1. Collatio gratiæ *sanctificantis*, scilicet quæ confertur in omni sacramento, ut diximus *n.* 22. et gratiæ *sacramentalis* nempe specialis auxilii ad ordinem bene exercendum. 2. Collatio potestatis exercendi functiones ordinis, qui suscipitur. 3. Impressio characteris indelebilis, ob quod nullius ordinis collatio iterari potest.

31. — Quær. V. quæ requirantur, ut quis valide, et licite ordinetur? Ut valide ordinetur, requiritur I. Ut sit viator. II. Ut sit mas ; fœminæ enim non sunt capaces sacramenti ordinis III. Ut sit baptizatus. IV. Ut habeat intentionem saltem habitualem (juxta dicta *n.* 9.) suscipiendi ordinem.

32. — Ut autem licite ordinetur, requiritur I. ut sit *confirmatus* : sed hoc non sub præcepto gravi, ut vult communis sententia (*l.* 6 (v). *n.* 786.) Quoad obligationem vero cujusque fidelis suscipiendi confirmationem, vide dicta *lib.* 6 (v). *n.* 181 II. Ut non sit neophytus, aut infamis, aut irregularis. Dubitatur hic, an aliquis irregularitate irretitus valide ordinetur, si Episcopus protestationem præmittat (ut consuetum est) nolle ordinare irregulares, excommunicatos, etc.? Respondeo, in dubio (quidquid alii dicant) omnino dicendum, quod ordinatio repetenda est; nisi constet Episcopum verba illa protulisse tantum ad terrorem, ac suam intentionem protestationi minime alligasse (*l.* 6 (v). *n.* 784.) Cæterum sapienter monet *Bened. XIV de Sacr. Miss. sect.* 2. § 70. ex decreto Sacr. Congreg. Concil. super id interrogandum esse Episcopum de sua intentione habita. Idem autem *Benedictus, de Syn. l.* 8. *c.* 11. *n.* 1. monet Episcopos, ut se abstineant ab hac protestatione; quamvis enim (inquit cum *Lugo*) posset aliquando Episcopus, existente gravissima causa, habere intentionem conditionatam, hæc tamen universaliter erga omnes promovendos nequit haberi sine pluribus inconvenientibus. Additque cum *Navarro, Gobato*, et eodem *Lugo*, quod Episcopus, ordines conferendo, tenetur sub gravi culpa eos absolute conferre quibus manus imponit. Quid ergo (merito concludit) proderit protestatio illa, nisi ad

ingerendos plures scrupulos in eos qui promoventur? III. Requiritur *animus clericandi*, ut præscribitur in Trident. *sess.* 23. *c.* 4., scilicet ascendendi ad ordines superiores. Hoc tamen intelligendum procedere, cum quis acceptat beneficium ad quod requiritur sacerdotium, vel alius ordo sacer. (*l.* 6 (v). *n.* 785.). IV. Requiritur, ut *quisque ordinetur a proprio Episcopo*, vel ab alio, sed cum litteris dimissorialibus Episcopi proprii, si hic est impeditus ex infirmitate, aut alia justa causa. Capitulum vero sede vacante hodie (quidquid fuerit antiquitus) nequit dare alicui dimissorias, nisi ille sit arctatus ad ordinem suscipiendum ob aliquod beneficium requirens obsequium personale (*l. c. n.* 788.).

33. — Proprius autem Episcopus dicitur vel ratione originis vel domicilii, vel beneficii, vel familiaritatis. Et I. debent Ordines suscipi ab Episcopo *originis*, si ordinandus in ejus diœcesi natus est, et parentes tempore nativitatis ibidem domicilium habuerint; nam si casu alicubi natus esset, et parentes alibi domicilium habuerint, tunc dicitur *oriundus*, et ordinari debet ab Episcopo loci, ubi parentes domicilium habent. II. Ratione *domicilii* bene ordinatur, qui in aliquo loco habitationem suam constituit, cum animo ibi perpetuo manendi. Hic autem animus probatur, vel per habitationem decennii, vel per ædificationem domus cum asportatione majoris partis bonorum, degendo ibi simul per aliquod notabile tempus, ut habetur in bulla *Speculatores* (*Vide l.* 6 (v). *n.* 770. *ad V.*). III. Ratione *beneficii*, licet aliquis alibi natus fuerit et domicilium habeat, bene potest ordinari ab Episcopo, in cujus diœcesi beneficium sufficiens ad congruam sustentationem possidet, obtentis tamen litteris testimonialibus ab Episcopo domicilii; a quo tamen potest examinari, si illuc reversurus est, ex *bulla Apostolici Min.* Sed hic advertendum quod, ut quis possit ordinari ab Episcopo beneficii, debeat esse saltem tonsuratus, alias non est capax beneficii, et ideo neque habilis ad Ordines ab illo Episcopo suscipiendos. IV. Denique ratione *familiaritatis*, si quis per triennium in familia, vel servitio assiduo alicujus Episcopi permanserit, vivendo ejusdem Episcopi expensis, etiamsi non habitet in illius ædibus, potest ab illo ordinari, modo degat in loco ubi est Episcopus, vel prope; et modo Episcopus statim ei conferat verum beneficium; non enim sufficit, si assignet pensionem, aut patrimonium (*Ibid. n.* 780.).

34. — Regulares autem ordinandi sunt ab Episcopo loci, ubi morantur de familia, si Episcopus ordinationem habeat temporibus statutis; alias a quocumque Episcopo ordinari possunt. Vide circa hoc dicta *Lib.* 6 (v). *n.* 768. *et* 788. *v. Not.* 8.

35. — V. Requiritur *scientia* ordini suscipiendo conveniens. Concil. Trident. pro initiandis ad primam Tonsuram tantum requirit, ut ipsi *fidei rudimenta edocti fuerint, et scribere sciant sess.* 23. *c.* 4. pro initiandis ad ordines minores, *ut latinam linguam intelligant, l. c. cap.* 11. Pro initiandis ad subdiaconatum, et diaconatum, *ut sint litteris, et iis quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi, c.* 13. Demum pro initiandis ad sacerdotium, *ut ipsi ad populum docendum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda sacramenta diligenti examine præcedente idonei comprobentur Idem Conc. Trid. c.* 14. Noteut ordinandi et ordinantes verba illa, *ad ministranda sacramenta*; ideo enim dicunt DD. quod initiandi ad sacerdotium scire debent, non solum quæ pertinent ad baptismum, Eucharistiam, etc.; sed etiam ad pœnitentiam; nam licet presbyterandus non indigeat tanta scientia, qua indiget confessarius approbatus, debet tamen saltem scire universalia principia moralia, quibus solvere possit dubia communiter occurrentia in casu necessitatis, quo teneatur moribundi confessionem excipere, et specialiter omnino scire tenetur, quomodo se gerere debeat cum fidelibus morti proximis, nempe 1. Quando possunt eos absolvere, etiam in præsentia confessarii approbati? 2. Quando absolute, et quando conditionate? 3. An non solum in articulo, sed etiam in periculo mortis, et in quali periculo? 4. Quid debeat imponere infirmo, si habeat casus vel censuras reservatas? Vide quæ infra breviter super hac obligatione dicentur *n.* 130. Cæterum bene potest Episcopus a suis majorem scientiam, quam requirit concilium, requirere (*Lib.* 6 (v). *n.* 792. *v. Advert.* 2.).

36. — Verum in regularibus addictis ad vitam contemplativam, vel tantum ad chorum, et altare, vel sacristiam, minor scientia requiritur, modo sciant præstare quæ pertinent ad ordinis exercitium; et ideo saltem in Grammatica debent esse edocti, alias erunt irregulare.

etiam de jure divino, ita ut nec Papa posset cum eis dispensare. Hæc tamen irregularitas, sublata causa ignorantiæ, absque dispensatione de se aufertur (*l. c. n.* 791. *Qu.* 2. *et* 3.).

37. — VI. Requiritur *titulus sustentationis*, aliter Episcopus ordinem, vel dimissorias tribuens, tenetur ipse ordinatum alere, usque dum ille titulum habeat, ita ex cap. *Cum secundum. de præb. et can. Reperimus, de ætate et qualit. etc.* Id tamen intelligendum, nisi Episcopus inculpabiliter deceptus fuerit, vel nisi ordinatus jam aliunde habeat unde vivere possit (*l.* 6(v). *n.* 813.).

38. — Titulus autem sustentationis triplex esse potest, paupertatis, beneficii, et patrimonii. Titulo *paupertatis* soli regulares professi ordinari valent. Sæculares vero ordinari debent ad titulum *beneficii*, quod sit certum de præsenti, et sufficiens ad congruam sustentationem juxta taxam diœcesis, originis, vel beneficii, si beneficium requirat residentiam (*Ibid. n.* 815. *et* 816.). Nota quod Sacr. Congr. die 17, Julii 1723. remisit arbitrio Episcopi, si detrahenda sint, an non, onera Missarum ex beneficio, velle capellania (*l. c. n.* 774.) Ad titulum vero *patrimonii* tantum pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum possunt Episcopi ordinare sæculares ut præscribit Trid. *sess.* 21. *c.* 2. patrimonium autem constitui debet super re certa, et stabilii, ac de sua natura frugifera, pacifice possessa, et libera ab omni onere. Sufficit etiam census perpetuus, quamvis sit redimibilis (*l. c. n.* 817.).

39. — Hic autem dubitatur 1. an incurrat suspensionem, qui ordinatur cum patrimonio ficto. Alii probabiliter negant; sed probabilius alii affirmant; idque certum est in diœcesi Neapolitana (*l.* 6. (v) *n.* 820 *et* 821.). Dubit. 2. juxta prædictam probabiliorem sententiam, an incurrat etiam suspensionem qui ordinatur cum patrimonio vere donato, sed data antacopa, vel fide de reddendo illo donanti post ordinationem? distinguo : Si donans verum habuerit animum donandi, non incurrit, quia pactum illud de reddendo patrimonio tanquam nullum rejicitur, ut S. Congr. declaravit (dum Sacra Congregat. insuper pluries declaravit quamcumque alienationem patrimonii sine licentia Episcopi esse invalidam). Secus si donans haud habuerit intentionem donandi, quia tunc donatarius nullum rei dominium adeptus est (*Ib. n.* 822. *ad* 824.).

40. — VII. Requiritur, *ut ordo inferior ante superiorem suscipiatur*, alias qui per saltum ordinatur, suspensionem ipso facto incurrit ab exercitio ordinis suscepti, donec Episcopus dispenset (*l.* 6 (v). *n.* 793.).

VIII. Ut ordo suscipiatur *tempore debito*. Ordines majores possunt suscipi tantum in sabbatis quatuor temporum; sabbato ante Dominicam passionis, et sabbato sancto. Minores vero possunt accipi in quolibet festo de præcepto, et etiam in feria sexta ante sabbatum generalis ordinationis, et feria quarta quatuor Temporum, juxta consuetudniem receptam. Attamen apud Ferrar Biblioth. t. 5. verb. Ordo. n. 7 affertur decretum Sacræ Congr. Conc. 13. Apr. 1720. ubi dicitur, quoad ordines minores posse tolerari consuetudinem, si sit immemorabilis, quod ministrentur pridie die Veneris post prandium, sed expedire in hoc ut Episcopus se conformet Pontificali Romano. Qui autem ordinatur extra tempora, suspensionem ipso facto incurrit (*Lib.* 6 (v). *n.* 794.).

41. — IX Requiritur, ut ordines suscipiantur per debita temporum *interstitia*. Et I. inter ordines minores requiritur aliquod intervallum : dicitur *aliquod*, quia illud minime determinatum est a Trident. in *sess.* 23. *c.* 11. ubi etiam additur, *Nisi aliud Episcopo expedire magis videretur*. Potest tamen libere Episcopus primam Tonsuram cum aliquo ordine minore conferre. II. Ut a minoribus ascendatur ad subdiaconatum, requiritur anni spatium : *Nisi necessitas, aut Ecclesiæ* (intelligitur cui ordinandus est adscriptus) *utilitas judicio Episcopi aliud exposcat :* ut habetur in Trident. *l. c.* III. Ut ascendatur a subdiaconatu ad diaconatum requiritur etiam anni spatium, sed Episcopus in hoc ex quavis rationabili causa dispensare potest; nam in Trid. *c.* 13. dicitur : *Nisi aliud Episcopo videatur.* IV. Denique, ut a diaconatu ascendatur ad sacerdotium, requiritur saltem anni intervallum ; *nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur,* ut in Trid *c.* 14. Nota hic *utilitatem ac necessitatem*, intellige necessitatem moralem, nempe utilitatem notabilem, et certam propriæ Ecclesiæ.

42. — Hic autem notandum 1. quod suscipiens duos ordines sacros eodem die, suspensionem ipso facto ab ultimo ordine

suscepto, et insuper irregularitatem incurrit (*Lib.* 6 (v). *n.* 796.) Qui vero eodem die susciperet quatuor ordines minores una cum subdiaconatu, graviter quidem peccaret, sed non incurreret suspensionem (*l. c. n.* 797. *et seq.*). Notandum 2. quod si quis ordinatur non servatis interstitiis, sed diversis diebus, et legitimis temporibus, peccat etiam graviter, sed probabilius suspensionem neque incurrit (*l. c. n.* 796. *vers. Dub.* 2.). Notandum 3. quod regurales ex suis pontificiis privilegiis bene possunt extra tempora ordinari cum licentia suorum prælatorum, juxta dicta in *tr. de Privil n.* 115. *et* 116. Debent tamen ordinari in festo de præcepto, ut probabilius dicendum (*l.* 6 (v). *n.* 797. *Dub.* 4.). Notandum 4. quod si quis sacerdotium susciperet, omisso diaconatu, esset quidem valide ordinatus, sed non posset sacerdotio fungi, nisi prius diaconatum acciperet, ut habetur ex *cap. unico de cleric. per salt.* Si quis autem Episcopatum susciperet non suscepto sacerdotio, invalide ordinaretur.

43. — X. Requiritur *locus* ordinationis, nempe ut ipsa fiat in Ecclesia, et ut Episcopus resideat in propria diœcesi : nam si Episcopus in aliena ordinaret, ipse incurreret suspensionem a Pontificalibus, et ordinatus ab exercitio ordinis suscepti (*l. c. n.* 798. *vers. Adde.*)

XI. Requiritur *ætas debita*, quæ pro prima Tonsura debet esse septem annorum, et Neapoli saltem decem. Ordines minores regulariter conferri possunt ab anno 7. ad 14. Subdiaconatus anno 22. Diaconatus anno 23. Sacerdotium anno 25. ex Trid. *sess.* 23. *c.* 12. Ætas computatur, non a die baptismi, sed nativitatis. Sufficit autem ut annus sit incœptus, prout communis usus habet. Pro beneficiis simplicibus accipiendis sufficit annus 14. ex Trid. *sess.* 23. *c.* 6. Sed si beneficium sit curatum, requiritur annus 25. ex Trid. *ibid. c.* 12. Pro canonicatu annus 22. ex Trid. *sess.* 22. *c.* 4. Quamvis in collegiatis sufficiat annus 14. Pro Episcopatu demum requiritur annus 30. (*Vide l.* 6 (v). *n.* 799.).

44. — Notandum autem, quod si quis scienter ordinatur ante legitimam ætatem, ipso facto perpetuam incurrit suspensionem, a qua absolvi nequit nisi a Papa, vel ab Episcopo, si fuerit occulta, ex c. *Liceat, Trid. sess.* 24. *c.* 6. (*cit. n.* 799.). Diximus *scienter*, nam *Pius* II. hanc suspensionem imposuit tantum eis qui ex *temeritate* sic ordinantur : unde ignorantia crassa illos probabilius ab ea excusat, ita ut completa ætate bene poterunt ordinem exercere (*Ibid. Dub* 1 *et* 3.). An autem qui ante ætatem suscipit sacerdotium, irregularitatem incurrat? Alii affirmant, quia (ut dicunt) neopresbyter concelebrando cum Episcopo, vere consecrat : et ideo jam exercet ordinem susceptum cum suspensione. Sed alii communius, et valde probabiliter negant, quia æquum non videtur, ut quis eadem actione morali duplicem incurrat pœnam, nempe suspensionem et irregularitatem ; testaturque *Suarez* ex stylo Cancellariæ hujusmodi ordinatos non censeri irregulares Et idem dicendum de diaconis et subdiaconis : nisi in eadem missa ordinationis ordinem jam susceptum exerceant, quia tunc irregularitatem non effugiunt, saltem si ultro ad ministrandum se offerant in missa ordinationis (*L. cit. n.* 799. *Dub.* 3.).

45. — XII. Ut initiandus ad ordinem superiorem ascendere possit, requiritur, ut exercuerit ordinem prius susceptum ; sed juxta *Salm.* (*De Ordin. c.* 4. *n.* 74.) hoc non est de præcepto gravi.

XIII. Ultimo requiritur vocatio divina, ex illo Apostoli : *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Hebr* 5. 4. Signa autem divinæ vocationis sunt 1. Scientia conveniens. 2. Intentio recta vacandi Deo, animarumque saluti. Probitas vitæ, quæ maxime requiritur ad veram vocationem agnoscendam, ex illo Tridentini : *Sciant Episcopi... debere ad hos ordines assumi. dignos duntaxat, et quorum probata vita senectus sit. Sess.* 23. *c.* 12. Utque docet *D. Thomas* (*Suppl. q.* 35. *art.* 1 *ad* 3.) dicens : *Non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellens :* hanc rationem assignans : *Ut sicut illi qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur...* , *ita et superiores sint merito sanctitatis.* Hinc si quis absque his signis, et consequenter sine vocatione divina, ascendit ad altare, nequit a gravi culpa excusari ; tum ob gravem præsumptionem, qua non vocatus in sacrum ministerium se intrudit, ut ait *S. Anselmus. Qui enim se ingerit, et propriam gloriam quærit, gratiæ Dei rapinam facit ; et ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem* : tum ob magnum periculum damnationis, cui se exponit, ut sapienter loquitur Episcopus *Abelly : Qui sciens, nulla divinæ vocationis habita ratione, se in sacerdotium intruderet, haud dubie seipsum in apertum*

salutis discrimen injecerit. Et tanto magis graviter peccant Episcopi, qui tales ad ordines admittunt, transgrediendo præceptum illud Apostoli : *Manus cito ne imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* 1. *Tim.* 5. Quæ verba exponens S. *Leo, Epistola* 1. (*alias* 87.) *ad Afric. cap.* 2. dicit : *Quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari?* Ideo in *c. Nullus, dist.* 24. universe Episcopis præcipitur, *Nullus ordinetur, nisi probatus fuerit.*

46. — Refert hic autem una simul annotare, quinam ex prædictis illegitime ordinati suspensionem ipso facto incurrant. Incurrunt 1. qui ordinantur sine dimissoriis sui Ordinarii, vel sine ejus litteris testimonialibus, cum ordinantur ab Episcopo beneficii. 2. Qui eodem die duos sacros ordines suscipiunt. 3. Qui ordinantur extra tempora. 4. Qui ordinantur ab Episcopo manente in aliena diœcesi, sine licentia Episcopi loci. 5. Qui scienter ordinantur ante legitimam ætatem. 6. Qui ordinantur per saltum, omisso ordine præcedenti. Adde ultimo loco, qui ordinatur per simoniam ; hic enim manet ipso facto suspensus ab ordine simoniace suscepto, et impeditur ab ascendendo ad superiores; id tamen non currit, si simonia ab alio sit commissa, ignorante ordinato (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 109.).

CAPUT III

DE ORDINIBUS IN SPECIE

ARTICULUS I

De prima Tonsura.

47 Quid prima Tonsura ? et an sit Ordo ? Quid si quis ordinatur sine Tonsura ?
48 Privilegia tonsurati.
49 et 50 De obligatione deferendi habitum, et Tonsu-
51 Qui priventur privilegio fori, et canonis.

47. — Prima Tonsura non est ordo, sed præparatio, sive dispositio ad ordines, cum nullum officium habeat circa ministerium altaris; ita communiter theologi cum *D. Thoma* (*Suppl, p.* 40. *art.* 2.) ; et probatur ex Trident. *sess.* 23. c. 2. ubi Tonsuræ sumptio præcipitur, sicque dicitur : *Ut qui jam clericali Tonsura insigniti essent, per minores ad majores adscenderent*: ergo Tonsura inter ordines minime numeratur (*Vide l.* 6 (V. *n.* 734.) Clericus significat *in sortem vocatus*, scilicet ad cultum Deo præstandam. Tonduntur ei capilli in modum coronæ, ad significandum regiam dignitatem eorum, qui in sortem Domini vocantur. Tradit autem Catechismus Romanus, S. Petrum primam Tonsuram instituisse. Ut quis possit tonsurari requiritur 1. ut sit mas ; 2. ut sit confirmatus ; 3. ut sciat legere et scribere, ac saltem Grammaticam, præter rudimenta fidei ; 4. ut habeat animum Deo inserviendi. Qui ordinatur sine Tonsura, graviter quidem peccat contra præceptum Tridentini, sed valide ordinatur ; verum manet suspensus usque ad beneplacitum Episcopi. Qui autem aliquem ordinem jam susceperit sine prima Tonsura, non tenetur eam postea recipere, quia per ordinem susceptum jam fuit factus idoneus ad alios suscipiendos.

48. — Effectus, et privilegia Tonsurati hæc sunt : I. Tonsuratus transfertur ad statum clericalem, unde acquirit privilegium fori, quo eximitur a jurisdictione fori, laicalis, modo deferat habitum, et Tonsuram, ac alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviat, aut versetur in seminario, vel in aliqua schola licentia Episcopi, ut habetur in Trident. *sess.* 23. *c.* 6. II. Acquirit etiam privilegium canonis, ita ut percutientes ipsum injuriose incurrant excommunicationem reservatam Papæ, si percussio est gravis ; Episcopo vero, si levis. III. Tonsuratus fit capax beneficii ecclesiastici, modo habeat 14. annos. IV. Fit capax etiam omnis jurisdictionis ecclesiasticæ ad conferenda beneficia, ferendas censuras, et judicandas causas spirituales.

49. — Quær. hic, qualiter peccent, et quas incurrant pœnas clerici habitum aut Tonsuram non deferentes ? et quando propter id privilegio fori et canonis priventur ? Clerici in minoribus, ut communiter DD. aiunt, non peccant graviter, si habitum et Tonsuram non deferant ; imo communius *Sotus Nav. Arm. Castrop. Escob. Holzm. etc.* ab omni culpa eos excusant, ex bulla *Sixti. V. Pastoralis*, ann. 1588. 31. Jan. Nam ibi in tantum clerici declarantur teneri ad habitum deferendum, qui pensionem, aut alia bona ecclesiastica recipiunt, excedenti valorem annuorum 60 aureorum de Camera. Clerici autem beneficiati, aut in sacris constituti, peccant quidem graviter si habitum dimittunt, ut communiter docent *Sanch. Laym. Castrop. Conc. Salm. etc.* (quidquid dicant *Cajet. Escob. et Gobat*) dum in Trid. *sess* 14.

cap. 6. tales habitum non deferentes de temeritate arguuntur. Valde tamen probabiliter negant eos peccare omnes AA. præfati, si habitum dimittant ad breve tempus, aut ex causa justa se occultandi, puta ad aliquod grave damnum vitandum, id quoad culpam; quod autem ad pœnas pertinet, in concilio *loc. cit.* sic dicitur : *Si postquam ab Episcopo suo... moniti fuerint, honestum habitum clericalem... non detulerint, per suspensionem ab ordinibus ac officio, et beneficio, ac fructibus..., nec non, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, et beneficiorum... coerceri... debeant.* Ex quo patet has pœnas esse tantum ferendæ sententiæ. Neque huic obstat bulla *Sixti V. Cum sacrosancta*, edita die 9 Jan. 1588. ubi beneficiati non deferentes habitum ipso jure declarantur privati suis beneficiis : nam id dispositum fuit tantum pro urbe Romæ, et postquam mandatis sub certo termino ipsi non obedierint (*Lib.* 6 (v). *n.* 825.).

50. — Idem quod de habitu, dicunt *Sanch. Laym. Escob.* et alii de Tonsura sive corona. Alii tamen, ut *Castrop. Henriq. Renzius, et Tamb. cum Marchino* clericum etiam in sacris, aut beneficiatum Tonsuram non deferentem non audent damnare de mortali, nisi eam ex contemptu omittat. Cæterum bene quidem ait *La Croix* facilius excusandos eos qui Tonsuram, quam qui habitum non deferunt; unde præfatus Auctor nec sacerdotem Tonsuram per 6 aut 8 hebdomadas non deferentem damnat de mortali (*l. c. n.* 826.).

51. — Privantur autem beneficiati, sicut etiam ii, qui in sacris sunt constituti habitum non deferentes, privilegio tam fori quam canonis, si post tertiam monitionem illum non reassumant, ex *cap. Contingit.* 45. *de sent. excomm.* (*l. c. n.* 827.). Simpliciter autem tonsurati, aut clerici tantum ad ordines minores promoti, sine beneficio, non peccant graviter, sed non gaudent privilegio fori, si actu habitum non deferant, nec Ecclesiæ inserviant, ut habetur in Trid. *sess.* 23. *c.* 6. Gaudent vero semper ac habitum reassumunt, nisi hoc faciant in fraudem, puta si fuerint in carcerem jam conjecti pro criminalibus, vel jam citati in foro judicali pro civilibus (*l. cit. n.* 827.). Aliter tamen dicunt DD. de privilegio Canonis (*Ib.*). An autem peccet, qui Tonsuram suscipit ad accipiendum beneficium, sine animo permanendi in statu clericali? Vide Opus nostrum morale (*l.* 4 (VI). *n.* 113.) ubi dicitur suscipiens peccare, sed probabiliter tantum venialiter.

Hinc juvat annotare id quod statutum habetur anno 1741. in Concordato inter sanctam Sedem, et Carolum III. Regem regnorum Neapolis, et Siciliarum circa ordinationem promovendorum ad statum ecclesiasticum. *I. Niuno potra esser da ora innanzi promosso alla prima Tonsura se non che a titolo di Beneficio, o Cappellania perpetua, le di cui rendite, detratti i pesi, ascendano almeno alla meta della tassa stabilita pel Patrimonio sacro nella Diocesi del Promovendo : II. Giudicando qualche Vescovo veramente utile, o necessario alla Chiesa, conferir la prima Tonsura a qualche giovane, benche non abbia verum Beneficio, potra farlo, ma nel solo caso che abbia il medesimo una Pensione ecclesiastica perpetua della rendita che ascenda almeno alla meta della tassa stabilita pel Patrimonio; sacro nella sua Diocesi o l'intiero Patrimonio; il quale per evitare qualunque frode o inganno, non potra costituirsi da ora innanzi, che unicamente sopra beni stabili, o sopra annue rendite fisse; e dovra regolarsi a tenore della tassa Sinodale di ciascuna Diocesi, purche non sia esso Patrimonio ne in minor somma di venti quattro ducati, ne in maggior di quaranta. III. Oltre al requisito del beneficio, Cappellania perpetua, o Pensione ecclesiastica perpetua, o dell' intiero Patrimonio, a niuno potra conferirsi la prima Tonsura, il quale dopo aver terminati dieci anni di sua eta, non sia andato a dimorar almeno per un triennio in qualche Seminario o Convitto ecclesiastico : e dove cio non possa farsi, non abbia almeno portato per tre anni l'abito clericale con licenza del proprio Ordinario ed in tutto il triennio, o almeno per la maggior parte nelle feste di precetto di ciascun de' tre anni non abbia servito a qualche Chiesa nella maniera che gli sara dal proprio Vescovo prescritta; computando questo servizio colla dimora, che avrebbe dovuto fare in qualche Seminario, o Convitto ecclesiastico, ec.* Ultimo loco dicitur : *Chiunque sara promosso alla prima Tonsura, agli Ordini minori, o agli Ordini sagri contra la forma prescritta nel presente regolamento, oltre alle pene di sopra accennate, rimarra perpetuamente sospeso dell' esercizio dell' Ordine gia conferitogli. E chi l'avra cosi ordinato, e pure gli*

avra a tal effetto concedute le dimissorie, se sara Vescovo, sara sospeso per un anno dalla collazione degli Ordini, e dall' esercizio de Pontificali, e non essendo Vescovo, ma Prelato inferiore coll' uso de' Pontificali, sara sospeso per sempre dall' esercizio de' medesimi, e non avendo l'uso di essi, come pure qualunque altra persona constituita in dignita, per sempre sara sospesa dall' esercizio dell' Offizio, e de' suoi Ordini. [1].

ARTICULUS II.

De Ordinibus minoribus.

52 Quot sint ordines minores.
53 Sect. I. De ostiariatu. Materia tradenda est ab ipso ordinante; et ab eo Missa celebranda.
54 Sect. II. De lectoratu.
55 Sect. III. De exorcistatu.
56 Sect. IV. De acolythatu.

52. — ORDINES minores quatuor sunt: Ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, et acolythatus. Dicuntur ipsi *minores* propter minora officia, quæ ab ordinatis exercentur circa missam, aut in Ecclesia.

Sectio I. *De ostiariatu.*

53. — OSTIARIATUS *est ordo, quo confertur potestas aperiendi, claudendi, et custodiendi Ecclesiam.* Officium ostiarii (præter dicta) est etiam pulsandi campanas, necnon admittendi dignos in Ecclesia, et expellendi indignos, scilicet infideles, hæreticos, et excommunicatos. Materia *remota* ostiariatus sunt claves Ecclesiæ : *proxima* clavium traditio. Forma sunt verba ordinantis, et dicentis : *Sic age quasi redditurus rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur* Ita tradunt AA. qui tenent singulos septem ordines esse sacramenta. Claves debent esse propriæ Ecclesiæ, nec possunt aliæ substitui, debentque tangi ab ordinando. Hic autem denuo adverte id quod notatum est *num.* 28. nempe quod in sacramento ordinis materia omnino tradenda est ab ipso ordinante, alias sacramentum invalide ministratur, et ab eodem debet missa celebrari (*Lib.* 6. (v) *n.* 744.).

Sectio II. *De lectoratu.*

54. — LECTORATUS est *ordo, quo confertur potestas legendi Scripturas sacras in Ecclesia* Materia *remota* est liber prophetiarum, et epistolarum; *proxima* illius traditio. Forma sunt verba : *Accipe et esto verbi Dei relator, etc.* Officium igitur lectoris est legendi sacras Scripturas (intellige extra missam, nam in missa officium est subdiaconi), ac etiam catechumenos instruendi. Si loco libri epistolarum sive *lectionarii* traderentur Biblia, aut Breviarium, valida quidem et etiam licita esset ordinatio; secus si alius liber.

Sectio III. *De exorcistatu.*

55. — EXORCISTATUS est *ordo, quo datur potestas expellendi dæmones ab obsessis, ne eos impediant a communione.* Materia *remota* est liber exorcismorum; *proxima* ejus traditio. Forma : *Accipe, et habe potestatem imponendi manus super energumenos, etc.* Exorcismus autem est formula quædam ab Ecclesia instituta ad dæmones fugandos in nomine Jesu Christi. Ut possit autem Exorcista solemniter exorcizare, requiritur etiam collatio jurisdictionis, sive licentia Episcopi. Id tamen non est ob jus commune, sed ob particulare præceptum Episcoporum prohibentium exorcizare sine eorum licentia (*l. c. n.* 745). Dictum est *solemniter*, cum quisque fidelis potest privatim imperare dæmonibus, ne noceant, neve impediant fideles ab actionibus sacris (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 193. *App. de Adjur.*).

Sectio IV. *De acolythatu.*

56. ACOLYTATUS est *ordo quo datur potestas ferendi urceolos ad altare, et candelabra, luminaque in ipso accendendi.* Materia *remota* sunt urceoli vacui : *proxima* eorum traditio. Forma : *Accipe ceroferarium, etc.* atque : *Accipe urceolos, etc.* Utraque materia est essentialis; sed nobilior sunt urceoli, quia vinum et aqua magis sunt ad missam necessaria. Hæ autem materiæ sunt partiales, unam totalem constituentes. Character vero non in candelabri, sed in urceolorum traditione imprimitur, quia in ea principalior traditur potestas (*Lib.* 6 (v). *n.* 745.)

ARTICULUS III.

De Ordinibus majoribus.

57 Quid subdiaconatus? Materia, forma, et officium. Si sine manipulo, etc.
58 Requisita.
59 § I. De voto castitatis; et an castitas sit ex voto? Si quis ignoret, etc. Si impuber, etc. Qui per metum ordinatur, etc.
60 § II. De horis canonicis, Propositiones damnatæ.
61 Qui teneantur ad horas? I. Clerici in sacris. II. Religiosi professi. III. Beneficiati.

[1] Confer versionem l. 6 (v). n. 830.

Sectio. I. *De subdiaconatu.*

57. — Subdiaconatus est *ordo quo traditur potestas, per quam ordinatus potest deferre calicem ad altare, ministrare diacono, et legere epistolam in missa.* Materia *remota* est duplex, nempe calix vacuus cum patena vacua, necnon liber epistolarum. Materia *proxima* est horum traditio. Calix autem probabiliter debet esse consecratus, ut plures DD. sentiunt; unde ipsorum sententia in praxi sequenda est (*Lib* 6 (v). *n.* 747.). Sic etiam omnino requiritur traditio libri epistolarum (*l. c. n.* 746. *Dub.* 1.). Forma autem sunt verba Episcopi : *Videte cujus ministerium vobis traditur, etc.* Et alia : *Accipe librum epistolarum*, et *habe potestatem legendi eas, etc.* Duplici enim materiæ duplex adhibetur forma partialis. Officium subdiaconi (ultra prædicta in altari) est deferre crucem, et lavare corporalia. Peccaret subdiaconus, si absque manipulo solemniter ministraret in missa, nisi urgeret necessitas, ut dicit *P. Suar* (*De censur. dip.* 42.). An autem graviter peccet subdiaconus ministrans in mortali ? Vide dicta supra *n.* 14. Clericus (vel etiam subdiaconus) exercens officium subdiaconi sine manipulo, vel cum manipulo, sed non intendens ex officio actum illum exercere, non incurrit irregularitatem; quia tunc (*ut ait Bonac*) exercet tantum officium cantoris. Secus si cum manipulo intenderet exercere officium proprium subdiaconi (*Vid. l.* 7. *n.* 358.).

58. — Ut quis ad subdiaconum possit promoveri, requiritur 1. ut sit ordinatus in minoribus, 2. Ætas 21 annorum completorum. 3. Titulus sustentationis (de quo vide supra dicta *n.* 37. *ad* 39. 4. Ut bene sciat quæ pertinent ad suum munus. 5. Examen, quod debet quidem rigorosius esse in subdiaconis, ut recte advertit *Homobonus* (Pœnitentiarius in Ecclesia Bonon.), et signanter circa subdiaconi obligationes, nempe servandi castitatem, recitandi officium, habendi titulum sustentationis ; necnon refert subdiaconos examinare circa censuras, et irregularitates, quarum singulatim hic principaliora rudimenta mox infra breviter recensebimus.

§ I. *De voto castitatis.*

59. — Subdiaconus ex præcepto S. Gregorii Papæ in *c.* 2. *dist.* 28. tenetur votum castitatis emittere. Hinc obligatio castitatis in ordinatis in sacris verius est ex vi voti ordinibus annexi, quam præcepti Ecclesiæ, ut satis colligitur ex cap. *Cum olim, de cler conjug.* Attamen si quis ordinem suscipiendo expresse nollet castitatem vovere, tunc iste saltem ex præcepto Ecclesiæ ad castitatem teneretur. Hocque dicendum etiamsi nesciret hanc obligationem, modo vellet vere ordinem suscipere : et adhuc si inculpate nesciret, ut valde probabiliter plures doctores docent (*Vide l.* 6 (v). *n* 809. *Dub.* 1. *et* 2.). Qui autem ordinaretur ante usum rationis, hic non teneretur ad castitatem. Qui vero ordinaretur ante pubertatem, an ad castitatem teneatur ? Adest duplex sententia, utraque probabilis (*Ibid. n.* 810.). Qui ordinatur per metum extrinsecum injuste incussum, et non habet animum suscipiendi ordinem, non tenetur ad castitatem, et etiamsi animum haberet, probabilius nec teneretur, quia votum emissum ob metum probabilius est invalidum; secus si metus fuerit juste incussus, vel si ordinatus scienter suam ordinationem ratificaret, nempe si ultro ordinem exerceret (*l. c. n.* 811)

§ II *De horis canonicis.*

60. — Primo loco hic refert annotare plures propositiones damnatas ab *Alexandro VII*, nimirum prop. 5. quæ dicebat : *Restitutio fructuum non debetur*

ante sententiam. Prop. 21. *Habens... beneficium, si studio.... vacet, satisfacit recitando per alium.* Prop. 33. *Restitutio fructuum suppletur per eleemosynas ante factas.* Prop. 34. *Satisfacit dicens officium paschale pro officio diei Palmarum.* Prop. 35. *Cum uno officio potest satisfieri obligationi duorum dierum.* Item *Innoc. XI.* damnavit prop. 54. *Qui nequit recitare Matutinum, non tenetur ad alias horas.*

61. — Quær. I. Quinam teneantur ad horas ? Tenentur I. Omnes ordinati in sacris, etiamsi sint excommunicati, suspensi et degradati. Ordinatus autem ad subdiaconatum in die ordinationis tenetur ad horam correspondentem horæ qua ordinatur. Tenentur II. Religiosi professi utriusque sexus. Hoc habetur ex antiqua consuetudine obligante sub gravi, ut tenet communis sententia contra aliquos. Nec valet dicere, quod non constet, an consuetudo recitandi officium sit introducta a Religiosis animo se graviter obligandi; nam respondetur quod cum illa constanter, et tamdiu cum magno incommodo ab omnibus religiosis observata fuerit, præsumptio est pro parte affirmativa ; pro qua autem parte stat præsumptio, pro ea stat etiam possessio, regula generalis est (*Vide l.* 4 (VI). *n.* 142.). Nullus autem religiosus, aut monialis, in particulari tenetur sub gravi horas dicere in choro, ut communiter dicunt *Suar. Salm. Conc. etc.*, modo chorus non tollatur, ad quem requiruntur saltem quatuor expediti. Ad officium vero non tenentur religiosi ejecti ; sed tenentur profugi (*Ibid. Dub.* 1. *et* 2.). Tenentur III. Beneficiati, alias fructus omnes beneficii restituere debent, ex concil. Lateran. V. *sect.* 9. § *Statuimus*, ubi dictum fuit : *Statuimus, ut quilibet habens beneficium ,si post sex menses, obtento beneficio, officium divinum non dixerit, fructus non faciat suos pro rata recitationis.* Et si talis post monitionem adhuc pergit omittere ; potest etiam beneficio privari. Deinde sanctus *Pius V.* in *Constit.* 186. quæ incipit, *Ex proximo Lateranensi*, decrevit quod qui relinquit Matutinum, restituat dimidiam partem fructuum correspondentium illi diei : qui cæteras horas, aliam dimidiam ; qui vero unam tantum ex parvis, sextam partem (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 663.). Et idem dicendum, si quis per plures leves omissiones inter officium diei ad gravem materiam pertingit (*l. c. n.* 668.). Qui autem hodie supplere vellet officium heri omissum, minime liberatur a restitutione (*l. c. n.* 667.) hæcque restitutio debetur ante omnem sententiam, quia conditio recitationis est absolute necessaria ad lucrandos fructus, cum sine ipsa nequeat beneficiarius facere fructus suos, ut præfatum concilium sancivit (*l. c. n.* 664, *et l.* 5. *n.* 145. *Qu. I vers. Sed dices.*)

62. — Restitutio autem tunc facienda est vel pauperibus (sufficit cujuscumque loci) vel fabricæ Ecclesiæ, vel domui beneficii, vel in augmentum agrorum ipsius. Potest etiam fieri in refectionem alterius indigentis Ecclesiæ, si propria non eget, vel si fabrica alienæ Ecclesiæ redundaret in utilitatem pauperum. Potest etiam applicari in missis pro defunctis, et potest beneficiatus adhuc applicare eam sibi ipsi, si vere pauper sit, modo non faciat in fraudem; *Suar. Castr. Navarr. Tol. Less. etc. comm.* (*Lib.* 3 (IV). *n.* 672.). Si quis autem post omissionem dederit eleemosynas, immemor, vel forte ignorans obligationem restitutionis, probabiliter potest eas computare, ut dicunt *Sanch. Suar. Lug. Salm. Croix etc.* (*Lib.* 3 (IV). *n.* 700. *Qu. I ad vers. Limitant.*).

63. — Probabiliter dicunt etiam *Sot. Less. Vasq. Bon. Sanch. Salmantic. etc.*, quod si beneficiatus alia onera habet, quibus jam satisfecerit, non tenetur omnes fructus restituere. Secus tamen dicendum (quidquid dicant alii) de simplici beneficiato, qui nullum aliud onus haberet, nisi deferendi habitum (*Lib.* 3 (IV). *n.* 673. *Qu.* 10.).

64. — An autem excommunicatus toleratus teneatur ante sententiam restituere fructus beneficii, si onera ipsius impleverit? Aliqui affirmant, sed probabilius et communius alii negant, prout dicitur *Hom. Apost. Tr.* 19. *n.* 19. *in fin.*[1], quia non tenetur reus nisi post sententiam subire pœnam illam, quæ actionem requirit ; ex alia autem parte excommunicati tolerati valide jam sacramenta ministrant, horasque persolvunt; ita *Laym. Tourn. Castropal. Salm. Bonac. Coninch. et alii plures* (*Lib.* 3 (IV). *n.* 670.). Sic etiam probabiliter non tenetur ad restitutionem qui recitat sine attentione in-

[1] *En verba citata* : « Notandum, quod ille qui excommunicatus fuit post collationem, non tenetur ad restituendos fructus beneficii ante judicis sententiam, quoties ipse per se aut per alios adimplevit onera : ita probabilius... ex generali ratione, quia pœnæ requirunt actionem aliquam rei, indigent semper sententia, saltem declaratoria. »

terna; cum opinio, quod sufficiat ad satisfaciendum, si habeatur intentio, et attentio externa non sit improbabilis juxta dicenda *n.* 75 (*Lib.* 3 (IV). *n.* 669. *et l.* 4 (VI). *n.* 177.).

65. — Præterea notandum, S. *Pium* in præfata Constitutione declarasse, quod beneficiati, si intra primos sex menses officium omittant, licet non teneantur ad restitutionem, tamen non excusantur a peccato mortali (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 663.). Hinc omnino dicendum quod beneficiati, etiamsi vellent pro eo tempore fructus restituere, omittendo officium, graviter peccant, cum ipsos ad officium quovis tempore Ecclesia ex motivo religionis obstrinxerit (*l.* 4 (VI). *n.* 145. *Qu. II.*). Graviter igitur peccat qui intra sex menses (ut dictum est) officium omittit, sed non tenetur ad restitutionem, ut docent *Less. Vasq. Conc. Viv.* et communior sententia (contra paucos). Ratio, quia juxta communem sententiam restitutio fructuum non jam debetur de jure naturali; fructus enim non dantur pro mercede recitationis, sed pro sustentatione beneficiarii, cum onere tamen officii, imposito ab Ecclesia (ut diximus) ex motivo religionis; et ideo nulla ante Concil. Lateranense restitutio præcipiebatur. Concilium autem restitutionem præcipit tantum omittentibus post sex menses (*Lib.* 3 (IV). 665. *et* 666.). Ob eamdem rationem non tenetur ad restitutionem, qui omittit officii recitationem sine culpa : quia, licet (ut dictum est *n.* 61. *in fin.*) restitutio ante omnem sententiam facienda sit, tamen cum ipsa in pœnam præcepta sit, omnino culpam requirit, ut recte dicunt *Less. Sanch. Conc. Viva* et alii communius, contra paucos (*l. cit. n.* 665.). Pariter ob eamden rationem subdiaconus beneficium habens, si officium omittit, unum tantum committit peccatum, cum ex uno motivo religionis ad illud teneatur (*Lib.* 4 (VI). *n.* 145. *Qu. I.*).

66. — Dubit. 1. an teneatur ad officium beneficiarius, qui fructus non percipit? Minime tenetur, si ipse non negligenter se gesserit in illis exigendis. Excipe, nisi ipse in pœnam alicujus criminis sit fructibus juste privatus : vel nisi certam spem habeat percipiendi illos sequentibus annis (*Lib.* 3 (IV). *n.* 664.). Quid si de beneficio lis vertatur? Resp. si beneficiarius nondum acceperit, illius possessionem, non tenetur ad officium, nisi per ipsum stet quin statim possessionem adipiscatur. Si vero jam accepit, tenetur casu quo spem certam habeat vincendi litem, secus si sit in dubio (*l. c. n.* 664. *v. Quid si.*).

67. — Dubit. 2. an teneatur ad officium habens beneficium tenue? Alii affirmant; sed alii plures negant, ut *Less. Sanch. Maldr. Arrao. Rodrig. Molfes. Pelliz.* et alii; quia tenue beneficium ex *c. Is cui, de præbend. in* 6. ut verum beneficium non habetur. Dicunt autem, illud esse tenue beneficium, quod non pertingit ad tertiam partem sustentationis (*Lib.* 3 (IV). *n.* 674.).

68. — Dubit. 3. an beneficiarius male expendens fructus beneficii teneatur ad restitutionem? Plures graves DD. probabiliter negant ut *S. Antoninus, Less. Cabass. Sanch. Salm.*, et alii cum *S. Th.* (2.2. *q.* 285. *art.* 7.). qui ait præbendas haberi ut bona patrimonialia. Alii tamen probabilius, ut *Laym Bonac. Navarr. Petrocor. Conc. etc.* affirmant, quia beneficiarii ex justitia tenentur fructus superfluos pauperibus, vel locis piis erogare, nam saltem Ecclesia non concedit ipsis dominium fructuum, nisi limitatum ad superfluos erogandos in pauperes (*Lib.* 3 (IV). *n.* 492.). Hic autem sedulo advertendum, quod Summ. Pont. *Bened. XIV.* in Brevi ad Cardinalem Delphinum Patriarcham Aquilejensem, emanato die 19 Januar. 1748. declaravit, canonicos choro non interessentes, vel ibi *non canentes*, non solum distributiones quotidianas amittere; sed etiam ad restitutionem teneri fructuum suarum præbendarum (*Lib.* 3 (IV). *n.* 675. *Dub.* 3.).

69. — Quær. II. Quanta sit obligatio officii? Certum est peccare graviter, qui omittit notabilem officii partem. Cæterum censetur parva materia omissio minoris partis quam parvæ horæ (*Lib.* 4 (VI). *n.* 147..) Qui autem omnes septem horas omittit, verius cum *Less. Sanch. Conc. Tourn. et communi*, unum committit peccatum, quia omnes horæ integrum officium componunt (*Lib.* 4 (VI). *n.* 148.). Qui officium projiceret in mare, tot peccata committeret, quot omissiones dierum prævideret; quia singulæ omissiones officii, ad quemlibet diem pertinentes, sunt singulæ transgressiones, et hic, eas jam prævidendo, peccaret quidem in causa (*Ibid. n.* 149.). An in dubio utrum aliquid ex officio, sit vel ne omissum, sit repetendum? Repetendum quidem in dubio negativo, scilicet si nullum prudens motivum habeas, quod jam dixeris; secus si dubium est positivum, nempe

si probabiliter credas te dixisse: ita communiter *Nav. Sanchez, Lugo. Tourn. Castr Salm. Bonc.* (*Vide l.* 4 (VI). *n.* 150.)[1]

70. — Quær III. Quæ requirantur ad horas bene recitandas? Requiritur 1. Ut recitentur juxta *præscriptum Breviarii Romani.* Unde improbabilem censeo opinionem eorum, qui dicunt non peccare mortaliter, qui commutat officium in aliud notabiliter brevius (*l. c. n.* 106.). An autem sit mortale mutare in æquale, vel quasi? Adest hinc inde duplex plurimorum sententia. Æquius tamen videtur dicendum cum *Sporer, Roncag. Viva Laym. Elbel, etc.* esse mortale, si mutatio sit frequens; veniale si raro, puta ter, vel quater in anno; et nullum, si id aliquando fiat cum causa, nempe itineris, studii, etc. Ratio, quia licet officium recitandum sit juxta formam individualem Breviarii, ut præcipit *S. Pius V.* in bulla *A nobis*, descripta in Breviario, dicendo: *Neminem satisfacere nisi hac sola forma*; tamen probabile est Pontificem in hac forma præscribenda magis respexisse ad formam substantialem, quæ est quantitas officii, quam ad accidentalem, nempe ad illius qualitatem: et ideo commutatio non videtur culpam venialem excedere. Id tamen frequenter facere esset mortalis culpa, quia (ut recte ait *Laym.*) esset perversio ordinis; et gravis quidem, si frequens esset (*Lib.* 4 (VI). *n.* 161. *v. Qu. III.*).

71. — His positis, probabile est I. Quod si alio pergis, potes recitare officium illius loci, nisi fueris religiosus, quia teneris tunc recitare officium Breviarii tui ordinis; ita *Laym. Holzm. Binac. Castrop. et alii.* II. Quod capellan. et commensales Cardinalium, et Episcoporum possunt eis conformari in officio: *Holzm.* cum communi, et decreto Sacr. Congreg. Rituum, et *Clem. Dignum, de celebr. miss.* Et idem dicunt DD. de capellanis monialium *Croix, Holzm. Gob. Stoz. etc.*, et de iis qui obeunt exercitia spiritualia apud religiosos, *Laym. et Gob.* III. Quod possis recitare officium socii; quia ipsa associatio excusat, modo officium non sit notabiliter brevius, *Viva Ronc. Henriq. Quintanad. et alii* (*Lib.* 4 (VI). *dicto d.* 161. *vers.* Juxta autem).

72. — Si quis advertit se errasse, postquam multum processit in officio i[illegible]dito, potest vel prosequi, vel recitare reliquum de proprio, sed melius erit recitare de proprio; nisi vellet alia die non impedita officium dicere de Sancto illo; quod satis probabiliter admittunt plures DD. (*l. cit. n.* 161. *Qu. V*). Ex consuetudine autem introducta gravis est obligatio recitandi Litanias S. Marci, Rogationum, ac officium defunctorum etiam in privato (*Lib.* 4(VI). *n.* 161. *Qu. I. et II.*).

73. — Requir. II. *Pronuntiatio vocalis.* Hic dubitatur, ac recitans debeat se audire? Alii affirmant, alii tamen non improbabiliter negant, ut doctissimus *Sylvius, Tourn. Laym. Azor, Spo.. Salm. Trull. Rod. et alii*, quia in recitatione officii non jubetur auditio, sed pronuntiatio, ad quam non oportet elevare vocem, sed sufficit formare aliquem æternum sonitum, qui semper adest, cum verba proferuntur (*lib* 4(VI). *n.* 163.). Submisse recitans in choro bene satisfacit (*ibid. v. An autem*): sed non canonicus, qui tenetur canere, juxta dicta *n.* 68. *in fin.* Recitanti autem in choro sufficit si audias alteram partem in confuso, vel tantum unum ex ea. Quid si non satis percipis in materia notabili alteram partem, propter culpam chori, aut socii? alii dicunt quod teneris repetere non auditum. Alii plures negant, quia per ipsam societatem, et tuam applicationem moraliter jam communicas; ita non improbabiliter *Sa, Major, Ronc. Elbel, Salm. Pelliz. Trull.* et alii (*Lib.* 4 (VI). *n.* 163. *Qu. II.*). Surdus autem non satisfacit, quidquid alii dicant. Secus vero dicendum de surdastro, si audiat saltem in confuso (*l. c.* 163. *Qu. II.*).

74. — III. *Pronuntiatio integra*, id est sine mutilatione qua sensus verborum notabiliter varietur Valet tamen officium, si aliqua saltem servetur significatio verborum (*l. c. n.* 165.).

IV. *Pronuntiatio continuata*, scilicet sine interruptione in qualibet hora, quæ autem interruptio inducit veniale, nisi aliqua excuset causa (*n.* 166.). Matutinum autem etiam sine causa potest a Laudibus separari, et sic pariter tres Nocturni, saltem per tres horas (*l. c. n.* 167.). Facta tamen interruptione, adhuc culpabili, probabilius non teneris horam repetere, cum quilibet Psalmorum versus suam habeat significationem (*l. c. n.* 168.).

V. *Horarum Ordo*, scilicet ne invertatur. Inversio tamen non erit nisi venialis, etiamsi fiat frequenter; et etiam in choro, ut probabilius aiunt *Cajet. Gavant. Laym. Sanch. Bonac. etc.* (*l. c.*

[1] Confer. notam. ad l. 1. n. 29. positam.

n. 170. *et* 171.) Celebrare autem missam ante Matutinum probabilius et communius non est nisi veniale cum *Less. Castrop. Conc. Tourn. Sot. Tolet. Bellarm. Croix, Salm. et aliis pluribus* (*Vide l.* 6 (v). *n.* 347.).

VI. *Tempus præfixum.* Tempus Matutini incipit ab hora vesperarum diei antecedentis usque ad meridiem subsequentis (*l.* 4 (vi). *n.* 174.). Idque probabiliter procedit etiam de officio defunctorum, extra tamen chorum (*Ib. Qu. II.*). Et de hoc adest etiam decretum Sacr. Congr. Rituum *Ferraris Biblioth. verb. Litaniæ.* Non idem currit autem de Litaniis (*Ib. Qu. III.*). An autem satisfaciat dicens Matutinum hora secunda post meridiem? Alii affirmant, ut *Salm. cum Sanch. Trull. etc.* dicendo id hodie permitti ex consuetudine introducta. Sed verius negandum cum *Holz. Croix, et Conc.*, quia tunc nondum incepta est hora Vesperarum quæ est media inter meridiem, et occasuum; dies enim ecclesiasticus non nisi ab hora Vesperarum incipit. Quod autem consuetudo undique jam introduxerit recitari Matutinum hora secunda post meridiem a majori parte fidelium, juxta dicta de consuetudine (*Lib.* 1. *n.* 107. *et seq.*) hoc probandum esset: sed usquedum non probalur, possidet lex opposita (*l.* 5. *n.* 174. *Qu. I*). tempus autem horarum incipit a media nocte ad meridiem: Vesperarum et Completarum a meridie ad mediam noctem (*lib.* 4 (vi). *n.* 173. *v. Tempus.*).

75. — VII. *Intentio et attentio.* Requiritur *intentio* (scilicet recitandi) saltem virtualis; sufficit pro illa, si ab initio sumpseris Breviarium ad recitandum. Communissime autem, et probabilius cum *Suar. Castrop. Less. Tourn. Pont. Vasq. et Croix cum aliis*, non requiritur intentio satisfaciendi obligationi; imo recitans implet, etiamsi positive intendat nolle implere, quia implens non potest non implere, cum satisfactio non pendeat a sua, sed a voluntate legis, sive Ecclesiæ (*l. c. n,* 176.). Requiritur insuper *attentio*, saltem externa, scilicet ne apponatur actio incompatibilis cum attentione interna. An autem requiratur etiam interna? alii affirmant requiri internam, quæ si vel ad Deum, vel ad sensum, vel saltem ad verba, nempe ut recte pronuntientur; quia alias, prout dicunt, non esset oratio. Alii vero plurimi negant, dicentes veram esse orationem, quæ fit cum intentione orandi, et attentione externa: ita *Lug. Palud. Coninc. Angel. Sylv. Croix. et plures alii cum S. Anton. ex D. Th.* Verba S. *Antonini* hæc sunt: *Sed si evagatio est advertenter et solum secundum actum interiorem, licet temeraria et gravis foret, non tamen mortale, nisi per contemptum, quia Ecclesia non habet judicare de actibus mere interioribus; propter quod minister Ecclesiæ, licet dicendo orationem cogitet aliud, non videtur transgressor præcepti ex natura facti* S. *Anton.* 3. *part. tit.* 13. *cap.* 4. § Verba autem S. *Thomæ* sunt: *Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando: tunc enim sine culpa non est; præcipue si in aliis sponte se occupat quæ mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera, et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit. n.* 4. *Sent. dist.* 15. *q.* 4. *art.* 2. *solut.* 4. *ad.* 2. Juxta igitur *D. Th.* evagatio interna non est sine culpa, scilicet veniali, externa autem non sine mortali; et sic intelligit idem *S. Antoninus*, dicens: *Unde S. Thomas dicit ibi, quod in oratione, si in aliis sponte se quis occupat in his quæ mentem distrahunt, sicut sunt opera exteriora, etiam culpa mortalis erit. Loco cit.* Ratio autem 1 hujus sententiæ est quia, si attentio interna esset de essentia orationis, ministrans Extremam Unctionem sine attentione interna, invalide ministraret, cum forma hujus sacramenti sit deprecatoria *Indulgeat tibi Deus, etc.* ex illo *S. Jacobi*; *Orent super eum, ungentes, etc. c.* 5. 14. Sed id non potest dici, cum constet ex Florentino ad valorem sacramenti tria tantum requiri, et sufficere. nempe materiam, formam, seu verba a ministro prolata, et intentionem ipsius faciendi quod facit Ecclesia. Ratio 2. quia si attentio interna de essentia orationis esset, etiam is qui cum involuntaria distractione horas persolveret, nec etiam satisfaceret. Propter has rationes minime contemnendas, videtur hæc secunda sententia non posse dici improbabilis. Cæterum conveniunt omnes, quod, ut dicatur quis non implere, oportet, ut non solum advertat distractionem, sed adhuc, ut plene advertat se distrahi ab officio: alias, licet voluntarie se distrahit, non tamen voluntarie se distrahit a recitatione. Scrupulosus autem propter distractiones nunquam tenetur repetere. Ita *Suar. Sot. Nav. Cajet. Conc. et alii communiter Vide lib.* 4 (vi). *n.* 177 *v. Cæterum.*

76. — Quæritur IV. Quænam causæ

excusant a recitatione officii? Excusat I. *Infirmitas* gravis, sive grave incommodum. Laborans autem tertiana vel quartana tenetur recitare, et etiam anticipare, si commode potest. Non tenetur tamen anticipare Matutinum in die præcedenti, nullus enim obligatur suo privilegio uti. Si quis commode potest, tenetur dicere officium cum socio. In dubio an ob recitationem graviter lædaris, non teneris: secus in dubio an excuseris, nisi habeas probabilem rationem, sed melius est tunc ut remittas medico aut superiori, vel saltem viro prudenti. Quando autem urget morbus, si nequis recitare totum, nec teneris ad partem quia alias magna superesset tibi scupulosa anxietas, an pergere possis, vel ne, in reliquis recitandis; ita valde probabiliter *Suar. Nav. Sanch. Lug. Carden. Ronc. etc.* (*Lib.* 4 (VI).*n.* 154). II. *Impedimentum* justum, puta si quis occupetur in officio charitatis, quod non posset omittere sine scandalo, aut notabili detrimento proprio, aut alieno, v. g. si nequiret differre concionem sine nota, vel confessiones aliorum in magno concursu (*l. c. n.* 156.). III. *Cæcitas* (*l. c. n.* 157.). IV. *Carentia* Breviarii. Teneris tamen dicere quæ mente retines, modo id, quod retines, pertingat ad quantitatem saltem parvæ horæ. Et si cares officio proprio, teneris recitare ex communi. Item si absque magno incommodo potes socium adhibere, teneris. An autem beneficiarius teneatur etiam conducere socium ad horas persolvendas, si nequit solus? Adest duplex sententia probabilis, sed affirmativa est communior et tutior; imo omnino sequenda, si ille velit fructus percipere; cum sola enim probabilitate opinionis oppositæ nequit possessionem fructuum inchoare, ut recte aiunt *Less. Soto, Salm. Conc. Tourn. Bonac.* et alii communiter (*Lib.* 4. (VI). *num.* 158. *et l.* 4 *n.* 761. *Qu. II.*). V. Excusat *dispensatio* Pontificis; et etiam proprii Episcopi (ad breve tamen tempus), si adsit causa; puta si dubitetur de morali impotentia (*l.* 4 (VI). *n.* 159.).

§ III. *De censuris in genere.*

(In hoc paragrapho ponuntur tantum definitiones, divisiones, et principia, relictis quæstionibus, aliisque notitiis, quæ habentur in Morali, ubi fuse egimus de censuris).

77. — Quærit. I. Quid et quotuplex sit censura? *Censura est pœna spiritualis et medicinalis, per quam delinquenti et contumaci per ecclesiasticam potestatem aufertur usus quorumdam spiritualium bonorum.*

78. — Dividitur censura 1. in excommunicationem, suspensionem, et interdictum. 2. In eam quæ est *a jure*, nempe quæ fertur per legem generalem, et permanentem, et eam quæ est *ab homine*, quæ scilicet fertur a Prælato per particularem sententiam. 3. In eam quæ dicitur *latæ sententiæ*, quæque incurrit ipso facto; et *ferendæ sententiæ*, quæ non incurritur nisi post sententiam, prout sunt censuræ verbis futuri temporis; *vide l.* 7. *n.* 6. 7. 8.

79. — Quær. II. Quis potest ferre censuras? Possunt omnes superiores ecclesiastici habentes jurisdictionem in foro externo, vel ordinariam, prout Pontifex, concilia, Episcopi, et ipsorum Vicarii, item Vicarii Capitulares, et capitula religionum, eorumque prælati; vel delegatam, ut sunt ii quibus ab habente ordinariam facultas committitur; vide *l.* 7 *n.* 9. *et seq.*

Quær. III. Quid requiratur, ut quis possit ligari censuris? Requiritur 1. Ut sit homo. 2. Ut sit baptizatus. 3. Ut sit rationis compos. 4. Ut sit persona determinata. 5, Ut sit subditus. Quoad peregrinos vero, vide *ib. n.* 17.

Quær. IV Quid requiratur ad incurrendam gravem censuram, puta excommunicationem majorem, vel suspensionem totalem, aut ad longum tempus? Requiritur 1. peccatum grave, et ut materia sit etiam per se gravis, aut saltem valde conducens ad finem intentum. At in dubio superioris præceptum certe ligat. 2. Actus externus. 3. Actus consummatus. 4. Contumacia, ita ut delinquens sciat crimen, non solum vetitum esse jure divino, sed etiam ecclesiastico. Vide autem illationes, quæ ex his inferuntur *cit. lib.*

Quær. V. Quis possit a censuris absolvere? A censura lata per sententiam particularem ordinarie is tantum potest absolvere, qui eam tulit, vel ejus superior, aut concessor, aut sucessor, aut delegatus. Ab illa autem quæ lata est a jure, vel ab homine per sententiam generalem (modo non sit reservata), potest absolvere quivis confessarius.

80. — Hic autem notandum 1. quod Episcopi ex c. *Liceat.* 6. *sess.* 24. in Trid. possunt dispensare in omnibus

irregularitatibus, et suspensionibus ex delicto occulto; exceptis iis quæ oriuntur ex homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum. Item possunt absolvere a quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reservatis, quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum. De hoc vide *Tract. de privil. n.* 29. Hanc autem facultatem potest Episcopus etiam generaliter aliis delegare; *ib. n.* 34. Notandum 2. quod prædicta facultas verius sublata est Episcopis respectu ad hæresim, et alios casus reservatos in bulla Cœnæ, vide *l. c. n.* 38. Si tamen quis sit impeditus adire Romam, bene potest absolvi ab Episcopo : absolute quidem, si impedimentnm est perpetuum : sub juramento vero adeundi Romam, si est temporale, exceptis semper mulieribus, et pueris; vide *ib n.* 39. *ad* 45. Insuper hic obiter notandum 3. quod excommunicatio papalis in violantes immunitatem ecclesiasticam, a qua absolvenda *Clemens VIII.* etiam Regularibus facultatem abstulit, prout dicitur in *Tract. cit. n.* 99., illa tantum incurritur ab iis qui violenter et injuste extrahunt ad Ecclesia confugientes ad eam; *Clemens* enim in suo Decreto nullam aliam excommunicationem Regularibus vetavit absolvere respectu ad violantes immunitatem, quam illam quæ declarata fuit a *Gregorio XIV* qui in bulla 7 declaravit violantes immunitatem, per extractionem confugientis ad Ecclesiam, incurrere ipso facto eamdem excommunicationem papalem, quæ prius fulminata fuit in violantes libertatem ecclesiasticam a *Paulo II.* in *Extrav. Etsi Dominici, de pœnit. et rem.* et a *Sixto IV.* in alia *Extra v. Etsi Dominici eod. tit.* Qui Pontifices hujusmodi excommunicationem ita sibi reservarunt, ut in generali concessione absolvendi a casibus pontificiis hæc non comprehenderetur. Nec obstat textus in c. *Cum pro tua de sent. excomm.*, ubi, cum aliquis in claustro cujusdam monasterii quemdam clericum verberasset, dicitur in textu, illum duplicem incurrisse excommunicationem, unam quia percussit clericum, alteram quia læsit immunitatem. Nam communiter notant DD. cum *Fagn. in cit. cap. n.* 10. excommunicationem illam ob læsionem immunitatis impositam fuisse non a jure, sed ab ipso Episcopo; ita *Abbas*, *Cardin. Ancharan. cum Innocent.* qui verbo, *Duplicem*, sic annotavit : *Duplicem, id est ob injectionem manuum in ipso jure, et violationem, claustri ab ipso* (Episcopo) *latam*. Hinc *Fagn. cum aliis* in *cap. Inter alia, de immun. eccl. n.* 102., ut certum habet nullam adesse excommunicationem latæ sententiæ Papæ reservatam contra percutientes vel furantes in Ecclesia.

§. IV. De censuris in specie.

Et I. De excommunicatione.

81. — EXCOMMUNICATIO est *censura, per quam privatur homo communione ecclesiastica.* Est duplex : *Minor*, quæ privat tantum usu passivo, seu receptione sacramentorum ; *vide l.* 7 *n.* 133. Et *Major*, quæ privat etiam activo, et omni communicatione, ut infra mox dicemus *n.* 83.

82. — Excommunicatus potest esse vel toleratus, vel vitandus. *Toleratus* est quem fideles non tenentur vitare, ex Const. *Ad evitanda*. Concilii Constantiensis, nec etiam in divinis, ut probabilius aiunt DD. *Vide ib. n.* 135. Et idem dicitur de suspensis, et interdictis toleratis. *Vitandus* est, quem fideles tenentur vitare. Et dupliciter quis potest esse vitandus, vel quia est nominatim excommunicatus, et denuntiatus, vel quia est publicus percussor clerici, vel monachi : ita tamen, ut factum nulla possit tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, ut dicitur in *can. Si quis suadente*, *caus.* 17 *qu.* 4. *Vide cit. lib. n.* 141. Hæc autem excommunicatio, si percussio est enormis, vel gravis, et publica, tantum a Papa absolvitur ; nisi percussor sit mulier, aut impuber ; hi enim possunt absolvi ab Episcopo, qui potest etiam absolvere a percussione levi adhuc publica ; et adhuc a gravi vel enormi, si sit occulta ; *vide l.* 7 *n.* 279.

83. — Excommunicatus igitur excommunicatione majori (esto sit toleratus) privatur 1. Suffragiis Ecclesiæ. 2. Beneficiis ita ut collatio beneficii ipsi facta sit omnino nulla. 3. Susceptione et administratione sacramentorum, ac omni usu divinorum officiorum. 4. Omni communicatione spirituali, et civili cum fidelibus. Ex alia parte peccant fideles, si communicant cum excommunicato vitando sive in divinis, nempe si cum eo missam audiant, officium recitent ; sive in civilibus, scilicet si illum alloquantur, cum eo habitent, societatem ineant,

cum salutent, scribant ei ; quæ omnia comprehenduntur illo versu : *Os*, *Orare*, *Vale*, *Communio*, *Mensa negatur*. Hi autem communicantes in tribus casibus peccant graviter : 1. Si communicant in divinis. 2. Si in contemptum Ecclesiæ. 3. Si in criminoso, id est si communicant in eodem crimine (puta concubinatu) ob quem ille est excommunicatus ; et in hoc tertio casu incurrunt etiam excommunicationem majorem ; in aliis vero (regulariter loquendo) peccant tantum venialiter, et ligantur sola excommunicatione minori ; a qua culpa, et excommunicatione excusat necessitas, utilitas, lex conjugii, subjectio, et ignorantia, quæ alio versu continentur : *Utile*, *Lex*, *Humile*. *Res ignorata*, *Necesse*. Vide de his *l.* 7. *n.* 188. *et seq.* II. Dixi, *regulariter loquendo* nam esto sit probabile quamcumque communicationem civilem cum vitando esse tantum venialem probabilius tamen est esse mortalem, si sit frequens, cum proposito frequenter cum eo communicandi.

II. *De suspensione.*

84. — Suspensio est *censura qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur*. Multipliciter autem dividitur suspensio. 1. Alia est a jure : alia ab homine. 2. Alia fentur ad certum tempus, quo elapso expirat : alia fertur absolute, quæ manet donec per absolutionem auferatur,. 3. Alia est ab officio, nempe ordinis, vel jurisdictionis ; alia a beneficio ; et alia ab utroque, tam ab officio, quam a beneficio. Vide quæstiones super hac censura in *Morali l.* 7. *n.* 312. *et seq.*

III. *De depositione.*

85. — Depositio est *quæ privat simpliciter omni usu officiorum, et beneficiorum*. Depositio autem alia est *realis*, quæ dicitur etiam degradatio. Alia *verbalis*, qua absolute dicitur depositio. Prima fit cum solemnitate, et privat privilegio tam fori, quam canonis, absque spe restitutionis. Secunda vero fit sine solemnitate, et utroque privilegio retento : *vide l.* 7. *n.* 323.

IV. *De interdicto.*

86. — Interdictum est *censura ecclesiastica prohibens usum tam divinorum officiorum quam aliorum Sacramentorum et etiam ecclesiasticæ sepulturæ usum*, *quatenus talis est*. Dicitur, *quatenus talis est*, quia excommunicatio etiam privat eodem usu, sed quatenus est communicatio cum fidelibus ; suspensio autem non impedit proprie usum, sed exercitium potestatis ecclesiasticæ. Interdictum aliud est *locale*, quod immediate afficit locum, aliud *personale*, immediate afficiens personas. Potest esse etiam mixtum, quod afficiat immediate tam locum quam incolas. *Vide alia l.* 7 *n*, 328. *et seq.* Adest etiam *cessatio a divinis*, quæ definitur. *Prohibitio clericis facta*, *ut abstineant ab officiis divinis et ab ecclesiastica sepultura*. Hæc non est censura, nec imponitur per modum medicinæ, sed tantum in signum mœroris, ob aliquam gravissimam injuriam Deo vel Ecclesiæ irrogatam. Ipsa imponi potest a quibus imponuntur censuræ.

V. *De irregularitate.*

87. — Irregularitas est *impedimentum canonicum*, *ordinum sacrorum susceptionem*, *et susceptorum usum impediens*. Dictum est *impedimentum*, non censura; quia sic vult communior, et probabilior sententia : *vide lib.* 7. *n.* 341. Notandum hic 1. quod irregularitas non incurritur, nisi in jure sit expressa, ex c. *Is qui*, *de sent. excom.* Unde in dubio enim, an quis ad illud concurrerit vel ne, habetur ut irregularis. *Ibid. n.* 473. Notandum 2. quod ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiritur saltem scientia legis ecclesiasticæ prohibentis. An autem etiam scientia pœnæ ? Probabiliter adhuc affirmant *Nav. Sylv. Sanch. Castrop. Ronc. etc. Vide ibid. n.* 351. Irregularitas tollitur 1. per cessationem causæ, si sit ex defectu ætatis, ignorantiæ, aut paupertatis, vel infamiæ facti, quæ tollitur etiam per mutationem loci, aut per emendationem ; nam alias, si est juris, scilicet per sententiam, requiritur dispensatio. 2. Per baptismum (si sit ex delicto). 3. Per dispensationem. 4. Per professionem religiosam ; *vide ib. n.* 352.

88. — Irregularitas alia est ex *delicto*, alia ex *defectu*. Irregularitates ex delicto sunt sex : I. Ob baptismum serio et scienter iteratum, et tunc fit irregularis tam baptizans, quam baptizatus; *vide l.* 7. *n.* 356. II. Ob violationem censuræ, nempe si quis ea innodatus exercet actum ordinis solmniter ; *l c. n.* 357. III. Ob peccatum, quo clericus scienter et serio actum ordinis sacri,

quem non habet solemniter exercet ; *l. c. n.* 359. IV Ob aliquas furtivas susceptiones ordinum, id est 1. si quis accipit ordinem sine approbatione Episcopi, ex *c. de eo qui furt. etc.* Si absque dispensatione ejusdem suscipit eadem die plures ordines, quorum unus est sacer, ex c 2. *et* 3. *eod. tit.* 3. Qui post matrimonium contractum ante consummationem accipit ordinem sacrum, uxore renitente, ex *Extrav. Antiqua de voto, vide cit. l. n.* 361. Diximus autem *ob aliquas*, nam aliæ furtivæ ordinum susceptiones enumeratæ *supra num.* 46. inducunt tantum suspensionem (Papæ quidem reservatam, si est publica) sed non irregularitatem Et idem probabiliter dicendum de eo qui censura irretitus sacrum accipit ordinem, scil. quod non fiat irregularis nisi in ipsa ordinatione ordinem ultro exerceat, juxta dicenda hic *n.* 91. V. Ob enormia crimina, si sint publica et notoria facto, vel jure, habeantque a jure annexam infamiam, ut sunt adulterium, incestus, sodomia, perjurium in judicio, hæresis, simonia, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, raptus mulierum, et similia. Hæc autem irregularitas, si est facti tollitur per emendationem ; si juris, per dispensationem (*vide lib.* 7 *n.* 464.). VI. Ex injusta mutilatione, et tanto magis ex homicidio voluntario, ex *cap. Si quis* 1. *de homic. Et ex Clement un. eod tit.* Hæcque irregularitas extenditur etiam ad mandantes, consulentes, aut aliter concurrentes, ex *cap. Si viduam, dist* 58. Vide alia super hoc puncto *l. c. n.* 365. *et seq.*

89. — Irregularitates autem ex *defectu* sunt octo : I. ex defectu *animæ*, ex quo irregulares sunt 1. amentes, phrenetici, et epileptici. 2. Illitterati, juxta dicta hic *n.* 35. 3. Neophyti, seu recenter conversi. II. Ex defectu *corporis*, nempe si quis habet vitium, quod vel impedit congruum exercitium ordinis, vel notabilem affert indecentiam. Ex primo capite *impedimenti* sunt irregulares cæci, surdi, muti, carentes manu, aut digitis omnibus, aut police, vel indice. Ex secundo autem capite *deformitatis* sunt irregulares leprosi, carentes naso, et aliter monstruosi, puta habentes gibbam valde enormem ; vide *lib.* 7. *n.* 403. III. Ex defectu *natalium*, ex quo sunt irregulares omnes illegitimi ; qui tamen legitimantur, vel per subsequens matrimonium, vel per professionem religiosam, vel per dispensationem Pontificis : vide ibid, *n.* 421. *et seq.* IV. Ex defectu *ætatis*, de quo vide dicta hic *n.* 43. *et* 44. V. Ex defectu *Sacramenti*, nempe ex bigamia : dicitur *sacramenti*, eo quod duas ducens uxores nequit apte significare unionem Christi cum Ecclesia, quæ fuit unica ejus sponsa. Bigamia autem triplex est, quæ impedit a susceptione ordinum, scilicet 1. *Vera*, quando quis cum duabus successive verum contraxit matrimonium. 2 *Interpretativa*; quando quis sola fictione juris censetur duas habuisse uxores, de quo vide *lib. n.* 7. 444. 3. *Similitudinaria*, quæ contrahitur ex attentatione matrimonii (quamvis invalidi) cum corrupta, vel cum virgine, post votum solemne emissum in religione, vel post susceptionem sacris ordinis ; vide *ibid. n.* 448. VI. Ex defectu *infamiæ*, de qua vide dicta hic *n.* 88. ad V. ; nam irregularitates ex defectu, et ex delicto ob infamiam in idem coincidunt. VI. Ex defectu *libertatis* ; unde sunt irregulares, 1. omnes servi, proprie dicti. 2. Conjugati. 3. Curiales obligati curiæ propter juramentum, aut stipendium. 4. Milites, saltem quamdiu juramento tenentur; vide *l. c. n.* 456. VIII. Ex defectu *lenitatis*, scilicet ex licita mutilatione membri, quæ fit a chirurgis cum incisione, vel adustione ; vel ex licito homicidio in bello justo offensivo ; aut in judicio per cooperationem activam, efficacem, proximam, et ad occisionem ordinatam ; vide *ibid. n.* 461

Sectio II. *De diaconatu.*

90 Quid diaconatus? et quæ ipsius materia, et forma?
91 Officia diaconi, censura ligatus, etc. De pœnitentia imposita ab Episcopo, an implenda sub gravi.

90. — Diaconatus est *ordo quo confertur potestas immediate assistendi in missa, porrigendo ei patenam cum hostia, et calicem cum vino item legendi Evangelium et prædicandi.* Sententia nobis probabilior (juxta dicta hic *n.* 28.) tenet, unicam diaconatus materiam esse manuum Episcopi impositionem, unicamque formam esse verba Episcopi : *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc.* Sed quia altera sententia etiam est probabilis, ideo tenenda, nempe, quod porrectio instrumentorum etiam sit materia integralis partialis; ac propterea dicendum quod materia diaconatus est duplex, scilicet impositio manus dextreæ Episcopi, cum forma :

Accipe Spiritum Sanctum etc., et traditio libri Evangeliorum cum forma : *Accipe potestatem legendi Evangelium, etc.* Ambo autem sunt materiæ et formæ partiales unum ordinem constituentes. Valeret etiam traditio Bibliæ, quia ibi jam continentur Evangelia. Sed dices : ab initio quomodo ordinabantur diaconi, quando deerat liber Evangeliorum? Re pondetur Christum Dominum reliquisse Ecclesiæ potestatem determinandi in specie materias, et formas sacramentorum, quorum ipse non determinavit. Et juxta hanc sententiam character imprimitur in *ipsa libri traditione*, ut dicit *D. Thomas*, sive in prolatione secundæ formæ (*Lib.* 6 (v). *n.* 748.): ita juxta hanc sententiam, sed vide dicta in *Morali. l.* 6 (v). *n.* 736. *et seq.*

91. — Officia diaconi (præter dicta) sunt, 1. solemniter baptizare; sed nonnisi de licentia parochi, et in gravi necessitate : alias diaconus qui baptizat solemniter sine commissione, etiam in necessitate, irregularitatem incurrit. 2. Ministrare Eucharistiam, sed pariter id non licet nisi fiat ex commissione parochi, et in necessitate gravi, nempe si populus sit communicaturus, et desit sacerdos, (*Lib.* 6 (v). *n.* 237. *Q. I.*); alias si ministrat sine commissione, etiam fit irregularis (*n.* 234.). 3. Deferre pyxidem aut ostensorium cum Eucharistia. 4. Prædicare, et lavare corporalia in defectu subdiaconi. Diaconus autem censura ligatus irregularitatem incurrit, si ministrat, juxta dicta *n.* 88. ad II. Qui vero irretitus censuris diaconatum suscipit, non fit irregularis, nisi in missa ordinationis ultro ordinem susceptum exerceat (*Vide lib.* 6 (v). *n.* 799. *dub.* 3. *v. Utrum*). Quæritur an obliget pœnitentia imposita diaconis et subdiaconis ab Episcopo recitandi Nocturnum diei currentis, et sacerdotibus tres missas celebrandi? Alii affirmant; sed probabiliter alii (ut *Soto, Valentia, Castr. Pelliz. Gobat, etc.*) dicunt dicendas tantum de decentia, non autem de obligatione, saltem non gravi, cum de ea non constet (*Lib.* 6 (v). *n.* 829.).

Sectio III. *De presbyteratu.*

§ I. *De ordine Presbyteratus.*

92. PRESBYTERATUS est *ordo quo confertur potestas consecrandi Corpus et Sanguinem Jesus Christi et absolvendi fideles a peccatis.* Ordo autem sacerdotii institutus fuit a Christo in cœna, cum dixit : *Hoc facite in meam commemorationem.* Et post resurrectionem, quando dixit : *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.* Quænam est materia presbyteratus? Juxta nostram probabiliorem sententiam (ut diximus hic *n.* 28 *et l.* 6 (A). *n.* 749.). est unica, nempe secunda impositio manuum Episcopi cum presbyteris. Sed probabilis est etiam sententia quod sit duplex, nempe traditio calicis cum vino, superposita patena cum hostia, cujus forma est : *Accipe potestatem offerendi Sacrificium, etc.* Et tertia impositio manuum cujus forma : *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, etc.* Et hæc sententia, cum sit probabilis, omnino in praxi tenenda est (*Vid. lib.* 6 (v). *n.* 749).

93. — Hinc dicimus I. quod in ordinatione sacerdotum una cum calice et patena, tradenda est utraque species, nempe panis, et vini; aliter non daretur directa potestas ad integrum Sacrifi-

cium; et eodem tempore debet tradi, cum potestas sacerdotalis ad sacrificancandum sit indivisibilis; ita probabilior sententia, quæ omnino tenenda est (*l.* 6 (v). *n.* 750.). Item debet tradi ab eodem ordinante, et celebrante, ut dictum est *hic. n.* 53. *in fine.* Dicimus II. quod non sufficit tangere tantum calicem, et non patenam, cum probabilis sit sententia utrumque esse tangendum (*n.* 753.). Dicimus III. quod licet ex communi sententia valide ordinatus sit, qui tantum hostiam, et non patenam tetigit, quia hostia et vinum sunt materia substantialis, et calix ac patena tantum ob decentiam adhibentur; attamen consultius est, ut talis ordinatio repetatur,cum quatuor DD. de ea dubitent,et in Pontificali (ubi fit sermo de materia) dicitur: *Et cuppam calicis, et patenam simul tangant* (*n.* 751.) Et idem videtur dicendum de eo qui tangit tantum patenam et calicem, et non hostiam (*n.* 752.).

94. — Quæritur, quando defectus suppleri debeat in ordinatione presbyteratus? Si defectus est circa *essentialia,* nempe circa materiam vel formam, omnino ordinatio repetenda est: et quidem tota, si defectus, sive ejus dubium vertitur quoad traditionem primæ potestatis super Corpus Christi reale : si vero quoad secundam circa corpus mysticum, tantum secunda repeti debet. Si autem defectus est circa *accidentalia,* tunc si est de re levi, puta si ordinatus non dixerit canonem, talis cæremonia (aut similis) non oportet repeti; si autem in re gravi, puta si defuerit unctio manuum, vel si Neo-Presbyter non protulerit verba consecrationis cum Episcopo, tunc defectus quamprimum supplendus est, et ab eodem Episcopo (si fieri potest); alias graviter peccaret ordinatus id negligendo, aut in ordine ministrando (*l.* 6 (v). *n.* 758). Quonam autem tempore præfati defectus suppleri debeant? Respondetur quod si sint circa accidentalia, probabiliter quovis tempore suppleri possunt : si vero circa essentialia, idem dicunt *Salm.* cum aliis : sed ex probabiliori, et communiori sententia supplendi sunt temporibus statutis ordinationum, ut colligitur ex *cap. Presbyter, de sacr. non iter.*, nisi agatur de solo dubio validitatis ordinationis, ut probabiliter plures DD. opinantur (*l.* 6 (v). *n.* 759).

§ II. *De sacrificio Missæ.*

95. — Sacrificium (loquendo in genere) sic definitur : *Est oblatio rei sensibilis facta Deo per immolationem in signum ejus supremi dominii.* Quadruplex autem potest esse sacrificium : *Latreuticum,* ad Deum colendum : *Eucharisticum,* ad gratias agendas : *Impetratorium,* ad beneficia impetranda : *Propitiatorium,* ad veniam obtinendam.

96. — Missa vero definitur sic : *Est Corporis et Sanguinis Domini Jesu Christi consecratio, et oblatio.* Et est verum sacrificium, omnium aliorum rationem complectens; eademque est hostia quæ in cruce oblata fuit, *sola ratione offerendi diversa,* ut docet Trid. *sess.* 22. *c.* 2. Essentiam Sacrificii alii dicunt consistere in *consecratione,* alii in *oblatione,* alii in *sumptione,* alii demum probabilius in *consecratione,* simul et *sumptione*, ut *Bellarm. Soto, Bonac.Tourn.* (*l.* 6 (v.) *n.* 305). Ad essentiam autem sacrificii probabilius requiritur consecratio utriusque speciei, nempe panis et vini; aliter non satis exprimeretur commemoratio sacrificii cruenti crucis (*n.* 306).

97. — Quær. I. Quæ requirantur ad Missam perficiendam? Tria sunt necessaria : *Intentio, materia, et forma.* Requiritur *intentio* consecrandi, sive conficiendi Sacramentum, saltem virtualis, scilicet quæ perseveret ex intentione actuali prius habita, quam certe habet qui paratur et accedit ad celebrandum, juxta dicta hic *n.* 9. Plura nunc sunt notanda de materia et forma Missæ. *Materia* est ipse Christus Dominus, realiter existens sub speciebus panis et vini. Panis consecrandus debet esse usualis et communis, ex farina triticea, et aqua naturali (saltem pro majori parte) confectus, igneque coctus per modum panis, et non cum alia materia ex æquo vel quasi permixtus (ut ait *D. Thomas*), ac non corruptus, aut corruptioni proximus; alias non est materia apta. Ut autem sit materia licita, in Ecclesia latina panis debet esse azymus, in Græca fermentatus (*l.* 6 (v). *n.* 198. *ad* 205). Hic autem notandum 1. quod si Græcus transit per loca Latinorum (et sic Latinus per Græciam) ubi non sit Ecclesia, in qua ritus Græcus servetur, potest pro suo arbitrio, in azymo et in fermentato celebrare, ita communiter DD. (*l. c. n.* 203). Notandum. 2. quod consecrare hostiam fractam, vel maculatam non licet; sed non est mortale, nisi fractura vel macula esset valde enormis, ut dicunt *Quarti, Pasqual. et la Croix* addit cum *Gobato*, quod si fractura deprehendatur

post oblationem, talis hostia licite consecrabitur, secluso scandalo populi (*l. c. n.* 204). Notandum 3. quod hostia debet esse figuræ orbicularis, et major pro sacerdote; si vero major desit, ut dicunt *Roncagl. Quarti, Elbel, Gobat et Tamb.* probabiliter potest sacerdos, etiam causa devotionis, consecrare minorem; modo (advertunt) absit populi scandalum; sed addunt, quod hoc scandalum facile præcaveri potest, monendo populum de defectu hostiæ majoris (*l. c. n.* 205).

98. — Vinum autem debet esse ex uvis expressum; cui ex gravi præcepto Ecclesiæ modica aqua est in calice admiscenda (ad significandam unionem fidelium cum Christo), quæ saltem non excedat tertiam vini partem; quamvis hanc opinionem aliqui DD. non admittant, nisi vinum sit generosum. Sufficit vero admiscere unam aquæ guttam (*l. c. n.* 208 *et* 210). Non est materia apta vinum ex agresta, nec acetum, nec vappa (id est vinum cujus vis evanuerit), nec lora vulgo *acquata*. Vinum autem cum alio liquore etsi modico mixtum, vel mustum de uvis tunc expressum, est quidem materia apta ad Sacramentum, sed graviter illicita, ut dicitur in Rubrica; ubi idem docetur de vino, quod *cœperit acescere, vel corrumpi,vel fuerit aliquantulum acre.* Dicunt tamen *La Croix, Gobatus, et Sporer* (*l. c. n.* 206 *et* 207) quod deficiente alio vino, licet uti vino tantum parum acescente : ait enim *Card. Lambertinus* (*Notif* 77. *n.* 2) quod præfata Rubrica deducta est ex doctrina *S. Thomæ* 3. *part. qu.* 74. *art.* 5. *ad* 2. qui docet non posse quidem Sacramentum confici de aceto, *posse tamen confici de vino acescenti, quod est in via ad corruptionem ..., licet peccet conficiens.* Unde Rubrica non videtur accipienda cum tanto rigore, ut comprehendat omnes etiam primos gradus acrimoniæ, sed tantum illos qui jam proxime incipiunt constituere vinum acescens, vulgo dictum, *vino colla punta,* sive *andato allo spunto.* Nec licet consecrare in vino congelato, nisi liquefiat dum consecratur (*l.* 6 (v). *cit. n.*207. *Qu. I*). Quin autem vinum congelatum sit materia apta, nequit dubitari, dum dicitur in Rubrica. (*de Defect.* § *in hyeme*) : *Si in hyeme sanguis congeletur in calice, involvatur calix pannis calefactis, etc. donec liquefiat.* Ergo per congelationem non corrumpuntur species vini, alias desineret esse ibi sanguis Christi (*Vide ib.*). Quid si celebrans in sumptione adverteret, vinum esse corruptum? Alii dicunt sufficere ut sola fiat consecratio vini. Sed melius est juxta Rubricam (nisi adsit scandalum) iterum vinum, et novam hostiam consecrare, incipiendo a verbis : *Qui pridie, etc. Vide dicta l.* 6 (v). *n.* 288. Et in dubio an fuerit materia apta, etiam est repetenda consecratio vini sub conditione, ut verius aiunt *Croix, Pasqual. et Aversa* (contra *Tambur. et Spor.*) quia possidet obligatio faciendi Sacramentum integrum (*l.* 6 (v). *n* 206. *v. Quoad*).

99. — Insuper ad validam consecrationem requiritur, ut materia 1. sit sensibiliter (saltem moraliter) præsens; unde invalide consecratur materia tam valde modica, ut nequeat sensu percipi, aut valde remota, vel posita post tergum, aut parietem. Dicitur vero *saltem moraliter,* quia bene consecrat cæcus, vel existens in tenebris, si aliunde certus sit moraliter de præsentia materiæ (*l.* 6 (v). *n.* 211. *ad* 213). Requiritur 2. ut sit certa, et determinata, (saltem aliquo modo certo, puta, primæ duæ hostiæ ex parte dextera); tunc autem jam consecratur ex intentione virtuali, licet de ea sacerdos consecrando obliviscatur (*l. c. n.* 214. *ad* 216). Si autem ciborium tempore consecrationis remanserit extra altare, probabilius est ipsum rursus esse sub conditione consecrandum, ut docet *Card. Lambert.* (*de sacrif Missæ l.* 3. *c.* 18. *n.* 6), tunc enim dubium est an sit facta consecratio (*l.* 6 (v). *n* 217). Quoad guttas autem vini separatas, sed intra calicem existentes, ait *La Croix l.* 6. *p.* 1. *n.* 449. expedire, ut sacerdos intendat eas consecrare, ne quid sit in calice non consecratum. Sed melius mihi videtur id intendere de guttis proximis fundo, non vero de remotis. (*Vide Opus nostrum l.* 6 (v). *n.* 215. *v. Quær.*) Si offerantur hostiæ parvæ paulo post oblationem, licite consecrantur, mentaliter oblatione suppleta, *Gavant. Tanner, Possev. Aversa, etc.* Idque probabiliter fieri potest etiam post canonem inceptum, ut aiunt *Gobat, Quarti. Burgnab. Possev. Diana, Tamb. et Card. Lamb.* (*de Sacrif. Miss. l.* 3. *c.* 18. *n.* 5) saltem si aliter plures communione carerent; aut etiam (censeo) si communicaturus non posset expectare, vel si persona gravis aut nobilis communionem petat; dum propter hujusmodi causas permittunt *S. Antonin. Sylvest. Bon. Sa, Barb. March. Possev. Gob. Dicast. etc.* dari posse etiam partem hostiæ magnæ, vel dividi hostias minores in plures particulas

(*Vide Opus nostrum l.* 3 (v). *n.* 217. *v. IV*).

100. — Formam autem Eucharistiæ sunt verba, quæ proferuntur in consecratione panis et vini. An autem in consecratione vini sola verba, *Hic est calix Sanguinis mei*, sint de essentia, vel etiam alia? Utraque sententia est probabilis; sed certe graviter peccat reliqua omittens (*l. c. n.* 223) vero ad consecrationem requirantur de necessitate Sacramenti verba præcedentia : *Qui pridie quam pateretur*, *etc.* Communis sententia negat, sed *Scotus* dubitat, ejusque sententiam *Du Pasquier, et Contin. Tournely*, dicunt non carere omni probabilitate; atque ego dicere improbabilem non audeo. (*Vide l.* 6 (v). *n.* 220. *ad* 224.) Forma autem Eucharistiæ debet proferri *recitative, et significative*, id est referendo verba Christi, et applicando illa ad materiam præsentem, ut transmutetur ipsa in Corpus et Sanguinem Christi, ut aiunt *Conc. et Salm. cum D. Thom.* (*Vide n.* 220. *in fin*). Si quis autem propter balbutiem diceret, *Hoc est colpus meum*, vel *copus meum;* vel *copu meum*, vel *caliz*, vel *zanguinis*, valide consecrat, ut *Suar. Lug. Croix*, et alii communiter, ex *cap. Retulerunt*, *de consecrat. dist.* 4., ubi Baptisma collatum, *In nomine Patria, et Filia, etc.* validum declaratur; ratio est, quia voces ita sunt constitutæ, ut si aliquando cum vitio proferantur, idem significent; modo alium sensum non ingerant (*l. c. n.* 224). Hic autem advertendum sedulo id quod ait Rubrica (*tit.* 5. *n.* 2) : *Si celebrans non recordetur se dixisse quæ in consecratione communiter dicuntur; non debet turbari* (scilic. repetere). *Si vero valde probabiliter dubitat se aliquod essentiale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione.*

101. — Quær. II. Quomodo Christus sit præsens in Eucharistia? Respondetur, Christum in Eucharistia non esse præsentem per *productionem*, nec per *adductionem* de cœlo, sed per conversionem substantiæ panis in substantiam Corporis Christi, cui conversioni convenienter aptatum est nomen *transsubstantiationis.* Christus autem sub panis et vini speciebus continetur sacramentaliter, et ineffabili modo, qui debet credi, sed intelligi non potest (*verbis exprimere vix possumus*, ait Trid. *sess.* 13. *c.* 1). Salvator enim existit ibi sine extensione partium in ordine ad locum, et tamen est ibi totum Christi Corpus cum anima, et divinitate per concomitantiam : et unaquæque pars Christi ibi extra aliam existit. Atque Christus est *totus, et integer sub quavis ipsius speciei parte*, ut docet Trid. *sess.* 13. *c.* 3. Sed hoc intelligendum, separatione facta, ut habetur ex Trid. in eadem *sess.* 13. *can.* 3. Unde, separatione non facta, remanet quæstio indecisa, an Christus sit totus sub quavis speciei parte. In Eucharistia autem licet non sumatur persona Patris, nec Spiritus S. prout sumitur persona Verbi, quæ est hypostatice humanitati unita, tamen sunt in Eucharistia etiam personæ Patris et Spiritus S. ob naturalem unionem, sive naturæ divinæ identitatem, quam habent cum Verbo.

102. — Quær. III. Quinam sint in Missa offerentes ; et quinam effectus Missæ ? Offerentes sunt tres : Christus qui est principalis offerens, Ecclesia, et sacerdos, qui offert ut minister tam Christi, quam Ecclesiæ : ita *Bellarminus* (*de sacrif Missæ cap.* 4.) Effectus autem Missæ sunt quatuor : I. Est *remissio peccatorum*, non quidem immediate et per se, sed mediate per auxilium quod in Missa impetratur ad pœnitentiam, qua venia deinde obtinetur ; ita communiter *Bellarm. Suar.* et alii cum *D. Th.* (*in* 4. *dist.* 12. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 2. *ad* 4.), qui ait Missam delere peccata, *in quantum gratiam contritionis impetrat.* Idque recte docent et communissime AA. cum eodem S. Doctore (*l. c.*) contra *Canum*, et *Valentiam*, procedere tam de mortalium, quam venialium culparum remissione (*l.* 6 (v). *n.* 311.). II. Est *remissio pœnarum ;* hæ per Missam immediate remittuntur homini justo, pro quo Missa offertur, communiter *Gon. Suar Conc. Salm.* aliique cum *D. Th.* (3. *part. qu.* 97. *art.* 5.) dicente quod hoc Sacramentum in quantum est sacrificium, habet vim satisfactivam. III. Est *incrementum gratiæ*, non jam ex opere operato et immediate, ut sentiunt aliqui, sed mediate per auxilia quæ obtinentur ex Missa ad bonos perficiendos actus, quibus gratia augetur, ut docent *Castrop. Vasq. Suar. Lugo, etc.* communiter. IV Est *Impetratio bonorum* tam spiritualium quam temporalium, quatenus animæ prosunt (*l.* 6 (v). *n.* 311. *v. II. Effectus.*).

103. — Quæritur : pro quibus personis possit offerri Missa ? Potest pro quibuscumque fidelibus, infantibus, obsessis, et aliis, etsi existant in peccato. An autem pro excommunicatis? Si ipsi sunt vitandi, nequit sacerdos pro illis offerre Missam nomine Ecclesiæ, sive ut minister Christi, ex *c.* 2. *de sent. excomm.* Si vero sunt tole-

rati, probabilius est cum *Sanch. Navarr. Lugo*, *etc.* contra alios (*l.* 6 (v). *n.* 309.), posse sacerdotem pro his offerre Missam etiam nomine Ecclesiæ : licet enim etiam tolerati sint exclusi a communicatione suffragiorum, tamen aliis datum est a Concilio Constantiensi (ut habetur in *Extrav.* Martini V. *Ad evitanda*) libere posse cum ipsis communicare adhuc in divinis, prout dictum est *l.* 7. *n.* 139. Sic pariter probabilius licet offerre Missam pro infidelibus, ut docent *Bellarm. Laym. Suar. Salm. etc.* contra *Sotum*, quia Christus pro omnibus se obtulit, idque certe licitum fuit in lege veteri ; Judæi enim pro Gentibus sacrificare jam consueverunt (*l.* 1. *Machab. c.* 12.) : pro defunctis autem in purgatorio existentibus certum est, et de fide, ut docet Trid. *Sess.* 22. *c.* 2. et in *can.* 3., quod licite et utiliter Missa offertur. Idque ex infallibili promissione Christi, ut communius et verius (contra *Canum, etc.*) docent *Azor, Suar. Navarr. Salm. etc.*, quia, cum certum sit quod Missa utiliter pro defunctis offeratur, hoc non potest esse nisi ex promissione Christi (*l. c. n.* 310.).

104. — Quær. IV. Quotuplex est fructus Missæ ? Respondetur : fructus Missæ alius est *ex opere operato*, nempe ex merito Christi ; alius *ex opere operantis*, scilicet ex merito sacerdotis. Item alius est *meritorius*, alius *satisfactorius*, alius *impetratorius*. Item alius *generalis*, qui obtingit omnibus fidelibus, vivis, et defunctis ; alius *specialis*, sive *medius*, obtingens assistentibus Missæ, et ei cui applicatur ; alius *specialissimus* obtingens soli celebranti ; qui pro illo nequit illum stipendium accipere, ex prop. 8. damnata ab *Alexandro VII.*

105. — An Missa sit infiniti valoris, tam intensive, quam extensive ? Plures DD. negant ; plures vero alii probabilius affirmant, ut *Gonet, Habert, Juenin, Petrocor Pignatelli, Tourn. Conc. Holzm. Wigandt, La Croix, Canus, Salm. etc.* ac pro his est etiam *D. Thomas* ; quia Missa est idem, quam crucis sacrificium, quod fuit infiniti valoris. Licet autem valor sit infinitus, effectus tamen Missæ finitus est, ex finita capacitate hominum pro quibus offertur, quorum unusquisque percipit fructum juxta suam capacitatem. Sed quia prima sententia est etiam probabilis, nequit sacerdos accipere duplex stipendium a duobus, applicando eis Missam ambobus, ut falso dicebat posse propos. 10. damnata ab eodem *Alexand. VII.* Nec potest eam danti eleemosynam applicare in generali cum aliis, nisi hoc faciat sub conditione si liceat (*l.* 6 (v). *n.* 312.).

106. — Quær. V Quid de stipendio Missæ ? Stipendium accipere licet sacerdotibus, etiam opulentis, ut communiter docent *Suar Lug. Conc. Tourn.* cum *Gerson*, et *Thomassin.* et aliis plurimis (contra *Gennet.* et alios paucos) ; quia quisque operarius dignus est mercede sua ex Apostolo 1. *Tim.* 5. 18. (*l. c. n.* 317. *Qu. I.*).

107. — Sacerdos peccat graviter, si differat Missam promissam sub stipendio ultra duos menses, ut dicunt *Garcia, Philib. Ripa*, et alii cum *Lugo* : item *Instruct. Conf. Novell.* (*part.* 2. *c.* 406.) ac *Tourn.*, qui ait esse communem sententiam, *bene posse aliquem acceptare stipendia Missarum ad duos menses* (*l.* 6 (v). *n.* 317. *Q. II.*). Item *Conc.*, qui nihil aliud dicit, nisi quod dilatio duorum mensium est gravis, ex decreto Sacr. Cong. Si vero Missa sit pro defunctis, dilatio unius mensis erit gravis, ut dicunt *Castrop. Escob. et Salm.* (*Ibid.*). Imo si Missa dicenda sit pro instante necessitate, puta imminentia mortis, vel alterius damni, tunc etiam dilatio hebdomadæ potest esse mortalis. Vide *Cabrinum* (*c.* 34. *num.* 216.). Recte hic autem advertit *Cont. Tourn.*, quod si quis multas daret Missas alicui communitati ad celebrandum, non præsumitur contentus esse quod Missæ celebrentur cum tanta dilatione, prout si dedisset uni sacerdoti. Id vero non intelligendum, quod omnes illius communitatis sacerdotes occupare se debeant ad eas subsecutive dicendas ; semper enim supponi debet communitas alias etiam habere obligationes ; sed quod Missæ distribuendæ sunt majori sacerdotum parti, aut saltem alicui eorum convenienti numero, si communitas est valde numerosa, et juxta distributionem factam poterit deinde communitas satisfacere inter tempus illud, quod unicuique illius permittitur, ad suæ ratæ satisfaciendum. Insuper hic obiter notandum, quod *Innoc. XII.* in Bulla *Nuper*, ann. 1697. jussit omnibus Ecclesiarum Rectoribus, ut in loco patenti exponant tabellam onerum Missarum temporalium, et perpetuarum, ad hoc ne onerentur novis oneribus, quibus satisfacere non valeant ut debent. (*Vide op. c. Instruct. p.* 2. *n.* 409.).

108. — Nulli licet dare aliis Missas ad celebrandum, retenta parte stipendii,

sub pœna ipso facto incurrenda suspensionis Papæ reservatæ, si est clericus, et excommunicationis, si laicus, ut habetur in Bulla *Quanta cura Bened. XIV*. Et pars retenta tunc debet restitui, et probabilius sacerdoti celebranti potius, quam pauperibus. Excipe nisi pingue illud stipendium detur alicui ratione personæ, vel beneficii, aut capellaniæ (etiam amovibilis), vel legati perpetui, quia tunc potest persona hujusmodi partem excedentem retinere. Administratores autem Ecclesiarum ex Decr. Sacr. Confirmato ab *Innoc. XII.* nil possunt retinere, nec etiam pro expensis in celebratione Missarum, nisi Ecclesia alios non habeat reditus (*Vide lib.* 6 (v). *n.* 321. *et* 322.). Vide hæc et alias fusius dicta de stipendio Missæ in *lib. cit. n.* 321. *et seq.*

109. — Parochi ex Bulla, *Cum semper*, ejusdem *Benedicti XIV.*, tenentur applicare Missam pro populo omnibus diebus festivis, etiamsi congruam non habeant sustentationem. Si vero pingues habent reditus, non tenentur sæpius Missas applicare; ut in eadem bulla declaratur (*lib.* 6 (v). *n.* 325. *Qu. II.*). Hic autem obiter notandum, quod in eadem bulla Pontifex decrevit, ut Missa conventualis, quæ singulis diebus canitur a clero, pro benefactoribus applicetur, respiciendo benefactores in genere cujuscumque Ecclesiæ quavis consuetudine non obstante (*l. c. n.* 326.).

110. — Applicatio debet fieri ante celebrationem, vel ante consecrationem. Verus autem (quidquid alii dicant) sufficit applicatio Missæ habitualis, ut communiter docent *Suar. Lugo, Bonac. Tourn. Holzm. Conc.* et alii plures (*Lib.* 6. *n.* 335. *Qu. I.*). Si Missa nulli applicetur, fructus manet in thesauro Ecclesiæ. Applicatio autem sub conditione non impleta, valida est; si vero fiat pro primo qui offerret eleemosynam, non solum est illicita ex prohibitione *Clem. VIII*, sed etiam probabilius sæpe erit invalida (*l. c. n.* 337. *v. Dicunt.*).

111. — Quær. VI. An sacerdos teneatur aliquando celebrare in anno? Negant, præciso scandalo, *S. Bonav. Cajet. Lugo*, et probabile putant *Suar Laym. et Pal.* Alii tamen communius cum *D. Th.* (quibus ego magis adhæreo) affirmant, cum verba Christi, *Hoc facite in meam commemorationem*, probabilius verum contineant præceptum, ut satis declarat Tridentinum *sess. c.* 1. dicendo : *Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent præcepit per hæc verba : Hoc facite*, etc. Tanto magis quod *S. Pius V* jussit primam opinionem *Cajetani* expungi a suis commentariis. *Merbesius* autem et *Habert* dicunt teneri sacerdotes celebrare saltem omnibus diebus festis, hisque adhæret *Concina* ex Tridentino *sess.* 23. *c.* 14. *de Ref.*, ubi sic monentur Episcopi : *Curent Episcopi ut ii* (id est sacerdotes) *celebrent saltem diebus Dominicis, et festis solemnioribus.* Sed ex verbis istis non satis probatur hoc esse Concilii rigorosum præceptum. Quamobrem probabilius, et communissime dicunt *Nav.* et *Laym.* cum *Soto, Sylvio, Pal. Ric. Val. et Elbel* cum *Scoto, Gob.* ac *Anacl. l.* 6 (v). *n.* 303. *dub.* 2. sacerdotes teneri sub gravi ad celebrandum saltem ter vel quater in anno in festis solemnioribus. Idque sentit *S. Th.* 3. *p. qu.* 82. *art.* 10. dicens: *Unde sacerdoti, etiamsi non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare, sed saltem videtur quod celebrare teneatur præcipuis festis et maxime in illis diebus in quibus fideles communicare consueverunt*, nimirum in Paschatis, Pentecostes, et Natalis Domini ex *Can.* 16. *de consecr. dist.* 2. Imo *Suar Lugo. Bonac. Holzm.* et *Salm.* censent sufficere ad vitandum mortale celebrare ter vel quater in anno quibuslibet diebus. Idque videtur conforme Decreto Sacr. Congreg. Concilii edito mense Nov. anni 1696. ubi declaratum fuit illum sacerdotem peccare mortaliter, qui non celebrat ter vel quater in anno. Cæterum pro certo habeo, quod sacerdos omittens sine causa quotidie celebrare (excepta una die in hebdomada propter reverentiam Sacramenti) vix a veniali culpa excusari poterit, cum privet fructu Sacrificii Ecclesiam, cujus est minister, populumque christianum, cujus est in altari intercessor. Apostolus enim sic sacerdotes instruit : *Omnis... Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerrat dona, et sacrificia pro peccatis. Hebr.* 5. 1.

112. — Quær. VII. an Rubricæ Missalis sint omnes præceptivæ, vel an aliquæ sint directivæ, sive de concilio? Diversæ in hoc sunt sententiæ. Nos sequimur sententiam *Quarti, Merati, et Tourn.* qui dicunt Rubricas de agendis intra Missam omnes esse præceptivas, et obligare juxta gravitatem materiæ, nam in Bulla *S. Pii* sic dicitur : *Districte præcipientes*,

ut Missam juxta ritum, modum, et normam in Missali præscriptam decantent, ac legant. Nota to, *districte præcipientes* (*l. c. n.* 399). Rubricas autem de agendis extra Missam, probabiliter dicunt plures DD. aliquas esse tantum directivas, prout manuum ablutio post Missam, et orationes ante vel post Missam (*Vide l. c. n.* 409. *et* 410). Insuper hic notandum Rubricas præscriptas in cæremoniali Episcoporum ubique obligare, cum in tribus Bullis ibi appositis dicatur: *Cæremoniale prædictum in omnibus Ecclesiis servandum, præcipue in cathedralibus, et collegiatis.*

113. — Quær. VIII. Quando Missa dici possit? Sic dicitur in Rubrica: *Missa privata saltem post Matutinum et Laudes, quacumque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.* Communiter dicunt DD. licere Missam terminare in aurora, et illam incipere parum ante meridiem. Imo *Bened. XIII. et Clemens XII.* declararunt posse in hoc tolerari latitudinem tertiæ partis horæ, tum ante auroram, tum post meridiem (*l.* 6 (v). *n.* 341. *vers Omnes*). Præterea communius, et probabilius dicunt *Sylvius, Castr. Bon. Roncag. Viva Salmant. etc.* quod celebrans non peccat mortaliter, nisi incipiat Missam integra hora ante auroram vel hora post meridiem; alias tantum veniale committit, a quo excusat quævis causa rationabilis; imo causa gravior, prout esset dandi Viaticum, aut solemnitatis, itineris, vel funeris omnino excusat, etiamsi dilatio sit per integram horam (*Ib. n.* 343. *ad* 346.). Ministrare autem communionem licitum est usque ad Vesperas exclusive: et etiam in Vesperis, si adsit aliqua specialis causa, modo non sit intempesta nocte, id est multo noctis tempore decurso (*num.* 259.). Celebrare autem ante Matutinum et Laudes, alii dicunt esse mortale, alii nullum peccatum, alii autem verius et communius, ut *Suar. Sotus, Sylv., Tourn., Bellarm. etc.* (quibus assentit etiam *Bened. XIV de sacr. Missæ l.* 3.) aiunt non esse mortale, quia talis gravis obligatio neque exprimitur in Rubrica, neque communiter est recepta ut gravis; sed non excusari sentiunt a veniali, cum id in Rubrica jam inter defectus numeretur *l.* 6 (v) *n.* 347.). Missam autem conventualem dicere ante Matutinum et Laudes non excusatur a mortali, ut communiter docent DD. contra *Sanch.* (*n.* 348.) Celebrare in die Cœnæ Domini, et Sabbati sancti (quiquid alii dicant) nullo modo licet, nec etiam privatim, ut patet ex decr. *Clementis XI.* quod refertur (*l.* 6 (v). *n.* 350.) quodque confirmatum fuit ab *Innoc. XIII. ap. Merat. in Indice Decretor. n.* 496. 504. *et* 632.

114. — Quær. IX. Ubi liceat Missam celebrare? Respondetur in oratoriis ab Episcopo benedictis, et designatis ad usus sacros, sive in seminariis, conservatoriis, et hospitalibus, et etiam in domibus privatis (modo oratorium habeat januam in via publica); item in oratoriis Religiosorum (*circa Regulares vide Tract. de Privil. n.* 123. *et* 124.), nec non in erectis in palatiis Episcoporum, omnes possunt celebrare, et quovis tempore, etiam in festis solemnibus, quia hujusmodi oratoria sunt veræ Ecclesiæ. In oratoriis autem privatis, in quibus tantum ex privilegio pontificio celebrari potest, non licet sacrum facere diebus in Indulto exceptis, scil. Paschatis, Pent. Nat. Epiph. Annunt. Ascens. Assump. B. V SS. Petri et Pauli et omnium SS. Nec potes in eis celebrari, nisi intersit aliqua ex personis, quibus directe concessum est indultum, ut declaravit *Bened. XIV* in bulla, *Cum duo Nobiles* (*Vide l.* 3 (IV). *n.* 319. *v. Probabilem.*). Nec possunt ibi plures celebrari Missæ, si ibi dicitur (ut consuetum est) *una Missa quotidie celebretur*; declaravit enim *Bened. XIV* in bulla, *Magno,* sub die 2. Jun. 1751 illud *una,* idem esse ac unica (*l.* 6 (v). *n.* 359. *circa fin.*). An autem in his privatis oratoriis possit ministrari communio? Alii affirmant, alii communius negant; et *Bened. XIV in Epist. Encycl.* ad Episcopos Poloniæ sub eadem die 2. Jun. prohibuit dari communionem in privatis oratoriis sine licentia Episcopi (*cit. n.* 359. *v. Quæres.*). Celebrare autem in mari numquam licet, nisi ex licentia expressa Pontificis (*l. c. n.* 359. *circa fin.*).

115. — Celebrans in Ecclesia polluta per notoriam effusionem sanguinis in notabili quantitate (nam in *cap.* 10. *de cons.* dicitur *sanguinis effusione*), vel seminis, aut per sepelitionem infidelis, hæretici, vel excommunicati, antequam reconcilietur ab Episcopo (vel a sacerdote ab Episcopo delegato, si Ecclesia fuerit tantum benedicta), graviter peccat; sed nullam incurrit pœnam, ut probabilius dicunt *Suar. Laym. Lugo,* et alii cum *Ben. XIV* de *sacr Missæ* (*Lib.* 6. *n.* 361. *ad* 366.). Sic etiam est mortale celebra-

re in Ecclesia execrata, nempe si eodem tempore demoliti sint parietes pro majori parte, vel crusta ablata (*l. c. n.* 367. *et*. 368). An autem liceat sacerdotibus celebrare in Ecclesiis Regularium contra prohibitionem Episcopi? *Vide dicta in Tract de Privil. n.* 77.

116. — Quær. X. Quæ requirantur sub gravi præcepto ad rite Missam celebrandam? Requiritur I. *altare*, sive *ara* lapidea ab Episcopo consecrata, cum sepulchro reliquiarum et sigillo, ubi omnino reponendæ sunt hostia, et particulæ consecratæ (*l.* 6 (v). *n.* 372. *et* 373.). Execratur autem altare, ita ut mortale sit in eo celebrare, si mensa consecrata removetur ab inferiori structura, vel si ara notabiliter frangitur, aut ab ea auferuntur reliquiæ, aut sigillum, prout habetur in Decreto Sacr. Congregat. Rituum (*l. c. n.* 369). In altari requiruntur etiam tres mappæ, nec sufficiunt duæ, ut aliqui dicunt : sufficiunt tamen una separata, et altera duplicata (*l. c. n.* 374. *et* 375.).

117. — Requiritur II. *Calix*, et *patena* consecrata. Execratur autem calix, si notabiliter frangitur in cuppa, vel si in fundo perforetur; non vero si pereat ejus inauratio, ut probabilius et communiter docent *Lugo*, *Suar. Sylv. Tourn. Laym. etc.* Hinc probabilius est, calicem de novo inauratum non indigere nova consecratione [1]. Celebrare autem in calice nunquam deaurato, probabilius est esse illicitum, sed non nisi venialiter, ut dicunt *Lug. et Tournely*. Cum calix separatur a pede, amittit utique consecrationem, si cuppa est pedi fixa : secus si pes est tornatilis, et de se separabilis (*l.* 6. *n.* 370.). Communiter autem docent *Laym. Gav. Tour Bon. Roncag. etc.* pyxidem non esse consecrandam (*lib.* 6. *n.* 384.). Dubitatur vero, an saltem sit benedicenda? Negant communius *Suar. Sylv. Azor, Sot. etc.* Idque non videtur improbabile; sed probabilius affirmant *Salm. Tourn.* et alii cum *Card. Lambertino* (qui tamen omissionem non reputat plus quam veniale), quia hoc est conformius Rubricæ Missalis, in quo dicitur, quod sacerdos hostiam pro communione *locet ante calicem, aut in aliquo vase mundo benedicto*. Et idem dicendum de lunula ostensorii, ubi in expositionibus hostia collocatur (*l. c. n.* 385.).

118. — Requir. III. *Vestes sacræ*, benedictæ ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem a Pontifice. Graviter peccat qui celebrat sine alba, aut stola, aut manipulo, aut cum ipsis non benedictis (nisi gravis excuset necessitas); secus tamen plures DD. non improbabiliter dicunt de celebrante sine singulo, aut amicto (*l. c. n.* 377.). Quoad cingulum declaravit S. Cong. 22. Jan. 1701. sacerdotem congruentius uti cingulo lineo, quam serico. Vestes autem execrantur, quando usum deperdunt, nempe si ab alba manica abscinditur : cingulum, si ita rumpitur ut neutra pars cingere possit : stola, si non possit humeros operire; vel si pars ejus ita scinditur, ut deperdatur forma; nec sufficit eam resarcire : destructa enim forma, desinunt partes esse sacræ (*l. c. n.* 368. *ad* 371.). Color autem vestium probabilius est quod sit de præcepto, non tamen gravi (*l. c. num.* 378. *dub.* 5.).

119. — Requiritur IV. *Corporale benedictum* ex lino, vel canabe (*l.* 6 (v). *n.* 386.). Execratur autem corporale, si ita frangitur, ut non possit amplius decenter continere calicem et patenam cum hostia (*l. c. n.* 371.). Cavendum est, ne corporale sit valde immundum, in quo dicunt *Suar. Laymann et Tamb.* posse etiam graviter peccari; quamvis addat *Tamb.* ex eodem *Suar* illud *valde immundum* difficulter evenire. Cæterum uti corporali, et aliis paramentis immundis, licet non valde; non excusatur à veniali, nisi alia haberi nequeant, ut *Croix* cum *Suar.* et *Gobab.* Imo ait *Tourn.*, quod in necessitate, nempe si sacerdos aut alii deberent omittere Missam de præcepto, licitum est uti corporali etiam notabiliter immundo (*Lib.* 6 (v). *n.* 371.).

120. — V. *Palla* etiam debet esse benedicta, et ex lino, vel canabe saltem ex parte interiori, ut ait *Suar.*, sed ex decreto Sacr. Congr dictum fuit : *In sacrificio Missæ non est adhibenda palla a parte superiori drappo serico coopertas.* Non autem improbabiliter dicunt *Sotus* et alii, quod celebrare sine palla non

[1] Sed vide hanc opinionem revocatam, l. 6 (v). n. 370. v. *Omnibus tamen*; quæ retractatio confirmatur novissima declaratione S. R. C. ad instantiam Illustrissimi Episcopi Leodiensis facta die 14 Junii 1845. En responsum : « Quum Reverendissimus Leodien. Episcopus sacrorum » Rituum Congregationem enixe rogavit, ut declarare » dignaretur : utrum calix et patena suam amittant con» secrationem per novam deaurationem et sic indigeant » nova consecratione? Sacra eadem Congregatio... res» pondendum censuit : affirmative, amittere nimirum et » indigere juxta exposita. »

Edit. A. Leclère.

est mortale, cum ipsa sacras species non tangat immediate (*l. c. n.* 388.). Requiritur 5. *Purificatorium*, quod probabilius non oportet ut sit benedictum (*l. c. n* 389.).

121.— Requiritur VI. *Missale Romanum* continens saltem integrum Canonem Dicunt autem communissime, et probabiliter *Suar. Vasq. Laym. Pal. Lugo, Salm. Croix, etc.* non peccare celebrantem sine Missali si memoriter bene sciat dicenda, et ob præteritam experientiam non sit ei periculum errandi. Uti vero Missali Regularium (scilicet celebrando juxta eorum ritum) est mortale etiam in ipsorum Ecclesiis (*l. c. n.* 390.). Requir. VII. *Minister* sub gravi obligatione, saltem usque ad oblationem, nisi urgeret necessitas dandi Viaticum. Vel etiam ne omittatur sacrum in die festo. Minister debet esse masculus, nam fœminæ sub gravi culpa prohibentur immediate ministrare in altari. Dicunt tamen communiter *Laym. Suar. Tourn. Mol. Homob. etc*, eum non peccare graviter qui celebrat respondente muliere. Imo dicunt *Palud. Wigandt, Tourn. Lugo, Laym. etc.* bene permitti, quod fœminæ quandoque respondeant a longe, maxime si sint Moniales, modo (ut diximus) non immediate in altari ministrent (*l.* 6 (v). *n.* 391 et 392.).

122. — Requiritur VIII. *Crux cum crucifixo*, etiamsi in altari expositum sit SS. Sacramentum, ut habetur ex cæremoniali Episcoporum, et decr. S. Congr.[1] Utrum autem sit mortale celebrare sine cruce? Negant communiter *Laym. Suar. Bonac. Tourn. Couc. Hab. Merati, etc.* Sed animadvertendum, quod *Bened. XIV* in decreto directo ad omnes Episcopos sub die 16, Julii anni 1747, incipiente *Accepimus* (*vide in Bullar*,) sic ibi in fine vers. *Itaque* præcepit : *Illud vobis præcipimus, ut nullo modo patiamini rem divinam fieri ad hujusmodi altaria, nisi crucifixus inter candelabra ita promineat, ut sacerdos, ac populus eumdem crucifixum facile et commode intueri possint, quod evenire nequit, si exigua solum crux minori tabulæ defixa fidelibus exhibeatur* Prius enim in eodem decreto vers. *Equidem* dixerat : *Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ sacrificium in his altaribus celebretur, quæ careant imagine crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante presbyterum celebrantem, vel ita tenius et exigua sit, ut ipsius sa[illegible]ntis, et populi assistentis oculos pene effugiat.* Hinc etiam notandum ex cæremoniali Episcoporum, quod si in altari adsit statua crucifixi, non oportet ut alia crux apponatur. Idque confirmatur in præfato decreto *Benedicti*, dum ibi dicitur ex sententia *Pasqualigi, Quarti, et Giribaldi*, cui se conformavit Sacr. Congr. Rituum in quodam decreto apud *Meratum* (*n.* 400.) sufficere crucifixum in majori tabula altaris depictum, aut cælatum. Docet etiam *Pignat.* (*T.* 9. *Consult.* 89.) non esse opus, ut crux, aut aliæ sacræ imagines sint benedictæ (*l.* 6 (v). *n.* 393.). Requiritur IX. *Duplex candela* accensa ex cera ; non ex sebo, vel oleo, nisi celebrandum sit ex necessitate, non si autem ex devotione (*l. c. n.* 394.). Requiruntur X. et ultimo *bursa, velum, pulvillus* (sive *legile*), et *manutergium* ; et sine istis celebrare, quando nullum eorum habetur, merito ait *La Croix* nullum esse peccatum (*l. c. n.* 3 95.). Celebrare, capite cooperto per totam Missam est mortale; secus usque tantum ad canonem (*l. c. n.* 397.).

123. — Notandum 1. quod Neo-Presbyteri consecrando cum Episcopo, vere celebrant, licet unum sacrificium faciant; in quo autem primarius celebrans est Episcopus, et sacerdotes sunt etiam causæ totales consecrationis, sed morales, quæ unum effectum pariunt, ad differentiam causarum totalium physicarum, quæ diversos causant effectus. Quisque autem ordinatus in sacerdotium debet tunc proferre verba consecrationis, cum intentione consecrandi, attamen sub conditione si conformentur sua eodem tempore cum verbis Episcopi, alias graviter peccaret (*l. c. n.* 232.).

124. — Notandum 2. quod Episcopus Neo-Presbyteris tres injungit Missas celebrandas, unam de Spiritu sancto, aliam de B. Virgine, tertiam pro defunctis. An autem sit obligatio gravis has dicendi Missas? Affirmant *Suar Laym. Azor, etc.* Sed negant *Soto, Pal. Val. Pelliz. etc.* Cæterum duo videntur certa. 1. quod hoc Episcopi præceptum transgredientes saltem venialiter peccent; 2. hujusmodi præceptum non obligare ad applicandas Missas pro Episcopo, cum id non exprimatur ; tanto magis quia ipse subdit: *Et etiam pro me orate.* Non autem quod illæ tres Missæ dicendæ sunt primis diebus, in quibus Missæ votivæ dici possunt (*l.* 6. (v) *n.* 829.).

125. — Notandum 3. quod, ut commu-

[1] Confer. *l.* 6 (v). *n.* 393.

niter traditur, Missa celebranda est alte, breviter, clare, devote, et exacte, *Alte*, ita ut non dicantur submisse, quæ alte sunt dicenda: sed ita proferantur, ut saltem a *circumstantibus audiantur*, prout dicit Rubrica; alioquin celebrans non excusatur a culpa, sed tantum veniali. Idem dicendum de eo qui alte recitat, quæ submisse dici debent. Imo *Gavantus* et *Quarti* putant esse mortale (sed non satis id ratione probant) dicere alta voce ea quæ submisse sunt dicenda; et consentit *La Croix* quoad verba consecrationis, dicens peccare mortaliter qui illa proferret ita elate, ut audirentur ad decem passus, ubi magna esset populi pars; sed merito *P. Concina* hoc non audet approbare (*l. c. n.* 415. et 416.). *Breviter*, id est, ut ordinarie loquendo non excedatur media hora, monente Rubrica, ut Missa non dicatur *nimis morose, ne audientes tædio afficiantur*. Subdit autem Rubrica, *Nec nimis festinantur*; hinc sapienter ait *Card. Lambertinus Notif.* 34. *n.* 30.) cum aliis communiter, Missam non debere esse longiorem dimidia hora, nec breviorem triente, id est tertia parte horæ. Qualiter autem peccent qui celerius celebrant, *vide dicta lib.* 6 (v). *n.* 400. ubi diximus missam (etiamsi sit defunctorum) persolventem infra quadrantem non excusari a culpa gravi. *Clare*, id est sine verborum mutilatione; quæ si sit notabilis, et sensus per eam varietur, erit mortalis (*l.* 6 (v). *n.* 407.). *Devote*, id est sine distractione, quæ si voluntaria sit in canone, et præsertim in consecratione et sumptione erit mortalis, ut vult *Tamburinus*, licet aliqui contradicant. Si autem habeatur extra canonem, dicitur idem quod dictum est de Horis canonicis (*vide n.* 75.) *Exacte*, id est ne omittatur aliquid de iis quæ dicenda sunt. Hic autem notandum, quod si omittantur partes ordinariæ, nempe quæ in Missa semper dicenda, vel agenda sunt, erit mortale, si materia sit notabilis, prout esse omittere in canone quamlibet orationem, vel *Pater noster*, vel fractionem hostiæ cum illius mixtione in calice, vel purificationem patenæ et calicis post sumptionem, vel octo aut decem verba canonis. Sic pariter erit mortale extra canonem omittere totum Introitum, vel duas ex collectis principalibus, vel epistolam, evangelium, offertorium, vel infusionem aquæ in vinum consecrandum. Veniale tamen erit omitterre tantum Psalmum *Judica*, vel *Kyrie eleison*, unam ex collectis, unam vel alteram crucem super oblata, tunsionem pectoris vel ablutionem digitorum, et idem probabiliter dicunt de *Lugo*, et alii de evangelio *S. Joann.* (*l.* 6 (v). *n.* 406.). Sic quoque veniale tantum est omittere partes extraordinarias, uti sunt *Gloria*, *Credo*, *Sequentia*, *Tractus*, propriam præfationem, aut *Communicantes*, et *Hanc igitur* propria; ita communiter omnes, nisi tot partes omittantur, quæ simul sumptæ notabilem constituerent materiam, ut bene advertunt *Conc.* et *Wigandt*, quidquid dicant *Quarti, et Pasq.* (*l. c. n.* 409.).

126. — Notandum 4. prohiberi Missas votivas, vel *de requiem* in Dominicis, et festis duplicibus, atque in octavis privilegiatis; nisi graves urgeant causæ, nempe si urgeat publica necessitas, si fiat expositio SS. Sacramenti per 40 horas, item in die obitus præsente cadavere, etc.: hæc autem intelligenda tantum de Missa solemni (*l. c. n* 421.); an autem in prædictis festis vetentur Missæ votivæ sub gravi culpa? Negant communiter *Lugo. Suar. Bon. Escob. Salm. Ronc.*, et alii plures. Recte vero limitant *Escob.* et *Ronc.*, si tunc occurrat festum solemne saltem propter grave populi scandalum. Imo in festis duplicibus Missæ *de requiem* districte prohibentur in decreto Sacr. Congr. approbato ab *Alex. VII*; in pluribus autem casibus cantari possunt Missæ defunctorum in duplicibus etiam majoribus, scilic. 1. In die obitus præsente cadavere; et hoc etiam in Dominica, vel in aliis solemnioribus, modo non sint 1. classis. 2. Cum primum habita fuerit notitia obitus alicujus. 3. In anniversario relicto a testatore. Item in die tertio, septimo et trigesimo: si vero hi dies accidant in festo de præcepto, transferantur in diem sequentem, vel anticipentur sub eodem ritu. 4. In festo duplici min. si petatur anniversarium pro aliquo defuncto, potes cantari Missa. Ita ex pluribus decr. Sacr. Congr. Rit. (*Vide l. c. n.* 420.). Exceptis autem festis duplicibus, aliisque ut supra, de Missis votivis sic loquitur Rubrica: *Missæ votivæ in Missis privatis dici possunt pro arbitrio sacerdotum* Sed deinde statim advertit: *Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa prout esset specialis devotio sacerdotis, vel petitio de votiva dantis eleemosynam.* Quapropter dicens votivam præter has causas, vix excusabitur a veniali (*n.* 119.). Cæterum tenetur sacerdos Missas voti-

vas celebrare, juxta petitionem dantium eleemosynam, diebus quibus licite dici possunt. Hicque notandum cum *D. Th.* (*Suppl. q.* 71. *a* 9. *ad* 5.), quod Missa *de requiem* magis prodest defunctis propter orationes quæ in ea dicuntur.

127. — Notandum 5. non licere plurios in die sacrificare, nisi in hisce casibus, 1. ad ministrandum Viaticum; 2. si die festo adveniant personæ, quas non deceat sacrum omittere, uti rex, aut princeps, aut Episcopus; 3. si pastor habeat duas parochias dissitas, et aliter populus alter careret Missa in festo de præcepto. Advertit *Bened. XIV.* in Brevi, *Declarasti*, edito ann. 1746. de hac re semper impetrandam esse facultatem ab Episcopi, etiamsi necessitas intercedere videatur. Præterea advertit, quod de casibus enuntiatis solus casus, cum parochiæ sunt dissitæ, in consuetudine est. Item advertendum olim licuisse parocho in die Dominica post Missam pro populo dicere alteram pro defuncto, præsente cadavere; sed idem *Bened. XIV.* in indulto. *Quod expensis*, etc. dato 26. August. 1748. in § *Nova, circa fin.* declaravit in hodie non amplius permitti, cum liceat parocho dicere Missam pro defuncto, et transferre Missam pro populo ad diem infra hebdomadam.

128. — Notandum 6. quod si, **dum** celebratur, Ecclesia polluitur, vel accedit excommunicatus vitandus, qui monitus nolit discedere, tunc sacerdos ante consecrationem Missam dimittere debet : postea vero pergat usque ad sumptionem, et statim discedat. Demum hic notandum, quod facta consecratione nunquam licet Missam interrumpere, nisi tantum ad baptizandum, vel absolvendum hominem jamjam moriturum; ita DD. communiter (*l.* 6 (v). *n.* 354.).

§ III. *De potestate sacerdotis.*

129. — Simplex sacerdos ex potestate ordinis suscepti tantum Eucharistiæ Sacramentum conficere potest, et etiam ministrare, excepta communione Paschali; nam ad alia requiritur potestas jurisdictionis. Hinc nequit sine licentia parochi baptizare, neque Extremam Unctionem, aut Viaticum ministrare, nec Matrimonio assistere; et sine licentia Episcopi expressa aut saltem præsumpta de præsenti, nequit extra casum necessitatis confessiones excipere, nec etiam venialium aut mortalium prius confessorum ex decr. *Innoc. XI* (*vide dicta lib.* 6 (v). *n.* 543.). quia dicitur in Trid. ratio judicii, quod exercetur in administratione Pœnitentiæ, exposcit ut jurisdictio non exerceatur nisi in subditos, qui per licentiam Episcopi sacerdoti subjiciuntur.

130. Diximus autem *n.* 35. quod initiandi ad presbyteratum debent habere scientiam eorum saltem quæ communiter scienda sunt ad excipiendam confessionem moribundi. Quapropter refert hic annotare pauca principaliora, et scitu magis necessaria. Notandum 1. quod sacerdos simplex nequit infirmum absolvere in præsentia confessarii approbati, exceptis sequentibus casibus : 1. Si approbatus nequeat vel nolit confessionem excipere. 2. Si approbatus sit excommunicatus vel suspensus. 3. Si esset approbatus tantum in alia diœcesi. 4. Si infirmus ita horreret apud illum confiteri, ut esset in periculo occultandi peccata. 5. Si approbatus superveniat post incœptam confessionem apud simplicem sacerdotem. 6. Si approbatus sit complex infirmi in peccato turpi (juxta dicta in Opere *lib.* 6 (v). *n.* 563). Notandum II. quod si moribundus absolutionem postulat, vel signa dat pœnitentiæ sacerdoti præsenti, absolute est absolvendus ; si vero est sensibus destitutus, et adsit alter qui testatur ipsum postulasse confessarium, vel signum ostendisse doloris, tunc alii dicunt etiam absolute absolvi posse; sed tutius cum aliis dicimus absolvendum sub conditione. Et sic absolvendum censemus cum pluribus, etiamsi moribundus nullum dederit signum; imo etiamsi fuerit destitutus in actu peccati (*vide dicta in Opere lib.* 6 (v). *n.* 480. *et seq.*). Notandum III. quod sacerdos simplex, deficiente approbato, potest absolvere fideles a quibusvis peccatis et censuris, non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis. Censetur autem in periculo mortis esse, non tantum qui laborat morbo proxime periculoso mortis, sed etiam qui longam navigationem aggreditur, vel mulier quæ est in difficili partu; item qui est in periculo incidendi in amentiam; insuper qui est captivus apud infideles, carens spe libertatis, et habendi confessarium approbatum. Notandum IV. quod infirmus, qui absolvitur a censuris reservatis, monendus est, quod si convalescat, tenetur se præsentare superiori, alias in easdem censuras reincidet; secus vero si absolvitur tantum a peccatis sine censura. Ultimo notandum, quod quis-

que sacerdos, ut sit idoneus in necessitate ad excipiendas confessiones infirmorum, debet non ignorare saltem principia universalia scientiæ moralis.

§ IV. *De munere docendi, et prædicandi.*

131. — Cum autem sacerdotis etiam sit docere populos, et prædicare evangelium, operæ pretium est hic demum annotare, quæ docenda sint et quomodo evangelium explicandum. Quoad primum, ... super omnia diligere; huic præcepto alterum adjicitur charitatis, scilicet diligendi proximum, sicut nos ipsos. 4. Ad salutem demum obtinendam sunt etiam necessaria bona opera, servando mandata Dei, et Ecclesiæ, quæ in decalogi et Ecclesiæ præceptis continentur.

132. — Quod autem spectat ad secundum munus explicandi evangelium, sive Scripturam, sciendum, duos ipsam sensus habere, *litteralem*, et *mysticum* : Ille

APPENDIX QUARTA TOMI QUARTI

AUCTORE S. ALPH. DE LIGORIO

PRAXIS CONFESSARII

AD BENE EXCIPIENDAS CONFESSIONES

INTRODUCTIO AB AUCTORE

1. Magna utique erit merces, qua in æternitate compensabuntur boni confessarii, et de sua prædestinatione ita securi sunt ii qui se ad animarum salutem occupant, ut Jacobus Apostolus (c. 5. v. 20.) perspicue hoc testetur his verbis : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus* (nempe ejus qui converti fecerit, et ut loquitur textus græcus, *animam suam a morte, et operiet multitudinem peccatorum*. Sed luget atque lamentatur Ecclesia, videns tot filios suos propter malorum confessariorum sive imperitiam, sive incuriam, sive impietatem ad gehennam destinari ; etenim ex illorum bono aut malò regimine potissimum populi pernicies, aut salus pendet. Habeantur idonei confessarii (dixit *S. Pius V.*), ecce omnium Christianorum omnimoda reformatio. Non enim est dubitandum, quin, si omnes confessarii ea pollerent scientia, et morum bonitate, quas tantum ministerium exigit, nec mundus ita peccatorum cœno deturpatus esset, nec infernus tot baptizatorum animabus repleretur. Et cum *bonitatem* dico, non hic intelligo illam solam habitualem, quæ simplicem gratiæ statum, sed positivam bonitatem, quæ ministrum pœnitentiæ decet, cui tanquam nutrici duplex alimentum opus est, unum ad sui, alterum ad prolis sustentationem ; quoniam cum confessarius aliorum conscientias dirigere debeat, maxime ei cavendum erit, ne nimia indulgentia, aut immoderato rigore erret. Debet enim tot peccatorum ulcera tractare, quin se deturpet : cum mulieribus et adolescentibus sæpe versari, eorum confessiones de iis rebus, de quibus magnopere erubescunt, excipiendo quin sibi aliquid damni evenisse sentiat : cum personis præclaris, abscisso omnium humanarum rerum respectu, magna fortitudine armari. Et, ùt omnia unico verbo complectar, debet esse in charitate dives, in mansuetudine mellifluus, in prudentia gravis. Qua de re, ut hæ omnes partes, ut par est, adimpleantur, non vulgari opus est bonitate, quam certe numquam assequetur ille, cui oratio non est perfamiliaris, nec meditatio est quotidiana ; etenim alia via lucem, et gratias huic tanto muneri (etiam ipsis angelicis humeris, ut dici solet, formidando) necessarias obtinere nemo potest. Sed deveniamus ad nostri laboris institutum, nempe ad praxim confessiones excipiendi, de qua dumtaxat hic fiet sermo. In hac Praxi multas delibabo doctrinas ad ipsammet spectantes, sed ne repetam ea quæ in Opere morali fusius descripsi, hic tantum (per interjectas litteras indicantes) annotabo loca Operis ; ad quæ lectorem remittam, ut copiosius doctrinas rationibus, et authoritatibus confirmatas, perlegat.

Ad frontem tractatus hujus, quem valde ampliaturi sumus, non nobis dedecere videtur 1° citare testimonia quæ circa confessionis institutum Scavini refert. 2° Orationes præmittere quas commendat idem theologus recens, confessariis confessionem excepturis, confessioneque audita discedentibus. 3° Indicationes dare quas redegerunt

Dubois et Gousset de methodo quæ fieri confessio decet tam a parte confessarii quam a parte pœnitentis.

« I. Circa Confessionis sacramentalis divinam institutionem, inquit Scavini, atque utilitatem vel ipsos inimicos appellamus. Sic inter Protestantes Leibnitzius, *Syst. Theol.*, habet : *Mandatum* (a Deo) *est ut qui mundatus esse vult, se Sacerdoti ostendat, peccataque confiteatur... totum autem hoc institutum divina Sapientia dignum esse negari non potest; et si quid aliud, hoc certe in christiana Religione præclarum et laudabile est, quod et Sinenses ac Japonenses sunt admirati. Nam et a peccatis multos deterret confitendi necessitas, eos maxime qui nondum obdurati sunt, et lapsis magnam consolationem præstat, ut adeo putem pium, gravem et prudentem Confessarium magnum Dei organum esse ad animarum salutem.* — Renanus ait : *Quid per Deum immortalem utilius habere potest Ecclesia ad continendum disciplinam, quid commodius, quam privatam istam Confessionem ad populum in necessariis erudiendum!*

« Sublata sacramentali Confessione, Norimberga civitas misit ad Cæsarem legationem, per quam cives illi petebant, ut Cæsar Imperatoris jure Confessionem auricularem indiceret; aiebant enim se usu et more intellexisse Rempublicam suam, postquam Confessio cessaverat, vitiis contra justitiam et alias virtutes scaturire, quæ illis antea fuerant ignota. Et Lutheranus Wizel scribit : « Wittemberg et ce qui l'entoure nous demandent à grands cris la confession, la confession! — Que le diable les confesse à ma place, s'il le veut! Et quelles bonnes confessions pourraient-ils faire? lorsque maintenant cela se pratique par cette secte en haine de l'Église, sans ordre, sans respect, sans dévotion... Quelques-uns, par antipathie pour la confession, s'éloignent de tous les sacrements; d'autres ne s'approchent du pasteur que pour lui demander l'absolution, bien entendu, sans se confesser; ils se sont, disent-ils, confessés à Dieu lui-même; tout cela sans contrition, sans repentir. Et comment pourraient-ils avoir quelque repentir si chaque jour on leur prêche que Dieu ne nous impute pas les péchés, et que les péchés n'amènent la damnation que de ceux qui n'ont pas la foi, que le Christ a satisfait pour tous et que par conséquent les bonnes œuvres sont inutiles? Ils ont fait représenter des images de Jésus-Christ portant de grands sacs pleins de péchés. A merveille! mes amis; ne l'épargnez pas. Chargez, chargez fort : le Seigneur a de bonnes épaules, il portera votre fardeau; oui..., mais pour le déposer dans un lieu sûr où vous le trouverez un jour enseveli avec vous-mêmes dans l'abîme éternel. »

« Vel ipse Voltarius, *Dictionnaire phil.*, art. *Confession*, ait : « La confession est presque aussi ancienne que la société civile. On se confessait dans tous les mystères d'Égypte, de Grèce, de Samothrace. Il est dit dans la Vie de Marc-Aurèle que, lorsqu'il daigna s'associer aux mystères d'Éleusis, il se confessa à l'hiérophante, quoiqu'il fût l'homme du monde qui eût le moins besoin de confession. » Rousseau, *Émile*, l. IV : « Que de réparations, que de restitutions la confession ne fait-elle point faire chez les catholiques! » Marmontel, *Mémoires* : « Quel préservatif salutaire pour les mœurs de l'adolescence que l'usage de l'obligation d'aller tous les mois à confesse! »

« V. Scheffmacher, *Lettres à un gentilhomme protestant.* — Tonso, *Quaresimale*, predica : la Confessione, con note. — Valle, *Sulla Confessione auricolare contro l'opusc. Desanctis.* — Negri, *Errori di L. Desanctis sul dogma della Confessione*, etc. » (T. IV. n. 122.)

II. « In tam gravi re, inquit idem laudatus auctor, jugiter oportet Dei auxilium expostulare. Porro antequam audiantur Confessiones hæc vel alia similis poterit usurpari oratio : *Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut sciam judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare traditas mihi Claves Regni Cœlorum, ut nulli aperiam cui claudendum est; nulli claudam cui aperiendum est. Sit intentio mea pura; zelus meus sincerus; charitas mea patiens; labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa; asperitas non severa, pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alliciendos peccatores suavem; ad interrogandos prudentem; ad instruendos peritum. Tribue, quæso, ad retrahendos a malo solertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam. In responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam. Inutilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer. Alios salvem; me ipsum non perdam. Amen.* (Pius IX concedit Indulgentiam centum dierum iis Confessariis qui hanc orationem recitaverint corde contriti ac devote, antequam Confessiones audiant; at tantum semel in die.)

« Confessione vero peracta, hæc vel alia recitari poterit oratio : *Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, misericorditer suscipe hoc ministerii mei obsequium; et quidquid in hujus Sacramenti administratione negligenter minusque digne perfeci, tu per te supplere et satisfacere digneris. Omnes et singulos qui mihi confessi sunt, una mecum dulcissimo Cordi Tuo commendo, rogans ut nos custodias, a recidivis præserves, atque simul omnibus gratiam concedas tibi recte fideliterque serviendi, et in amore tui usque in finem perseverandi. Amen.* » (T. IV, n. 275.)

III. « La préparation faite, inquit Dubois, dirigez-vous vers le confessionnal sans précipitation et les yeux modestement baissés.

« La confession va commencer : quand la bénédiction vous a été demandée par ces mots : *Mon Père, bénissez-moi parce que j'ai péché*, prononcez la formule de bénédiction : *Deus sit in corde tuo* etc., et restez en silence jusqu'à ce que le pénitent ait achevé la première partie du *Confiteor*. C'est ici que les confesseurs qui débutent éprouvent quelque embarras. Nous leur recommandons d'adopter, pour tout le temps qu'ils exerceront le saint ministère, la méthode que nous allons leur proposer.

« Nous croyons d'abord que le confesseur doit prendre le premier la parole ; cela met déjà le pénitent à l'aise et diminue l'appréhension dont il est quelquefois saisi quand il est timide. Il y a des confesseurs qui ne disent pas un mot aux pénitents au début de la confession ; ils les laissent s'expliquer comme ils peuvent et ne semblent pas s'apercevoir de leur timidité et de leur trouble. Ne vous conduisez pas de cette manière ; dites, par exemple : « Comme c'est la pre-
» mière fois que vous vous confessez à moi,
» il est possible que vous éprouviez un peu
» de crainte et d'embarras : cela n'est pas
» étonnant ; mais soyez tranquille, mon en-
» fant ; je me charge de vous interroger, ne
» vous troublez point. Quels que soient les
» péchés que vous ayez commis, je vais les
» entendre avec la plus grande douceur et
» vous rendre la paix si vous l'avez per-
» due. » Cette précaution est excellente à l'égard des nouveaux pénitents. Commencez ensuite le dialogue suivant :

« — Y a-t-il longtemps que vous ne vous êtes confessé ?

« — Environ six mois, mon Père.

« — Reçûtes-vous alors l'absolution ?

« — Oui, mon Père.

« — N'avez-vous rien, mon enfant, qui vous trouble la conscience dans votre vie passée ?

« — Non, mon Père, je suis tranquille sur mes anciennes confessions.

« Si, au lieu de cette réponse, on vous disait ou si seulement on vous laissait entrevoir par un air de réticence et de contrainte qu'on n'est pas parfaitement rassuré sur les confessions précédentes, éclaircissez le mystère qu'on ne vous révèle qu'imparfaitement et dites avec une grande douceur :

« — Mettez-vous parfaitement à l'aise, mon enfant ; déclarez-moi bien franchement tout ce qui vous fait ombrage ; autant la mauvaise conscience est insupportable, autant la bonne est accompagnée de douceur et de consolation. Oh ! que vous serez content quand vous m'aurez dit tout ce que vous avez dans l'âme ! » (*Le Guide du séminariste et du jeune prêtre*, part. III, c. XIX.)

Demum audiamus Gousset :

« Le prêtre étant assis [1] dans le confessionnal avec un grand recueillement, le pénitent se mettra à ses pieds, à moins qu'il n'en soit empêché par une grande infirmité, fera le signe de la croix, en disant : *Benedic mihi, Pater, quia peccavi ;* ou bien en français : *Bénissez-moi, mon Père, parce que j'ai péché*. A cette parole *mon Père*, le confesseur se souviendra qu'il est le père de ses pénitents, qu'il doit les aimer avec tendresse et se donner lui-même pour leur salut. « Ayez donc pour eux un cœur de
» père, dit saint François de Sales, recevez-
» les avec affection, écoutez-les avec bonté ;
» la rudesse de leurs manières, leur igno-
» rance, la faiblesse ou tout autre défaut ne
» doit pas vous dégoûter ; ne cessez jamais
» de leur prodiguer vos soins, tant qu'il y
» aura quelque espoir d'amendement. » (Avis aux confesseurs.) Le prêtre, la tête découverte, bénit le pénitent en faisant le signe de la croix et en disant en même temps : *Deus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut rite confitearis peccata tua ; in nomine Patris ✝ et Filii et Spiritus sancti. Amen*. Ensuite il se couvre avec la barrette. Le pénitent dit alors le *Confiteor* en latin ou en français jusqu'à ces mots *par paroles et par actions* inclusivement. Alors il confesse ses péchés. Après la confession il ajoutera : « Je m'accuse de tous les péchés que j'ai
» commis et de ceux dont je ne me sou-
» viens plus : j'en demande pardon à Dieu
» et à vous mon père, pénitence et absolu-
» tion, si vous me jugez digne de la rece-
» voir. » Ensuite il achève le *Confiteor* en se frappant la poitrine à ces paroles : *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.* »

Nunc est legere, ac studere illi, S. Alphonsum nostrum qui undecim fecit capitula, scilicet :

1. De officiis confessarii.
2. De interrogationibus ad rudes.
3. De interrogationibus ad parum meticulosos.
4. De agendi ratione cum iis qui sunt in proxima occasione peccandi.
5. De agendi ratione cum habituatis et recidivis.
6. De agendi ratione cum pœnitentibus qui sunt in casibus peculiaribus relative ad jus canonicum.
7. De agendi ratione cum personis diversi generis.
8. De prudentia quoad seligendas opinio-

[1] « 1° On doit entendre, inquit Careno juxta Synodum Novariensem, les confessions (quoad potest) non debout, mais assis, parce qu'il est de la dignité du ministre de Jésus-Christ de siéger et non de se tenir debout (Conc. Prov., VI, c. VII) ; 2° il faut réfléchir sur l'inconvénient qu'il y aurait à entendre les confessions dans une pièce éloignée de l'habitation curiale, parce qu'il peut n'y avoir pas toujours en cela sécurité parfaite pour le confesseur, surtout s'il s'agit de pénitents étrangers ou d'une conduite suspecte : on a vu des cas où cela était dangereux. » (esume. XVII.)

nes, corrigendos errores suos, custodiendum sigillum, excipiendas, denique, confessiones mulierum.

9. De directione animarum spiritualium.

10. De quibusdam monitis ad confessarios et parochos.

11. De diversis ad rem.

CAPITULUM PRIMUM

DE OFFICIIS CONFESSARII

2. QUATUOR sunt officia, quæ bonus confessarius exercere debet, patris nempe, medici, doctoris, et judicis. In hoc capitulo de quolibet istorum sigillatim sermo erit.

§ I. *Circa officium patris* [1].

3. CONFESSARIUS, ut boni patris partes adimpleat, debet charitate esse plenus. Et primo charitatem adhibere debet in benigne excipiendo omnes, sive pauperes sive rudes, sive peccatores sint. Nonnulli tempus solummodo insumunt in audiendis confessionibus aliquorum devotorum, aut personarum spectabilium quia, ut has a se repellant, non est eis tantus animus ; si tamen ad se aliquis miserabilis peccator accedat, ægre auditur, et conviciis oneratus arcetur ; unde fit, ut ille miser, qui postquam sibi maximam vim intulerit, quoad sua peccata confitenda veniret, se tam aspere acceptum sentiens, odium in Pœnitentiæ Sacramentum concipiat, et desperans se posse invenire qui sibi opituetur, et se absolvat a peccatis, in perditæ vitæ lubricum laxis habenis præceps ruat, et in salutis desperationem incidat. Secus boni confessarii agunt ; cum ad se hujusmodi peccatores confluunt, benigne hos excipiunt, et (*quasi victor capta præda*) exultant, perpendentes sibi sortem contigisse, animam de manibus dæmonis eripere. Sicut hoc Sacramentum proprie non pro justis fuisse constitutum, sed pro peccatoribus; etiam enim veniales culpæ, ut remittantur, non indigent sacramentali absolutione ; cum multis aliis modis deleri possint. Sciunt quoque Christum potestatem fuisse his verbis : *Non veni vocare justos, sed peccatores. Marc.* 2. 17. Propterea confessarius charitatis viscera induens, quo magis animas peccatorum multitudine et atrocitate coinquinatas reperiat, eo magis, ut Deo ipsas lucrifaciat, majore charitate eas amplectatur, eisque animum præbeat his aut similibus verbis. *Eja frater ! bono animo esto, noli timere ; peccata tua impavide confitere. Aperi omnia confidenter nullius te pudeat. Nihil refert, si in omnes tuæ conscientiæ sinus non introspexeris : sufficit si ad interrogata respondeas. Age Deo gratias qui te hucusque ad pœnitentiam expectavit. Nunc tibi mutanda est vita. Lætare, quia Deus certe omnia peccata, quantumvis ingentia, tibi remittit, si bonam habes voluntatem ; ideoque te expectavit ut tibi parceret. Igitur hilari animo dic omnia, nihil involucris tegas.*

4. Charitatem deinde longe majorem ostendere debet in confessionem excipiendo. Caveat ne se impatientem, aut tædio affectum exhibeat; nec ostendat admiratione percelli de peccatis quæ narrantur; modo pœnitens non sit ita animo durus, aut petulans, ut plura et atrociora peccata sine ullo rubore, et sine ulla displicentia animique sensu exponeret, quia tunc opus est pro viribus efficere, ut a pœnitente quanta sit illorum deformitas, et magnitudo percipiatur, ideoque tunc acrior requiritur correctio, ut ipse a lethali lethargo expergefiat. Verum quidem est, quod (ut dicunt doctores) in actu confessionis abstinere debeant confessarii a correctione facienda, ne forte exterriti pœnitentes peccata reticeant; nihilominus hoc intelligitur regulariter loquendo, cæterum multoties expedit ad ulteriora non procedere, et statim pœnitentem corripere, præcipue cum confitetur peccatum valde enorme, aut si ipse fuerit in aliquo vitio habituatus, ut peccati gravitatem comprehendat. Advertat tamen, ne eum exasperet, nec perterreat. Quapropter, postquam eum, quantum opus fuerit, corripuerit, statim ei animum faciat ad reliqua peccata confitenda, dicens : *Eja frater ! vis te ab hoc vitio resipiscere ? Non ita est? Et quoniam hoc facere es paratus, esto animo hilari. Itaque enarra reliqua peccata, nihil reticens. Cave, quæso, ne sis aliquod sacrilegium commisurus ; hoc enim esset maximum omnium peccatorum, quæ hucusque commisisti. Igitur dic omnia animo forti, vince teipsum : Confitere omnia sincere : Deus enim paratus est tibi parcere.*

5. Deinde in fine confessionis oportet, ut confessarius vehementiori ardore ac studio incumbat, ut pœnitenti percipere faciat gravitatem et multitudinem ejus peccatorum, ac miserum damnationis

[1] Ad quod pertinet charitas. *Hom. ap. tr.* 21. *n.* 2
Edit. A. LECLÈRE.

statum in quo reperitur; sed hoc semper maxima cum charitate fiat. Verumtamen est congruentius tunc verbis gravioribus uti, ut sic melius ad bonam mentis frugem redire possit; nihilominus efficere debet, ut pœnitens intelligat hoc, quod ei dicitur, non ab animo irato, sed ex singulari amore et commiseratione erga suam animam procedere. Quod poterit hoc modo exprimi : *Fili mi, considerasne vitam damnati, quam duxisti? Percipisne malum, quod operatus es? Quid tibi mali fecit unquam Deus tuus, quem tu ita perdite contempsisti? Si Jesu Christo nullus fuisset tibi inimicior, potuisses cum illo te gerere pejorem? Sed quæso, animadverte quis sit hic Jesus. Hic est ille qui cum esset Deus, nullius egens, factus est homo propter te : voluit mori in cruce, ut te de inferno redimeret. Ah fili, si interim mortuus esses, si in hac nocte, quo iturus fuisses? ubi nunc esses? esses in æterno igne inferni. Quid de te factum erit, si vitam hactenus ductam pergas in posterum vivere? Poteris sic salvari? Expergiscere, et vide quod nisi mores in melius mutes, jam sis damnatus. Quid boni ex tot peccatis tibi collegisti? Nonne consideras, quod duplicem infernum tibi paras, unum hic angoris et miseriæ, alterum illic pœnarum? Age Fili, averte a malo, desine peccare, et te totum in Dei brachia, quæ at te suscipiendum sunt extensa, committe : sufficit quantum ei peccasti. Ego totis viribus, et toto corde te adjuvare volo, veni ad me semper ac tibi lubet, quoniam invenies Patrem, qui te benigne suscipiet. En firmiter nunc statue te sanctum velle effici. Per te stat; Deus enim semper paratus est, et ad hoc tibi hoc tempus impertitus est, ut avertas a malo, et facias bonum. Oh quam bonum est amicum habere Deum! etc.* (*S. Franciscus Salesius*, ut Deo alliceret peccatores, potissimum curabat, ut ipsi cognoscerent pacem qua fruuntur illi qui Deo adhærent, et vitam infelicem quam ducit qui a Deo alienus est). Postea adjuvabit eum ad doloris actum efformandum, et si dispositus est, eum absolvat; et remedia salutaria, quibus possit se a peccatis servare, suggeret, atque ei pœnitentiam imponat (sed de his §. sequenti agetur). Si autem fuerit absolutionis incapax, aut expediens videbitur differendam esse absolutionem, assignet ei diem in quo regredi debeat, dicendo ei sic : *Eja frater! tali die te expecto, ne prætermittas ad me redire; animo forti magnoque sis, ut tibi dixi; commenda te quotidie beatæ Virgini, et veni ad me. Si forte tunc invenies me aliorum confessiones excipientem, accede, te enim ante alios audiam : Si alibi ero, fac ut me arcessant, omnia deseram, ut tu confitearis.* Et sic dulcibus verbis a se dimittat. Hæc est via qua peccatores salvi fieri possunt, nempe cum eis agere quanta maxime fieri potest charitate; alioquin, si ipsi in confessarium incident, qui cum eis inclementer agat, a confessione horrebunt, confiteri negligent, et effrenate in perditionem ibunt.

Circa pietatem, fortitudinem, patientiam, et charitatem confessarii, Scavini disserit ut sequitur :

I « Confessarii pietatem sic describit D. Carolus (*instructione Confessariorum*) : *Confessarius ita sancte vivere studeat, ut pœnitentes non verbis solum, sed exemplis quoque ad virtutum officia erudire possit, neque ejus dicta a factis ullo modo dissentiant.* Hoc necessarium est tum ad Dei gloriam promovendam; tum ad se ipsum a peccatorum occasione custodiendum; tum ad proximos utiliter dirigendos. *Habeantur boni Confessarii* (ad rem aiebat Pius V), *et cito habebitur omnium Christianorum omnimoda reformatio.*

« Cum vero dicimus Confessarii pietatem, non intelligimus solam habitualem et negativam, quæ consistit in nihil mali peragendo, vel in simplici statu gratiæ (sine qua tot gravia peccata Confessarius patraret, quot pœnitentes absolveret); sed vere positivam, quæ consistit in agendo bono positive et ex animo, ut sic fideles sibi persuasum habeant se tutam sequi viam, cum eam et sequantur eorum Directores. *Has tamen partes*, ait Alphonsus noster, *nunquam assequetur Confessarius ille, cui oratio non est perfamiliaris, et meditatio quotidiana; etenim alia via lucem et gratias huic tanto numeri... necessarias obtinere nemo potest.* Studeat præsertim, ut devotionem erga Sanctissimum Christi Cor in se et pœnitentibus foveat : sic enim expresse allocutus est Christus ipse venerabilem Alacoque : *Quicumque cor meum coluerint et late colendum curaverint mira potientur arte ipsorum peccatorum corda vel durissima emolliendi.*

II. « Confessarii fortitudo in eo consistit, ut ipse, abjecto et conculcato quolibet humano respectu, dicat cuicumque pœnitenti, si opus est etiam Regi, cum Præcursore : *Non licet tibi*, memor quod agit causam Dei et animarum. Unde docent unanimiter, si nolit fortitudine excidere Confessarius, ne plausus sibi nobilium et matronarum exquirat; ne existimationem in populo, aut pœnitentium copiam atque frequentiam appetat; ne munera a pœnitentibus sibi

oblata recipiat, quia *munera excæcant oculos sapientum*. Deut. XIV.

III. « Patientia est Confessario necessaria, et maxime cum quibusdam fastidiosis pœnitentibus, timidis, scrupulosis, rudibus, inurbanis, in narratione prolixis et recidivis, si eos lucrari velit. Impatiens omnia præcipitat, animabus est offendiculo, et exercite ostendit potius velle ab officio se liberare, quam illud recte implere. Hinc illud : *Væ his, qui perdiderunt sustinentiam* [1] ! E contrario qui patienter audit ac sustinet, dominatur sibi, nullo fastidio movetur ac salutare opus perficit, adeo verum est, quod *patentia opus perfectum habet* [2].

IV. « Confessarius viscera charitatis induet, si meminerit cujus vices gerit; vocat enim D. Ambrosius Confessarios *vicarios amoris Christi*. 1. Igitur Confessarius charitatem magnam præ se ferat in omnes benigne excipiendo sive pauperes sive divites; siquidem nulla apud Deum est acceptio personarum [3] ; — 2. majorem charitatem ostendat in pœnitentem audiendo : caveat, ne se exhibeat impatientem, aut appareat admiratione percelli de peccatis quæ narrantur. Unde Apostolus : *Fratres*, *etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis hujusmodi, instruite in spiritu lenitatis ; considerans teipsum, ne et tu tenteris* [4] ; — 3. maximam habeat charitatem in bene disponendo pœnitentem, efficiendo ut percipiat gravitatem peccatorum, ac miseriam sui status : « J'ai vraiment horreur, aiebat S. Alphonsus [5], de la conduite de certains confesseurs qui, sans chercher à éclairer ou à émouvoir leur pénitent, le chassent impitoyablement avec ce mot : *Je ne puis vous absoudre*. N'est-ce pas comme si l'on disait à un aveugle : *Marche et tombe dans le précipice* ? » — 4. studium impensæ charitatis huc demum insumat, in adjuvando (si necesse sit) pœnitentem ad doloris actum efformandum. Et si dispositus sit, opportunis correctionibus adhibitis, remediis suppeditatis, ac data congruenti satisfactione, eum absolvat. Quod si sit differenda absolutio, eum dulcibus verbis dimittat assignans diem quo regredi debeat. » (t. IV. n. 125 et 126.)

De paterna autem correctione et monitione Confessarii erga pœnitentem, sic habet P. Gaetano da Bergamo :

« Nous n'avons pas le temps, au confessionnal, de faire de longs sermons, mais nous devons adresser au pénitent de courtes et substantielles instructions capables de convaincre son esprit et de toucher son cœur. Cajétan, dans sa *Somme*, (S. *Correctio*) est d'avis que l'abus principal des confessions vient de l'omission des remontrances qu'on doit faire aux pécheurs. Il n'est que trop juste de convenir qu'il en est ainsi ; car n'est-il pas vrai que le plus souvent on prend du pénitent ce qu'il veut bien dire, et qu'on passe outre? Si c'est un jour où il y ait affluence, on tient à être expéditif ; si ce sont des personnes d'élite, elles savent d'avance ce qu'elles ont à faire ; si ce sont des nobles, il ne faut pas les contrister ; si ce sont des grands, ce sont des supérieurs ; si ce sont des petits, ils ne comprennent pas ; si ce sont des amis, on ne veut pas les éloigner ; si on espère, il faut ménager ; si on craint, il faut éviter d'offenser ; et ainsi on dissimule, on ne se préoccupe que d'attirer beaucoup de monde...

« Je ne nie pas que dans certains cas et avec certains pénitents on ne puisse et on ne doive omettre les remontrances et les reproches... Il y a trois sortes de pénitents envers lesquels il n'est pas à propos d'employer les reproches conformément à ce qu'enseignent les théologiens et la pratique des confesseurs les plus saints et les plus exemplaires : ce sont les pénitents pusillanimes, les pénitents contrits et les pénitents revêtus de l'autorité. On ne doit point les employer avec les *pusillanimes*, de peur que la crainte ne les entraîne au désespoir, et qu'ainsi on ne pousse celui qui tombe ; ni avec ceux qui sont *contrits*, car user de sévérité envers quelqu'un qui fait preuve d'une componction extraordinaire, c'est vouloir donner l'assaut à qui tient déjà les clefs pour se rendre à discrétion ; ni avec ceux *qui ont l'autorité*, à cause des égards qu'on doit à leur position. En outre, le sens des gens élevés est si délicat, qu'il repousse les aliments, à plus forte raison les médicaments, si on ne les lui présente bien assaisonnés. Il ne reste au confesseur que de les avertir avec de justes égards...

« En dehors de ces cas, il faut toujours, quand il en est besoin, *opportunas correctiones adhibere*, mais aussi toujours *paterna charitate*, » etc., etc.

« A celui qui a l'habitude de profaner le nom de Dieu, de Jésus-Christ, etc., on peut dire : Ces noms adorables sont-ils donc faits pour devenir l'objet de notre mépris, l'expression de notre colère, ou des mots de remplissage dans nos discours ? N'avez-vous pas d'autres termes pour exprimer vos sentiments ? Quoi ! c'est du nom de Jésus que vous abusez ainsi, de ce nom qui fait tomber à genoux le ciel, la terre et les enfers ! Le nom de Dieu, prononcé avec les égards qu'il mérite, suffit pour renverser l'armée des anges rebelles et précipiter Lucifer dans les abîmes, et un ver de terre comme l'homme emploiera ce nom ainsi qu'il le ferait de celui d'un saltimbanque, ou d'une

[1] Eccl, II. *V.* Stapf. § 622. Unde aiebat expertus quidam : « Ceux qui veulent obtenir vingt-cinq degrés de science et cinquante de prudence doivent en demander cent de patience.

[2] Jac I.

[3] Deuter. I.

[4] Gal VI.

[5] *V.* Tannoja, in ejus *Vita*, l. III, c. XXX.

fausse divinité! Vous dites que vous en étiez en colère; mais, si un misérable, après vous avoir donné un soufflet, pour s'excuser, prétendait aussi être mû par la colère, accepteriez-vous une telle excuse? Et il vous semble permis, en vertu de votre colère, de mettre ce nom sacré de Dieu au-dessous de celui des plus vils animaux et de tout ce que le monde contient de plus méprisable?....

« A celui qui fait des imprécations contre ses enfants, sa femme, etc. Ce qui caractérise les damnés dans l'enfer, c'est qu'ils ne peuvent que se maudire, il n'y a donc qu'une langue digne de l'enfer qui se laisse aller aux imprécations. Outre qu'il viole la charité, ce défaut scandalise le prochain. Avec vos phrases, *soyez maudits par-ci, soyez maudits par-là*, vous apprenez aux petits enfants le langage de l'enfer. Celui qui veut se sauver doit porter sa croix, etc., etc. Savez-vous si votre femme n'est pas justement la croix qui doit procurer votre salut?....

« Aux pauvres qui ont causé du dommage et volé : Vous ne vous faites pas scrupule de causer ainsi du tort peu à peu et de dérober de petites choses à l'un ou à l'autre ; mais vous chargez ainsi votre conscience et vous vous créez de grandes craintes pour le moment de la mort... Sans doute, ce ne serait point voler que de prendre dans l'absolue nécessité ; mais vous devez vous souvenir que cette nécessité sera estimée au jugement de Dieu. Quand vous êtes dans le besoin, il ne vous est pas permis de vous approprier le bien d'autrui; mais vous devez vous humilier et demander pour l'amour de Dieu les choses qui vous sont nécessaires ; si Dieu avait voulu vous rendre riche, il l'aurait pu ; mais, puisqu'il en ordonne autrement, vous devez vous conformer à sa sainte volonté et vivre dans la pauvreté en bon chrétien. Jésus-Christ, lui aussi, fut pauvre.....

« A un ecclésiastique scandaleux : Plus notre état est sublime, plus la chute est énorme et grave. Dieu nous a confié un ministère qu'il n'a pas donné aux anges, et nous sommes obligés de le tenir en profonde estime et de correspondre à notre vocation par la sainteté de notre vie... Si vous voyiez un séculier communier deux fois par semaine, et passer sa vie dans les plaisirs, la galanterie, les estaminets, vous en seriez peut-être scandalisé. Et vous qui vivez dans l'oisiveté et le vice, ne dites-vous point la messe et ne recevez-vous point Notre-Seigneur tous les jours?... Les séculiers n'ont-ils pas raison d'être scandalisés de votre conduite?... Ce qui m'effraye le plus dans l'état sacerdotal, c'est lorsque je calcule qu'en disant la messe chaque jour, je reçois en moi-même trois cent soixante hosties très-saintes chaque année, et que néanmoins je suis encore si éloigné de cette perfection à laquelle je me reconnais obligé. O Dieu! dis-je en moi-même, une seule communion bien faite pourrait être plus que suffisante pour sanctifier une âme, et après tant de communions je suis encore si loin de la sainteté! Que se passera-t-il pour moi au tribunal de Dieu!... Cette pensée m'épouvante, et je vous engage à la méditer vous-même. Nous sommes prêtres tous les deux, et malheur à nous si nous abaissons notre dignité, parce que *corruptio optimi pessima.* »

§ II. *Circa medici officium* [1].

6. Confessario, ut sui pœnitentis infirmitatibus remediis opportunis occurrat, cognoscenda est origo, et causa omnium spiritualium ejus morborum. Nonnulli confessarii, præter species et numerum peccatorum, nihil aliud inquirunt. Si pœnitentem dispositum vident, statim eum absolvunt: sin minus, quin unum verbum impendant, illico dimittunt, oculo retorto dicentes: *Discede a me, quia te absolvere non possum.* Aliter procedunt boni confessarii; hi enim prius investigare incipiunt morbi originem et gravitatem, interrogando de peccandi consuetudine, de occasionibus, de tempore, de loco, de personis quibuscum, quo rerum concursu. Sic enim melius poterunt pœnitentes corripere, eos ad absolutionem disponere, et remedia salutaria adjungere.

7. His interrogationibus adhibitis, et cognita morbi origine ac gravitate, confessarius procedat ad debitas animadversiones faciendas. Et quamvis ipse tanquam pater debeat charitate pœnitentes auscultare, tamen ut medicus tenetur (quantum opus est) eos monere et corrigere, eos præsertim qui multis mortalibus gravati, ad pœnitentiæ Sacramentum raro accedunt. Et hoc munus etiam adimplere debet, si pœnitens aliqua illustri qualitate fulgeat, nimirum si fuerit magistratus, princeps, sacerdos, parochus, aut prælatus, si de aliquo sui muneris sine nimio animi sensu se accusaret [2]. Ait Summus Pontifex *Benedictus XIV* (*Bulla*, Apostolica. § 12.) : Confessarii admonitiones concionibus ipsis esse efficaciores; et jure merito, quia concionatorem latent cir-

[1] Ad quod spectat prudentia. *Hom. ap. tr.* 21. *n.* 1.

[2] « Cum hujusmodi adhiberi debent correctiones verbis lenioribus et discretioribus, sed majori animi fortitudine et calore, cum ex istorum peccatis propter gravius damnum, quod ipsorum malo exemplo aliis afferri potest, perniciosior flagitiorum consequens esse soleat licentia. » *Hom. ap. tr.* 21. *n.* 4.

cumstantiæ particulares, quæ confessario aperte innotescunt, ideoque multo melius poterit debitas adhibere animadversiones, et remedia quæ morbis expediunt applicare. Nec confessarius tunc debet attendere alios pœnitentes qui ipsum circumstant; nam, ut aiebat *S. Franc. Xav.* (*Tursell. in vita l.* 6. *c.* 17.), melius est paucorum confessiones rite factas audire, quam multorum inordinatas, et sine fructu. Hic animadvertere oportet, quam perperam agant illi confessarii, qui si pœnitentem indispositum nanciscuntur, ne cum illo aliquid insumant temporis, statim a se eum abire jubent. Sciant propterea istiusmodi confessarii, validis niti rationibus sententiam illorum doctorum (*l.* 6. (v) [1] *n.* 608. *v. Hic Adverte*), qui volunt pro viribus teneri confessarium pœnitentem, licet accedat indispositus, ad absolutionem disponere; consideranda ei proponendo v. g. injuriam maximam, qua Deum suis sceleribus afficit, periculum imminens ejus damnationis, etc. Et parum refert quod alii expectent, aut inconfessi discedant; confessarius enim de hoc tantum qui sibi nunc confitetur, non vero de aliis in die judicii rationem reddere debet.

8. Et ita etiam confessarius tenetur admonere pœnitentem de aliqua illius ignorantia culpabili, sive hæc sit juris naturalis, sive positivi. Quod si pœnitens teneretur ignorantia inculpabili; tunc si ea esset circa media scitu necessaria ad salutem, debet confessarius ab hac ignorantia eum removere: si erit circa alia, de quibus potest dari ignorantia invincibilis, licet sit juris divini, et prudenter confessarius existimet admonitionem non esse profuturam pœnitenti, tunc abstinendum erit ab admonitione, et pœnitens relinquendus in sua bona fide. Et in hoc conveniunt doctores rigidioris sententiæ; ratio est, quia magis cavendum est a periculo peccati formalis, quam materialis, quia Deus tantum formale punit; siquidem hoc solummodo in sui offensam habet; hoc fuse probatum est in Opere Morali (*l.* 6. (v) *n.* 610.) cum communi DD. paucis exceptis. Qua de re hic etiam cum communi (*l.* 6. (v) *n.* 611.) infertur, quod si quis matrimonium contraxisset invalidum propter aliquod occultum impedimentum, et in bona fide maneret, et contra periculum subesset infamiæ, scandali, aut incontinentiæ, si manifestaretur matrimonii nullitas, tunc confessarius debet eum in sua bona fide relinquere, donec dispensationem a sacra pœnitentiaria illi obtinuerit (excipe tamen, si dispensatio statim, et facile obtineri possit). Et in hoc casu, nempe cum in bona fide vivitur, si forte pœnitens se accusaret negasse debitum conjugale sine justa causa, dicunt doctores (*Ibid.*) confessarium debere pariter ad hoc illum obligare, dicendo in generali, quod conjuges tenentur sub gravi invicem debitum reddere. Quomodo autem se gerere debeat confessarius cum sponsis, qui jamjam contracturi sunt matrimonium nullum, et timor prudens esset peccati formalis, aut scandali, si manifestaretur ejus nullitas? Observentur resolutiones in Opere scriptæ (*lib.* 6. (v) *n.* 613.), ubi fuse probatum est communem esse, et tutam sententiam posse Episcopum dispensare in impedimento dirimenti, stante illa urgenti necessitate. Et si aditus ad Episcopum etiam esset difficilis, et nullo modo posset evitari gravissimum periculum infamiæ aut scandali, retulimus (*d. n.* 613. *in fine.*) sententiam Auctoris (*Instruct. pro novis Confess. p.* 2. *n.* 32: *ex Ronc. Surd. et Pignat. t.* 3. *consult.* 33. *n.* 5.) qui ait non improbabile esse, imo tutum in praxi posse parochum, vel alium confessarium declarare, quod lex impedimenti tunc non obliget, atque cesset, utpote potius nociva, quam utilis. Sed observa quæ loco citato fusius dicuntur. Ita pariter omittenda esset correctio de restitutione facienda, si certe prævideatur futurum, ut pœnitens, qui nunc esset in bona fide, non pareat monitioni.

9. Nihilominus excipiendi sunt sequentes casus : I. Si ex ipsa ignorantia redundandum esset damnum contra bonum commune (*l.* 6 (v). *n.* 615.), quia tunc confessarius, cum ipse constitutus sit minister in bonum reipublicæ, tenetur præferre bonum publicum bono privato pœnitentis, licet prævideat, correctionem huic non esse profuturam. Qua de re omnino admonendi sunt principes, prætores, confessarii, parochi, et prælati, qui proprio officio desunt; quia horum ignorantia, etiam invincibilis, semper damno erit

[1] Ces indications en chiffres romains, que nous ajoutons entre parenthèses, disent le numéro du livre dans notre édition de S. Alphonse de Ligori. Les diverses éditions, en effet, varient sur l'ordre des livres, sans varier sur celui des traités ni sur les numéros.

Le Noir.

communitati, dum facili negotio alii putare possunt sibi licere, quod vident a Superioribus factitari. Et, ut docet SS. Pontifex *Bened. XIV.* (*Bulla* Apostolica, §. 20.), eodem modo se gerere debet confessarius cum iis, qui frequentant sacramenta, ne licitum judicetur ab aliis, quod impune ab his exerceri animadvertitur. Excipitur. II. Si pœnitens interrogasset, quia tunc confessarius teneretur pandere veritatem (*l.* 6 (v). *n.* 616.); in eo enim casu ignorantia non esset omnino invincibilis, prout requiritur ad hoc ut omitti possit admonitio. Excipitur III. Si brevi esset pœnitens admonitioni assensurus, licet in principio non acquiescat (*Ibid. v. Excipiendum III.*) Quid autem faciendum sit in dubio, an correctio sit profutura, an nocitura? Vide in Opere (*Ibid. v. Utrum autem.*)

10. Post debitas correctiones, sive monitiones, præstat, ut laboretur disponendum pœnitentem ad absolutionem per actus veri doloris, et propositi; quo circa monitos esse volo confessarios, per paucos esse illos pœnitentes, præsertim rudes, qui præposito actu doloris ad confitendum accedunt. Nonnulli confessarii putant satis suo muneri fecisse, si duntaxat hujusmodi pœnitentes sequenti modo interrogent: *Eja postulasne a Deo veniam de omnibus his* (quod revera non est verus actus doloris)? *An te pœnitet ex corde omnium pecatorum*? Et nullo alio verbo interposito, absolutione eis elargiuntur. Totum ab hoc aliud est bonorum confessariorum institutum; hi enim in primis elaborant, ut pœnitentes (sermo est de iis qui lethalibus tenentur) verum dolorem et detestationem peccatorum concipiant. Et prius per attritionis actum eos præparant, v. g. *Fili mi, ubi nunc esse deberes in æternum? In inferno? Ah in illo igne semper cruciandus esses! Nec tibi ulla spes amplius restaret, ut te illinc eripere posses! Ibi esses moraturus ab omnibus derelictus, a Deo rejectus per totam æternitatem! Igiturne te pœnitet te Deum offendisse*, propter *infernum quem meruisti*? Advertendum hic est non fieri actum attritionis si quis diceret, se pœnitere peccati commissi, quia meruit infernum, sed opus habet, ut dicat se pœnitere offendisse Deum, propter quod meruit infernum. Postea curet, ut eliciatur actus contritionis hoc modo: *Fili mi, quid egisti? peccasti in Deum summum et infinitum bonum: nullum illius rationem habuisti. Avertisti faciem tuam ab eo: projecisti eum post tergum tuum: contempsisti amicitiam, et gratiam ejus. Eja ergo, quia offendisti Deum bonitatem infinitam, nunc ex toto corde te pœnitet? Detestare et odio habe super omnia mala omnes injurias, quibus immerito Deum tam bonum affecisti. Nonne jam promptus es millies mori, quam hæc in posterum committere?* Notandum hic 1. quod si pœnitens, obtenta absolutione, etsi immediate post confiteatur aliud peccatum, ut denuo absolvatur, ei novus actus doloris eliciendus est, cum tunc novum fiat judicium (*l.* 6 (v). *n.* 448.) Notandum 2. esse probabile apud plures doctores (*l. c. n.* 445.), ad hoc, ut confessio sit sacramentalis, debere novo dolore informari: quare, cum aliquis confitetur, quin prius actus doloris præcesserit, non sufficit, (cum agatur de valore Sacramenti) si terminata confessione eliciatur dolor, sed requiri amplius, ut post dolorem elicitum replicetur confessio, saltem dicendo: *me accuso de omnibus iis quæ modo confessus sum* [1].

Hic inseramus Scavini monita quoad prudentiam Confessario necessariam:

« Prudentia, inquit, aliarum virtutum oculus est quatenus omnes illuminat, dirigit ac perficit; hanc necessaria messe satis declarat Lateranense IV: *Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati; diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere consilium, et cujusmodi remedium adhibere* [2]. Confessarius autem prudentia maxime indiget in opiniones eligendo, in pœnitentem disponendo, corrigendo, docendo ac interrogando, habita ratione indolis, status ac conditionis ipsius pœnitentis.

« *An* (quæres) *melius sit Confessario uti sententiis rigidioribus, an benignioribus*? R. Si pœnitens ostendat se paratum ad sequendum quod est tutius, per se loquendo, tenetur Confessarius eum dirigere juxta sententias tutiores, etsi rigidiores appareant; cum id sit majoris perfectionis et meriti. Dicimus *per se loquendo;* quia aliquando nedum id sit tutius, imo contingit esse pluribus pœnitentibus periculosius, quia supra modum gravati exterrefiunt totum pondus projiciendo: idcirco ad prudentiam Confessarii spectabit id attente perpendere.

[1] Conferat lector citatum librum 6 (v) n. 445. videatque quomodo duæ sententiæ in hac materia diversæ circ[illegible]entur.

[2] *Decr.* Greg., l. V, t. XXXVIII, *De pæn. et remiss.*, c. XII, *omnis*.

« Quod si non ita pœnitens paratum se sentiat, tunc ad sententias benigniores recurrere debet Confessarius, cum hac advertentia : ut caute inter sententias benigniores distinguantur illæ, quæ et speculative et in praxi vere probabiles sunt et pœnitentem inducunt ad vitandum peccatum, ab illis quæ, licet speculative videantur probabiles, tamen in praxi sunt valde periculosæ, et pœnitentem potius inducunt ad peccatum, uti sunt in materia contra sextum quædam opiniones de tactibus et osculis, quædam affectiunculæ cor nimium occupantes, item aliæ in materia simoniæ atque justitiæ. Has Confessarius non debet sustinere in suo pœnitente, cum ad peccatum trahant; illas vero permittere, cum in illis sententiis nullum invenitur periculum : nam homines ordinarie suavitate magis, quam severitate devinciuntur. En quo sensu benignum potius volumus Confessarium.

« Q. *An Confessarius debeat pœnitentem ignorantem monere?*

« R. Vel pœnitens obligationes suas ignorat ex ignorantia vincibili et mortaliter culpabili; vel ex ignorantia invincibili et inculpabili. Si 1. Confessarius tenetur eum admonere; alias nec sacramento nec pœnitenti consuleres, cum hic sit plane indispositus. Si 2°. adhuc obligatio viget correctionis casu quo fructus speretur; tenetur enim Confessarius bono sui pœnitentis consulere ipsum de suis omnibus obligationibus instruendo; cum etiam sit doctor.

« Quod si ex monitione fructus certo non speretur, communis ac vera sententia (quam tuentur Anacletus, Antoine, Coninchius, Habert, Lugo, Palaus, Roncaglia, Salmanticenses, Sanchez, Sporer, Suarez, aliique innumeri contra paucos) docet Confessarium per se loquendo teneri monitionem omittere et pœnitentem relinquere in sua bona fide. *Mallem aliquando*, inquit S. Bernardus, *tacuisse et dissimulasse, quod agi perperam deprehendi, quam ad tantam reprehendisse perniciem* [1]. Ipsa ratio clamat de duobus malis minus esse permittendum, ut evitetur majus : imo in nostro casu non permitteretur malum formale, sed materiale tantum, quod proprie malum non est, neque Deum offendit. Hinc si Confessarius noverit pœnitentem invalide contraxisse matrimonium ob aliquod impedimentum occultum, et periculum sit infamiæ, scandali, aut incontinentiæ si nullitatem manifestet, debet illum relinquere in bona fide, donec obtineatur dispensatio. Item omittenda est monitio de restitutione facienda, si Confessarius prævideat quod pœnitens qui est in bona fide, non parebit.

« Diximus *si fructus certo non speretur;* si enim dubium est an monitio sit profutura, necne, Confessarius debet pensare gradum timoris ei spei, et quod judicat præponderare. Dubio autem perseverante, monitio videtur omittenda, nam mala formalia potius evitanda sunt, quam materialia [1].

« Diximus *per se loquendo;* nam monitio facienda est a Confessario, etsi non speretur fructus :

« 1. Quando ea omissa, damnum redundaret in bonum commune; quia bonum publicum semper præferendum est bono privato. Nec obstat quod hic et nunc inutiliter fieri videatur : nam talis pœnitens, cum videat se a nemine absolvi, emendabitur aliquando. Hinc omnino monendi Principes, Gubernatores, Episcopi, Parochi, Confessarii, parentes, domini qui maxime quoad sibi subjectos officio suo desunt; et enim ignorantia istorum difficulter erit invincibilis (cum quisque teneatur scire obvias sui muneris obligationes); et si erit, semper damnum afferret communitati, saltem ob scandalum, dum alii facile putant sibi licere, quod vident factitari a superioribus. Hac ratione docet Benedictus XIV Bulla *Apostolica* (26 jun. 1749), etiam eos esse monendos, qui Ecclesiæ Sacramenta frequentant, ne scilicet alii ab iis pravum sumant exemplum.

« 2. Quando pœnitens interrogat : tunc Confessarius debet veritatem patefacere, non plus tamen respondendo quam a pœnitente interrogetur. Nec potest dissimulare; quia cum pœnitens jam incœperit laborare ignorantia vincibili, dissimulatio esset erroris approbatio; et pœnitens ex sententia Confessarii amodo faciet, quod prius agebat ex suo judicio.

« 3. Quando pœnitens, etiamsi in principio non acquiescat, tamen quam citius monitioni obsecuturus prævideatur; fieri enim quandoque solet, ut pœnitens initio conturbatus animo, salutarem monitionem respuat, postea vero mente sedata, eamdem cum fructu recipiat. Si secus, erit expectandum tempus opportunius.

« 4. Quando pœnitens, tacente Confessario, in proxima versatur occasione peccatorum, quibus solitus est assentiri. Tunc ne in malo discrimine relinquatur, monendus est, quod necessario debet fugere occasionem, si velit fugere peccatum.

« 5. Quando pœnitens ignorat necessaria necessitate medii; nam, iis licet invincibiliter ignoratis, non est absolutionis capax, uti tradit idem Benedictus XIV Constitutione *Etsi minime* (7 feb. 1742).

« Q. *An Confessarius debeat pœnitentes interrogare?*

« R. Affirmative, si Confessarius deprehen-

[1] Serm. XLII, *In Cantica*. Et quamvis ipse Confessarius sit doctor; non ideo tamen semper veritatem aperire debet, sed, ut loquitur Angelicus (2, 2, q. 43, a. 7), *secundum congruentiam temporis et personarum*. Et sic respondetur illis qui assertionem nostram dumtaxat extra Confessionem admittunt. — *V.* Liguori. *Op. Mor.*, L. 6 (V) n. 610; *Praxis*, n. 8.

[1] Ipse Concina de correctione fraterna docet in dubio, an profutura sit an nocitura, eam omitti debere; quia dubius imprudenter operationi morali manum admoveret.

dat pœnitentes non integre confiteri, sive quoad numerum, sive quoad species peccatorum, sive quoad circumstantias explicatu necessarias uti sunt præcipue famuli, aurigæ, muliones, satellites, caupones et alii hujus generis, qui vitam solent ducere æternæ salutis negligentem, et procul a concionibus et Ecclesia. Nihil sane facilius est, quam pœnitentem absolvere postquam obiter ac generatim se de illa vel hac peccati specie incusavit, sed nihil damnabilius pro ipso pœnitente, qui in re præcepta, atque ad salutem necessaria deficit: nihil terribilius pro Confessario, qui illum deficere patitur, Sacramenti necessariam integritatem contemnit, ac perfunctorie rem adeo gravem prosequitur. Hinc Rituale : *Si pœnitens numerum et species et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget. Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat : præsertim juniores utriusque sexus, vel alios de eo quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur indeque peccare discant.* Quæ gravis interrogandi obligatio urget etiam quoad obligationes status ipsius pœnitentis, in quo quidem non pauci deficiunt Confessarii.

« Ceterum hæc notamus pro praxi :

« 1. Rustici, qui putantur non satis examinati, ne dimittantur ut melius se examinent; vix enim paratiores unquam redibunt. Imo difficultate conscientiæ examinandæ territi non amplius accedent : ita agere P. Segneri dicit *errorem intolerabilem* [1]. Sed adjuvandi sunt in examine, ut hic et nunc queant absolvi ; ipsos tamen monendo, ut aliis vicibus se rite præparent, modum etiam præparationis eos docendo. Advertat autem Confessarius, se non teneri tam minute hos interrogare : interroget tantum de peccatis, in quæ faciliter incidere possunt, spectata eorum conditione et capacitate. Et si pœnitens videatur sufficienter esse intructus et diligens in confitendo peccata cum suis circumstantiis, juxta statum suum et capacitatem (alio enim modo tenetur se examinare doctus, et alio modo rudis), tunc Confessarius de alio non tenetur interrogare.

« 2. Nulla est obligatio interrogandi eos qui videntur jam satis instructi, et diligentes in peccatis suis dicendis cum propriis circumstantiis; hoc enim inutile esset, ac molestum pœnitentibus.

« 3. Interrogationes aliæ ante Confessionem sunt faciendæ, ut sunt quæ respiciunt tempus ultimæ Confessionis, satisfactionis, implementum, pœnitentis conditionem, etc.; sed istæ paucæ sint, ne pœnitens offendatur. Aliæ in ipsa Confessione, ut sunt quæ respiciunt, v. g., circumstantias, species ac numerum peccatorum, ne differendo Confessarius iis obliviscatur; sed istæ moderatæ sint, ne confusio ingeneretur. Aliæ demum fiant, peracta confessione, uti si, v. g., dubitetur aliquid essentiale fuisse omissum, vel an pœnitens sit rite dispositus : sed hoc debito modo fiat, ne dolor forte evanescat.

« 4. Quoad peccata luxuriæ magna cautela necessaria est in interrogando, ne juniores præsertim doceantur ea, quæ salubriter ignorant. Unde si quid prudenter timeatur, melius est tacere ac permittere, ut aliquid integritati materiali desit. Confessarius interrogabit primum de cogitationibus, dein de desideriis, postea de verbis; in omnibus semper caute. Unde si in his pœnitentes videat innocentes, ne progrediatur; sin autem, ultro inquirat de tactibus ac de opere consummato. Aliquando tamen cum rudibus ab externis actibus incipiendum ut deveniatur facilius ad internos. Item juvat interrogare, an a sociis ad turpia fuerint sollicitati, an turpes tactus admiserint, etc. [1]. » (T I.V. n. 130 ad 133.)

11. Demum incumbendum est confessario, ut applicet ea remedia, quæ opportuniora judicabit pro salute pœnitentis, imponendo ei eas satisfactiones quæ magis convenient ejus morbo, et eas quas prudenter judicabit illum fore executurum. Advertatur hoc, quod licet satisfactiones debeant respondere culpæ juxta Tridentinum (*Sess.* 14. *c.* 8.) quod declarat participes alienorum peccatorum eos confessarios, *qui levissima quædam opera pro gravissivis delictis injungunt*; nihilominus justis de causis potest confessarius minuere pœnite tias, si nempe pœnitens compunctione vehementi affectus sit, aut si jubilæi, aut indulgentiæ plenariæ curreret tempus, et præsertim si infirmitate aliqua, sive corporis sive animæ, laboret. Et denique (ut paucis me expediam) semper et quando prudens timor exoritur, quod ipse correspondentem culpæ satisfactionem non sit adimpleturus. Ita communiter docent doctores cum (*S. Th. lib.* 6. (v) *n.* 509.). Non negamus in Tridentino (*Sess.* 14. *c.* 8.) haberi, injungendas esse satisfactiones pro modo culpæ ; sed scimus etiam ibidem conjungi eas debere esse *pro pœnitentium facultate salutares, et convenientes. Salutares*, nimirum saluti pœnitentium utiles : et *convenientes*, correspondentes nempe, non solum culpæ, sed etiam viribus

[1] Segneri, *Il Confessore istruito*, cap. II.

[1] V. Liguori, *Homo. Apost.*, tract. XVI, n. 120; et *Op. Mor.*, l. 6 (v). nn. 466 et 478; *Praxis*, n. 20.

pœnitentis. Unde fit non esse salutares, nec convenientes eas, quibus vires pœnitentis, spectata spiritus debilitate, non sunt pares ; tunc enim illi essent venenum potius, quam remedium. Et in hoc sacramento potius intenditur vitæ moderatio, quam omnimoda satisfactio ; idemque Rituale Rom (*De Sacr. Pœnit.*) ait a confessario habendam esse pœnitentis rationem. *S. Thomas* (*Supplem. q.* 18. *art.* 4. (dicit : *Sicut ergo medicus... non dat medicinam ita efficacem ut propter debilitatem naturæ majus periculum oriatur* ; *ita sacerdos divino instinctu motus non semper totam pœnam, quæ uni peccato debetur, jungit, ne infirmus.... desperet, et a pœnitentia totaliter recedat.* Et alibi (*Quodlib.* 3. *art.* 28,) : *Sicut exiguus ignis extinguitur, si multa ligna superimponatur, ita accidere potest, ut parvus pœnitentis contritionis affectus pondere pœnitentiæ deficiat.* Et subjungit : *Melius est ut sacerdos pœnitenti indicet quanta pœnitentia esset injungenda et injungat nihilomimus quod pœnitens tolerabiliter ferat.* Et alibi (*Opusc.* 64. § 4.) : *Tutius est imponere minorem debito, quam majorem , quia melius excusamur apud Deum propter multam misericordiam, quam per nimiam severitatem, quia talis defectus in purgatorio supplebitur.* Et idem docent *Gerson*, *Caj.* et præcipue *S. Anton.*, qui (*Vide l.* 6 (v).*n.* 509. *et* 510.) ait eam pœnitentiam injungendam esse, quam judicatur pœnitens postea verosimiliter executurus esse, et quam lubens acceptaturus. Et si pœnitens protestatur sibi tantas vires non esse, ut debitam persolvat pœnitentiam, sic S. Archiepiscopus concludit : *Tunc quantumcumque deliquerit, non debet dimitti sine absolutione, ne desperet.* Cum sufficiet tunc (idem ait) imponere generalem pœnitentiam, nempe totum quod boni egerit, usurpando eadem verba Ritualis: *Quidquid boni egeris, etc.* quæ opera injuncta in Sacramento, ut docet Angelicus (*Quodlib.* 3. *art.* 28.) virtute ejusdem Sacramenti, majoris erunt valoris ad satisfaciendum pro peccatis. Item addunt probabiliter doctores multi (*Lib.* 6 (v). *n.* 510. *v. Idem*) justam esse causam diminuendi pœnitentiam, si judicetur pœnitens hoc modo magis allici ad Sacramentum. Oh quanti valet sapiens illud consilium *S. Thomæ de Villanova* (*Serm. fer.* 6. *post. Dom.* Lætare): *Facilem unam injunxeris, acriorem consulueris.* Expedit quoque, ut pœnitens cognoscat pœnitentiam , quam mereretur; propterea potest valde prodesse, si indicentur pœnitentiæ canonum pœnitentialium) quarum in Libro notabiliores annotantur (*Lib.* 6 (v). *n.* 530). Juvabit pariter (ut dicit *S. Thom. de Villan.*) suadere graviorem ; postea vero imponere eam quam prudenter judicabit a pœnitente adimplendam. Insinuat *S. Franciscus Salesius* (*Instruct. Conf. c.* 8.), et idem confirmat Rituale Parisiense) *Lib.* 6 (v). *n.* 509. *circa finem.*) prodesse idcirco pœnitentem interrogare, si sibi ad illam pœnitentiam sufficientes sint vires, alioquin in aliam commutabitur. Juvabit quoque aliquando, inter opera satisfactoria injuncta, imponere aliquam satisfactionem gravem, sed non sub gravi culpa) *Lib.* 6 (v). *n.* 518.), aut aliud opus aliunde præceptum, aut debitum) *n.* 513.).

12. Ex hoc quod dictum est colligitur, quam imprudenter operari quosdam confessarios, qui pœnitentibus imponunt satisfactiones eorum viribus impares. Quot istorum non dubitant absolvere recidivos indispositos, et eos pariter qui in proxima occasione peccandi versantur ; et insipienter putant eos recuperare, si gravibus pœnitentiis a se oneratos dimittunt, licet prævideant illas non esse executuros ; v. g. injungunt illi, qui vix semel in anno dudum confessus est, ut octavo quovis die per annum confiteatur ; quindecim decades Rosarii quolibet die recitandas illi, qui ne solitus quidem fuit quinque in hebdomada recitare ; disciplinas, orationem mentalem illi, qui nec nomen unquam audivit. Et quid hinc eveniet ? Eveniet quod licet inviti acceptent quod imponitur, ut absolutionem aucupentur, nihilominus postea nihil horum executioni demandent ; et credendo iterum esse in peccatum delapsos, quinimo putando (præcipue rudes) nullius momenti fuisse confessionem factam, quia pœnitentiæ impositæ non satisfecerunt, propterea ad pristinum perdite vivendi modum redeunt ; et perterriti ob pœnitentiæ impositæ pondus, a confessione horrent, et ita pergunt in peccatis tabescere. Et hic est fructus qui in perniciem tot miserorum colligitur ex hujusmodi satisfactionibus, quas convenientes vocant, sed melius dicendæ forent inconvenientissimæ.

13. Cæterum extra casus infirmitatis,

et compunctionis extraordinariæ, non bene ageret confessarius si pro culpis gravibus adjungeret levem satisfactionem, quæ inducat levem obligationem; etenim, licet (cum expedit) possit adjungi opus, quod habita ratione peccatorum sit leve, attamen semper debet imponi satisfactio gravis quæ obligat sub gravi. Et hic oportet annotare aliqua pertinentia ad praxim circa pœnitentias imponendas. Notandum I. Cum pœnitens oblitus fuerit pœnitentiæ, communis est sententia (*Lib.* 6 (v). *n.* 250.) ad nihilum amplius eum teneri, nisi facile esset sibi, ut posset a confessario, qui eam imposuit, cognoscere. II. Non potest imponi pro occultis peccatis publica satisfactio; tenetur autem confessarius has imponere, si alia via non possit occurri scandalo dato, vel honori alicujus palam detracto; sed non est adstringendus pœnitens ad publicam pœnitentiam faciendam, si ipse renuit, et alio modo possit scandalum reparare, nimirum Sacramenta frequentando, Ecclesias visitando, ad aliquam Congregationem se aggregando, etc. (*l. c. n.* 512.). III. Aliquando potest imponi aliqua pœnitentia sub conditione, si pœnitens reinciderit (*l. c. n.* 524.). Sed animadvertendum hujusmodi pœnitentias forte multoties felicem non habere exitum, præcipue si per longum tempus duraturæ erunt; quia faciliter postea in relapsu negliguntur, et peccata multiplicantur. IV Si unquam pœnitens sibi mutari pœnitentiam ab alio confessario impositam petierit; volunt multi doctores ei repetendam fore totam confessionem huic confessario, saltem in confuso, ut status suæ conscientiæ huic notitiam præbeat. Sed multi alii etiam probabiliter dicunt (*l. c. n.* 529.) hoc non esse necessarium, cum sufficiat, quod confessarius judicium faciat, ad hoc, ut mutet pœnitentiam, esse insufficientes pœnitentis vires illi oneri ferendo; cum contra possit ex ipsamet pœnitentia imposita arguere materiam peccatorum, pro quibus illa injuncta erat, et ita se dirigere potest, aut in mutando, aut diminuendo. Et probabiliter potest id confessarius (*Ibid. in fin.*) ex se efficere, cum prævidet, quod pœnitens verosimiliter pœnitentiam, ut antea, negligere perget. Attamen confessario inferiori non est permissum immutare pœnitentiam impositam a superiore pro reservatis extra casum quo pœnitens difficulter posset regredi ad superiorem, et contra gravis causa urgeret ut pœnitentia mutetur, quia tunc rationabiliter præsumitur superioris conniventia (*Dicto n.* 329.). V Non potest mutari pœnitentia extra confessionem, ne ab ipso quidem confessario; tantum potest hoc fieri ab illo immediate post datam absolutionem, et antequam pœnitens a confessionali discedat (*Dicto n.* 529. *Dub.* 3.)

14. Circa satisfactiones in particulari imponendas, advertendum, satisfactionem non solum debere esse medicinalem, sed etiam culpis præteritis satisfactoriam. Regula harum requirit ut imponantur opera carnem coercentia pro peccatis sensualibus, eleemosynæ pro peccatis avaritiæ, oratio pro blasphemis etc. Sed considerandum quid magis expediat, aut magis utile sit pœnitenti. Quamvis autem maxime utile sit imponere Sacramentorum frequentationem, orationem mentalem, et eleemosynas, nihilominus praxis habet has reddi damnosas iis, qui aut nihil aut parum habuerunt horum usum. Satisfactiones utiles generatim pro omnibus hæ solent esse, nimirum aggregari ad aliquam Congregationem; quolibet vesperi (saltem ad tempus) actum doloris elicere, et quolibet mane propositum renovare, dicendo cum *S. Philippo Nerio* : *Domine, ne auferas hodie manus tuas a me, ne tui proditor efficiar* : Visitare quotidie sanctissimum Sacramentum, et imaginem quoque Mariæ sanctissimæ, ab eis perseverantiæ gratiam postulando; Rosarii saltem tertiam partem, et ter salutationem angelicam mane et vesperi, dicendo : *Mater mea, adjuva me hodie, ne Deo peccem* (Hanc tamen pœnitentiam ter recitandi salutationem angelicam cum prædicta supplicatione ego plerumque solitus fui injungere, aut saltem consulere iis, qui ea uti non solerent). Cum cubitum iverint, dicere in lecto : *Nunc mihi morandum fuisset in inferni igne*, aut dicere : *Veniet dies, quo mihi in hoc lecto moriendum erit.* Iis qui legere sciunt, et potissimum Ecclesiasticis, quotidie legere aliquem librum de rebus spiritualibus agentem. Monet autem *S. Franciscus Salesius* (*Instruct. Conf. c.* 8.) non esse gravandum pœnitentem multis rebus, ne confundatur et terrefiat.

Quoad satisfactionem sacramentalem injungendam, inquit Scavini, audiatur B. Leonardus :

« Parmi les choses nécessaires que le confesseur ne doit point ignorer pour être irréprochable dans son ministère, il faut placer la manière dont il doit se conduire en imposant des pénitences proportionnées à ceux qui viennent s'humilier à ses pieds dans une attitude de pénitent. Le S. Concile de Trente (sess. XIV, c. VIII) invite les confesseurs à bien prendre garde d'imposer des pénitences trop légères pour de très-grands péchés, et veut, par conséquent, que la pénitence qu'ils imposent ait quelque proportion avec le péché accusé et le pénitent qui en fait l'aveu. Il est sûr qu'un *Pater* et un *Ave* serait une pénitence très-légère pour un grand nombre d'adultères ou d'autres impudicités ; ou encore un *Miserere* pour quelqu'un qui a fait tort au prochain en matière grave, soit dans son bien, soit dans sa réputation, parce qu'il en résulterait le désordre qu'indique le même Concile, savoir, que les hommes n'auraient plus pour leurs péchés l'horreur qu'ils doivent en concevoir, les considérant comme très-légers, et qu'ils puiseraient là un prétexte pour en commettre d'autres plus grands. Les pénitences ne doivent donc pas être légères par rapport au péché, de même qu'elles ne doivent pas être trop sévères par rapport au pénitent, dans la crainte qu'il ne soit accablé par un poids qui serait au-dessus de ses forces. Il suit de là que la pénitence à imposer doit être déterminée avec sagesse par le confesseur et qu'il ne doit pas donner la même à tous ; semblable en cela au médecin, qui ne donne pas le même breuvage à tous les malades. Le saint Concile dit que les conseillers des pénitences salutaires et convenables doivent être l'esprit de Dieu et la prudence de son ministre. Comment donc les donne-t-on aussi à la légère?

« S'il en est ainsi, que certains confesseurs se gardent donc d'imposer des pénitences extravagantes et indiscrètes. J'entends par pénitences extravagantes toutes celles qui s'écartent de l'usage habituel de l'Église et de la pratique commune des confesseurs prudents et instruits.

« Pour jeter quelque lumière sur cette matière, qui, du reste, est entièrement à la discrétion du ministre de ce divin sacrement, je ne trouve pas de règle plus certaine ni d'autorité plus grande que d'imiter la sacrée Pénitencerie, laquelle, pour des péchés occultes, quoique très-graves, ne détermine d'autres pénitences que des prières, des jeûnes, des aumônes si l'on en peut faire, et la fréquentation des sacrements, ainsi qu'on peut le voir par ses brefs. De même que la sacrée Pénitencerie est un tribunal apostolique qui, par son institution, regarde le for de la conscience, tous les confesseurs doivent avoir pour maxime de se restreindre aux limites du même for intérieur. Cette règle sera pour eux le moyen d'éviter le danger de donner des pénitences *indiscrètes*, comme, par exemple, d'imposer à des domestiques l'obligation d'aller à l'église entendre tant de messes, ou de faire d'autres œuvres dont le service du maître aurait à souffrir; ou à une femme enceinte ou nourrice de jeûner plusieurs jours, ou à une jeune personne d'aller visiter une église lointaine et isolée ; ou à une femme mariée de pratiquer des austérités qui pourraient inspirer à son mari du déplaisir ou des soupçons; ou d'autres choses semblables qui ne conviennent pas à la personne à qui on les impose, faute d'avoir égard aux circonstances de temps, de lieu, d'âge, de condition et de forces où elle se trouve.

« Mais quelles sont donc précisément celles qu'on devra prescrire? Il me semble que, d'après la règle commune qui consiste à choisir celles qui sont contraires aux péchés commis, comme l'aumône pour les avares, quelque peine afflictive des sens pour les hommes sensuels, et autres semblables, les meilleures seront généralement celles qui, étant une pénalité, une satisfaction pour les péchés passés, seront en même temps de nature à en préserver à l'avenir. Par conséquent, si le pénitent est récidiviste, il sera bon que la pénitence dure quelque temps : *Nedum ad vulnus curandum, sed etiam ad cicatricem sanandam*, comme le dit S. Chrysostome (Hom. II, in Ps. L), parce qu'on réussit plus sûrement à guérir le vice par l'application réitérée du remède. Et nous voyons qu'ici encore l'usage de la sacrée Pénitencerie n'est pas de donner des pénitences de plusieurs années, à l'exception de cas très-rares, mais seulement de quelques jours, ou aussi de quelques mois, selon le besoin des pénitents.

« Pour en venir à la pratique, lorsque le confesseur aura entendu tous les péchés déclarés par son pénitent, il doit lui faire une courte mais fervente exhortation, en lui remettant sous les yeux la gravité de ses fautes, et, suivant le conseil de S. Charles, en lui citant les canons pénitentiaux, pour lui donner une idée des pénitences sévères qui s'imposaient autrefois pour un seul des péchés qu'il a commis, et en ajoutant avec bienveillance : « Il est certain que vous » mériteriez une très-forte pénitence ; mais » je me bornerai à vous en imposer une » plus douce ; » de telle sorte que, par ses paroles amicales, il le dispose à l'accepter volontiers. Après cela, les pénitences les plus convenables, à mon avis (sauf les cas extraordinaires), pourraient être les suivantes, non pas toutes à la fois, mais tantôt l'une, tantôt l'autre, ou bien plusieurs réunies, suivant la qualité des personnes et le besoin particulier de chacune.

« I. Supposé que le pénitent soit tombé dans beaucoup de péchés graves, il sera très-utile de lui imposer la récitation d'un tiers du *Rosaire* pendant huit ou quinze jours, pourvu qu'il le récite avec un esprit

de componction, priant la très-sainte Vierge de lui obtenir le pardon de ses péchés passés et la grâce de n'en plus commettre jamais à l'avenir. Et s'il a été habitudinaire, et qu'il fasse une confession générale par nécessité, soit pour avoir caché ses fautes par honte, soit pour toute autre raison, on pourra lui prolonger cette pénitence pour deux ou trois mois, plus ou moins, selon la nature de sa mauvaise habitude. Il arrive souvent que le pénitent s'accoutume ainsi à réciter le Rosaire tous les jours, et qu'il garde cette pratique toute sa vie, à son grand avantage.

« II. Que, tous les matins et tous les soirs, il récite trois *Ave Maria* en l'honneur de la pureté immaculée de la très-sainte Vierge, en faisant d'ailleurs un acte de contrition et un ferme propos, le matin, de ne point pécher pendant la journée, et le soir, de ne point pécher pendant la nuit. Il faut l'obliger à faire ces actes à genoux ou dans une autre posture incommode. Cette pénitence salutaire peut être imposée à tous généralement, parce que c'est un préservatif très-efficace pour guérir les âmes de leurs habitudes vicieuses, et je voudrais être entendu de tous les confesseurs pour les prier tous de la prescrire à leurs pénitents pour le temps qu'ils jugeront à propos : elle aurait un excellent résultat, comme nous l'apprend une expérience pratique.

« III. Qu'il entende un certain nombre de *messes*, pourvu que cela ne soit point un obstacle à l'accomplissement de ses devoirs, conformément à ce qui a été dit plus haut : on lui indiquerait les jours de fêtes pour cet exercice.

« IV. Que, chaque matin, il fasse l'acte d'offrande qui commence par ces mots : *Dieu éternel;* ou tout autre exercice du chrétien, qui comprenne les actes de foi, d'espérance et de charité, et chaque soir l'examen de conscience, pendant un temps qui lui sera marqué pour la durée de ces pratiques.

« V. Qu'il récite tous les jours, pendant un temps déterminé, cinq *Pater* et cinq *Ave*, en l'honneur des plaies de Notre-Seigneur, en s'arrêtant à chaque plaie, pour songer à la Passion. Qu'il *visite* un certain nombre de fois quelque église à laquelle s'attache une dévotion particulière. Qu'il lise, s'il en est capable, pendant quelque temps, un livre de piété.

« Toutes les pénitences qui viennent d'être indiquées peuvent être imposées à tout pénitent, quelle que soit sa condition, en le prévenant que, s'il oublie de s'en acquitter dans quelqu'un des jours marqués, il ne doit pas s'en inquiéter, parce qu'il pourra y suppléer un autre jour; et que, s'il arrive accidentellement qu'il n'ait pas la facilité d'y satisfaire, il ne croie pas que ce soit pour lui une faute grave. De cette manière, la conscience du pénitent cesse d'être engagée, quoiqu'on lui prolonge les soins dont il a un extrême besoin.

« Ensuite il y en a d'autres que l'on prescrit pour l'ordinaire à certaines personnes d'une condition particulière, comme serait pour un ecclésiastique, ou pour une autre personne intelligente , *la méditation* de quelque fin dernière, tous les jours, pendant une demi-heure ; pour quelqu'un de forte constitution, et qui n'est point empêché, le *jeûne* du samedi, pendant un temps déterminé ; pour un chef de famille, le soin de faire réciter le *Rosaire*, chaque soir, par toute sa famille; pour un blasphémateur, un certain nombre de signes de croix à faire par terre avec la langue ; pour un ivrogne, la cessation de l'*usage du vin*, ou du moins du vin pur. Pour des personnes grossières, il y a des pénitences qui sont utiles, parce qu'elles ont quelque chose de plus frappant, comme de réciter quelques *Pater* et *Ave* sur une tombe, en songeant que bientôt il leur faudra mourir ; mais il ne faut pas perdre de vue l'observation faite plus haut, savoir, que le confesseur doit toujours s'appliquer à éviter de donner des pénitences extravagantes et indiscrètes qui puissent éloigner les pénitents du tribunal sacré et discréditer le saint ministère. » (Discorso mystico morale, § 27 et 28.)

« Ex omnibus his deducere est, addit Scavini, quam imprudenter se gerant, qui imponunt satisfactiones magnas, vel ad longum tempus aut etiam pro tota vita duraturas, etsi forte prævideant pœnitentes non esse eas impleturos. Putant videlicet se posse peccatores indispositos, qui sunt vel in proxima peccandi occasione, vel recidivi, a peccatis suis curare istas graves satisfactiones imponendo. Sed experientia docet, tales pœnitentes acceptare quidem prædictas satisfactiones, ut absolutionem carpant; verum eas postea non implentes, misere cito ruere in easdem culpas, et satisfactionum gravitate deterritos a Confessione abhorrere ; sicque in peccatis suis omnino tabescere. Ad rem Chrysostomus : *Multos recensere possem in extrema mala deductos, quod ab eis pœna peccatis par exposceretur. Neque enim temere ad peccatorum modum oportet et pœnam adhibere; sed peccatum propositum explorandum est. Ne dum quod scissum est, consuere vis, deteriorem scissuram facias; ne dum lapsum emendare studes, majorem ruinam pares.* De Sacerdotio, l. II. — *V.* Liguori, l. V [1], n. 510. — *Civilta Catt.*, ser. III, vol. X, pag. 303, etc. » t. IV.

Nunc audiamus Sailer, Ratisbonensem Episcopum Fenelonium Germaniæ cognominatum.

[1] In nostra edit. sicut et in Mechliniensi, II.

« *Procul dubio enim*, inquit concilium Tridentinum, *magnopere a peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt : medentur quoque peccatorum reliquiis, et vitiosos habitus male vivendo comparatos contrariis virtutum actionibus tollunt* (Sess. XIV. cap. 8). Ces courtes paroles énoncent sous la forme la plus précise les trois parties constitutives de toute pénitence. Elles effacent les restes de la mauvaise inclination, *medentur peccatorum reliquiis*, et elles sont comme un frein qui tient éloigné du péché, *a peccato revocant, et quasi freno quodam coercent*. Deuxièmement, elles rendent les pénitents plus attentifs et plus vigilants à l'avenir *cautiores et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt*. Troisièmement, elles font passer dans la conduite et dans les actes les pieuses résolutions, *vitiosos habitus male vivendo comparatos contrariis virtutum actionibus tollunt*.

« Assurer le salut éternel, tel est donc l'esprit de toute pénitence. Nous purifier complétement de nos anciens péchés, et par cette purification, nous approcher de plus en plus de la sainteté, tel est l'esprit de toute pénitence.

« Cet esprit de la pénitence une fois connu, on en connaît par là même les propriétés, la valeur et l'excellence.

« Mais on ne saurait se purifier complétement de ses anciens péchés, ni se préserver d'en commettre de nouveaux, ni vivifier dans son cœur les germes de la vertu, sans l'expérience vivante des doctrines fondamentales de la religion. « Dieu existe ; il n'y a qu'un seul Dieu ; Dieu est l'Amour ; Dieu voit et pénètre de toute éternité le cœur des hommes ; Dieu est la Justice éternelle ; Dieu veut que tous les hommes soient sauvés ; il a des récompenses et des châtiments pour tous ; celui qui veut s'approcher de Dieu doit croire qu'il est, et qu'il récompense ceux qui le cherchent ; il n'y a point de salut dans un nom autre que celui de Jésus-Christ. »

« Si Dieu en Jésus-Christ était toujours présent à l'âme chrétienne, elle se débarrasserait en sa présence de tout ce qui l'a souillée ; elle se mettrait de plus en plus en garde contre de nouvelles souillures ; les germes de la vertu, vivifiés par ce soleil, se développeraient de plus en plus, et les fleurs comme les fruits arriveraient en leur temps.

« Croire en Dieu ne signifie rien autre chose que se représenter constamment ses desseins, sa volonté, son royaume.

« Celui qui croit se représente les conseils éternels, la volonté sainte et le royaume bienheureux de Dieu, afin que son cœur apprenne à aimer, à espérer, à obéir : à aimer l'amour qui se révèle dans les conseils et dans leur exécution, à espérer le royaume qui est tout félicité, et à obéir à la volonté qui est toute sainteté.

« Ainsi donc, pour que les pénitences atteignent leur but, il faut qu'elles aident le pénitent à se figurer constamment et d'une manière vivante, qu'il est en présence de Dieu.

« Cette aptitude du pénitent à se représenter les conseils éternels, la volonté sainte, et le royaume bienheureux de Dieu est donc la qualité essentielle et universelle de toute pénitence qu'un sage confesseur peut imposer à un pécheur.

« Exciter, vivifier, fortifier la foi en Dieu et en Jésus-Christ, au point de la rendre active dans la charité et heureuse dans l'espérance, tel est l'objet de toute pénitence.

« Ce sera donc en vain que vous prescrirez au pénitent des exercices de prières, des mortifications corporelles, ou même l'un et l'autre à la fois : sa raison ne les reconnaîtra comme utiles qu'autant qu'ils exerceront et fortifieront en lui la foi en Dieu et en Jésus-Christ, et, par la foi, les sentiments d'amour, d'humilité, de confiance, de reconnaissance, d'obéissance, de soumission, d'abnégation, etc. ; qu'autant qu'ils favoriseront les progrès de la sainteté et assureront le salut éternel.

« Outre ce caractère essentiel et commun à toute pénitence, elle doit avoir encore certaines qualités spéciales, afin qu'elle s'adapte :

I. A la nature du péché,

II. A la force de l'habitude,

III. Et à toute la situation morale du pénitent,

afin que, sous ce triple rapport, elle puisse arriver à prédominer sur toute la force du péché et la fragilité du pécheur. Comment, en effet, la pénitence atteindrait-elle son but grandiose, si comme médecine elle ne possédait pas une vertu supérieure à tous les obstacles de la santé et à toute la puissance de la maladie ?

« Cette force supérieure, il faut qu'elle soit réellement supérieure, c'est-à-dire plus forte que tous les attraits du péché, plus forte que la force de l'habitude, plus forte que tout ce qui, dans l'état et dans l'entourage du pécheur, peut entraver son retour vers Dieu.

« En ce qui concerne la nature du péché, la pénitence doit être un véritable contre-poison. Ainsi, on prescrit à l'avare une somme fixe d'argent à donner en aumône aux pauvres ; au buveur, une certaine mesure qu'il ne devra pas dépasser. Donner cinq francs à un pauvre semble plus pénible à l'avare que n'importe quelle prière orale, que toute espèce de jeûne, si long qu'il soit ; car l'un et l'autre lui épargneraient son argent, ce qui est pour lui l'essentiel. Par contre, le jeûne, c'est-à-dire une juste mesure dans le boire, produit plus d'effet sur le buveur que toutes les aumônes possibles. J'ai dit une certaine aumône fixe, etc. ; car si on laisse à l'avare la liberté de déterminer ce qu'il donnera

aux pauvres, et au buveur la limite où il sarrêtera, il est certain qu'ils ne contrarieront pas leur passion.

« Souvent aussi il peut être utile de punir le sens qui a commis le péché extérieur. Un honnête cultivateur me raconta un jour comment il s'était déshabitué de blasphémer et de jurer. Son confesseur lui avait donné entre autres pénitences celle de baiser la terre, chaque fois qu'il lui échapperait un blasphème ou un jurement. Or, quand il se trouvait près de son voisin, il lui arrivait parfois de tomber dans sa mauvaise habitude. Comme il rougissait de baiser la terre, le souvenir de sa pénitence le mettait sur ses gardes, et il parvint peu à peu, à force de vigilance, à se débarrasser de sa mauvaise habitude.

« Seulement, je dirai en passant : 1º Qu'une telle pénitence ne doit jamais être seule ; 2º Qu'elle ne doit jamais être la première, mais qu'elle doit être précédée de la méditation sur les vérités de la religion, qui est la qualité première et fondamentale de toute pénitence ; 3º Enfin, qu'il ne la faut employer qu'avec de grandes précautions, un sage discernement et seulement pour certains individus, et contre certaines habitudes particulières.

« Si un sage confesseur fait attention à la nature du péché, il ne néglige pas de prendre en considération la force de l'habitude ; car l'habitude fortifie l'attrait du péché, et une mauvaise habitude ne saurait être détruite que par une habitude contraire. Celui qui a vieilli au service du péché en porte les chaînes à ses pieds. Comment soutenir la lutte avec un péché qui a grandi avec nous, qui est devenu l'âme de notre âme, si la volonté retrempée ne produit en quelque sorte une seconde âme fortifiée par l'exercice de la prière, par la fidélité dans les petites choses ; si cette volonté ne se retrempe journellement et à tout instant par la fidélité dans les petites choses ; si les habitudes du vieil homme ne sont effacées par un rajeunissement continuel de l'esprit et remplacées par les habitudes de l'homme nouveau ?

« Quelques médecins intelligents ont pris le nombre des péchés comme base unique de leur médication, et, se réglant plutôt sur l'arithmétique que sur la médecine spirituelle, à cinq péchés mortels ils ont opposé cinq rosaires. Or, la prière orale sans la prière intérieure, qui est proprement la prière du cœur et de l'âme, n'a absolument aucune valeur, notamment quand il s'agit de vaincre de mauvaises habitudes.

« Outre la nature du péché et la force de l'habitude, le confesseur aura aussi égard à la situation générale du pénitent et à sa position extérieure, s'il veut que la pénitence qu'il imposera atteigne son but. Pour nous contenter d'une remarque, nous dirons seulement que partout où règne le péché, l'imagination est dépravée, et qu'une imagination dépravée et remplie des images du péché ne peut se représenter que les peintures séduisantes du péché. L'homme nouveau, que le confesseur veut former, devra donc être exercé à l'appréhension et à la conservation des choses divines, s'il veut être en état d'opposer aux images séduisantes du mal la vertu triomphante du bien. Il faudra donc qu'il saisisse la vie éternelle, et qu'il fasse de la parole de Dieu un bouclier pour se défendre contre la mort et l'enfer, et repousser leurs attaques.

« D'après ces considérations, voici quels sont les exercices les plus salutaires contre les péchés d'habitude.

« I. Le matin, dès que vous vous réveillez, méditez sérieusement que Dieu est l'amour éternel, que Jésus-Christ est votre salut, que le Saint-Esprit est votre lumière et votre consolation, que c'est lui qui vous excite à la vertu, qu'il est le gage de toute sainteté ; que les promesses que vous lui avez faites lors de votre retour à Dieu, il vous faut de nouveau les remplir en toute fidélité ; que vous n'éviterez jamais la présence de Dieu, qu'on ne saurait vaincre la tentation au péché que par la prière, la vigilance et le combat ; qu'il n'y a point sur la terre de joie sans mélange en dehors de celles d'une bonne conscience et d'un cœur pur ; que la justice éternelle vous demandera compte de toute parole inutile, etc. ; et prenez devant Dieu, en toute humilité et confiance, la résolution d'avoir toujours sa volonté devant les yeux, de résister sur-le champ, énergiquement et avec persévérance, aux charmes du péché, et de passer toute la journée de telle sorte qu'on puisse découvrir en vous l'image de Jésus-Christ, et que votre vie soit le reflet de la sienne.

« II. Dans le courant de la journée, au milieu de votre travail, dans vos relations avec le prochain, etc., élevez de nouveau votre cœur vers Jésus-Christ ; renouvelez devant Dieu la résolution que vous avez prise le matin, et implorez l'assistance du Saint-Esprit, qui donne le courage de combattre, et la victoire après le combat. Car ce qu'est la vie du corps sans la respiration, la vie de l'âme l'est sans la prière.

« III. Mais surtout, dès les premiers instants de la tentation, élevez, plein de foi et de confiance, vos regards vers Dieu ; arrachez-vous tout entier aux images du péché, et transportez-vous dans un élément opposé, qui est l'élément divin : allez-y avec confiance, et demeurez-y avec amour.

« IV. Et afin que cette élévation vers Dieu et cette victoire vous deviennent plus faciles, et en quelque sorte naturelles, exercez-vous journellement, le dimanche surtout, à la méditation sérieuse de ce que les saintes Écritures et autres ouvrages de piété nous présentent comme la chose la plus importante.

« *Remarque.* Ici, le confesseur devrait posséder, sous la forme d'un petit manuel,

un *court abrégé de la sagesse, pour les pénitents*, qu'il donnerait à quiconque lui aurait ouvert son cœur et sa conscience. Comme je ne connais encore aucun livre de ce genre à l'usage des pécheurs qui veulent devenir meilleurs, je me permettrai d'indiquer quels devraient en être le contenu et l'esprit. » (Vide hunc prospectum in *Theologia pastorali* auctoris laudati, opere scripto ad genus germanicum atque in linguam gallicam ab abbate Belet translato et a J. Lecoffre edito an. 1860, t II. p. 146 ; quæ autem citavimus reperiuntur lib. V. *Instructions pour les jeunes confesseurs*, n. 82 ad 88.)

15. Sermonem autem facturus de remediis, quæ insinuari debent pœnitentibus, dico alia esse generalia, alia particularia pro aliquo vitio particulari. Generalia omnibus insinuanda, sunt 1. amor erga Deum, cum ipse ad hunc solum finem nos creaverit. Et curetur pariter, ut pœnitens cognoscat pacem interiorem qua donantur, qui Dei amicitia fruuntur, et infernum quem ante tempus experiuntur, qui alieni sunt a Deo : addita pernicie temporali, quam secum trahit peccatum. 2. Sæpe se commendare beatæ Virgini, Rosarium recitando, se commendare Angelo Custodi, et alicui Sancto peculiari protectori. 3. Frequentia sacramentorum, et si unquam in aliquod peccatum mortale inciderit; statim se confiteri. 4. Veritatum æternarum consideratio , et præ cæteris consideratio mortis : et patribusfamilias insinuanda est quotidiana mentalis oratio in communi cum familia, aut saltem Rosarium una cum filiis. 5. Dei præsentia, cum urget tentatio, dicendo : *Deus me videt*. 6. Quolibet vesperi conscientiam scrutari, cum animi dolore, et proposito. 7. Sæcularibus, ut in aliqua congregatione se adscribant, et sacerdotibus oratio mentalis, et gratiarum actiones post missam. Et ut perlegant saltem aliquem libellum spiritualem ante et post missam.

16. Remedia autem particularia assignabuntur pro vitiorum diversitate; v. g. illi qui aliquo odio tenetur, insinuetur , ut quotidie commendet Deo illum quem odit, recitando pro ipso orationem dominicalem , et salutationem angelicam ; et cum se turbari sentit memoria injuriæ sibi illatæ, reminiscatur contumeliarum quibus ipse Deum affecit. Illi, qui in peccata turpia prolapsus est, ut otium vitet, malos socios et occasiones aufugiat; et illi qui habitum pravum per longum tempus contraxit in hoc vitio, ut non solum vitet proximas occasiones, sed etiam quasdam remotas, quæ sibi tam debili ad resistendum factæ erunt proximæ. Huic præcipue imponatur, ne unquam intermittat recitare ter salutionem angelicam in honorem puritatis beatissimæ Virginis, mane et vesperi, repetendo semper coram ejus imagine propositum non peccandi, et supplicationem, ut sibi perseverantiam impetret. Potissimum autem confessarius curet , ut frequenter hic communicet, cum Eucharistia dicatur *vinum germinans virgines*. Illi, qui solitus fuit blasphemias proferre, insinuetur, ut novies, vel quinquies lingua signet crucem super terram, et ut quotidie saltem semel dicat orationem dominicalem, et salutationem angelicam in honorem Sanctorum, in quos execratus fuit; et ut quolibet mane, dum e cubitu surgit, renovet propositum patienter ferendi occasiones indignationis , et ter dicat B. Virgini quolibet mane : *Domina mea, dona mihi patientiam* ; et id non solum inserviet, ut Maria sanctissima sibi opituletur, sed etiam ut in occasionibus reperiatur habitus factus dicendi eadem verba. Aut assuescat dicendo : *Maledictum sit peccatum meum ; maledictus sit dæmon, etc.* Alia remedia assignabit confessarius pro sua prudentia, inspectis circumstantiis occasionum, personarum, et munerum.

Quoad adhibitionem remediorum et dispositionem ad absolutionem, audiatur primo Scavini :

Confessarius, inquit, non est tantum judex, ut retineat ; sed etiam medicus, qui ægroto medicinam suadeat ; pater qui filii sui vitam tueri studeat ; minister Dei, cui veros cultores, quoad potest, gignere conetur. Quare nos dicimus cum communi, ex rigorosa officii obligatione Confessarios teneri pœnitentem disponere ostendendo deformitatem peccati, amissionem divinæ gratiæ, exclusionem a Paradiso, æternæ damnationis periculum, etc. ; etiamsi multum temporis in hoc impendere debeant. Audiant omnes Leonem XII Encyclica *Charitate Christi* anno 1826 : *Sistunt se quidem multi Sacramenti Pœnitentiæ ministris prorsus imparati, sed persæpe tamen hujusmodi ex imparatis parati fieri possunt si modo Sacerdos viscera indutus misericordiæ Jesu Christi, qui* non venit vocare justos, sed peccatores, *sciat studiose, patienter et mansuete cum ipsos agere*. Neque refert, quod alii pœnitentes expectent; nam Confessarii non tenentur, nisi atten-

dere ad bonum pœnitentis sui, de quo rationem Deo sunt reddituri : et satius est, ait Salesius, paucas Confessiones audire rite peractas, quam multas male ac sine fructu. Hic notamus, bene posse Confessarium in ipsa Confessione peccati gravitatem humaniter aperire pœnitenti, ut sic magis compungatur. Sed fiat caute et non ita frequenter, ne pœnitens terreatur, vel operiatur nimia confusione, vel etiam ne obliviscatur aliorum peccatorum, toties repetita correctione : regulariter loquendo sub fine expectandum erit. » (T. IV. n. 246.)

Audiatur auctor operis *Méthode pour la direction des ames :*

« *Quand on est obligé de différer l'absolution, comment tranquilliser le pénitent?* — Faites-lui comprendre que vous n'agissez ni par caprice ni par mauvaise volonté ; rendez-lui ce délai supportable. Vous désirez, pourrez-vous lui dire, recevoir l'absolution et faire une bonne communion , n'est-ce pas? Or, pour cela, il faut être parfaitement préparé. Je crois que vous ne l'êtes pas encore assez. Renoncez au péché, prouvez que vous êtes véritablement converti. Craignez de faire une mauvaise communion. Ne précipitons pas une affaire si importante. Quand vous reviendrez, si vous avez suivi mes conseils, vous serez plus content, vous comprendrez que j'ai agi dans votre intérêt, et j'espère que vous m'en saurez gré. S'il fait observer que ses autres confesseurs l'ont toujours absous, vous répondrez que probablement le cas etait différent. S'il dit que le cas était le même, vous insinuerez à votre tour, sans blâmer personne, que si on lui eût différé alors l'absolution, vous ne seriez peut-être pas obligé de la lui refuser aujourd'hui : car il aurait cherché à s'en rendre digne en renonçant au péché. »

Audiatur Salvatori :

« Comment faut-il disposer les vindicatifs et les colères à déposer leur haine et à pardonner? La passion de la vengeance est peut-être la plus aveugle et la plus violente. C'est par la douceur qu'il faut la combattre. Si l'offensé se confesse, attendez pour lui parler qu'il ait fini l'accusation de ses fautes, et qu'il ait vu combien il avait de torts envers Dieu. Alors faites-lui raconter son accident et convenez que son adversaire a agi en misérable et en traître, et qu'il mérite châtiment. Puis cherchez à l'amener à ces sentiments d'un véritable chrétien en disant : Si un grand personnage, si votre souverain vous priait de pardonner pour amour pour lui et d'oublier l'injure en vous disant qu'il se charge de la punition du coupable, et de la récompense que vous méritez pour ce pardon accordé, hésiteriez-vous à y consentir? Or, voici le Roi de l'univers, Dieu lui-même, qui fait à tous une loi de pardonner et, bien plus, de faire du bien à ses ennemis ; il vous dit : *Mihi vindicta et ego retribuam;* je ferai ce que me conseilleront ma justice et ma miséricorde ; mais vous, il ne vous reste qu'à pardonner et je vous récompenserai abondamment... Voyez comment Jésus-Christ a agi avec ses ennemis... et, après cet exemple, vous qui vous glorifiez d'être chrétien, voudriez-vous ne pas pardonner? Mais surtout considérez comment Jésus-Christ agit envers vous; il était déjà mort pour vous sur la croix, et vous avez essayé de le crucifier de nouveau par votre péché. Pouvez-vous comparer le mal que vous a fait votre ennemi avec les fautes dont vous êtes coupable envers Jésus-Christ? Quelle proportion y a-t-il entre Jésus-Christ et vous? Jésus ne vous a pardonné tant de fois, et il est prêt à vous pardonner encore, que pour que vous pardonniez à votre tour; et cela vous semblerait dur? Voici une occasion de montrer à Dieu votre obéissance et votre reconnaissance. Si vous ne le faites pas, si vous ne pardonnez pas, Dieu non plus, » etc.

Audiatur Careno:

« Sans la pratique de la vertu, il est difficile d'éviter le vice, parce que le vice, dit la philosophie morale, ne s'enlève que par sa forme opposée, qui est la vertu... Il faut donc tracer en peu de mots ce que doivent faire les pénitents. Un tel, par exemple, est porté à l'impatience à cause de son travail ou de ses épreuves; dites-lui : — Mon cher frère, lorsque la tribulation vous assiége, remerciez Dieu, parce qu'il vous l'envoie pour votre bien. Est-ce une maladie longue et cruelle, consacrez-la, toutes les fois qu'elle augmente, à la passion de Jésus-Christ et imaginez-vous que vous êtes en sa compagnie sur la croix. Est-ce la haine, l'envie ou la vengeance, ne parlez jamais à qui que ce soit dans le premier mouvement. Mais sacrifiez votre colère à Dieu chaque fois qu'elle se montre et dites: *Seigneur, j'aime cette personne pour l'amour de vous.* Ainsi ferez-vous pour les autres péchés. Savez-vous pourquoi les confesseurs et surtout les prêtres séculiers sont ordinairement si secs? Parce qu'ils ne lisent le plus souvent que des livres de théologie morale, contenant des arguments dans leur forme scolastique, et n'ouvrent jamais les ouvrages ascétiques, qui traitent à fond des vices et des vertus, qui proposent la pratique du bien et conduisent les âmes par la main sur le sentier pénible du devoir. » (*Examen* XIII.)

Audiatur P. Gaetano :

« A ceux qui consentent facilement à de mauvaises pensées : Au début de la tentation, la résistance est facile; mais, si vous

vous arrêtez à la considérer avec négligence, elle devient plus puissante et plus difficile à vaincre. A l'instant donc où le démon se présente, faites une protestation à Dieu de vouloir plutôt mourir que l'offenser. Ne cherchez pas à discuter et à dire : Jusqu'ici il n'y a pas de péché; je puis aller un peu plus loin, et il n'y a pas encore de faute. Non, le danger est toujours grand, et en un instant vous pouvez avoir commis un péché mortel. Si vous ne savez faire autre chose, quand les mauvaises pensées vous viennent, tournez votre cœur vers Dieu et vers Marie, en demandant du secours avec autant d'ardeur qu'on en demande quand le feu prend à une maison ou qu'elle est envahie par les voleurs. »

« Pour ceux qui sont portés à l'impureté, je leur dis : « Si vous étiez certain qu'après avoir pris cette jouissance brutale vous dussiez tenir la main sur un brasier pendant une heure seulement, pour forte que fût la tentation, y succomberiez-vous? Et cependant ne croyez-vous pas à l'Évangile, qui vous assure que pour un seul plaisir de ce genre vous aurez mérité, non plus d'avoir la main placée sur le feu, mais d'être enseveli tout entier dans les flammes ne l'enfer, non-seulement pour une heure, mais pour l'éternité? Vous semble-t-il possible d'établir une proportion entre votre satisfaction honteuse d'un moment et le résultat qu'elle amène? Pensez-y donc quand la passion gronde en vous. Pendant que vous vous livrez à cette satisfaction en secret, si vous étiez surpris par un de vos amis honnête homme, par un personnage respectable, quelle honte ne ressentiriez-vous pas! Comme la flamme impure serait promptement éteinte! La présence d'un homme honorable suffirait pour éteindre cette flamme, et la présence de votre ange gardien, la présence de Dieu même, votre créateur et votre juge, qui peut à l'instant même vous précipiter dans l'enfer pour l'éternité, n'y suffirait pas!... Arrêtez-vous à ces deux réflexions quand vous sentez les mouvements de la *concupiscence.* »

« A la jeune personne qui s'est engagée dans une affection dangereuse je dirai : « Maintenant que vous avez fait une bonne confession, si vous voulez persévérer dans la grâce de Dieu, retenez bien ceci : A la première rencontre que vous ferez du jeune homme dont vous parlez, faites-lui comprendre par quelques mots que votre intention formelle est de changer de vie; s'il a bonnes intentions, c'est pour lui le moment de le montrer; s'il désire vous épouser, qu'il s'en entende tout de suite avec vos parents. Mais il faut que vous parliez résolûment, parce que nous savons les habitudes des jeunes gens. Souvent ils cherchent à se faire aimer d'une jeune fille pour leur seul plaisir, sans avoir la pensée de l'épouser. Ils prétendent avoir de bonnes intentions, mais ce n'est qu'un prétexte pour continuer leurs manières libres : c'est là une ruse du démon qui prolonge ces relations pour allonger aussi la chaîne des iniquités. Qu'importe que votre intention soit droite, que vous ne vouliez pas le mal et que vous soyez sage, et le jeune homme aussi, vous n'en êtes pas moins dans un grave danger de vous pervertir ; c'est la paille auprès du feu. Combien de jeunes gens et de jeunes filles, âmes innocentes, ont perdu à ce jeu toute leur vertu et sont tombés dans une vie de désordre! »

« Pour celui qui est dans l'occasion prochaine et nécessaire, voici des remèdes à indiquer :

« 1. Ne point s'arrêter en tête-à-tête avec la personne; tenir dans la réserve les yeux et les mains ; n'avoir point avec elle de conversation oiseuse; enfin éviter, à l'aide de la funeste expérience que l'on a acquise, les lieux, les temps, les circonstances où l'on a péché. Quoique dans une même maison, la paille ne brûle point si on la tient loin du feu.

« 2. Surmonter le respect humain au sujet de ce que peuvent dire les gens de la maison lorsqu'ils ne verront plus les familiarités accoutumées. La modestie du maintien ne pourra qu'inspirer une bonne opinion et faire évanouir les soupçons, s'ils existaient.

« 3. Fréquenter les sacrements sous la direction d'un confesseur zélé; et, s'il arrive par l'effet de la mauvaise habitude que l'on commette un nouveau péché, ne fût-ce que de pensée, ne pas attendre qu'on en ait commis un second, mais aller tout de suite s'en décharger à ses pieds. Cette démarche, fortifiée par une fervente recommandation à Dieu, est un remède très-puissant.

« 4. Un remède efficace, c'est de méditer souvent la mort, l'enfer, l'éternité ; de se placer dans son lit comme si l'on était mort, en songeant que bientôt son misérable corps sera mis au cercueil dans la même position, puis jeté dans une fosse et mangé par les vers.

« 5. Que celui qui est dans l'occasion se dise : *Si je pèche encore, l'enfer m'attend. Là, mon amour pour cette créature se changera en haine; nous nous maudirons, nous nous déchirerons à l'envi ; elle sera mon enfer et moi le sien. Non, il ne me convient pas d'être avec elle un moment dans l'ivresse et toute l'éternité dans les angoisses.* Qu'il pose ensuite l'extrémité d'un de ses doigts sur une bougie allumée, et, dans l'impossibilité de supporter cette légère flamme, qu'il se dise : *Comment pourrais-tu souffrir un feu dévorant?*

« 6. Qu'il pense que le premier péché qu'il commettrait serait peut-être le dernier, et que, s'il ne se dégage pas maintenant, il ne le fera peut-être jamais. Qu'il retourne à la maison après sa confession et qu'il exhorte sa complice à faire aussi une con-

fession générale, en convenant avec elle de s'éviter réciproquement pour ne plus offenser Dieu. »

« A celui qui manque souvent de charité et se laisse aller à des impatiences, je dis : « Je sais que la patience vous paraît difficile à acquérir : aussi je ne vous demande pas de me promettre maintenant d'être patient en toute circonstance et pour tout le temps de votre vie ; je ne vous le demande pas même pour cette année, pour un mois, pour une semaine, non ! il me suffit qu'en vous levant, le matin, vous formuliez la résolution suivante : « Seigneur Jésus, je » veux être patient par amour pour vous ; » Vierge Marie, pour vous plaire, je serai » patient jusqu'à midi, je ne manquerai pas » à la charité par ma faute, jusqu'à ce mo» ment-là. » Midi venu, renouvelez votre promesse jusqu'au soir, et, pour la rendre efficace, mettez en pratique trois choses : 1° proposez-vous de conserver le calme, en particulier avec la personne qui est le sujet de votre colère, et dans l'affaire où vous vous emportez ordinairement ; 2° confiez votre résolution à Jésus et à Marie, car de vous-même vous ne réussiriez pas, étant *enfant de colère* et non de patience ; 3° avant le repas et avant de prendre votre repos, examinez-vous, et, si vous trouvez que vous ayez manqué, repentez-vous et demandez pardon à Dieu. » — On pourrait s'y prendre de la sorte pour la correction de toute autre mauvaise habitude. »

Audiatur S. Fr. de Sales :

« A ceux qui sont tentés contre la foi : « Il faut en cette tentation tenir la posture que l'on tient en celle de la chair, ne disputer ni peu ni prou... Il ne faut nullement répondre ni faire semblant d'entendre ce que l'ennemi dit. Qu'il clabaude tant qu'il voudra à la porte, il ne faut pas seulement dire : Qui va là?... C'est cependant un très-bon signe que l'ennemi batte et tempête à la porte : car c'est signe qu'il n'a pas ce qu'il veut. S'il l'avait eu, il ne crierait plus, il entrerait et s'arrêterait. Notez cela pour ne point entrer en scrupule.

« Après ce remède, je vous en donne un autre. Les tentations de la foi vont droit à l'entendement pour l'attirer à disputer, à rêver et songer là-dessus. Savez-vous ce que vous ferez pendant que l'ennemi s'amuse à escalader l'intellect? Sortez par la porte de la volonté et lui faites une bonne charge. C'est-à-dire, comme la tentation de la foi se présente pour vous entretenir : Mais comment se peut faire ceci? mais si ceci? mais si cela? faites qu'au lieu de disputer avec l'ennemi par le discours, votre partie affective s'élance de vive force sur lui, et même joignant à la voix intérieure l'extérieure, criant : Ah ! traître, ah ! malheureux, tu as laissé l'Église des anges, et tu veux que je laisse celle des saints ! Déloyal, infidèle, perfide, tu présentas à la première femme la pomme de la perdition, et tu veux que j'y morde ! Arrière, ô Satan !... Non, je ne disputerai pas ni ne contesterai. Ève voulant disputer se perdit : Ève le fit et fut séduite. Vive Jésus, en qui je crois ! vive l'Église à laquelle j'adhère ! et semblables paroles enflammées. » (*Lettre v*[e] *à la baronne de Chantal.*)

In his rebus et similibus eminent S. François de Sales, *Lettres spirituelles.* — P. Gaetano da Bergamo, *L'uomo apostolico.* — Salvatori, *Istruzione pratica per i Confessori novelli.* — *Cura Pastoralis* Gregorii Magni. — Ody, *Le Directeur de l'enfance*, etc. — *S. François de Sales proposé pour modèle aux âmes pieuses, en particulier aux prêtres*, etc.

§ III. *Circa officium doctoris* [1].

17 Labia *sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus* (*Malach.* 2. 7.). Confessario, ut doctoris officio rite fungatur, opus est, ut bene sciat legem ; qui enim eam ignorat, non potest alios docere. Sed hic advertendum est id quod scribit S. *Gregorius*, nempe officium dirigendi animas per viam salutis æternæ esse artem artium : *Ars artium regimen animarum.* Et *S. Franciscus Salesius* dicebat officium audiendi confessiones esse omnium maximum et difficillimum. Revera ita est. *Est omnium maximum*, quia est omnium scientiarum finis, qui nihil aliud esse debet quam salus æterna ; estque omnium *difficillimum*, dum primo, confessarii munus requirit omnium scientiarum, omnium officiorum, atque artium notitiam ; secundo, quia scientia theologiæ moralis complectitur tot materias inter se diversas ; tertio, quia in magna parte constat ex tot legibus positivis, et sacris canonibus, quorum intelligentiam debet accipi secundum suam veram significationem : præterea quælibet harum legum redditur difficilis, cum ratione circumstantiarum, quæ casus dissimiles efficiunt, resolutiones variandæ sint. Quidam, qui eruditos, et theologos magnæ notæ se jactant, moralistas, quos *casuistas* (nomen ignominiæ apud ipsos) appellant, dedignantur ne cursim quidem legere. Dicunt hi sufficere, ut confessiones rite excipi possint, principia generalia moralis callere ; illis enim posse resolvi (aiunt) omnes casus particulares. Quis negare potest, omnes casus particul... esse his principiis resolvendos ; sed ...

[1] Ad quod spectat scientia legis.

tum opus, et totus labor est in adaptando ad casus particulares, tam diversis circumstantiis irretitos, principiorum occurrentibus circumstantiis congruat : nequit id fieri sine magna discussione rationum quæ pro utraque parte adsunt Et hoc est illud, quod moralistæ effecerunt, dum elaborarunt in explicando a quibus principiis multi casus particulares resolvi deberent. Præterea, hac nostra tempestate, ut dictum est, adsunt tot leges positivæ, tot bullæ, tot decreta, quæ nequeunt sciri, nisi casuistæ legantur, qui ea collegerunt, et prout materiarum varietas postulat, ibi opportune illa inveniuntur; ideoque, quo recentiores hi moralistæ sunt, eo antiquis utiliores. Justa ratione motus auctor Instructionum pro novis confessariis (*Part.* 1. 18.) affirmat, multos theologos quanto profundiores in scientiis speculativis, tanto rudiores in scientiis moralibus, quæ, ut scribi, *Gerson* (*Tract. de Orat.*), omnium difficillimæ sunt, et nemo doctus, quantumvis sit in his versatissimus, est, cui indies nova non accidant; ex quo infert, nunquam confessario deserendum esse theologiæ moralis studium. Doctissimus *Sperelli* (*De Episc. p.* 3. *c.* 4.) pariter dicit longe errare eos confessarios, qui totos in scholasticæ studio se applicant, æstimantes tempus in morali frustra expendi : et postea nesciunt distinguere lepram a lepra; qui error (subjungit) confessarios simul et pœnitentes in æternam perditionem trahit [1].

18. Non negamus autem minorem scientiam exigi in audiendis confessionibus simplicium, et rusticorum, quam curialistarum, negotiantium, ecclesiasticorum, et similium. Minor item scientia requiritur, ut audiantur confessiones in oppido, quam in civitate : et præcipue si alicubi sit tanta confessariorum inopia, ut pœnitentes deberent aut per longum tempus a confessione se abstinere, aut alio proficisci (*l.* 6 (v). *n.* 628.). Sed hoc non sufficit ad excusandos aliquos confessarios, qui cursim, lecta aliqua brevi Summa morali, temere ad excipiendas confessiones se intromittunt. Oportet saltem, ut confessarius sciat I. ad quæ sua jurisdictio se extendat. Advertat hic quisque, sacerdotes sæculares et regulares alterius Ordinis non posse audire confessiones religiosorum, sine licentia suorum prælatorum; exceptis casibus, si iter agant, si alibi morentur, et socium non habeant, aut alium sacerdotem idoneum ejusdem religionis. Et tunc Religiosi possunt absolvi ab omni simplici sacerdote, dum superiores tunc, dando licentiam his subditis, intendunt eam dare juxta consuetudinem, scilicet confitendi cuivis sacerdoti idoneo (*Lib.*6. (v) *n.* 575.). Item quivis confessarius sciri debet casus, et censuras reservatas, saltem eas in quas frequentius incurri solet, prout sunt excommunicationes papales quæ sunt in bulla Cœnæ, hæresis externa, lectio aut retentio aut venditio librorum hæreticorum, qui ex professo de religione tractant, aut continent hæresim formalem : item quinque casus papales *Clementis VIII.* qui sunt, percussio enormis, aut mediocris clerici, vel monachi, simonia realis, aut confidentialis, violati clausuræ monialium ad malum finem, violatio immunitatis ecclesiasticæ, et duellum, item excommunicationes a Pontifice *Benedicto XIV*, emanatæ in absolventes complices in materia turpi (*Lib.* 6 (v). *n.* 553.), et in eos qui docent posse a confessario exquiri nomen complicis etiam per absolutionis sacramentalis negationem, si revelare recuset (*l. c. n.* 491.); et aliæ excommunicationes obviæ, quæ observari possunt in tractatu de censuris. II. Sciat distinguere peccatum veniale a mortali, saltem in suo genere, quod communiter occurri solet; et de aliis saltem dubitare sciat. III. Sciat interrogationes quas facere debet, circumstantias peccatorum saltem speciem mutantes : quid constituat occasionem proximam, quid inducat restitutionis obligationem; item qualis esse debeat dolor et propositum, et denique remedia ad emendationem efficaciora. Et ut brevibus me expediam, affirmo in statu damnationis esse eum confessarium, qui sine sufficienti scientia ad confessiones excipiendas se exponit. Deus ipse his verbis eum reprobat: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi* (*Lib.* 6. (v). *n.* 628.) *Oseæ cap.* 4. Nec excusabit eum Episcopi approbatio, si manifeste se noverit inhabilem : approbatio enim non infundit scientiam necessariam, sed supponit. Dico *manifeste*, dum qui tantum dubitaret, bene potest, imo debet quiescere in sui superioris judicio confisus, si saltem

[1] « Peccat igitur absque dubio graviter, qui non sufficienter instructus audet confessiones audire : Episcopus, qui illum approbat : pœnitens quoque, qui noscens ignorantiam ejus apud ipsum confitetur. » *Hom. ap. tr.* 16. *n.* 99.

seduliori studio se habilem reddere satagat. At nullus confessarius intermittere debet theologiæ moralis studium, quia tot ex rebus tam diversis, et inter se disparibus quæ ad hanc scientiam pertinent, multa quamvis lecta, quia rarius accidunt, temporis progressu e mente decidunt; quia de re oportet semper frequenti studio eas in memoriam revocare.

Circa scientiam Confessarii Scavini sic habet :

« Ut Confessarius recte ac utiliter ministerium suum exerceat, requiritur in eo scientia; si enim est judex, oportet ut cognoscat quousque ejus extendatur potestas; si medicus, diversas infirmitates, atque remediorum species scire debet; si doctor, quæ danda consilia; si minister, quomodo honor ac valor Sacramenti curandus. Graviter ergo peccant et in statu damnationis sunt tum illi Confessarii, qui sine sufficienti scientia huic ministerio se ingerunt; tum illi Superiores, qui tales Confessarios sine necessitate constituunt vel tolerant : contra utrosque sic merito exclamatur: *Væ vobis, duces cæci* [1]!

« Qua in re toto errant cœlo qui non erubescunt asserere, quo pro addiscenda Theologia Morali sufficiat vel tenere principia generalia, vel percurrere aliquam summulam ex tot iis, quæ in tantæ facultatis dedecus et præjudicium circumferuntur. Nemo ignorat Moralem Theologiam et valde necessariam esse Reipublicæ christianæ, cum ab ea pendeat bonum regimen animarum; et esse valde extensam ac difficilem, tum quia respicit notitiam saltem generalem aliarum scientiarum, officiorum et artium; tum quia tot diversas materias complectitur; tum quia magna ex parte constat tot legibus positivis, quæ sine gravi studio addisci nequeunt; tum demum quia innumeræ contingunt casuum circumstantiæ ex quibus resolutionum pendet variatio, nam ex circumstantiarum diversitate diversa applicanda sunt principia.

« Ex quo patet hoc studium nunquam intermitti debere; cum ex tot rebus inter se disparibus constet, multa quamvis memoriæ commissa, quia rarius contingunt, temporis progressu facile e mente dilabuntur : *Et tale est ingenium nostrum, ut torpescat, si usus destituerit lectionis,* ait Augustinus [2]. Hanc autem necessarium scientiam usus et experientia non supplent, sed juvant tantummodo.

« *Sed* (inquires) *quantanam requiritur in Confessario scientia* ?

« R. *Optandum sane esset* (ait Encyclica *Apostolica constitutio* Benedictus XIV), *ut quilibet Confessarius ea polleret scientia, quam eminentem appellant; verum cum hæc dos paucorum sit, necesse omnino est, ut competenti saltem scientia sit instructus.* Erit autem ista scientia competens in Confessario, si prudens judicium ipse ferre possit in hoc foro; *judiciaria enim potestas hoc exigit, ut quod debet judicare, discernat* [1]. Debet ergo scire : 1. quæ peccata mortalia et venialia saltem ex genere suo : et species et circumstantias peccatorum necessario explicandas; 2. quæ spectant ad restitutionem bonorum spiritualium, et temporalium; 3. casus reservatos : item excommunicationes, censuras et irregularitates saltem communiores; 4. matrimonii impedimenta et communes statuum obligationes; 5. quæ in pœnitente dispositiones, et quæ remedia peccatis opportuna.

« Ceterum pro praxi speciatim animadvertere juvat : — 1. sufficit, ut Confessarius prædictas res ita mediocriter sciat, ut saltem bene intelligat quæ frequentius contingunt (quæ tamen pauca non sunt), et de aliis sciat dubitare; nam per dubitationem suspendit judicium et veritatem inquirit : *Scientia summa non requiritur* (inquit Lacroix) : *Imo per accidens sæpe est minus utilis, quam mediocris conjuncta cum naturali judicio et praxi. Qui enim ita subtiliter omnia volunt revocare ad species theologicos, sæpe seipsos et alios implicant scrupulis aliisque difficultatibus;* — 2. non semper eadem scientia in omnibus requiritur; sed major vel minor pro diversitate locorum et pœnitentium : si major requiritur pro audiendis Confessionibus in urbe, quam in pagis : major pro audiendis Episcopis, Sacerdotibus et Clericis, quam laicis et agricolis; — 3. in dubiis magis implicatis non solum sunt consulendi alii veri docti et majoris experientiæ, debita venia; sed maxime Episcopus est audiendus, si tempus suppetat, ut securius procedatur.

An (quæres) *præter scientiam Theologiæ moralis necessaria sit scientia Theologiæ asceticæ ac mysticæ* ? — R. *Asceticæ* nomine hic intelligimus illam Theologiæ partem sane præstantem, quas regulas suppeditat perducendi animas ad perfectionem per vias ordinarias : quæ quidem non in sola extirpatione vitiorum, sed etiam in virtutum

[1] Matth. XXIII. V. Benedictus XIV. *Notificatione* XXXII. *Mor.*, l. V, n. 627. *Praxis Confessar.*, n. 17.

[2] *Quæst.* CXX, *ex utroq. mix.* Quod quidem si valet de studiosis et ætate provectis, quid erit de illis qui dum viget ætas, dum nondum canis spargitur caput, antequam subeant morbi tristisque senectus, occupationes fastidiunt, novis semper solatiis student, studiosos vexant, perturbant, ut ignaviæ socios habeant; vel ita leviter doctrinæ attendant, ut vix uno vel altero die permaneant in iis quæ didicerunt, quasi nempe agatur scientia supervacanea, ad nostram populorumque salutem minime conducente? — V. Dubois, *Pratique du zèle ecclésiastique*, nn. 96 et seqq.

[1] Cap. I, *De pœnit.*, d. 6, § 3. — V. Liguori, *Operette varie* : domande che possono farsi ai Sacerdoti che vogliono prendere la Confessione.

exercitio consistunt. Nomine vero Theologiæ *mysticæ* intelligimus scientiam, quæ de spirituali contemplatione agit, quæ nempe dirigit pœnitentes circa dona supernaturalia, extraordinaria ac quasi mysteriosa (ex quo nomen *mysticæ*), quibus aliquando a Deo donantur animæ nonnullæ.

« Hoc posito, dicimus :

« 1. Non est dubitandum, quod Confessarius *asceticam* callere debeat : si enim est *medicus*, non solum debet cognoscere remedia pro sanandis morbis, sed etiam artes, quibus salus recuperata conservetur ; si *pater*, non solum debet a filiis omne præjudicium removere, sed etiam omne bonum iisdem procurare. Hæc autem non consequetur ; nisi aliquam etiam asceticæ scientiam habuerit : gravissimam sane daturus erit rationem Confessarius, qui animas sublimioris virtutis capaces negligit.

« 2. Quod pertinet ad *mysticam* sunt qui illam ejusdemque tractatores, licet doctissimos, rident passim, aliquo modo accedentes ad Protestantes inter quos vix credibile est quot injuriis mysticam ac mysticos prosecutus sit Moshemius, ut refert Bergier. Verum nedum spernenda, imo tanquam utilis et necessaria hæc scientia habenda est ; nam cum dentur animæ illis mysteriosis donis a Deo donatæ, requiritur in Confessario (aliquis saltem) circa eadem scientia, ut erga pœnitentes suos etiam in his magistri doctoris et patris officio fungatur.

« Q. *An aliquando excusetur Confessarius minus idoneus?*

« R. Excusatur Confessarius minus idoneus, si tamen satis idoneus, et adsit necessitas, quando nempe pœnitens aliter carere diu deberet Confessione, uti contingere solet in parvis oppidis, in triremibus, etc. Tunc est commune, quod si haberi nequeunt Sacerdotes valde docti, possunt deputari etiam minus docti, modo semper admoneantur de gravissima obligatione, qua tenentur, assidue studendi.

« *Quid de Confessione acta penes Confessarium ignarum?* Vel bona fide eam egit pœnitens, si nempe nesciebat talem esse Confessarium : vel fide mala, si scienter ad Confessarium ignarum accessit. Si 1. Confessio probabilissime valida est, quia defectus scientiæ non tollit jurisdictionem, et vix contingere posse videtur, ut absolutio nulla sit hujus defectu ; nam supposita materia legitima ac jurisdictione, aiunt communiter ex parte ministri satis esse quoad validitatem, ut peccata sub generali notione offensæ Dei cognoscat. Attamen si agatur de difficili aliquo casu, ut securius incedat pœnitens, præstat ut illum docto iterum manifestet. Si 2. pœnitens mortaliter peccat ac sacrilegus efficitur ; quia scienter cooperatur peccato Confessarii, et male administrationi Sacramenti. » (T. IV. n. 127 ad 129.)

« Circa doctrinam, pergit idem Scavini, duo extrema sunt præcavenda : — 1. Illorum *temeritas* qui dum audiunt ad Confessionem satis esse scientiam mediocrem, sibi blandiuntur quasi talem possideant ; quia temporibus illis aliqualem studio curam dedere ; est nunc vix ac nec vix quidem libros aperiunt, casus examinant et deleta ad memoriam revocant : heu ! quot Confessarii, ait Roncaglia, quot Parochi ratione ignorantiæ in continuo peccati mortalis statu vitam transigunt ! etenim hæc ignorantia, cum sit earum rerum quæ necessariæ sunt ad proprium munus, est de se peccaminosa, independenter etiam a quocumque pravo effectu, seu a mala administratione Sacramentorum ; — 2. illorum *timiditas*, qui ut se a Confessionibus audiendis liberent, continuo adducunt propriam insufficientiam ; ista, ait Salesius, est malitiosa humilitas et inventus amoris proprii ad propriam tegendam socordiam ; nam quisque mediocris potest se aptum reddere, si singulis diebus parum attendat et nulla sit dies sine linea ; in fine quod paratum videbatur, multum erit : si potest, et debet in tanta populorum necessitate. *V.* Careno, *Esame* XVII.

« Le cardinal de Cheverus (mort en 1836) estimait que le désordre dans l'emploi des journées en entraîne nécessairement la perte, fait manquer à bien des devoirs et indique un caractère sans énergie, incapable de maîtriser les variations du goût, les caprices de l'humeur ; comme, au contraire, il pensait que la vie chrétienne est essentiellement une vie réglée ; que ce bel ordre qui préside à tous les moments du jour, qui fait faire chaque chose en son temps et en son lieu, est une source de paix, de calme et de bonheur pour ceux qui l'observent, un spectacle de vertu et de religion pour ceux qui en sont témoins, une garantie pour l'accomplissement de tous les devoirs. Aussi jamais vie ne fut mieux ordonnée que la sienne : il avait contracté, dans le cours de son éducation ecclésiastique, l'habitude d'une vie de règle, et il la conserva fidèlement jusqu'à la mort. Il se levait toujours de très-grand matin, à quatre heures en été et quatre heures et demie en hiver, afin de pouvoir faire ses exercices de piété dans le silence de la paix, sans aucun dérangement du dehors. A six heures il célébrait la sainte messe, et, après son action de grâces, il étudiait l'Écriture sainte, lisant tous les jours deux chapitres de l'Ancien Testament et deux chapitres du Nouveau, en latin, en français, en grec et en anglais ; souvent même il en étudiait le texte hébreu quand ses occupations, moins multipliées, lui permettaient de prolonger son étude ; et c'était à cette pratique fidèlement observée qu'il attribuait la connaissance qu'il avait de l'Écriture sainte. Les mêmes matières, ainsi lues en quatre langues, se gravaient profondément dans son esprit et dans son cœur, d'autant plus qu'il les étudiait, non par une

vaine curiosité de savoir, mais dans cette disposition de piété, de recueillement religieux, de respect pour la parole divine, qui touche, qui pénètre l'âme et y imprime les vérités saintes. » (*Vie du cardinal de Cheverus*, par M. le curé de Saint-Sulpice. Paris, Lecoffre.)

Quod speciatim pertinet ad asceticam, audiendus Auctor operis *Instruction pour le nouveau Confesseur*, qui ait :

« C'est une omission condamnable pour le confesseur de ne pas étudier de bons livres, et ainsi de ne point se préparer à consoler, à résoudre les divers cas qui peuvent se présenter. Souvent les plus avancés dans la spiritualité recourent, dans la tiédeur ou l'inquiétude, au confesseur, pour en recevoir aide, conseil, direction, lumière, et par sa négligence il n'est point apte à en donner; il ne veut point le devenir par la lecture des bons auteurs de théologie morale et mystique. »

« Hic consulendi Bergier, *Dictionnaire*, etc. v° *Théologie mystique*. — Scaramelli, *Directoire ascétique; it. mys ique*. — S. Bonaventura, *Iter mentis ad Deum*. — *Civilta Catt.*, ser. III°. vol. I : *L'ascetismo e la civilta*. — Item quæ diximus *de contemplatione*. — Molineri, *Ragioni apologetiche d'insegnamento ecclesiastico*. Torino, 1849, d. 31. — Schran, *Instit. Theol. mysticæ*.

§. IV. *Circa judicis officium* [1].

19. POSTREMUM confessarii officium est judicis,et hoc importat,ut sicut judex tenetur prius rationes cognoscere, inde causæ momenta discutere, et deinde sententiam proferre : ita confessarius prius debet conscius fieri pœnitentis conscientiæ, postea ejus dispositionem inspicere, et postea absolutionem impertire, aut negare

« La difficulté, inquit Trucchi, est de déterminer les signes auxquels le confesseur peut reconnaître que le pénitent manque de la douleur nécessaire. Le cardinal Denoff, dans son Instruction pastorale adressée à tous les confesseurs de son diocèse, indique les principaux, et Catalani les a rapportés dans son *Commentaire sur le Rituel*. Les voici : quand le pénitent s'approche pour se confesser avec un tel air d'orgueil qu'il semble mépriser le ministre de Dieu, et montre de l'impatience ou de la mauvaise humeur à toutes les questions nécessaires qui lui sont adressées; quand, à mesure qu'il avoue ses fautes, il cherche à se disculper et à les rejeter sur autrui ; quand il raconte ses plus graves péchés comme il raconterait des choses indifférentes ; quand il est évident qu'il a voulu cacher un péché mortel, découvert ensuite par les soins du confesseur ; quand il refuse d'accepter une pénitence convenable et pleine de discrétion ; quand il ne veut pas s'aider des remèdes propres à guérir son mal; quand enfin il est du nombre de ceux qui recherchent des confesseurs ou ignorants ou d'une morale relâchée, pour ne pas arriver à une conversion véritable. » *Metodo practico per la facile e sicura amiministrazione del Sacr. della Penitenza.*

Et quoad primum munus, quod est peccata pœnitentis cognoscere, quamvis debitum examinandi conscientiam sit præcipuum pœnitentis, nihilominus, quidquid alii doctores (*Apud Lohner Instruct. pract. p.* 33.) dixerint, non est dubitandum, quin si confessarius cognoverit pœnitentem non satis diligenter conscientiam suam discussisse, teneatur ipse eum interrogare, prius de peccatis quæ verosimiliter incidere poterat, et postea de eorum specie, et numero, ut probatur ex c. *Omnis utriusque sexus, de Pœnit. et ex Rit. Rom.* (*Vide l.* 6(v). *n.* 607.)

20. Et hic multa animadvertenda sunt: I. perperam eos agere, qui rudes dimittunt, ut melius se examinant. Hoc *P. Segneri* (*Confess. Inst. c.* 2.) vocat errorem intolerabilem, et jure optimo : quia hujusmodi homines, quantum laborent, difficulter se examinabunt, ut par est, et ita exacte, sicut potest ipse confessarius eos examinare : et contra, cum dimissi sunt, periculum erit, ut exterriti difficultate se examinandi, a confitendo retrahantur, et in peccatis obdurescant (*ibid. v. Sed hæc.*); qua de re confessarius debet ipse ex hujusmodi pœnitentibus peccata exquirere, eos interrogando secundum ordinem præceptorum, præcipue si sunt famuli, aurigæ, muliones, milites, satellites, caupones, et alii hujus generis, qui vitam solent ducere æternæ salutis negligentes, et rerum divinarum ignorantes, procul a concionibus, et Ecclesiis. Et hoc pejor error esset, si ob defectum examinis dimitteret aliquem rudem, qui antea propter ruborem aliquod peccatum reticuerit, quamvis repetendæ essent confessiones multorum annorum propter majus periculum quod tunc subest, nempe quod si non redeat, peribit(*Ibidem*). Advertat nihilominus confessarius se non teneri tam minute

[1] Ad quod pertinet scientia status pœnitentis.
Edit. A LECLERE.

hos interrogare; interroget tantum de peccatis, in quæ faciliter incidere possunt, spectata eorum conditione et capacitate : imo cum pœnitens, licet rudis, videatur sufficienter esse instructus, et diligens in confitendo peccata cum suis circumstantiis, juxta statum suum et capacitatem (alio enim modo tenetur se examinare doctus, et alio rudis), tunc confessarius nihil aliud tenetur interrogare (*Ibidem*). II. Notandum, melius esse si confessarius sigillatim examinet peccata statim ac ea exponit pœnitens, quam ut differat examen usque ad finem ; quia aut faciliter confessarius obliviscitur eorum quæ audivit, aut obligandus esset pœnitens cum suo gravi onere ad repetenda confessa (*Ibid.*). III. Errare eos confessarios, qui volunt certum judicium facere de peccati qualitate, an sit grave, vel leve, exquirendo a rudibus istis si pro mortali habebant, an pro veniali ; hi enim multoties respondent, ut casus sibi verba suggerit ; et hoc experientia testamur (ut ego millies observavi). Quod si confessarius paulo post iterum interroget, respondent modo toto a primo diverso. IV. Advertendum circa numerum peccatorum, quorum pravo habitu aliqui tenentur, cum non possit haberi numerus certus, curet confessarius statum pœnitentis cognoscere, nempe vivendi modum, applicationem quam impendit ad alia negotia, tempus consuetudinis cum complice, locum ubi potissimum moratus est ; et deinde interroget de numero, interrogando pœnitententem, quoties circiter peccaverit in die, aut in hebdomada, aut mense, proponens ei plures numeros, ex. gr. ter aut quater, octies vel decies, ut videat cui numero potius ille adhæret ? Et si pœnitens numero majori adhæret, optimum factus erit si iterum interrogetur de numero majori. Sed in hoc confessarius advertat, ne formet de numero judicium certum ; notet frequentiam in genere, et in confuso judicium faciat, apprehendendo peccata quotquot sunt coram Deo. Aliqui doctores dicunt, quod circa peccata interna habituatorum, ut sunt peccata odii, delectationum pravarum, et desideriorum, sufficit plerumque interrogare de tempore, per quod duravit malus habitus ; sed hoc mihi omnino non satisfacit, quia potest esse quod aliquis magis sit intentus ad externa negotia, aut moretur ubi sibi occurrent pauciores occasiones cogitationum pravarum ; alius erit magis alia animi passione allectus : ideoque opus est interrogationes generales adhibere de propria applicatione, de loco, de animi inclinatione, etc. ut formet judicium majoris, vel minoris frequentiæ actuum internorum. Cœterum post duæ vel tres interrogationes, non debet angi confessarius, si ei judicium, quod facit, videtur esse nimis confusum ; nam ex conscientiis implicatis et confusis moraliter impossibile est, majorem claritatem sperare. V Oportet animadvertere, quod, licet confessiones generales sint utilissimæ, nihilominus non debet confessarius esse valde rigorosus ad efficiendum, ut confessiones jam factæ repetantur (*Lib.* 6 (v). *n.* 505.). Unde ait P. *Segneri* non esse obligationem repetendi confessiones, *nisi in casu manifestæ necessitatis, et in quo error est evidens.* Neque relapsus sunt certa indicia nullas fuisse confessiones factas, præcipue si per aliquod tempus non ceciderit, aut si, antequam caderet, sibi aliquam vim fecerit. Aliud tamen judicium fieri debet, si pœnitens plerumque statim ceciderit, post duos nempe, vel tres dies a confessione facta, quin aliquo modo tentationi obstitit; tunc enim videtur moraliter certus doloris ac propositi defectus.

« Quando confessio generalis non est omnino necessaria, inquit Vincent, imponenda non est sed suadenda ; experientia enim constat non prodesse illas confessiones generales quæ cum nimia repugnantia fiunt. — Omnia proinde sunt sedulo pensanda quando agitur de confessione generali facienda. Caveant confessarii, inquit DD. Bouvier, præsertim juniores et timorati, ne pœnitentes ad confessionem generalem facilius compellant, vel etiam admittant : verum pari sollicitudine timeant ne pigritia aut laxitate eam præcipere negligant. » (*De Pœnit.* n. 132.)

Scavini, autem, de confessione generali monita sequentia collegit :

« Specimen, inquit, confessionis generalis pro rudibus præcipue adjuvandis exhibent inter cæteros : 1. B. Leonardo, *Direttorio della confessione generale; istruzione per fare con facilita e brevita la confession generale;* 2. P. Gaetano M. da Bergamo, *L'uomo apostolico al confessionario;* c. XVII; *Avvisi al penitente... Esempio di pratico esame per una confession generale de peccati piu ordinarii del secolo ;* 3. Salvatori, *Istruzione pratica per i confessori novilli;* par. II, § 7 : *Metodo pra-*

tico per una confession generale con maggiore speditezza e profitto de' rozzi (e questi non seno solamente i contadini). Qui quidem præclare consilia afferunt, ad tria claritatis gratia reducentes quæ ad tantum opus rite peragendum conducunt, ad præparationem, ad examen, ad conclusionem.

« *a.* « Si vous êtes dans le cas de conseiller à votre pénitent une confession générale, ne l'obligez pas, ne le pressez pas, ne l'exhortez même pas à s'adresser à vous pour cela : laissez-lui toute liberté d'aller trouver le confesseur qu'il préférera. Si c'est à vous pourtant qu'il désire ouvrir son cœur, dilatez alors les entrailles de votre charité, et ne vous faites pas prier. » *P. Gaetano.*

« Quelque borné, ignorant ou même obstiné que soit le pénitent, pour l'accomplissement de ses devoirs, il ne faut ni le gronder ni l'effrayer par un langage rigoureux : rappelez-vous que vous êtes au confessionnal le martyr de la patience. — Interrogez-le d'abord sur les péchés commis depuis la dernière confession pour vous rendre compte de l'état actuel de son âme. Si, en effet, il se trouvait dans une occasion prochaine de péche ou dans une mauvaise habitude, et qu'il ne fût pas résolu à se corriger, toute confession est inutile. S'il est disposé, demandez-lui sa qualité, son âge, sa profession. Quand vous saurez aussi s'il a accompli sa pénitence, vous pourrez commencer à l'interroger sur les choses particulières. Il en est qui, dès le commencement, s'informent de sa science de la doctrine chrétione, et particulièrement des mystères dont la connaissance est de nécessité de moyen. Mais j'ai remarqué que ces questions placées au début arrêtent singulièrement l'ardeur du pénitent et diminuent sa bonne volonté ; je vous engagerais donc, toutes les fois que vous doutez de sa docilité, à laisser cela pour la fin, et les choses ne marcheront que mieux.

« Après avoir fait ces demandes, que l'on peut adresser d'abord à tous les pénitents et qui servent comme de préface à toute confession, le confesseur doit s'assurer si la confession générale qui va avoir lieu est vraiment nécessaire ou simplement conseillée, car si elle est faite par motif de vraie nécessité, le confesseur doit alors apporter une plus grande exactitude à l'examen et une plus grande attention dans les interrogations. — Or la confession générale est obligatoire : 1° pour ceux qui, par honte ou tout autre motif, ont tu avec malice quelque péché mortel au confesseur, soit qu'ils le crussent mortel, soit qu'ils doutassent qu'il fût mortel, et qui ont continué à le taire par malice dans toutes leurs confessions; 2° ceux qui ne s'examinent pas ayant des péchés mortels sur la conscience, ou font l'examen avec négligence, s'exposant ainsi à ne pas faire une confession *entière ;* 3° ceux qui ont partagé leur confession à dessein, avouant une partie de leurs péchés mortels à un confesseur, l'autre partie à un autre ; 4° ceux qui se confessent sans douleur, sans faire auparavant aucun acte de contrition ou d'attrition; qui font de la confession une affaire d'usage et de cérémonie comme s'il suffisait de dire tous ses péchés ; qui s'adressent de préférence à des prêtres peu capables, vrais sourds-muets spirituels, bons seulement à prononcer la formule de l'absolution ; 5° ceux qui n'ont aucun bon propos, ne cherchent nullement à se corriger, changent de confesseur pour ne pas changer de vie, et veulent rester jusqu'à la mort dans leurs liens criminels ; 6° ceux qui ont vécu dans une occasion prochaine de péché qu'ils pouvaient et n'ont pas voulu éviter, et qui, malgré cette liaison coupable , ont fait de fréquentes confessions ; 7° ceux qui ayant à restituer ne l'ont jamais voulu quand ils le pouvaient, ou qui, conservant de la haine contre le prochain, sans consentir à pardonner, ont continué pendant plusieurs années à se confesser dans des dispositions aussi mauvaises. Jugez maintenant ce qu'il faut penser de ces confesseurs qui, voyant à leurs pieds un pénitent résolu à faire une confession générale, se contentent de lui demander s'il a caché précédemment par honte quelque péché grave, et sur sa réponse négative le renvoient en lui disant que dans ce cas-là une confession générale n'est pas nécessaire. » *Le B. Léonard.*

« Je fais considérer au pénitent la nécessité et l'avantage de la confession générale pour le remettre en grâce avec Dieu, et rendre la tranquillité à son âme. Je lui dis : — Pour arriver à ce résultat, voici les deux choses les plus importantes : accuser tous ses péchés et en avoir une véritable contrition accompagnée du ferme propos de ne les plus commettre. Je me charge du premier point, qui est le plus pénible et qui coûte tant aux pénitents ; mais il faut vous occuper du second, personne ne pouvant avoir pour vous la douleur et le bon propos. Cependant ici encore je puis vous aider. Ne craignez rien ; mettez-vous avec confiance entre les mains du Seigneur, et vous verrez que par sa grâce vous parviendrez à accomplir ce qui vous paraît maintenant impossible. Courage donc, priez la très-sainte Vierge, refuge et mère des pécheurs qui veulent se convertir ; priez votre ange gardien. Oh ! comme il est heureux de vous voir prêt à rompre les fers du démon ! Priez votre saint patron : c'est votre premier protecteur et c'est à lui que l'Église vous a confié. Surtout invoquez Notre-Seigneur Jésus-Christ, il est la source de la grâce, il est votre rédempteur... — Le pénitent étant ainsi disposé, je commence l'examen. » *Salvatori.*

« *b.* Examen. « La difficulté ici se réduit à faire l'examen en lui-même et à dire le nombre de ses péchés. Pour l'examen,

confiez-vous à un bon confesseur, priez-le de vous aider, de vous instruire et de vous interroger. Vous me demandez s'il faut écrire vos fautes et vous servir d'un livre qui contienne une formule d'examen? Pour ce qui est d'écrire, je ne blâme pas ce moyen, pourvu que vous vous borniez à noter vos péchés en abrégé, indiquant l'espèce et le nombre, et évitant tout détail superflu. Quant au livre, soyez plus réservé. Il en est qui jetteraient de la confusion dans votre esprit, parce qu'ils ne présentent pas de distinction entre les péchés mortels et véniels, ou décrivent trop minutieusement ce qui ne doit être qu'effleuré. Si vous le désirez, je vous indiquerai un livre sûr, c'est celui de votre conscience: faites-y une lecture sérieuse, il vous montrera tous vos péchés, surtout avec l'aide d'un confesseur capable.

« Je vous engage à ne point vous examiner sur vos péchés véniels. Quoiqu'il soit bon de les accuser dans les confessions ordinaires, ils ne feraient que vous embarrasser dans l'examen de la confession générale. Peut-être même le démon se servirait-il de cette préoccupation pour vous rendre la confession plus pénible. Comme ils ne sont pas matière nécessaire, il suffit d'en avoir une contrition générale; vous pourrez les accuser en bloc à la fin. » *Le B. Léonard.*

« Dans les confessions générales, il faut commencer par les péchés contre le sixième commandement. Après vous être informé de l'âge auquel le pénitent s'est aperçu de leur malice, parcourez-les selon leurs espèces (toujours avec prudence quand vous confessez des jeunes gens), examinant ceux qu'il a commis seul, avec d'autres, du même sexe ou de sexe différent, libres ou non; avec des parents, *cum bestiis*, dans le lieu saint, etc. Après que le nombre des péchés par action a été rappelé en gros, s'il ne peut se dire en détail, passez aux péchés par pensées, désirs, complaisances, regards, discours, paroles à double sens, chansons, vanteries scandaleuses pour ceux qui les entendent, etc. » *Salvatori.*

« Je n'approuve pas la méthode de ces confesseurs qui engagent à s'examiner sur les diverses phases de le vie, et à noter les péchés de l'enfance, de l'adolescence, de l'âge mûr, de la vieillesse. Sans doute il faut jeter un coup d'œil sur toutes ces périodes; mais, comme il y a des péchés qui par suite d'une mauvaise habitude ont été commis à tout âge, il s'ensuivrait qu'en s'attachant à cet ordre d'examen, on devrait dire les mêmes fautes plusieurs fois. » *Le B. Léonard.*

« Il faut conseiller aux personnes qui ont vécu longtemps dans le vice de l'impureté de ne pas trop s'arrêter, par prudence, à la recherche de ces péchés, car un tel examen pourrait encore souiller leur imagination et les faire échouer au port. Qu'elles ne se les rappellent qu'autant que cela est absolument nécessaire; qu'elles invoquent Dieu fréquemment, et, de même que pour traverser une atmosphère empestée on tient un flacon d'odeurs, de même elles doivent avoir à leur portée quelque pieuse considération, et sortir au plus vite de ce pénible sujet. » Giordani, *Instruction pour les jeunes confesseurs*, t. I. n. 320.

« La difficulté la plus sérieuse que présente une confession générale, c'est la détermination *du nombre des péchés*. Voici là-dessus une règle générale très-claire. Si vous connaissez le nombre des péchés d'une matière certaine, vous devez le donner pour certain. Répondre au confesseur qui vous demande combien de fois vous avez commis une faute, que cela est arrivé quatre ou cinq fois lorsque vous êtes sûr que c'est cinq fois, ce serait pécher. Mais, si vous ignorez le nombre exact, dites un nombre approchant, comme par exemple : Ce péché, je l'ai commis dix ou douze fois environ, faisant disparaître par ce correctif toute chance de mensonge. Si pourtant vous ne pouvez même dire un nombre probable sans risque de vous tromper considérablement, que faut-il faire? Il faut expliquer le temps où le péché a été commis et dire s'il était fréquent. Comme par exemple : A quinze ans, j'avais un mauvais, très-mauvais camarade qui m'apprit à faire telle faute, et je l'ai commise jusqu'à trente ans environ deux ou trois fois par semaine, parfois une fois seulement, parfois je passais une semaine sans la commettre. A vingt ans, je contractai une mauvaise liaison que je conservai jusqu'à vingt-cinq ans. D'ordinaire, j'offensai Dieu (de telle et telle manière) une fois par semaine, quelquefois je passais quinze jours, même un mois sans l'offenser. Est-ce que cela suffit, direz-vous? Mais pourquoi non? Plût à Dieu que tout le monde se confessât ainsi! » *Le B. Léonard.*

« Conscientiæ porro excutio tam a Confessario quam a pœnitente de facili potest expediri, ordinatim, ac breviter transcurrendo : 1. per præcepta Dei, incipiendo tamen a sexto et nono; 2. per præcepta Ecclesiæ (*V.* Liguori, *Praxis Confessarii*, n. 21, de interrogationibus faciendis pœnitentibus rudibus); 3. per vitia capitalia; 4. demum per obligationes proprii officii, ac status (*V* Liguori, *Praxis*, n. 48; et *Appendix* nostra in fine). Juverit etiam (hodie maxime) interrogare specialiter de libris et diariis prohibitis, de sectis occultis, de publicis spectaculis, de hæresi, de censuris; si nempe Confessarius habeat rationabilem suspicionem, quod de hisce pœnitens sit reus.

« *c.* Conclusio. « A la fin de l'accusation, le confesseur engagera le pénitent, s'il a sur la conscience quelque chose dont il n'aurait pas été question dans les interrogations, à s'en ouvrir librement, afin qu'il ne lui reste pas d'inquiétude. Puis, s'il est à propos, il terminera de la sorte : — Vous m'avez fait connaître l'état de votre vie passée, mais

avant de vous donner l'absolution, je dois m'assurer que vous possédez une connaissance suffisante des principaux mystères de la foi. Les savez-vous? — Dans l'enfance, oui; maintenant non. — Repentez-vous donc d'abord de votre négligence à vous en instruire. Vous vous en accusez et vous en demandez pardon, n'est-ce pas? Or, rappelez-vous que les principaux mystères qu'il faut connaître sont... Faisons maintenant les actes de foi, d'espérance, de charité et de contrition, que vous n'avez jamais bien faits dans votre vie. — Il ne faut pas faire cette question aux personnes capables et bien élevées : elles en seraient blessées. Cependant, comme on ne peut passer sur un article d'aussi haute importance, si ces personnes ont négligé leurs devoirs, ainsi qu'il a été facile de s'en apercevoir par la confession, il faudra leur suggérer prudemment que pour rendre leur repentir plus sincère elles feront bien de produire des actes de foi, etc., et, s'il leur est agréable, de les faire tout de suite avec vous... Puis vous conclurez ainsi : — Vous comprenez donc dans cette confession tous les péchés mortels commis durant votre vie, autant ceux que vous avez déclarés que ceux que vous ignorez, que vous avez oubliés, ou que vous ne savez pas expliquer, comme aussi tous vos péchés véniels, mensonges, impatiences, curiosités, vanités, gourmandises? etc. Vous me promettez du fond du cœur de renoncer aux occasions de péché, de faire tous les restitutions comme il a été convenu, vous avez la résolution de changer entièrement de vie. Vous me le promettez, n'est-ce pas? — Oui, mon père. — Voici la pénitence que je vous impose, etc. » *Le B. Léonard.*

« La pénitence doit être à la fois facile et médicinale. Facile, pour éviter le danger que le pénitent la laisse de côté au détriment de sa conscience; médicinale, pour qu'elle l'aide à se préserver de nouvelles chutes. Voici la pénitence que je donne ordinairement et que je vois accepter volontiers trois *Ave, Maria*, à la Vierge très-pure; un *Pater* et un *Ave* à l'ange gardien; un au saint patron, et cinq aux cinq plaies de Notre-Seigneur Jésus-Christ. On la continuera pendant plusieurs semaines ou plusieurs mois suivant le nombre ou la gravité des péchés. Pour les prières adressées aux plaies de Notre-Seigneur, je suggère au pénitent de faire, en les récitant, un petit colloque dans le genre de celui-ci : — Qui a ouvert ces plaies du divin Rédempteur? Ah! je ne dois pas en chercher d'autre auteur : c'est moi, scélérat : moi par mes péchés qui les ai renouvelées plusieurs fois; moi qui l'ai couronné d'épines, qui l'ai cloué sur la croix, qui l'ai fait cruellement mourir! Oh! grâce, Seigneur, je ne recommencerai plus, je veux plutôt mourir que vous offenser. — Ils doivent de cette manière renouveler pendant plusieurs jours le souvenir de leurs péchés, s'affermir dans la douleur et le bon propos, se prémunir contre les rechutes et croître dans la dévotion au crucifix qui est éminemment celle du chrétien. Que dans vos exhortations domine toujours le grand mystère de Jésus en croix, vous verrez les fruits merveilleux que vous produirez. Pour les blasphémateurs, plutôt que de leur prescrire de tracer une croix à terre avec la langue (ce qu'ils n'exécutent pas d'ordinaire), je leur prescris de dire souvent dans la journée : Dieu soit béni! Jésus-Christ soit loué! Vive Marie! etc. » *Salvatori.* (It. *Vide* Adnotatio sequens quoad satisfactiones imponendas).

« Le point essentiel, c'est d'exciter le pénitent à un vrai regret de ses fautes et à la résolution de ne les plus commettre. C'est ici que le confesseur doit déployer toute son activité, tout son zèle. Il ne faut pas d'abord se persuader qu'on va obtenir du pénitent un acte de charité et de contrition parfaites : car il n'est pas naturel qu'un cœur, où tant de péchés mortels ont éteint peut-être depuis des années la charité, puisse, sans un aide vraiment miraculeux de la grâce, rallumer en un instant cette divine flamme et la porter au plus haut degré. Ayez l'intention de l'amener à la contrition parfaite, c'est bien! mais pour agir plus sûrement, commencez par l'attrition. Saint Augustin a dit souvent : *Timor inducit charitatem*, c'est l'aiguille qui introduit le fil dans l'étoffe. — Quand vous aurez donné l'absolution, faites considérer au pénitent l'infinie bonté de Dieu qui lui a pardonné à si peu de frais, et pardonné une si énorme quantité de péchés. Enfin donnez-lui les avis nécessaires pour la persévérance. *La fuite des occasions*, de telle maison, de telle personne, etc.; sans quoi il pourra retomber bientôt peut-être pour ne plus se relever. *Le mépris du respect humain.* Si l'on ne fait pas la sourde oreille aux propos des impies et des ignorants, on ne fera jamais rien de bon. *La prière*, car tout vient d'en haut. *La dévotion à la sainte Vierge, la fréquentation des sacrements*, etc. — Puis enseignez-lui encore comment il doit se présenter à la sainte table. Voici quels doivent être les principaux sentiments d'un pécheur converti en allant à la communion : Après avoir ravivé sa foi en la présence réelle de Jésus-Christ dans le divin sacrement, après l'avoir adoré comme Dieu, il doit se tourner tout entier vers le souvenir de ses iniquités passées pour s'en humilier et les détester devant son Sauveur outragé. — Que faites-vous, ô bon Jésus? lui dira-t-il dans son cœur. Vous ne me reconnaissez pas! Vous ne vous souvenez pas que c'est moi qui vous ai tant de fois trahi, qui vous ai blasphémé, crucifié? Comment donc avez-vous le courage de venir reposer sur ma langue, de vous renfermer dans mon cœur, ce cœur si cruel, si barbare pour vous? Ah! je vous

comprends! vous voulez que là où a abondé le mal surabonde la grâce! O excès de miséricorde!... c'est maintenant que je reconnais l'énormité de mes crimes! Comment ai-je pu offenser un Dieu si bon! Je voudrais que le jour où je vous ai outragé n'eût jamais brillé. Du moins désormais.,. etc. Dans ces sentiments d'humiliation et de contrition, allez recevoir avec respect et confiance votre Jésus, qui vous accueillera avec bonheur. Quand vous le posséderez, dites-lui affectueusement : — Comment! vous, Roi de gloire, vous êtes dans ma maison! vous que les cieux ne sont pas dignes de contenir, vous devant qui les anges ne sont pas assez purs, vous, ici, dans ma poitrine, qui est un repaire d'iniquités, le séjour immonde de vos plus cruels ennemis, le péché et le démon! O grand Dieu! vraiment riche en miséricorde, que ne puis-je désormais espérer de vous, quand vous vous donnez tout à moi? Plutôt mourir que jamais vous déplaire!... » *Salvatori.*

« En le congédiant, dites au pénitent : — Que Dieu vous donne sa bénédiction. Retirez-vous consolé. Vous voilà comme sorti d'un nouveau baptême et né aujourd'hui à une nouvelle vie. Ne commettez plus de péché mortel, et ayez confiance en la miséricorde divine, qui vous sauvera. Vous n'avez plus besoin de confession générale. Rapportez-vous-en à ce que je vous dis; celle-ci est bien faite, et ne pensez plus au passé. Je vous conseille la confession annuelle, afin de marcher avec Dieu sûrement et d'acquérir ainsi la vie éternelle, qu'il vous accordera. » ***Le B. Léonard.*** (T. IV. n. 196.)

CAPITULUM II

De interrogationibus faciendis pœnitentibus rudibus.

21. Non speret hic meus lector me sermonem facturum de omnibus doctrinis ad Dei etEcclesiæ præcepta pertinentibus, quoad ea quæ in ipsis permittuntur, aut prohibentur, de his enim satis actum in Opere Morali. Hic tantum annotabimus interrogationes a confessario plerumque faciendas pœnitentibus rudibus, qui judicantur non sufficienter suam conscientiam perquisisse ; et pauco alia quæ præcipue notari debent, ad praxim maxime facientia, aliter quam speculative tractantur.

22. Circa I. *præceptum* interroget 1. pœnitentem, an mysteria fidei calleat; nam si quatuor mysteriorum principalium ignorantia teneatur, nempe Deum esse, remuneratorem esse boni et mali, mysteria Sanctissimæ Trinitatis et Incarnationis ac mortis Jesu Christi, erit absolutionis incapax, juxta propositionem 64. proscriptam ab *Innocent. XI.* Item an sciat Smybolum fidei, præcepta Decalogi, sacramenta, etc. saltem in substantia. Sed hic bene advertit celebris ille, et doctus Missionarius ***P. Leonardus a Portu Mauritio in suo Discursu mystico, et morali, n.*** 26. teneri confessarium instruere pœnitentes rudes in mysteriis fidei, saltem in quatuor principalibus; quapropter sic subjungit : *Bonum non est consilium dimittere similes ignaros, ut ab aliis hæc doceantur, quia nullus alius sperabitur fructus, nisi ut sic ignari remaneant : ideoque expediens est breviter eos docere prædicta mysteria principalia, efficiendo pariter, ut secum efforment actus Fidei, Spei, Charitatis, et Contritionis obligando tamen eos, ut imposterum perfecte instrui se faciant, circa cætera mysteria scitu necessaria de necessitate præcepti.* Et idem Auctor,loquens de personis urbanis salutis propriæ negligentibus, quæ sibi magno rubori, et contumeliæ habent se de iis interrogari, ait decere confessarium, ut ipsis sic dicat? *Eja eliciamus una simul actus christianos, dic mecum: Deus meus, quia es veritas infallibilis, et quia sanctæ Ecclesiæ tu revelasti, credo quidquid sancta Ecclesia me docet credere ; credo præcipue te esse unum Deum, et tres Personas ; credo Filium, cum Deus esset, se fecisse hominem, mortuum esse in cruce, resurrexisse, et ad cœlos ascendisse, et illinc venturum esse omnes judicaturum ; ut boni paradisi gloria fruantur, et mali in æterno igne crucientur.* Præterea advertendum id, quod dicit *Bened. XIV* in *Constit.* 42. *de doctrina Christ.* § 12. (vide in *Bullar.*) nempe negandam esse absolutionem pœnitenti, qui culpabiliter neglexit addiscere res fidei scitu necessarias de necessitate tam medii, quam præcepti. Sed circa res præcepti, ait posse absolvi ignorantem si vere promittat addiscere, his verbis : *Eo quandoque casu pœnitens absolvi potest, quo se vincibilis hujus ignorantiæ reum agnoscit, et promittit operam se daturum addiscere necessaria necessitate præcepti.* 2. An superstitiones exercuerit aut alios docuerit, et si in ipsis aliorum ministerio usus fuerit, quos ad suo peccato cooperandum induxerit ; quocirca debet rudes admonere, superstitiones nunquam esse licitas, quamvis ex charitate, aut in necessitate fiant. Quæ autem actiones sint nec ne superstitiones vide in Opere (*l.* 3 (IV). *n.* 3.). 3.

An unquam olim rubore suffectus in confessione aliquod peccatum reticuerit? Et hac interrogatione ut plurimum curet sciscitari rudes et mulierculas, qui raro frequentant sacramenta, dicendo eis : *Forsan aliquis vitæ anteactæ scrupulus te mordet ; cura nunc bene confiteri, dic omnia libenter, noli timere, omnem scrupulum ab anima tua depone , etc.* Hac interrogatione, aiebat quidem diligens operarius, a se multas animas a confessionibus sacrilegis fuisse liberatas. Si autem reperiat jam hujusmodi sacrilegia fuisse patrata, ut de numero certus fiat, interroget quoties, inter hoc tempus, a quo peccare cessavit, confessus sit, et communicaverit ? et si quotiescumque confitebatur, vel communicabat, ad sacrilegium advertebat? Contingit enim aliquibus interdum sacrilege confiteri, præcipue in pueritia, et postea horum oblivisci : hi enim non tenentur ad repetendas confessiones oblivionis tempore factas. Item interroget, utrum scirent se talibus confessionibus et communionibus, etiam præceptum paschale transgressum fuisse expedit autem ut hæc interrogatio de sacrilegiis fiat in principio confessionis ne, si postea fiat, et reperiatur jam commissum sacrilegium, tempus teratur inutiliter in repetenda confessione, quæ forsan nihil habet dissimile a præteritis. Oportet autem operam dare, ut qui peccata reticuerunt, cognoscant, quam maximum peccatum hoc sit, conculcare nempe pedibus Sanguinem Jesu Christi. 4. Interroget, si pœnitentiæ satisfecerit? Et si omiserit, an hoc acciderit propter oblivionem, aut quia noluit eam adimplere, aut quia distulit in posterum faciendam, aut ut sibi commutare faceret ? et si in ea dilatione putabat peccare ? 5. Circa scandala, si induxerit alios ad peccandum, aut si ut peccatum exequeretur abusus fuerit ministerio aliorum ? Si cooperatus sit peccatisalienis? Tabernarios interroget, si ministraverint vinum illis qui soliti fuerunt inebriari (*l.* 2 (III). *n. n.* 69.)? Mulieres interroget, si verbis parum honestis, jocis, saltibus, risu, aut si fixis oculis aliquem inspiciendo, tunica nimis elevata, aut pectore aperto provocaverint viros ad malas cogitationes ? Si munera ab illis ad malum finem data acceptaverint ?

23. Circa hanc ipsam materiam scandali, potest interrogare insuper, an pœnitens cooperatus fuerit peccato alicujus ; sed confessarius in hoc debet esse valde peritus, ut dignoscat quando cooperatio sit formalis, et quando materialis. *Formalis* est, cum cooperatur actuali peccato alterius, ut evenit in fornicatione, aut cooperatur malæ voluntati alicujus, ut si in suam tutelam furem reciperet, quod vulgo dicunt, *guardar le spalle. Materialis* autem est, cum operam suam exhibet actui alicujus ex se indifferenti, illi qui ea abutitur ad malum finem, ut est præbere vinum volenti se ebriare ; et hæc potest esse licita, cum adest justa, et cooperationi proportionata causa. Hoc punctum, quod magni momenti est, et multa consideratione indigens, non mediocris mihi fuit laboris, ut veluti res exigebat expenderetur; observent ideoque rationes, et resolutiones in Opere (*Lib.* 2 (III). *n.* 63. *v. Ad distinguendum, et l.* 3 (IV). *n.* 571.), congestas.

24. Circa II. *præceptum* interroget de perjuriis, de votis transgressis et de blasphemiis. Quoad perjuria interroget pœnitentem, si falsum juraverit, et an in judicio, vel extra, quia pejerando in judicio, etiam justitiam læsit, propter quod aliquando tenebitur aut se retractare, aut damnum reficere. 2. Interroget de modo quo juravit, si *per Deum, per Sanctos, per animam*; si enim juravit per conscientiam, aut *per fidem*, quin addiderit *fidem sanctam* aut *Christi*, probabilissime potest excusari a perjurio (*l.* 3 (IV). *n.* 135.). Advertatur hic, multos rudes non apprehendere ut peccatum grave, pejerare per Sanctos, cum alterius damnum non intervenit. Et plerumque cum in filios, aut famulos, irascentes dicunt, *per Deum, per Sanctos, per Christum te occidam, si iterum hoc facies*, non intelligunt tunc pejerare, etiamsi revera minas exsequi non intendant; saltem non advertunt.

25. Quoad vota facta pariter confessarius diligenter exquirat a pœnitente, si illud quod emisit, sit verum votum, quia vulgus sæpe confundit desideria, aut proposita cum votis. Ad hæc distinguenda parum juvabit eum interrogare, ut nonnulli solent, an unquam habuerit intentionem se voto obstringendi sub gravi peccato? Siquidem rudes sic interrogati facile negant ; satius erit interrogare, si tunc, cum votum emisit, existimabat se graviter peccaturum fuisse, an non, si postea non satisfecisset ; et ita melius cognoscetur, an sub gravi, vel levi se voto obligaverit. Certus de hoc

factus confessarius hoc fuisse verum votum exquiret, an si ob dilationem putaverit peccare mortaliter, aut judicabat se ab hoc excusari, quia sibi erat propositum illud adimplendi inposterum.

26. Hic juvat annotare aliqua circa votorum dispensationem, et commutationem. Jam sciuntur quinque vota reservata, religionis nempe, castitatis perpetuæ, et trium peregrinationum, Romam, Jerusalem, et ad S. Jacobum Gallæciæ, non posse nisi a Papa dispensari, dummodo sint absoluta, non autem pœnalia, et conditionata(*Lib.* 3(IV). *n.* 261.). His adde votum perseverantiæ in aliqua congregatione, vel communitate solitum emitti (prout fit in congregationibus Missionariorum S. Vincentii a Paulo, et in nostra SS. Redemptoris) quod *Benedictus XIV.* in Bulla *Convocatis*, sub die 25 Novembris 1749. § 32. sibi reservavit (*l. c. n.* 255.). Alia vota possunt commutari aut dispensari ab Episcopis; qui possunt hanc facultatem aliis delegare (*l. c. n.* 256.); aut a confessariis regularibus (*l. c. n.* 257. *v. Immo*), aut ab aliis confessariis per facultatem, jubilæi, aut alterius privilegii sibi concessam. Loquendo autem de commutatione, confessarium monitum esse volo, ne sit scrupulosus circa causam, quia quodlibet rationabile motivum pro causa haberi potest. Sufficiens est, ut ex commutatione voti sit minus periculum transgressionis (*l. c. n.* 244 *in fine.*); nec circa materiam æqualiter subrogandam, etiam non requiritur æqualitas lance libranda, sed sufficit, ut sit æqualis moraliter. Interroget pœnitentem, quæ opera soleat exercere præter debita ex præcepto, aut ad quæ majorem habeat propensionem, et in ea commutet vota. Commutatio autem securior in omni votorum genere erit frequentia sacramentorum (*l. c. n.* 243.). Advertat vota perpetua bene posse commutari iu temporalia; dummodo adsit debita proportio; et sic etiam realia possunt commutari in personalia; et contra personalia in realia (*l. c. n.* 247. *v. Notandum*). Loquendo autem de dispensatione, ad hanc requiritur causa gravior, nimirum periculum grande transgressionis, magna difficultas executionis, levitas aut imperfecta deliberatio qua votum emissum est (*l. c. n.* 252. *et* 253.). Nihilominus semper laudabile erit adjungere hujusmodi dispensationibus aliquam commutationem. Hæ autem dispensationes et commutationes possunt fieri extra confessionem, modo facultas non sit concessa sub tali conditione, ut in jubilæo (*l. c. n.* 257. *v. Immo*); sed consilii est eas facere in confessione.

27. Quoad blasphemias interoget, si execratus fuerit in Sanctos? et quibus verbis usus fuerit, an dixerit male habeat vulgo, *managgia*, vel *atta*, aut *potta?* Etenim dicere *managgia*, certum est esse mortale : *atta* in se est veniale, quia tale verbum non continet contumeliam; sed aliqui rudes eumdem concipiunt horrorem ac cum dicunt *managgia*, et tunc oportet accipi pro gravi blasphemia, et simul instruere pœnitentem tale effatum non esse blasphemiam. Dicere *potta* in se esset grave peccatum juxta idioma hispanicum, sed in nostro blasphemia non est, cum nihil aliud significet quam interjectionem indignantis (*lib.* 3 (IV). *n.* 124. *v. Neque*). Nihilominus bonum erit exigere numerum, cum rudes horrorem notabiliorem ex hoc concipiunt. Sed cum tale verbum sit æquivocum et cum possit accipi in sensu meliori, bene potest animadverti pœnitens, quod illud juxta nostram loquelam non est blasphemia, quandoquidem nostri indigenæ non intelligunt certe proferre illud in sensu pejore, id est Hispanorum idiomatis, sed advertatur simul, ut caveat a scandalo, si unquam adesset.

28. Interroget 2. si execraverit in dies sanctos, nempe Pascham, Natalem, Epiphaniam, Sabbatum Sanctum, etc. quod excusari non potest a mortali, licet multi rudes clare non apprehendant ut tale, sed quia est dubium, si apprehendunt, an non, investigetur de numero, et hujusmodi blasphemiæ accipiantur ut sunt coram Deo. 3. Interroget, si postquam protulerit blasphemias in Deum, in Sanctos, aut in dies sacros, immediate subjunxerit; *si eos ego feci*, aut *excepto Deo*. Etenim illi rudes, qui dicunt ita unico actu, bene notat Auctor Instructionum pro confessariis pagorum (*Cap.* 5. *p.* 141.), saltem excusari a gravi, propter ignorantiam, dum non intendunt tunc blasphemiam proferre; et licet in Opere (*lib.* 3(IV). *n.* 124. *v. Sic quoque*) dixerim [1], tale effatum esse veram blasphemiam, quia ad blasphemiam non requiritur intentio execrandi, sed sufficit quod propositio sit in Deum, aut in Sanctos con-

[1] Indicat auctor primam non correctam editionem Moralis Theologiæ.

tumeliosa; nihilominus melius mihi rem consideranti videtur esse probabile hanc non esse blasphemiam, siquidem verus uniuscujusque propositionis sensus ab ultimis verbis designatur, unde bene dici potest præfatam propositionem, integre acceptam, non importare contumeliam. Sed aliter dicendum, si ille postquam vere execratus fuerit, ut malo jam patrato mederetur, diceret *si ego feci*, etc.

29. Notandum, quod cum rudes dicant, *maledicta sit fides tua*, vulgo *managgia la fede tua*, non accipitur ut blasphemia, quia non intelligunt fidem Christianam, et nomine *fidei* potest quoque intelligi fides humana; aliter autem debet judicari si execrarentur in *fidem sanctam*, aut *Christi*. Ita pariter non est mortale maledicere *mortuis*, nisi nominarentur aut intelligerentur præcise a proferente animæ purgatorii, vel mortui in Christo, aut animæ mortuorum. De hoc puncto jam in Opere (*lib.* 3 (IV). *n.* 130.) locutus sum : sed quia hoc est punctum ab aliis Auctoribus non discussum, refert illud hic ad trutinam revocare, ut clarius patefiat, utque præsertim alicui Anonymo respondeatur, quia in quadam sua Epistola mihi contradixit, aliqua objiciens.

Dico autem maledictionem *mortuorum*, per se loquendo, non esse blasphemiam, neque in se, neque ex relatione illorum, qui eam pronuntiant. Non est in se, quia vox *mortui* proprie est terminus *privativus*, qui homines significat vita functos, nunc amplius non existentes ; et in tali supposito verbum *mortui* nec animam, nec corpus importat. Quamobrem loquendo in philosophico rigore, qui mortuis maledicit nemini injuriam irrogat : dum rem maledicit, quæ amplius non existit.

Dicet aliquis ; sed hic vox *mortui* accipitur, non ut terminus *privativus*, sed ut terminus *analogus*, qui utrique, tam animæ quam corpori referri potest. Respondeo primum, quod is qui hoc dicit, loquitur jam de relatione mentis; sed ego loquor de eo quod verbum *mortui* in se importat. Sed adhuc illum sumendo ut terminum *analogum*, respondeo secundo, quod sub voce *mortui* principaliter, et *in recto* (ut dicunt philosophi) solum venit corpus, quod solum mortuum dici potest, cum anima immortalis sit. Dumtaxat *in obliquo* anima queit intellecta venire, nempe anima mortui, eo quod olim ipsa forma fuit corporis illius, cui vitam præbuit. At supposito quod vox *mortuus* principaliter respicit corpus, et minus principaliter animam, cum aliquis *mortuos* nominat, per se loquendo, non de eorum animabus, sed de corporibus intelligitur ; ut de animabus intelligatur, opus est, ut ille aut specialim in sua mente de animabus, loqui intelligat, aut saltem quod alia sermonis verba animas denotent, prout est illud quod scriptum est in Machabæis (*l.* 2.) : *Sancta et salubris est cogitatio, pro defunctis exorare*. Hic verbum, *exorare*, jam denotat de animabus mortuorum fieri sermonem.

Per se igitur loquendo, maledictio *mortuorum* blasphemia non est. Videamus nunc, an blasphemia sit propter mentalem relationem eorum qui illam proferunt. Et dicimus secundo loco, nequaquam ex relatione blasphemiam esse, quoniam ii qui *mortuis* maledicunt, ordinarie a consideratione animarum ipsorum præscindunt. Hic autem Auctor Epistolæ me improperat, quod distinguere nesciam terminum *abstractum* a *concreto*. *Abstractus*, me intruit, ille est qui formam significat, a subjecto præcisam, prout est pulchritudo, albedo, etc. *Concretus* vero significat subjectum cum forma conjunctum, ut est homo pulcher, charta alba, etc. Hinc dicit vocem *mortuus* significare hominem, qui olim anima et corpore constabat, sed nunc importat corpus et animam disjunctam. Et ex hoc concludit, quod *mortuos* alicujus persona maledicens, non solum eorum corpora, sed animas etiam maledicit.

Respondeo. Ego non dico quod *mortuos* maledicens eos considerat tanquam abstractos, scilicet tanquam formas sine subjecto : sed dico quod præscindit a considerandis mortuorum animabus, quæ nunc existunt. Aliud est abstrahere, quod est considerare aliquam formam sine subjecto : aliud præscindere, quod est considerare quoddam subjectum, præcisum ab aliqua circumstantia aut qualitate, quæ respici potest. Certum est homines vita functos nunc eosdem non esse, qui vivendo fuerunt. Tunc tot erant personæ anima et corpore conjunctis compositæ, nunc vero eorum animæ, et corpora existunt quidem, sed disjuncta existunt. Quapropter, cum *mortui* maledicuntur, non ideo necessario ipsorum animæ maledictæ veniunt, nisi cum illæ specialiter exprimuntur, vel intelliguntur.

Sed denique Auctori Epistolæ concedamus, quod ipse aggressus est sustinere, nimirum quod *mortuis* maledicere idem sit quam eis maledicere ac si viventes essent. Quæro : Ergo qui hominem vivum maledicit, semperne lethaliter peccat? Omnes DD. aiunt, *Cajetanus*, *Sotus*, *Molina*, *Grado*, *Azorius*, *Lugo*, *et alii cum Salmanticensibus de Restitut. c.* 4. *n.* 27. *et* 28. *ex D. Th.* 2. 2. *q.* 76. *a.* 4. tum maledictionem in proximum peccatum esse mortale, cum ipsa est formalis, scilicet (ut explicat *Cajetanus*) cum proximo optatur damnum, et damnum grave, quod aliquis imprecatur; non vero cum maledictio est tantum materialis, nempe sine pravo animo prolata. Et quidem in vivente certe corpus et anima simul existunt. Et quare non est mortale? quia qui maledicit homini viventi non semper proximi animæ intendit maledicere, et contumeliam inferre substantiæ illi, in qua specialiter Imago Dei splendet, sed præscindit ab anima respicienda; et ita gravem non committit culpam. Qui creaturis irrationabilibus maledicit (docent idem *D. Thomas loc. cit. a.* 2. et omnes) si eas respicit in quantum sunt creaturæ Dei, mortaliter peccat, veramque patrat blasphemiam, non vero jam si præscindit ab eis considerandis ut tales, et tantum eis maledicit secundum se consideratis, et quidem omnes ipsæ sunt creaturæ Dei. En quod *D. Thomas* etiam præcisionem hanc admittit. Ita pariter, qui *mortuis* maledicit, si maledicit in quantum ad animas eorum, graviter peccat; non autem si præscindit, et mortuis maledicit, quin specialiter animas respiciat. Dicere autem quod omnes qui maledicunt *mortuis*, omnes jam intendunt etiam eorum animabus maledicere, ego et tot alii confessarii, pœnitentes interrogando, oppositum comperimus. Tanto magis quod ordinarie isti qui mortuis maledicunt, non jam eos lædere intendunt, sed vivos quibus ad instar contumeliarum hujusmodi maledictiones dirigunt. Verumtamen hæc est materia facti, quisque confessarius, in hoc, pœnitentem diligenter interrogando, poterit se a dubio eximere.

Dicere autem quod, licet quis solis mortuorum corporibus maledicere intendat, nec etiam a culpa gravi excusari potest, propter respectum quem Ecclesia habet corporum mortuorum, eis incensum præbendo, aqua lustrali aspergendo, et cum pompa sepeliendo : nescio quomodo quis ob hanc rationem id suadere sibi possit. Nolo in hoc immorari. Paucis me expediam, et dico, prædictæ functiones non sunt quidem exhibitiones alicujus cultus religiosi erga corpora mortuorum, sed tantum quædam cæremoniæ, quas Ecclesia etiam erga viventes adhibet. Si igitur honor qui fit defunctis, major non est illo qui vivis exhibetur, nec contumelia major erit. Sed cur (subdit Auctor Epistolæ) leges gravius puniunt qui adversus cadavera sæviunt? Respondeo : puniunt, non ratione contumeliæ, sed ratione iniqui animi, qui in tali actione manifestatur, et qui adhuc in occidente infidelem aut hæreticum a lege mulctatur. Alioquin si hoc esset in se gravis cadaverum injuria, ejusdem criminis essent rei qui ob usum anatomiæ ipsa incidunt et laniant.

Cæterum id quod concludo est, maledictionem in mortuos, per se loquendo, nec blasphemiam, nec culpam mortalem esse. Et invenio, quod tres Auctores (jam in Opere citati) qui soli de hoc puncto scripserunt, idem pronuntiarunt. Præterea, ego pro majori meæ conscientiæ pace, de hoc pluribus doctis viris Neapolim scripsi, et etiam tribus congregationibus presbyterorum sæcularium missionibus addictorum, ubi flos cleri Neapolitani existit; et uno exemplo fuerunt responsa omnia meæ sententiæ conformia. Ac P *Sabbatinus* (tunc temporis pius operarius, nunc dignissimus Aquilæ prælatus) mihi respondit, cunctos pios operarios, tam præsentes, quam antiquos, idem uniformiter sensisse. Insuper, cum quamdam Epistolam de hoc puncto typis dederim, adversus quam postmodum anonymi Epistola prodiit, de quo supra mentionem jam feci, accipi tamquam certum, utramque scripturam a nuntio transmissam fuisse ad Summ. Pont. *Bened. XIV* qui postquam curam dederit controversiam discutiendi R. P. D. *Thomæ Sergio* pio operario, S. Officii Romæ Consultori (qui nunc suum obiit diem), ipsa pariter mecum sensit, maledictionem *mortuorum* non esse blasphemiam. Et ab alio P. pio operario mihi affirmatum deinde fuit, quod idem Pontifex, cognita *P Sergii* sententia, ostendit eam approbare.

30. Dubitatur an maledicere *mundo* sit blasphemia. Auctor ipsius Instructionis negavit sed ego contrarium ostendi (*lib.* 3 (IV).*n.* 129. *v. Sed hic*); nihilominus

dixi, quod si pro mundo intelligeretur mundus qui Deo adversatur, certe non esset peccatum. Sed quia veresimiliter rudes non sic intendunt, sed potius ut creatum a Deo, et de hoc se accusant cum magno horrore, dico probabilius accipiendum esse pro culpa gravi. 6. Maledicere creaturis insensatis, ut vento, pluviæ, annis, diebus, igni, etc., non est blasphemia, nisi hujusmodi creaturæ expresse in Deum referrentur, prout si diceretur, *maledictus sit ignis Dei*, *panis Dei*, etc. Maledicere autem paradiso, aut animæ (quia in anima splendet specialiter potentia, et imago divina) non est dubitandum quin sit gravis blasphemia (*Dict. n.* 129.). 7. Maledicere dæmoni non est mortale, quia maledici solet ut auctor mali, et Dei inimicus : ideoque in se veniale quidem est, præscindendo actu impatientiæ, qui tamen facile comitatur (*Ibid. v. Maledicere*). Dicere autem diabolum *sanctum*, aut *omnipotentem*, est vera blasphemia, ac gravis; sed imo hæreticalis, si proferretur cum intellectus errore, qui quidem regulariter loquendo non præsumitur. Sed non est blasphemia appellare dæmonem *potentem*, aut *sapientem*, quia ille natura sua talis est; dummodo hoc non diceretur, ut ei honor præstaretur ; aut dicere vulgo , *santo Dia....*, *santo Diana* (*lib.* 3 (IV). *n.* 124.). Interroget 8. quoties et qua occasione blasphemavit ; si in ludo, aut in caupona, aut venatione, et a quanto tempore versetur in hoc vitio? ut cognoscat si est recidivus, aut si sit in occasione proxima, quam pœnitens teneatur auferre.

31. Interroget etiam si blasphemavit coram filiis, aut famulis; tunc enim, præter blasphemiæ peccatum, peccavit etiam scandalo. Demum hic addo cum quodam docto Auctore, blasphematores non excusari a peccato gravi , eo quod propter vim habitus mali , aut vehementem animi commotionem ad iram, non adverterint ad id quod dicebant ; quia hi male habituati, licet habeant cognitionem minus vivacem aliis, qui usum blasphemandi non contraxerunt, tamen semper habent eam actualem cognitionem sufficientem ad hoc, ut actus sit deliberatus, et graviter peccaminosus Cum enim ipsi tanti mali non faciunt peccatum, ideo in suo animo nullum hujus sceleris sensum experiuntur, sicuti perciperet alius, qui esset conscientiæ non tam depravatæ ; et hinc oritur quod in eorum mente, ne signum quidem remaneat actualis cognitionis, quam in peccato habuerunt : aut si vestigium aliquod cognitionis relinquitur, est ita leve, ut interrogati faciliter respondeant se non animadvertisse : sed diligens confessarius nullam in hoc debet eis præstare fidem ; et neque debet ab his sciscitari, an adverterint nec ne, sed accipiendæ sunt omnes, ut veræ blasphemiæ actuales, semper ac ipsi sciebant tales esse.

32. Circa III. *præceptum*. Quoad obligationem audiendi Sacrum diebus festis, interroget pœnitentem, si aliquoties Sacrum omiserit? et si advertit ad omissionem ? an dubitaverit tempore quo Sacrum audire poterat? etenim multoties pœnitens ad horam tardam Sacrum audire differens, licet casu repererit Sacrum, et illi interfuerit, nihilominus sine justa causa in periculum illud omittendi se injecit, et de hoc rudes non se accusant. Item si pœnitens se accusabit se Sacrum omisisse, interroget de causa, aut propter necessitatem, ut accidit famulis qui non possunt gregem derelinquere, aut matribus quæ domi non possunt relinquere pueros, aut conjunctis, qui non possunt relinquere infirmos, aut itinerantibus qui non possunt a comitatu disjungi sine gravi incommodo, ut esset subire periculum quod expolientur a latronibus, aut per viam errent, si soli pergant, etc. (*l.* 3 (IV). *n.* 326.) ; aut accidit alicui qui vestes decentes non habeat, quibus in Ecclesia decenter compareat (*l. c. n.* 330. *v. Bene*).

33. Quoad opera autem servilia quæ in die festivo prohibentur, interroget si laboravit die festo ? et si ille affirmat, interrogetur I. quantum temporis laboravit ? et quodnam laboris genus exercuit? nam secundum communiorem Doctores (*Lib.* 3 (IV). *n* 305.) excusant a gravi laborantem per duas horas; imo alii admittunt quid amplius, saltem si labor est de se levis, aut adest aliqua causa notabilior Si autem pœnitens confitetur se laborasse aliquando plus, aliquando minus, interrogetur quoties laboravit judicans laborare in materia gravi ; sed opus est, ut eum doceat laborare per longum tempus etiam occulte, et animi solatio , ac gratis , etiam esse peccatum. 2. Interrogetur, quare laboravit, an per regionis consuetudinem ? an ob necessitatem? Verum est, quod paupertas potest excusare ; ut ple-

rumque excusantur pauperes, qui, si non laborant, non possunt se, aut familiam suam sustentare (*l. c. n.* 297.); ut etiam excusantur illi, qui die festo vestes resarciunt, cum non possint diebus ferialibus (*Ibid.*). Sed oportet rudes ab errore dimovere, qui falso putant posse laborare die festo, cum laboratur pro familia sua, et sine mercede. Multi DD. excusant eos qui laborant, ut fugiant otium, ob quod in probabili peccandi periculo essent; sed hæc opinio non admissa est, nisi in casu rarissimo, in quo tunc vexarentur tentatione ita molesta, ut superari non possit, nisi laborando. Nonnulli servi, aut famuli, aliquando coacti sunt a dominis ad frequenter laborandum in festo, et etiam ad Sacrum omittendum : hi tenentur discedere ab hujusmodi dominis, dummodo non se obligarint chirographo servire; aut dummodo justo timore non incutiantur, ne repugnando grave incommodum subituri sint. Et pariter hac sola ratione possunt excusari filii et mulieres ad laborandum in festis coacti a parentibus, aut viris (*Lib.* 3 (IV). *n.* 296.). Interroget etiam, si in vigiliis, quadragesima, feria sexta, et sabbato comederint cibos vetitos?

34. Circa IV *præceptum.* Si confitentur filii, interrogentur 1. Si oderint parentes? quia tunc duplex peccatum commiserunt, contra charitatem nempe, et contra pietatem. 2. Si aliquid grave fecerint contra eorum præceptum expressum, et in re justa, sicuti esset ne e domo de nocte egrederentur, ne ludis damnosis luderent, ne cum malis sociis, aut cum personis diversi sexus, et similibus versarentur? Dixi *in re justa*; quia circa status electionem filii non tenentur parentibus obedire; imo parentes graviter peccarent, si sine justa causa filios ad statum matrimonialem, aut ad statum ecclesiasticum, aut religiosum cogerent; aut modis injustis retraherent eos a religioso, quem illi eligere velint (*lib.* 3 (IV). *n.* 335. *v. Præterea, et lib.* 5. *n.* 77.).3. Interroget, si irreverentiam adversus parentes adhibuerint, factis, aut imprecationibus, aut injuriis gravibus coram irrogatis : ut esset eos appellando ebrios, bestias, fatuos, latrones, veneficos, scelestos : aut gestus eorum contumeliose exprimendo, aut aliis verbis proferendo quibus gravem molestiam eis exhibuissent. Vocare autem eos senes, ignaros, stupidos, etc. non debet absolute condemnari de peccato mortali, nisi tunc cum illi graviter offenderentur. Notetur quod cum filii parentum debitam rationem non habuerint, tenentur læsum honorem eis restituere, veniam ab eis postulando, etiam coram iis, in quorum aspectu filii peccarunt. Nonnulli autem confessarii parum cauti in eo casu pro satisfactione imponunt filiis, ut cum domum pervenerint, pedes parentum deoscularentur, et absolutos dimittunt; sed illi postea hoc adimplere non curant, et novum peccatum admittunt. Satius est curare ut ante absolutionem hanc veniam poscant, sed quin eis imponatur ut pedes, aut manum deoscularentur; quia illi filii, quibus hoc faciendi consuetudo nunquam fuit, difficillime hoc exequuntur. Si autem non possit commode hic actus ab illis exigi, ut veniam postulent ante absolutionem, non imponatur hoc sub gravi obligatione, sed potius ut consilium insinuetur, dum certe præsumuntur, saltem ut plurimum, parentes remittere filiis hanc obligationem, ne filii iterum in Dei offensam incurrant.

Quoad filiorum confessiones de gestis erga parentes Scavini dat regulam sequentem pro confessario :

« Sæpissime ex declaratione in tribunali non cognoscunt Confessarii quousque filii sint erga parentes rei, quia vage se accusant : unde fit quod sæpe absolvantur, quorum agendi ratio, et loquendi modus horrorem incuteret, si videretur et agnosceretur. Noscenda ergo et ipsorum filiorum indoles et educatio; et præsertim interrogandi, quid dixerint, quid fecerint, et quidem quomodo et quo spiritu. Experientia constat paucas esse materias præsenti difficiliores, sæpissimeque post interrogata remanere dubium, an mortaliter an venialiter solum peccaverint filii : et consequenter an absolvi possint, cum ordinarie hæc peccata sint consuetudinis. Itaque ad gravitatem peccati odii, irreverentiæ, injuriæ in parentes mensurandam, non sufficit æstimare ipsum actum secundum se præcise ex natura sua, ex suo objecto et intentione agentis; sed debet insuper attendi effectus exacerbationis, contristationis in parentibus causatus, dum prævisus fuerit. Hinc quandocumque filius vel filia sine justa causa deliberate aliquid agit, vel omittit, etsi per se malum non sit; ex quo tamen scit parentes graviter offendendos aut forte etiam peccaturos nimia ira, indignatione, blasphemiis, etc., ipso facto peccat mortaliter contra amorem, reverentiam et obedientiam parentibus debitam.

Etiam in dubio, an sit justa causa aliquid agendi, ex quo parentes offendendi sint, tenetur filius abstinere, quia in tali dubio stat possessio et obligatio reverentiæ. Quando tamen justa causa omnino urget aliquid agendi, et constat offensionem parentum ex mera eorum morositate, melancholia, vel etiam malitia irrationabili orituram, non peccant filii illud agentes, idque maxime in sequenda vocatione divina. (Ita *Examen raisonné.*)

« Quarto decalogi præcepto honorandi parentes, adnotat idem, adjecta est hæc promissio, *ut sis longævus super terram;* ita in Deuteronomio; et repetitur etiam in lege nova Ephes. 6. Quæ porro promissio verificatur secundum intentionem Dei, quæ quidem est conditionata, in quantum nempe vita longæva congruit saluti et bono filii ac divinæ providentiæ: sic rapiuntur aliquando citius boni filii ne mutentur; rapiuntur aliquando boni filii, si immineat patriæ aut familiæ acerba calamitas. Et tunc promissio longævitatis superabunde adimpletur per modum compensationis, in quantum iis loco temporalis vitæ datur vita æterna; sicuti non dicitur falli ille, cui argentum promissum est et datur aurum. Hæc parochi aliique, data occasione, ad praxim deducere possunt, ut obedientia, reverentia et omnis subordinatio debite servetur. *V.* D. Thomas, 2, 2, q. 104, a. 5; 1, 2, q. 100, a. 5: et Catechismus Romanus, *in hunc locum.* » (T. I. n. 684 et 685.)

35. Si contra confitentur parentes, interrogentur 1. Si negligentes fuerint in filiis educandis, non curando ut doctrinam christianam illi docerentur, ut Sacro interessent, sacramenta frequentarent, pravos socios, et personas alterius sexus vitarent ? Item eos interroget, si scandalo fuerunt illis, in eorum præsentia blasphemando, etc. ? Si de excessibus eos non corripuerint, et præcipue si aliquid furati sint ? Si permiserint, ut sponsi suarum filiarum domum accederent ? Et potissimum si filios secum in eodem lecto retinuerint, aut permiserint pueros, et puellas simul dormire ? Item si omiserint alimenta necessaria filiis ministrare ? Si modis injustis coegerint filios ad statum matrimonialem suscipiendum, vel ut Sacris initiarentur, aut aliquam religionem inviti ingrederentur? nam hoc agentes graviter peccant. Sed de hoc parentes plures nullum sibi scrupulum faciunt, et hinc filiis pernicies, et Ecclesiæ maximum detrimentum evenire solet. Interroget etiam dominos, si famulos suos corripuerint, cum blasphemabant, aut præcepto paschali non satisfaciebant, aut Sacro non intererant, aut inhoneste loquebantur, præcipue messis et vindemiæ temporibus; domini enim cum possunt tenentur impedire scandala, quæ tunc committuntur. Interroget etiam viros, si familiæ alimenta ministraverint ? Uxores, si viros ad blasphemias provocaverint, et si eos debito matrimoniali defraudaverint? Plerumque de hoc interrogentur uxores, quia multoties propter hoc solum damnantur, et in causa sunt cur etiam viri damnantur, qui cum observent sibi denegari quod debetur, ad mille scelera effrenati decidunt. Nihilominus in hac interrogatione verbis modestioribus, quantum fieri poterit, utetur, v. g. *Esne obediens tuo viro etiam in rebus ad matrimonium spectantibus ? aut habes forsan aliquem scrupulum, qui te mordet circa matrimonium ?* sed hæc interrogatio, ut plurimum, omittatur cum uxoribus quæ vitam spiritualem profitentur.

36. Circa V *præceptum* interroget pœnitentem, si aliquod grave damnum proximo appetiverit, aut de illius damno se oblectaverit ? Et hic notetur, quod si aliquis suo inimico diversa mala exoptaverit, ex. gr. mortem, infamiam, paupertatem, etc. tenetur omnia declarare, et sunt diversa peccata numero distincta, cum ea voluit efficaciter illi inferre : aut si speciatim et in particulari optavit, ut hæc illi acciderent. Aliter autem, ut dicunt probabiliter multi DD. (*l.* 5 (II). *n.* 50. *v. Quær.* 5.), si optaverit mala illa sub uno genere mali, nempe ut media ad ruinam appetitam inimico. Et hic est confesio confessariorum, in discernendo an imprecationes, quæ rudibus esse solent usuales, fuerint peccata mortalia, an venialia. In hoc oportet interrogare in primis pœnitentem, an in illo actu desideravit deliberate, ut illæ succederent; sed hoc non sufficit ad certum judicium faciendum, qua de re opus est, ut postea interroget, si imprecatus fuerit in extraneos, an in propinquos, quia in hos (præcipue in filios, conjuges, aut parentes) raro animus pravus adest. Postremo oportet interrogare de causa, cur eas imprecationes protulerit ; dum si causa gravis, aut fervens ira intercesserint, facile est tunc etiam pravum desiderium interfuisse. Cæterum non sufficit pœnitenti ad excusandas imprecationes, dicere quod tantum in illo actu, ut evenerint, cupiebat ; quia hoc jam sufficit ut in illo actu commissa

sit culpa gravis, unde confessarius tunc perquirat de numero, et judicet de eis saltem ut coram Deo sunt : et quem recidivum in eo vitio repererit, non absolvat, nisi prius resipuerit, aut extraordinarium doloris signum dederit.

37. Interroget 2. Si in proximum intulerit injurias graves et an coram aliis; quia tunc tenetur coram ipsismet restituere illi honorem ablatum, veniam ab eo petendo, aut aliis reverentiæ signis; dummodo prudenter non præsumatur injuriis affectum totum remisisse (*lib.* 3 (IV). *n.* 984.) : aut quod ab illa publica satisfactione recuset, ne apud se rubor, et apud alios memoria injuriæ acceptæ renovarentur : aut nisi timeretur, ne illo satisfactionis actu iterum odium excitaretur (*l. c. n.* 988.). Si autem injuria fuit secreta, etiam secrete tenetur veniam postulare, secundum veram sententiam (*l. c. n.* 985.). Attamen advertendum est injurias, quibus ad invicem se onerant rudes, licet in se essent graves, nihilominus non esse semper graves inter hujus generis personas, ut cum se appellant latrones, veneficas, meretrices; quia ipsæmet non multi hæc faciunt, nec qui eas audit, fidem præstat; excipe si nominarent res particulares, et complices. Interroget item, si discordias excitasset, zizania disseminando, et referendo uni quæ ab alio audivit.

38. Denique interroget, si odio aliquem habuerit, et ei signa communia amicitiæ negavit? Et hic expedit illius dubii, quod inter Doctores movetur, meminisse, utrum offensus offensori teneatur remissionem facere, *Salmant.* dicunt (*Tr.* 21. *c.* 6. *n.* 1.) offensum teneri quidem ad remissionem injuriæ, non autem publicæ pœnæ, quia hæc in reipublicæ bonum redundat. Speculative loquendo, sententia vera est; sed in praxi nunquam mihi fuit animus absolvendi aliquem istorum, qui dicebant se parcere inimico, sed velle ut justitia suum locum haberet, ut scelesti digna factis suis reciperent; nunquam enim mihi suadere potui, quod hujusmodi qui quandoque peccatis onerati accedunt, tam ament bonum commune, et justitiam (non jam in alios delinquentes, sed solum in suos offensores), ut animus eorum sit penitus ab omni vindictæ affectu alienus. Unde in istis facillimum est, ut dicunt multi alii DD. (*lib.* 2 (III). *n.* 29. *v. Licet*), eorum affectum ab bonum commune esse speciosum prætextum simulandi desiderium propriæ vindictæ. Attamen puto posse absolvi injuriis affectum, primo, si vellet jam remissionem facere, sed prætenderet justi satisfieri in damnis quæ passus est; dummodo offensor non ita esset pauper, ut omnino solvendo non esset; secundo, si remissionem faceret sub conditione, ut offensor longe abesset a regione, quia filios, aut fratres ætate provectos, vividos habet; aut quia offensor esset ita insolens, et ad rixos proclivis, ut prudenter timeret, propter sui animi imbecillitatem, illius petulantiam non posse sufferre.

39. Circa VI. et IX. *præceptum.* I. Interrogentur de cogitationibus, num desideraverint, aut morose delectati fuerint de rebus inhonestis; et an plene ad eas adverterint et consenserint. Deinde, num concupierint puellas, aut viduas, aut nuptas; et quid mali cum illis se facturos intenderint. In quo advertendum, quod rustici, communiter loquendo, existimant majus peccatum stuprum, quam simplicem fornicationem : e contrario nesciunt malitiam adulterii; ideo cum iis, qui hujus vitii consuetudinem habent, non expedit eos monere de adulterii malitia, cum prævidetur monitio parum profutura, sed tantum effectura, ut pœnitens duplici peccato peccet, si carnis concupiscentiis non resistet. De his autem cogitationibus, assentiti sunt pœnitentes, sumendus est numerus certus, si haberi potest; sin autem, exquiratur, quoties in die, vel hebdomada, vel in mense cogitationibus consenserint. Sed si nec etiam id explicare possint, interrogentur, num concupierint singulas mulieres, quæ sibi occurrerunt, vel in mentem venerunt; aut num habitualiter turpiter de aliqua in particulari cogitarint, numquam pravis consensibus resistendo, et an semper illam concupierint, vel an tantum quando ipsam aspiciebant. Demum interrogentur etiam, num media apposuerint ad malas cogitationes exequendas; nam, ut diximus in libro (*l.* 5 (II). *n.* 42.), tunc illa media, etsi indifferentia, a malitia interna informantur, et ideo explicanda ut peccata externa, sive opera incœpta.

40. II. Circa verba obscœna, interrogentur 1. Coram quibus, et quoties ita locuti sunt, ratione scandali; an coram viris, aut fœminis, uxoratis, aut non? pueris, vel adultis? facilius enim scandalizantur puellæ, et pueri, quam adulti,

præsertim qui in hoc vitio sunt habituati. 2. Quæ dixerint verba? an v. g. nominarint pudenda sexus a suo diversi? hoc enim difficulter excusatur a mortali. 3. Num verba protulerint ex ira, vel joco? nam ex ira difficilius aderit complacentia et scandalum. Caveat confessarius ab absolvendis hujusmodi recidivis in colloquiis turpibus; quamvis dicant se ea protulisse ex joco, nisi prius emendentur, vel signum extraordinarium doloris afferant. 4. Num jactaverint se de aliquo peccato? tunc enim tria peccata frequenter concurrunt, scilicet magnum scandalum audientium, jactantia de malo commisso, et complacentia de peccato narrato : ideoque interrogandi sunt de quo peccato in specie se jactarint (*l.* 3 (II). *n.* 26.). Interrogentur etiam, an delectati sunt audire alios inhoneste loquentes, et an tunc adverterint ad correctionis præceptum, putantes eam profuturam?

41. III. Circa opera interrogentur, quacum rem habuerint? num alias cum eadem peccarint? ubi peccatum fuerit patratum (ad occasiones removendas), quoties peccatum consummatum, et quot actus interrupti adfuerint, seorsim a peccato? num peccato multum ante consenserint? Nam tunc actus interni interrumpuntur, juxta dicta (*l. c. n.* 36.) et tum expedit formare judicium, toties multiplicata fuisse peccata, quot morulæ somni, distractionis, etc. adfuerint prout sunt coram Deo, tantum interrogando de temporis duratione in peccato. Secus si malum propositum fuerit conceptum per duos, vel tres dies ante consummationem peccati, et intra illud tempus non fuerit retractatum, quia tunc sumitur pro uno numero peccatum; vide dicta *ibidem*.

Se polluentes interrogentur etiam de tactibus impudicis separatis a pollutionibus, et moneantur eos esse mortalia. Item interrogentur, an concupierint, vel an delectati fuerint de copula cogitata cum aliqua, vel pluribus mulieribus, aut pueris; tunc enim tot peccata distincta committunt. Item adverte, quod si quis coiret inter crura aut brachia mulieris, præter peccatum contra naturam, committeret fornicationem inchoatam, sive affectivam, ut dicunt communitèr *Filliuc. Tambur. Holz. Spor. etc.* (*l.* 3 (IV). *n.* 466. *v. Primam.*); unde hic duo patraret peccata diversæ speciei, unum contra naturam in effectu, alterum fornicationis in affectu. Circa peccata conjugum respectu ad debitum maritale, ordinari eloquendo confessarius non tenetur, nec decet interrogare, nisi uxores, an illud reddiderint, modestiori modo quo possit, puta, an *fuerint obedientes viris in omnibus?* de aliis taceat, nisi interrogatus fuerit. Quæ autem liceant, et quæ vetentur inter conjuges circa idem debitum; vide quæ fuse dicta sunt in Opere (*lib.* 6. *n.* 900.).

42. Circa VII. *præceptum* interroget, si aliquid ab alio surripuerit? et a quo, et an ab uno, aut pluribus? an cum aliis, et an semel, an pluries? quia si qualibet vice materiam gravem sumpserit, qualibet vice peccavit mortaliter. Si vero materiam parvam sumpserit singulis vicibus, tunc non peccavit graviter, nisi ad gravem materiam advenerint; dummodo a principio animum non habuerit parveniendi ad materiam gravem; sed cum materia jam facta est gravis, licet ille graviter non peccavit, tamen sub gravi tenetur ad restitutionem (*l.* 3 (IV). *n.* 533.); saltem illius ultimæ quantitatis, quæ materiam gravem constituit (*Ibid in fin.*). Notandum tamen plus materiæ ad constituendam gravitatem in furtis minutis, et majorem requiri, si a diversis sumantur; unde dicitur, quod in furtis minutis, quæ pluribus vicibus diversis facta sunt, duplum requiritur (*lib* 3 (IV). *n.* 530) Et si inter ea notabile intercessit tempus, duorum nempe mensium, tunc furta probabiliter non coalescunt in materiam gravem (*Ibid.*). Probabiliter autem qui fructus ederent in aliorum vineis, dummodo non sint rari, et magni pretii, possunt excusari saltem a peccato gravi, si foras non exportant in magna quantitate (*lib.* 3 (IV): *n.* 529. *Qu.* 2.); in hoc enim rerum genere, quæ nimis sunt expositæ, major quantitas ad gravem materiam constituendam requiritur (*l. c. n.* 529.). Et hac ratione faciliter possunt excusari famuli et famulæ, quæ sibi a dominis sumunt res comestibiles; modo non sint in magna quantitate, et extraordinariæ (*l. c. n.* 545). Neque condemnari debent de peccato gravi, qui ligna incidunt, aut pecora ad pastum ducunt in agros communitatis, licet prohibitum sit; quia tales prohibitiones censentur esse pure pœnales (*l. c. num.* 529. *v. q.* 1. et *n.* 614. *v.* 2. *Qui in loco*). Gravitas autem materiæ commensuratur a qualitate personæ, cui illatum est damnum; sed hoc fusius dis-

cussum est in Opere (*lib.* 3 (IV). *n.* 527.). Cum autem furta fiunt a filiis, aut ab uxoribus, requiritur multo major quantitas, ut sint grave peccatum ? et raro hi tenentur sub gravi obligatione ad restitutionem (*l. c. n.* 539. *et* 543.).

43. Certus factus de gravi pœnitentis obligatione confessarius, inspiciat si pœnitens valeat restituere, licet cum aliquo incommodo : et eum non absolvat, nisi prius restituat, licet ille signa extraordinaria emendationis exhibeat (*Lib.* 3 (IV). *num.* 682.). Bona enim sunt quidam sanguis, qui a venis non eruitur nisi cum magna vi, et dolore. Unde si restitutio non fit ante absolutionem, cum difficultate maxima fiet postea, ut experientia admodum docemur. Potest excipi tantum pœnitens, qui ita meticulosæ conscientiæ esset, ut de eo nullus dubitandi locus superesset. Dixi *cum aliquo incommodo* ; quia si ille restituendo non esset, quin in gravem necessitatem se conjiceret, id est quin a statu suo, quem juste acquisivit, decidat, tunc ille potest differre restitutionem, dummodo creditor non sit in gravi necessitate. Imo licet creditor sit in gravi necessitate, probabiliter nec etiam tenetur debitor ad restitutionem, cum ipse pariter in gravi necessitate reperitur, et per restitutionem constituendus esset in necessitate quasi extrema. Hoc tamen intelligitur modo res ablata non extet in specie ; et modo creditor præcipue non redactus fuerit ob illud furtum in eam gravem necessitatem (*l. c. n.* 703.). Curetur saltem tunc, nempe cum potest differri restitutio, suadere pœnitenti, ut identidem paulatim restituat, aut aliquem laborem faciat, aut aliquod donum aliquando creditori offerat.

44. Possibile hic non est omnes doctrinas scitu circa hanc materiam restitutionis necessarias, quæ est ita late patens, et implicita, iterum repetere. Observetur propterea quod fusius in Opere actum est. Solummodo hic lubet pauca annotare, quæ frequenter accidunt, et quæ magis ad praxim pertinent. Et 1. Cum aliquis in comitatu aliorum furatum ivit, ad judicium formandum si ipse ad totum damnum teneatur, an non, distinguendum est : si ille mere a sociis inductus fuit, et sine ipso jam furtum accidisset, eodem modo quo accidit, non tenebitur ad aliud restituendum, quam quod ille surripuit. Si autem concorditer (alternis sibi animos incitantibus) ad furandum iverint ; tunc quisque tenetur, in solidum ad restitutionem (*l.* 3 (IV). *n.* 579. *v. quær.*). Ita in theoria ; sed in praxi rudes, præsertim illi qui parum sunt meticulosæ conscientiæ, difficulter suaderi possunt teneri ad restituendum, quod ab aliis acceptum est : et contra, domini ipsi contenti sunt de portione illorum ob idipsum, quod si obligantur ad totum, faciliter restituere omittant, non solum quod alii acceperunt, sed etiam quod acceperunt ipsi. Propterea confessarius ei scire faciat se teneri ad restitutionem, quin explicet quantitatem, restituere faciens (quantum sua illius conscientia dictat *Ib. in fin. et Auct. Instruct. pro confessar. pagorum*, c. 8.). 2. Advertendum, neminem teneri ad damnum illatum restituendum, si nihil sibi utilitatis evenit, si illud damnum saltem in confuso non prævidit (*Lib.* 3 (IV). *num.* 613. *in fin.*) ; aut nisi per judicis sententiam ad damnum reficiendum mulctatus fuerit (*Lib.* 1. *n.* 100. *in fin. et l.* 3 (IV). *n.* 554. *in fin.*). 3. Si furtum est incertum, nempe si incerta est persona cui illatum est damnum, obligandus est pœnitens ad restituendum, aut missas celebrare faciendo, aut eleemosynas pauperibus, aut piis locis elargiendo (*Lib.* 3 (IV). *n.* 89. *in fin.*) ; et si ipse pauper est, potest sibi aut suæ familiæ applicare (*l. c. n.* 672). Sed si persona est certa, debet huic fieri restitutio ; quare mirum quidem est tot reperiri confessarios tam imperitos, qui, cum sciatur quis sit creditor, pœnitentibus imponunt, ut de re restituenda eleemosynas erogent, aut missas celebrare faciant. In eo casu ego hanc defendi sententiam (*Lib.* 3 (IV). *n.* 704. *v. Quid si*), pœnitentem iterum teneri ad restituendum, quia fur in omnibus casibus, etiam fortuitis, debet reddere dominum indemnem, nec acquiescere potui opinioni adversæ. Dixi duntaxat (*Lib.* 3 (IV). num. 534. *Qu. II.*) quod si furta essent minuta, licet simul unita ad magnam summam advenerint, et etiamsi domini essent certi, sed diversi, tunc excusarem a peccato gravi eum qui vellet restituere pauperibus, propter rationem ibi allatam ; et etiam a veniali, si rationabilis causa adesset, prout si restitutio fieri non posset dominis sine notabili incommodo, aut si aliqui pauperes in ea essent necessitate, ut præsumerent tur domini consentire, ut illis fieret restitutio (*l. c. num.* 595. *in fin.*). Si quis

fraudem multis civibus, sed incertis fecerit per furta minuta, ex. gr. vendendo vinum, oleum etc., mensura detracta, aut pondere imminuto, ego defendi teneri ad restituendum ipsismet civibus aut pretium minuendo, aut pondus vel (mensuram augendo), et non jam pauperibus loci, ut alii permittunt; licet, jam supra dixi, si pauperibus daret, non peccaret graviter, et ne vialiter quidem, si justa causa accederet (*Dict. n.* 595.). 4. Notandum, quod si quis rem alienam sumpserit, aut retineret cum præsumptione, quod si a domino eam peteret, libenti animo eam ipsi donaret, is non debet obligari ad restitutionem (*Lib.* 3 (IV). *n.* 700. *v. Quær. hic. I.*) 5. Neque debet obligari ad restitutionem, qui immemor debiti suo creditori donum mere gratuitum præbuit (*l. c. n.* 708. *v. Quær. II.*). Advertendum quod ut pœnitens teneatur ad restitutionem sub culpa gravi, cum res ablâta jam consumpta est, et ille ditior non est factus, opus est primo, ut intercesserit culpa gravis interna contra justitiam commutativam (*Lib.* 3 (IV). *v.* 550.). Præterea requiritur ex sua parte, ut actio externa, sive influxus sit damni causa efficax (*l. c. n.* 584.), et insuper, ut hic influxus sit completus sive graviter injustus (*Lib.* 3 (IV). *n.* 551.); et ut habeatur moralis certitudo quod ille talis fuerit (*l. c. n.* 562.). Hoc est id quod ad acceptionem pertinet. Circa autem retentionem rei, cum pœnitens pro se habet probabilem opinionem cum legitima possessione, non potest a confessario obligari ad restitutionem (*Lib.* 1. *n.* 35); imo qui incœpit possidere in bona fide aliquam rem, post diligentiam factam ad veritatem inveniendam, non tenetur ad aliquid restituendum, nisi certus fiat de fure quod proximo competit, ut pluribus locis probavi. Quod si restitutionis obligatio esset certa, sed pœnitens maneret in bona fide, si confessarius certe præxideret correptionem non profuturam, tunc debet eam omittere, ne per ipsum fiat, ut quod est peccatum materiale, evadat formale cum pernicie illius animæ, ut dicunt DD. (*Lib.* 6 (V). *n.* 614. *v. Infer. II.*); vide dicta *sup. cap.* 1. *n.* 8. *et* 9. Denique quoad obligationem restitutionis ratione contractus, oportet alios consulere libris studere, et postea decidere. Reliquum est, ut hic advertatur, quod si reperiantur aliqui contractus usu per longum tempus recepti in aliqua regione, ubi præcipue missiones factæ sunt, confessarius non debet eos condemnare, nisi prius omnibus inspectis circumstantiis : siquidem primo aspectu multi contractus apparent usurarii, aut injusti, sed postea melius rebus perpensis tales non sunt habendi. Circa autem bonorum præscriptionem observa librum (*Lib.* 3 (IV). *n.* 504.).

45. Circa VIII. *præceptum*. 1. interrogetur pœnitens, si aliquem infamaverit? et si id effecerit, falsum delictum ei imponendo, aut verum patefaciendo? et cum delictum est verum, si illud erat occultum, aut publicum in aliquo loco, fama, aut judicis sententia? item interroget, si infamaverit coram uno, an pluribus; et coram quot? item si divulgaverit factum, ut a se cognitum, an ab aliis auditum? Circa autem famæ restitutionem, si delictum quod est patefactum, erat falsum, qui infamiam intulit, tenetur se retractare. Si vero dictum est verum, debet infamiæ illatæ prospicere meliori modo, quo potest, sine mendacio : dicat ex. gr. *Allucinatus sum, me fefellit, erravi.* Alii etiam admittunt posse dici, *mentitus sum*, æquivocando, dum omne peccatum est mendacium, ut dicitur in Scripturis. Ego soleo dare consilium, ut dicunt : *e capite meo hoc erui*, vulgo (*me l'ho cacciato di capo*), etiam æquivocando, quia omnia verba e mente (pro qua accipitur caput.) procedunt. Quod si umquam famæ restitutio probabiliter judicaretur majus damnum quam utilitatem infamato allatura, quia præsumitur res ab hominum memoria effluxisse (ut præsumitur cum famæ obtrectatio multo abhinc tempore accidisset, et inde de hac nulla amplius facta est mentio), tunc satius est occasiones captare infamia notatum laudandi in aliqua ejus virtute, ut eum in bonam aliorum opinionem ponat, quam in memoriam revocare res præteritas hac famæ restitutione. Confessarius procuret, ut hujusmodi famæ compensationes, cum commode fieri possunt, ante absolutionem fiant, quia postea difficulter adimplentur : licet hæ minus difficultatis habeant, quam pecuniæ restitutio. Denique hic advertatur quod proximi delictum patefacere, tunc proprie detractio dicitur, et est peccatum, cum intenditur, ut ait *S. Thomas* (2. 2. *q.* 73. *a* 2.), famam alterius denigrare, non autem cum intenditur aliquod damnum vitare, ut esset parentes,

dominum, prælatum certiores facere, ut reus emendetur, aut aliorum damno consulatur. Modo illius damnum esset magni momenti, aut longe minus damno infamia notati. Observetur id quod habetur in Opere (*lib.* 3 (IV). *n.* 968.).

46. Circa debitum restituendi alicui honorem ablatum, propter contumeliam ei irrogatam, jam actum est in præcepto V. *n.* 36. In hoc præcepto VIII. DD. etiam agunt de judiciis temerariis. Multi rudes se accusant se male aliquo sensisse. In hoc opus est advertere, 1. Quod cum motivâ sufficientia adsunt sic judicandi de aliquo facto, judicium non est temerarium, sed justum, et propterea culpa caret. 2. Quod plerumque hæc non sunt judicia, sed suspiciones, in quas domini, et patresfamilias aliquando tenentur induci, ut aliquod peccatum impediant, ex. gr. ne servi furentur, ne filiæ peccent cum viris versando, etc. Tantummodo eos de hoc moneat, ne hujusmodi suspiciones sine necessitate cum aliis conferant.

47. Reliquum esset sermonem facere de præceptis Ecclesiæ, sed de iis, nempe de obligatione audiendi missam, et de non laborando die festo, jam satis supra diximus *n.* 23. *et* 33. Circa jejunium autem, tria in confessarii memoriam revocamus. I. Non omnes labores excusare a jejunio, sed eos duntaxat, qui multam corporis agitationem causant (*Lib.* 3 (IV). *n.* 1041.). II. Operarios iis solis diebus excusari a jejunio, in quibus actu laborant, aut cum sperant crastina die se laboraturos, et non posse nisi die præcedenti comedant (*Ibid. n.* 1044.). III. Non sufficere ad jejunio satisfaciendum extra prandium et cœnam non comedere, aut vespere minus solito cœnare, ut falso multi credunt; jejunium enim importat unicam comestionem facere in die; et vespere aliud non permittitur quam simplex collatiuncula octo unciarum juxta communem consuetudinem, aut ad plus decem unciæ possunt concedi illi, qui ob majorem exigentiam usus fuisset majori quantitate ordinariam excedente (*l. c. n.* 1025.). Pauperes vero quibus mane non fuisset cibus sufficiens et non possunt sustentari sola collatiuncula serotina, hi excusantur (*l. c. n.* 1033. *v. Secundo*). Quod si vespere hi haberent sufficientem cibum, dicunt DD. hos teneri ad jejunium, antevertendo cœnulam ad meridiem ; sed multi alii hoc negant, quia hujusmodi jejunium incommodo extraordinario esset illis. Observentur quæ in Opere habentur (*Lib.* 3 (IV). *num.* 1034. *circa finem.*).

Legitur in Gury norma sequens confessionis generalis, per interrogationes instituendæ, quæ breviter incessum ordinarium repetit :

« Prius dicat pœnitens quæ scit, nisi malit statim interrogari.

« Ante omnia interrogandus pœnitens, an matrimonio junctus sit, nec ne ? deinde :

« I An nulla confessio sacrilega ?

« An aliquando quidpiam non audebas dicere? Quoties? an in tali statu SS. communionem suscepisti? An in tempore paschali [1]? quoties? An culpabiliter non implevisti pœnitentiam?

« II. Circa virtutes theologicas :

« An interdum elicuisti actum fidei, spei et caritatis? An scis mysteria principalia scitu necessaria, scilicet Deum esse, et remuneratorem esse boni et mali; mysteria SS. Trinitatis, incarnationis et mortis Jesu Christi? An forte negasti fidem? An dubitasti de aliqua veritate religionis? vel eam negasti? An contra religionem locutus es? An libros prohibitos legisti? vendidisti? commodasti? An forte desperasti? Cur? (spem injiciat confessarius : quoniam bonus Deus, si te voluisset damnare, non te hodie....). An præsumpsisti? an ex respectu humano Dei et Ecclesiæ præcepta neglexisti? An proximo tuo dedisti scandalum, prava consilia aut exempla? An occasiones peccandi quæsivisti?

« III. Circa præcepta Dei :

« 1um : Superstitio? divinatio? vana observantia? magia? idololatria? habitus numquam vel vix orandi [2]?

« 2um : Juramentum? votum? blasphemia?

« 3um : Laborare die dominica vel festo? omissio sacri vel mala auditio?

« 4um : In parentes, herum, pastorem inobedientia? murmurationes? contumeliæ? ictus? mortis apprecatio? in filios, servos, aliosve subditos : educatio? instructio? cura salutis, occasiones peccati proximæ? vigilantia circa officia religionis? scandalum? ira?

« 5um : Damna proximo illata in corpore aut anima? odium? desideria? vindictæ? imprecatio? rixa? verbera? homicidium? duellum? abortus? abusus matrimonii? Sed interrogandum hic, et de sequenti præcepto, parce, caute, caste.

« 6um et 9um : Cogitationes? delectatio morosa? desideria? quæ? cum qualibus personis? Verba? An verba inhonesta, jocos, cantilenas.... protulisti, libenter audivisti?

[1] Experientia docet, ait Ballerini, hujus circumstantiæ reatum communiter a fidelibus non adverti, sponte vero aperiri a pœnitente.

[2] Alias ait Ballerini, animadversum fuit, orandi obligationem, quænam et quanta sit, difficillime determinari posse. »

libros obscenos legisti? opera? tecum? tactibus? pollutionibus? visu? cum aliis? cum solutis? cum conjugatis? cum cognatis? voto obstructis? ejusdem sexus? An hic et nunc adhuc in occasione proxima? uxores possunt interrogari, utrum maritis fuerint obedientes in omnibus licitis?

« 7um et 10um : Damnum? furtum? fraus? stipendium operariis debitum retentum, vel defraudatum, vel diminutum? restitutio? furta minuta?

8um : Mendacia perniciosa? judicia temeraria? detractio? calumnia? reparatio famæ et ulterioris damni illati?

IV. Circa præcepta Ecclesiæ : jejunium? abstinentia a carne diebus vetitis? confessio? communio paschalis?

V Circa peccata capitalia : ebrietas? superbia? acedia? invidia? ira? avaritia?

VI. Circa officia status : maritus; uxor; herus; magistratus civilis; advocatus; mercator; pondus et mensura?

In fine petat, numquid aliud adhuc eum anxium teneat. » (*De pœnit.* n. 520).

Postquam tale examen à rudibus exegerit, quomodo postea confessarius se gerere debeat, ut disponat pœnitentem ad dolorem, et adjungat pœnitentiam, jam supra actum est (*n.* 10. *et* 11.) Sed ante omnia advertat tale examen non negligendum, ubi cognoscitur opus esse, dum invenitur confessariorum major pars in hoc puncto deesse.

Hic inseramus generales, et vere tam pias quam doctas instructiones sequentes jam laudati Sailer :

« Si le confesseur porte au confessionnal ce sentiment vivant de son ministère, il ne perdra jamais de vue l'esprit de l'institution de la confession, il agira dans cet esprit, et l'exercice le lui rendra de plus en plus familier.

« L'esprit de l'institution de la confession ne saurait, en effet, être différent de l'esprit de toute l'Église ; or l'Église n'a qu'un but, qu'une œuvre, qu'un esprit : ramener à Dieu l'humanité qui s'en était éloignée, et travailler à la réconcilier avec lui...

« Or s'il agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il sera consciencieux, modéré, prudent dans ses questions,

« *a.* Afin de ne point tourmenter le pécheur qui s'accuse, et pour ne lui point enlever la confiance qu'il a en lui ;

« *b.* Afin de ne point apprendre à l'innocent à deviner le péché que l'expérience ne lui a pas encore appris. *Præ cæteris tamen providus, cautusque sit oportet, ac modum congruentem servet, quo pueri ac puellæ interrogentur, ne forte quæ prius ignorabant eos doceat* (CAROL. BOROM., *Instruct. Past.*, I, c. 12) ;

« *c.* Afin de n'être point, tant pour lui que pour le pénitent, une cause de chute, selon la remarque de saint Thomas d'Aquin: *Hujusmodi delectabilia, quanto magis in speciali considerantur, tanto magis concupiscentiam nata sunt movere, et ideo potest contingere, ut confessarius talia quirens, et sibi et confitentæ noceat;*

« *d.* Afin de ne point rendre son ministère odieux ;

« *e.* Afin de ne point se ravir à lui-même un temps nécessaire à la conduite des âmes.

« S'il agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il se permettra de faire quelques légères questions, qui le mettront en état de savoir ou que le pénitent est incapable de les résoudre, ou que leur solution réelle n'a aucun rapport avec la connaissance de l'état du pénitent, ni avec la tranquillité, l'instruction et les conseils qu'il réclame. Le retour du pécheur à Dieu et sa réconciliation avec lui sont l'œuvre de l'Esprit de conseil, qui fixe tous les actes du confesseur, et qui rend superflues les questions interminables.

« *Remarque.* Plus le confesseur entrera au confessionnal avec des yeux clairvoyants, moins il aura besoin de questionner longuement.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il sera non-seulement modéré dans ses questions, mais encore juste dans son jugement; c'est-à-dire qu'il ne jugera pas de la grandeur des péchés accusés d'après ses idées de confesseur, mais d'après la conscience du pénitent et d'après la conviction que celui-ci avait lorsqu'il commit le péché.

« Pour la conduite future, le confesseur peut donner au pénitent une balance juste; mais pour le passé, il faut qu'il le pèse sur la balance même du pénitent.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il ne se mettra pas lui-même, par une appréciation trop rigoureuse des fautes de détail, dans l'impossibilité de développer la cause unique et fondamentale de la dépravation de la nature humaine : l'apostasie de Dieu, le péché de l'arbre aux trois branches, qui sont la volupté des sens, la cupidité et l'orgueil, et de montrer à l'âme du pécheur brisé de douleur et de repentir, le Sauveur qui lui tend les bras.

« L'apôtre de Jésus-Christ ne doit pas s'abaisser au rôle humiliant d'énumérateur oisif des péchés. Ce n'est pas pour compter les péchés, mais pour les détruire, que le Sauveur est apparu. Imitez-le aussi en cela.

« Si le confesseur ne doit pas ignorer certains degrés qui existent dans le péché, et si saint Jérôme a dit : *Primum peccatum, cogitasse quæ mala sunt; secundum, cogitationibus acquievisse perversis; tertium, quod deterius, opere complere; quartum, in suo sibi complacere delicto* (*Lib. I, in Amos*), le confesseur sait néanmoins que la seule

volonté de l'homme commet le péché, attendu :

« *a*. Qu'elle s'arrête par un consentement intérieur à la pensée du mal;

« *b*. Qu'elle donne son plein assentiment au plaisir du mal;

« *c*. Qu'elle introduit dans la vie ce plaisir coupable, et

« *d*. Qu'en outre elle s'arrête avec complaisance au péché déjà commis.

« Si l'apôtre de Jésus-Christ, non content de connaître les dégrés du péché, met aussitôt la cognée à la racine; si l'esprit de Dieu ne veut rien moins qu'extirper la racine du mal, l'égoïsme de la volonté détachée de Dieu, et transformer le sens intérieur de l'homme, le confesseur ne doit pas se proposer un but moins élevé.

« Il sait, en effet, que la transformation de l'âme tout entière communique une direction et une vie nouvelles à toutes les pensées, désirs et actions particulières; tandis que le changement du détail n'entraîne jamais celui de l'ensemble. Et c'est précisément parce qu'il n'a en vue que cette transformation de l'homme intérieur tout entier qu'il échappe à tous les piéges où tombe le commun des moralistes, qui ne savent retirer ni soi ni les autres âmes inquiètes du labyrinthe où les jette cette inutile supputation des péchés, et sont incapables de fermer l'abîme du mal.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il trouvera surtout, dans cet effort unique et vivant pour ramener les pécheurs à Jésus-Christ et par Jésus-Christ à Dieu, pour préparer et hâter la transformation du sens intérieur, moins de loisir pour s'occuper des petites escarmouches de casuistique qui se livrent dans les écoles. En invitant son pénitent à interroger sérieusement sa conscience, à répondre fidèlement à ses questions, et à n'agir jamais que lorsqu'il sera convaincu que ce qu'il fait est bien; en insistant partout sur la souveraineté de la reconnaissance et de l'amour, qui préfère, avec Zachée, rendre quatre fois le bien d'autrui, plutôt que de posséder la moindre chose injustement; en éclairant les âmes candides de la lumière toujours croissante de l'Évangile, en s'efforçant d'instruire les ignorants, il pourra non-seulement ignorer prudemment les défis qu'on se jette dans les écoles pour ou contre le Probabilisme, le Probabiliorisme, le Tutiorisme, etc., mais il pourra encore les rendre superflus par une sage conduite des âmes.

« Le confesseur qui agit dans l'esprit de l'institution de la confession ne voudra imposer comme devoir à son pénitent ni plus ni moins que ce que prescrit l'Évangile, et ce que la reconnaissance et l'amour acceptent volontiers.

« On a vu sur le champ du Seigneur des ouvriers qui voulaient être plus sévères que l'Évangile, et plus doux que la Charité. Ceux-là se sont divisés. Les premiers s'appelaient *rigoristes*, les seconds *laxistes*. Le libéré se doit tout entier à son Libérateur : voilà, je pense, qui est assez sévère;

« Le libéré ne peut faire autre chose qu'aimer, et l'amour reconnaissant est l'unique sacrifice qui plaise à Dieu : voilà, je pense, assez de douceur.

« Chers amis, s'écrie le véritable évangéliste par la bouche de chaque confesseur, nous ne devons pas vouloir être plus sévères que notre Évangile, ni plus doux que l'Amour éternel.

« Il est dit aux hommes violents : Vous ne sauriez hériter du royaume des cieux; aux repentants : Venez, tels que vous êtes, à Jésus-Christ; il vous recueillera, il vous fera tels que vous devez être et tels qu'il vous veut avoir; aux convertis : Ne péchez plus, et complétez dans l'amour ce que vous avez négligé, réparez le dommage que vous avez fait, — autant que vous pourrez : le registre des dettes a été déchiré sur la croix.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il se montrera aussi l'économe du Seigneur quand il s'agira de lier et de délier. Il priera, avertira, conjurera, menacera au nom de Jésus-Christ; mais avant tout et toujours, il proclamera ce grand mot de grâce : Réconciliez-vous avec Dieu! Puis il liera et déliera comme s'il était en présence de Dieu, aussi éloigné de la légèreté que de l'inquiétude, d'une bonté aveugle que d'une sévérité cruelle, toujours assuré que ce qu'il déliera au nom de Jésus-Christ, et le regard fixé sur l'âme repentante, croyante et attachée à Dieu, sera aussi délié dans le ciel, et que tout ce qu'il liera, le regard fixé sur le cœur hypocrite, incrédule et ennemi de Dieu, du pécheur, sera aussi lié dans le ciel.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il saura si bien adapter aux besoins et aux nécessités de chacun cette médecine universelle qui a été donnée au genre humain malade : « Hâtez-vous de retourner à Dieu, conduit par la main de Jésus-Christ qui vous a saisi, et ne lâchez pas sa main avant d'être devenu un avec Dieu dans la Charité, » qu'il n'y aura point pour chaque malade de moyen plus sûr d'obtenir la guérison, que cette médecine qui lui sera préparée.

« Si le confesseur agit dans l'esprit de l'institution de la confession, il n'imposera point au pénitent d'autre pénitence que celle qui nourrit et fortifie l'esprit de pénitence (*Spiritum pœnitentiæ*, qui amène le convalescent à un état complet de santé et l'y maintient.

« *Remarque*. Cette question, vu son importance, recevra un développement spécial dans le premier Appendice [1].

[1] Hanc. appendicem ad magnam partem supra citavimus.

« Le confesseur qui veut être en état d'agir dans l'esprit de l'institution de la confession, devra posséder toute la confiance, non-seulement de ses ouailles, mais encore et surtout de ceux qui veulent lui dévoiler leur propre cœur. Il devra se faire la réputation d'un homme qui cherche avec un amour impartial le bien éternel de tous et de chacun, d'un homme pur des souillures de l'avarice et des taches de la volupté, tenant le milieu entre ces zélateurs aveugles qui rejettent toute nouveauté, et ces novateurs enthousiastes qui répudient tout ce qui porte la marque de l'ancienneté, et n'ayant d'autre but que de gagner à Dieu tous les membres de sa communauté.

« Quelques-uns soutiennent que le monde, lui aussi, se gouverne par la confiance, et mieux peut-être que par l'argent et l'éloquence.

« Quoi qu'il en soit, il est hors de doute que l'œuvre de l'amélioration de l'homme ne prospère et ne peut prospérer que dans l'élément de la confiance.

« Le confesseur qui veut être à même d'agir dans l'esprit de l'institution de la confession, devra considérer comme sacré le sceau de la confession, non-seulement parce que tout secret confié oblige déjà de soi-même au silence, non-seulement parce que le secret de la confession est un secret de l'homme intérieur qui veut rester caché aux regards d'un tiers, non-seulement parce que la violation du secret de la confession pourrait blesser de la manière la plus sensible l'honneur du pénitent ; mais encore parce que ce secret est quatre fois sacré et d'une inviolabilité absolue, parce que la confiance des fidèles dans des questions qui concernent l'éternité, de même que la dignité de la religion, l'honneur du ministère des âmes, le salut des pécheurs en dépendent essentiellement. *Ex confessione scitum est quasi nescitum.* (Thom. Aquin.) [1]

« Le confesseur qui veut pouvoir agir dans l'esprit de l'institution de la confession, doit non-seulement être en état de diriger sa propre conscience, il doit encore posséder l'art d'appliquer à la conscience d'autrui sa science et son talent.

« *Remarque.* Les inquiétudes habituelles de conscience (*status mentis scrupulosæ*), sont un état de minorité propre à tout chrétien, mais elles rendent un confesseur tout à fait incapable de remplir son ministère. Il est vrai qu'il y a une inquiétude qui conduit au calme, et un repentir dont on ne se repent jamais ; mais les inquiétudes de conscience telles que nous les entendons ici, sont par rapport à la raison pratique ce que la minutie est par rapport à la raison théorique : c'est une maladie de l'âme. Or, un malade ne saurait jamais faire les fonctions de médecin.

« Celui qui veut pouvoir agir dans l'esprit de l'institution de la confession devra pratiquer cette sorte de prudence pastorale qui consiste à

Écouter paisiblement, décider sans scrupule, conseiller promptement, avertir avec à propos, consoler doucement, guérir sûrement.

« Il sera ce qu'indique le mot de son emploi, non un tyran des consciences, mais un père qui ne se permet point une parole dure là où une parole douce suffit ; non un ministre de la justice pénale, mais un pasteur aimant qui ne veut que retrouver ce qui était perdu, faciliter et adoucir par tous les moyens possibles le retour au bercail ; non un saint prétentieux qui a bâti l'édifice de sa sainteté sur son propre fondement, mais un homme composé de chair et de sang, comme les autres hommes, un pécheur qui a trouvé grâce, et qui chaque jour a besoin de la grâce qui remet les péchés ; non pas un despote des âmes, mais un ami de l'époux auquel elles appartiennent.

« Le confesseur qui remplit la mesure de son ministère est donc tout patience quand il écoute, tout modestie quand il interroge, tout compassion quand il dépeint les maux qui naissent du péché ; il est plein d'une douce sévérité dans les instructions, exhortations, prières, avertissements, menaces, châtiments, et plein d'une douceur sévère dans l'annonce des promesses divines. Il n'est autre chose que :

« JÉSUS AU MILIEU DES PÉCHEURS. »

« Jusqu'ici nous avons montré la haute dignité du confesseur, considéré comme exemplaire vivant de Jésus-Christ. Ceux qui sont formés sur ce modèle n'ont plus besoin de mes conseils, et volontiers je me soumettrais à délier les cordons de leurs souliers, si je m'en croyais digne. Quant à ceux qui n'ont pas encore le sentiment vivant de leur vocation, les observations suivantes ne leur seront pas inutiles.

« Ce qui rend impropre à la conduite des âmes, c'est :

« *Premièrement :* La cupidité, qui ne craint pas de se cacher sous la chape et sous l'étole. L'amour des cadeaux fermera la bouche au ministre sacré de la vérité, et lui enlèvera le courage de dire avec saint Jean : « Cela ne vous est pas permis ; » il livrera le prêtre au froid mépris de l'incrédulité, et lui ravira la confiance des fidèles ; il fera sentir d'une manière sensible à la race des esprits moqueurs, au milieu des gémissements des gens de bien, la contradiction qu'il y a entre ces paroles de Jésus-Christ : « Donnez gratuitement, puisque vous avez reçu gratuitement, » et la conduite intéressée de ses disciples qui vendent ce qu'ils ont reçu gratuitement.

« *Deuxièmement :* Le sentiment orgueilleux de sa propre habileté. Cet orgueil fait qu'on compte plus sur le grand nombre de péni-

[1] De hoc sigillo sacro vide inferius cap. VIII.

tents qu'on ne s'occupe d'en soigner un petit nombre suivant leurs besoins. Cet orgueil dégénère en une jalousie mesquine de voir d'autres confesseurs avoir plus de pénitents que nous. Cet orgueil prend à tâche, soit en haussant les épaules, soit en blâmant ou en prenant une conduite opposée, d'enlever peu à peu leur crédit aux meilleurs ouvriers du ministère. De là des partis entre les pénitents, qui, comme quelques chrétiens d'autrefois, se font une gloire de dire : « Je vais chez Paul, moi chez Apollon, moi chez Céphas. »

Troisièmement : L'amour sensuel des pénitents, surtout de l'autre sexe. Il engendre, au confessionnal, une molle indulgence, une facilité dangereuse, et entretient, hors du confessionnal, une familiarité aussi nuisible au pénitent qu'au confesseur : au pénitent, parce qu'une fausse honte, ou plutôt le désir de passer pour meilleur qu'il n'est et la crainte de déplaire, lui font embellir ou taire le mal; au confesseur, parce que le désir de plaire lui enlève le courage de donner de sérieux avertissements.

Quatrièmement : L'indifférence pour le bien spirituel des pénitents, indifférence qui peut avoir sa source dans une foule de motifs, par exemple : dans l'amour de l'étude privée, comme c'est le cas pour un petit nombre; dans les préoccupations domestiques ou agricoles, comme c'est le cas pour un grand nombre; dans l'amour des sociétés où l'on joue et où l'on se livre à la bonne chère, cas qui n'est pas des plus rares; dans l'intelligence de la sublimité de sa vocation, dans la paresse, etc. Cette froideur pour le bien spirituel des pénitents se révèle de bien des manières : 1° Le confesseur considère les heures où il est appelé au confessionnal comme des heures de tourment, et s'il prête l'oreille aux pénitents, c'est avec une expression visible de mauvaise humeur; car son cœur n'est pas entré avec lui au confessionnal; 2° la foule de ceux qui se présentent pour se confesser le rend impatient; 3° il congédie ses pénitents après leur avoir adressé quelques courtes paroles; 4° il préfère confier à des prêtres auxiliaires le devoir de répondre à la confiance de ses ouailles; 5° il voit avec plaisir son peuple visiter les jours de fêtes, les églises des couvents et des villes voisines, et chercher conseil auprès d'autres pasteurs; 6° il renvoie en termes brefs et pleins de dureté les malheureux qui viennent lui raconter leurs misères et leurs tentations pour trouver quelque allégement aux souffrances de leur cœur; 7° satisfait de la casuistique qu'il a étudiée dans quelque école, il ne se soucie nullement d'acquérir une connaissance plus profonde de Dieu et des hommes, et néglige de pénétrer dans le sanctuaire de la vie intime, de la vie en Dieu, qui renferme tous les secrets de la conduite des âmes; 8° sitôt l'ordination reçue, il met fin à ses études, pour ne les reprendre qu'à ces certains moments où il lui faudra passer un examen devant un supérieur.

« Si la cupidité, l'orgueil, l'amour sensuel et l'indifférence pour le bien spirituel des pénitents rendent le prêtre impropre à la conduite des âmes, les préjugés et les faux principes ne lui portent pas un moindre dommage. Ainsi, c'est un préjugé nuisible de croire qu'au confessionnal l'Écriture sainte n'est d'aucune application pour les gens de la campagne.

« Il serait aisé de montrer cette erreur dans toute sa nudité, si son évidence ne brillait aux yeux de tous.

« 1° Le livre de la loi d'après laquelle le chrétien doit vivre est aussi par cela même le *Corpus juris* selon lequel sa conduite doit être jugée au confessionnal.

« 2° Si tous les prédicateurs chrétiens se font un devoir de graver, en chaire, l'esprit et le contenu de l'Écriture dans le cœur des fidèles, et de faire de la parole de la Bible une parole vivante, pourquoi cette parole de la Bible ne pourrait-elle pas devenir au confessionnal une parole vivifiante pour le peuple? Si dans la bouche du prédicateur la Bible devient le livre de l'intelligence du peuple, pourquoi ne pourrait-elle pas devenir par la bouche du confesseur le livre de son cœur? Le cultivateur qui écoute le prédicateur n'est-il pas le même que celui qui, avant ou après le sermon, lui ouvre son cœur et prête l'oreille à sa parole?

« 3° Disons plutôt qu'au confessional la Bible, envisagée d'une certaine manière et méditée sous un certain point de vue, peut être appliquée avec plus d'avantage qu'en chaire. Car le prédicateur, parlant à une multitude, ne saurait dire précisément à chacun, dans son propre langage, ce qu'il pourrait lui dire en particulier; tandis que le confesseur ne s'occupant que d'une seule âme et connaissant son intérieur, peut y déposer précisément la doctrine dont elle a besoin dans la situation particulière où elle se trouve; car la parole de Dieu s'adapte à tous les individus, à tous les temps, à toutes les nécessités.

« 4° Quant aux devoirs généralement reconnus du confesseur, ils consistent : *à juger*, *à instruire*, *à guérir*. Or, quel est celui qui juge le plus sainement, de celui qui juge d'après l'esprit et le contenu de l'Écriture, ou de celui qui le fait d'après les principes élastiques d'un *Compendium?* Quel est celui qui enseigne le mieux, de celui qui puise dans la parole de Dieu les enseignements qu'il adresse aux hommes, ou de celui qui les emprunte à quelque théorie défectueuse? Quel est celui qui guérit le plus sûrement, de celui qui, à l'exemple de Jésus, sait verser sur les blessures le baume de la sagesse divine, ou de celui qui les veut guérir avec les froides sentences de la philosophie ou de la théologie contemporaines?

« 5° L'expérience des meilleurs pasteurs

atteste qu'on peut faire au confessionnal le meilleur usage de l'Écriture sainte. Mais pour cela il ne faut pas se contenter d'en réciter quelques textes au pénitent, et le renvoyer sans les éclaircir ni les commenter. Ainsi, il ne suffit pas de dire à l'oreille d'un pécheur devenu malheureux par le vice de l'impureté, ce beau passage de saint Paul : « Vos corps sont les membres de Jésus-Christ. Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu? Vous avez été racheté à un prix élevé. » Il faut lui montrer la haute signification de ces paroles, lui dépeindre la dignité de l'homme, et ne point se reposer qu'il n'ait compris la différence qu'il y a entre ce qu'il est et ce qu'il doit être; qu'il ne demande le Rédempteur pour le délivrer de l'ignominie et du tourment du péché, pour le rétablir dans sa dignité primitive; qu'il ne frappe sa poitrine, et, se confiant en la miséricorde de l'amour éternel, qu'il ne prenne la résolution et ne se sente le courage de lutter contre tous les attraits du mal.

Il ne faut pas non plus se contenter d'expliquer le mot de la Bible; il faut encore l'éclaircir dans la langue de chacun, lui donner une forme qui fasse impression sur son cœur, l'appliquer suivant les besoins de chacun. Au lieu de dire simplement à un individu accablé par la pauvreté, les soucis, la misère et la vieillesse : « Prenez courage, tous les cheveux de votre tête sont comptés; » je lui dirais, en développant cette pensée : « Mon cher ami! j'ai vraiment pitié de vous, et volontiers je mêlerais mes larmes aux vôtres, si par là je pouvais vous soulager. Mais, voyez! en ne vous occupant sans cesse que de ce qui vous fait mal, de votre pauvreté, de vos soucis, de votre misère, vous ne faites qu'ajouter à vos souffrances. Au lieu de faire cela toujours, détournez-en au moins pour quelques instants vos regards, et apprenez du sein de votre pauvreté et de votre misère à élever vos regards jusqu'au ciel. C'est là qu'habite notre Père; il regarde avec complaisance ses enfants bien-aimés, il compte toutes les gouttes de sueur qui tombent de votre front, il voit toutes les bonnes résolutions que vous prenez pour les endurer en patience; nulle goutte de sueur, nulle bonne pensée ne resteront sans récompense. Ayez donc sérieusement à cœur de faire la volonté de notre Père qui est aux cieux, et il ne manquera pas certainement de s'intéresser à votre bonheur temporel et éternel. Il a compté tous les cheveux de votre tête, il s'occupe de tout ce qui vous concerne, si insignifiant que cela puisse être, et il vous prépare une éternité de bonheur. Oh! quelle immense consolation vous goûterez à votre lit de mort, quand cette parole retentira dans votre cœur : « Mon Dieu, vous m'avez envoyé bien des heures amères, mais les voilà toutes passées; maintenant vous m'envoyez la plus amère et la plus terrible de toutes, mais elle passera aussi. Vous qui êtes mon Père, vous allez bientôt mettre fin à tant de misères et de tourments; bientôt j'irai auprès de vous pour me réjouir éternellement de votre bonté. Car vous avez compté tous les cheveux de ma tête, à plus forte raison toutes les pieuses pensées que j'ai élevées vers vous, toutes les saintes aspiratiens que vous avez éveillées en moi. Vous êtes tout bonté et tout miséricorde, et depuis que vous m'avez donné votre Fils unique, je sais que vous m'avez tout donné avec lui, par conséquent aussi la vie éternelle. « (*Théologie pastorale.* lib. V. n. 22 ad 38.)

CAPITULUM III.

De interrogationibus adhibendis cum personis diversi status, aut conditionis, quæsunt conscientiæ parum meticulosæ.

48. Hic advertitur, quod circa obligationes proprii status, aut officii non semper sufficiat confessario pœnitentem interrogare tantum, an suam obligationem impleverit, cum pœnitens videtur esse conscientiæ parum meticulosæ, aut confessarius aliunde habet rationabilem suspicionem quod ille suis obligationibus desit; tunc oportet, ut ipsum interroget in particulari, saltem circa ejus ejus obligationes principaliores.

49. Et primo, si est sacerdos qui ad confitendum accedit, interrogetur 1. an satisfecerit horis canonicis, et oneribus missarum, vel an has per multum tempus distulerit celebrare? 2. an negotiationem exercuerit? 3. an nimis festinanter missam absolvat? nam si infra quadrantem horæ illam terminat, ipse a culpa gravi nequit excusari, etiamsi missa sit de requiem; ut non sine magno fundamento plures DD. docent (*l.* 6. *n.* 400.) : infra enim tam breve spatium non est possibile missam absolvere sine magna verborum et cæremoniarum negligentia; saltem nequit missa celebrari cum ea gravitate et decentia, quæ tanto sacrificio convenit. Insuper ex missa nimis festinanter celebrata, oritur etiam grave scandalum laicorum, quibus ut ait *Bellarminus* (*Ibid.*), videntur hujusmodi sacerdotes non credere quod in missa realiter sit præsens divina Christi Domini Majestas.

50. Præterea, non erit improprium sacerdotes interrogare, an in ipsorum patria magna sit penuria confessariorum? Eo enim casu posset aliquis sacerdos teneri ad se reddendum idoneum ad confessiones excipiendas, ut validis ra-

tionibus probavimus (*l.* 6 (v). *n.* 625) quibus addatur doctrina *D. Thomæ* qui (*Supp. qu.* 34. *art.* 1.) inquit, Deum ad hoc instituisse in Ecclesia ordinem presbyterorum, ut ipsi aliis sacramenta ministrarent; *Et ideo* (verba S. Doctoris) *posuit ordinem in ea, ut quidem aliis sacramenta traderent.* Idcirco sacerdos appellatur lux mundi, sal terræ, et coadjutor Dei. Cum igitur finis sacerdotis sit sacramenta ministrare, quomodo ipse poterit a culpa excusari, si viderit suos conterraneos carere confessariis, et ideo plures eorum in peccato manere, cum magno damnationis periculo, et ipse Domini finem, ob quem ad sacerdotium fuit evectus a Deo, frustraneum reddit, negligendo ex pigritia idoneum effici ad ministrandum pœnitentiæ sacramentum, quod saluti animarum, excepto baptismo, præ aliis necessarium est. Nimis verenda sunt verba Domini adversus eos sacerdotes, qui salutem proximorum parum curant. *Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaveris ei..... ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Ezech.* 3. 18. Si autem sacerdos ille se excuset adducendo suam insufficientiam, audiat. S. *Franciscum Salesium*, qui falsam vocat humilitatem eorum sacerdotum qui renuunt animarum saluti incumbere, sub titulo, suæ imbecillitatis. Ista (ait Sanctus) malitiosa est humilitas, et inventus amoris proprii, qui sub hoc specioso prætextu propriam quærit tegere socordiam. Subdit quod Deus, cum aliquod talentum donaverit, juste petit a nobis, ut illud exerceamus : quapropter qui eo utitur et paret, ille magis humilem se ostendit. Superbi quidem causam habent, ut nullum suscipiant opus, quia tales in seipsis fidunt. Humiles contra magnanimi sunt, quia non proprias perpendunt vires, sed in Deo confidunt, cui placet in nostra infirmitate suam omnipotentiam extollere; unde concludit quod humiles omnia aggredi possunt.

51. Secundo, si accedit ad confitendum aliquis confessarius, de cujus idoneitate prudenter dubitatur, interrogetur, an studio sufficientem operam dederit, et an studere pergat? nam, ut diximus *n.* 18. *in fine*, ad bene exercendum officium excipiendi confessiones, non satis est aliquando studuisse. Item, an absolverit eos qui manebant in occasione proxima peccati, aut erant recidivi, nec extraordinaria signa suæ dispositionis afferebant? Si unquam talis confessarius aliquam pœnitentem sollicitasset ad turpia, interrogetur, an sciat se non posse Sacrum facere, dum a SS. *P. Benedicto* XIV. sollicitantibus imposita est inhabilitas perpetua, et Papæ reservata, quæ, ut ostendimus in Opere (*Lib.* 6 (v). *n.* 705.), ante omnem sententiam incurritur. An autem hæc incurratur etiam ab ignorantibus? Observa quæ dicuntur in eodem Opere loco citato.

52. Tertio, si accedit parochus, interrogetur 1. an attendat ad debitas correctiones erga subditos? præcise erga eos qui aliquo tenentur odio, aut cum aliqua turpiter conservantur, aut domos sponsarum frequentant. Et de hac materia loquendo, hujusmodi parochus valde advertatur ad non accipiendas promissiones mutuas matrimonii, nisi parum ante, quam nuptiæ sint contrahendæ, ut prudentes parochi agunt; alioquin omne tempus illud usque ad matrimonium, peccatorum tempus erit. 2. An invigilet, ut sui subditi absque exceptione personarum paschale impleant præceptum? Quot personas in missionibus invenimus, præsertim majoris existimationis, quæ per multos annos præceptum implere omiserunt, quin parochus eos admonuerit, et opportuna adhibuerit media ad ipsorum resipiscentiam? 3. An sacramenta ministraverit (præcipue pœnitentiæ) in periculo mortis, aut cum requisitus fuerit per seipsum (*l.* 6 (v). *n.* 623. *v. Resp.* 2. *et Resp.* 3.)? Dico per *seipsum*, quia, cum ipse potest, non satisfacit illa per alio ministrando (*Lib.* 4 (VI). *n.* 127. *v. Hinc*). 4. An moribundis debitam præstiterit assistentiam? 5. An in dominicis conciones habuerit? etenim parochus cum non est legitime impeditus, omittendo concionari per mensem continuum, aut per tres menses discontinuos intra annum, a DD. non excusatur a gravi culpa (*Lib.* 3 (IV). *n.* 269.). 6. An debitas largitus sit eleemosynas habens beneficium pingue, congruam excedens? 7. An attenderit ad instruendos in doctrina christiana pueros, et rusticos circa mysteria fidei, et media ad salutem? Præsertim an instruerit rudes circa dolorem peccatorum necessarium ad obtinendam absolutionem; necnon pueros circa communionem ætate qua jam ad eam sunt idonei, nimirum ordinarie loquendo ab anno decimo usque ad duodecimum, vel ad summum ad decimquartum (*Lib* 6 (v). *n.* 301. *v. Sed hic*)?

Sciendum enim S. *Carolum Borromæum* suis parochis præcepisse ut ad communionem idoneos redderent pueros, statim ac ad decimum annum pervenissent (*Ibid.*). At quidam parochi renuunt etiam pueris, qui ad annum pervenerint duodecimum, Eucharistiam ministrare, et cur ? ut incommodum effugiant illos instruendi. 8. Interroget sedulo, an facile, et ob humanos respectus attestationes in scriptis dederit initiantis necessarias, ut illi possint ordines suscipere? in hoc enim oportet ut parochi non sola notitia negativa sint contenti, cum debeant habere positivam de ipsorum probitate, et sacramentorum frequentia; et ideo tenentur particulariter de his omnibus certiorari. Quandoque inveniuntur ordinandi mille culpis onerati, qui vix semel in anno communionem acceperint, imo qui etiam præceptum paschale omiserint, et deinde audacter attestationes parochi præsentant de morum honestate, et sacramentorum frequentia. Isti jam postea ordines suscipiunt, et scandalum fiunt populo ; et de omnibus ipsorum flagitiis parochus equidem rationem Deo reddere debet, nam Episcopi in hoc parochis credunt : sed Episcopi seduliores fidem non præstant parochis in hac materia tam gravi a qua salus pendet populorum.

53. Quarto, si accedit episcopus negligentis conscientiæ, confessarius interroget 1. An debitam adhibeat diligentiam (præter scientiæ examen) in se certiorando de positiva probitate ordinandorum? prout sacri canones, Tridentinum et Apostolus imponunt, minime acquiescendo parochorum attestationibus, quæ (ut diximus) ut plurimum aut falsæ sunt, aut suspectæ. 2. An approbet ad confessiones sacerdotes sat in moribus et doctrina expertos? Aliter illi plus damni quam utilitatis afferent. 3. Quomodo reditus mensæ expendat, et applicet? Ut enim probavimus (*Lib.* 3 (IV). *n.* 492.) Episcopi dempta honesta sua sustentatione, reliqua tenentur pauperibus elargiri. 4. Quomodo residentiæ obligationi satisfacit? Etenim nec etiam per tres menses a Tridentino concessos, ipse a sua diœcesi potest abscedere, ut Pontifex *Benedictus XIV* declaravit, si ex futili causa sive ob meram oblectationem abesset. 5. Quomodo invigilet ad inquirenda suarum ovium scandala, ut ipsa reparet meliori modo quo poterit, implorando etiam subsidium brachii sæcularis, si oportet ? 6. Interroget quomodo se gerat in bono exemplo exhibendo? certe enim prælatus speciali modo tenetur exemplarem se præbere : alioquin quomodo poterit suos Ecclesiasticos corripere ; puta ne cum mulieribus versentur, neque ludos vetitos frequentent, si de his malum ipse tribueret exemplum ?

54. — Quinto si confitetur monialis, interrogetur 1. An aliquem defectum commiserit circa vota, præsertim paupertatis, accipiendo vel largiendo sine licentia ? 2. An satisfecerit horis canonicis ? Opinio enim quod moniales in privato non teneantur officium recitare, non est satis probabilis, ut ostendimus (*Lib.* 4 (VI). *n.* 141.). 3. An erga aliquem mutuam nutrierit benevolentiam periculosam, puta si adfuerint saltem verba aut litteræ amatoriæ ? Et eo casu, si monialis familiaritem illam nollet relinquere, constans sit confessarius in neganda ei absolutione ; in hujusmodi enim familiaritatibus, licet finis positive pravus absit, semper tamen periculum urget : saltem adest scandalum, et malum exemplum respectu aliarum (*Diana part.* 5. *tr.* 7 *r.* 21 *et* 22.) .4. An aliquo teneatur odio in suas sorores. 5. Si monialis aliquod exercet officium, interroget de illo in particulari; puta *Rotariam*, an afferat litteras aut nuntia de malo suspecta ? *Portinariam*, an oscitanter januam reseratam teneat, cum periculo scandali monialium, aut aliorum ? *Abbatissas*, an debitam adhibeant diligentiam, cum viri in monasterium ingrediuntur, aut morantur ; aut an novis abusibus conniveant? Advertendo quod, licet particulares moniales peccent leviter, levem regulam trangrediendo, superiores tamen, quæ non curant impedire, cum possint, observantiæ relaxationem, peccant in re gravi (*Lib.* 4 (VI). *n.* 13.).

55. Sexto, si accedit quis judicis officio fungens, interrogetur 1. An fuerit personarum acceptor? 2. An causas expediverit ? 3. An in judicando conveniens studium præmiserit, omiserit, vel ex aliqua animi affectione motus erga alteram ex partibus sententias dixerit ?

56. Si autem accedit tabellio, interrogetur 1 Quomodo se gerat in capiendis informationibus ? 2. An intermiserit interrogationes suggestivas ? 3. An testium depositiones diminuerit, vel auxerit?

57. Septimo, si accedit medicus inter-

rogetur 1. An satis fuerit versatus in studio medicinæ, et in praxi medendi? necnon an studium adhibeat (ut tenetur) in casibus difficilioribus qui occurrunt? 2. An alicui impertierit licentiam edendi carnes ob merum humanum respectum, sine justa causa? 3. An aliquod periculosum remedium applicaverit infirmo, non adhuc de vita desparato (*l.* 1. *num.* 46. *lib.* 4 (VI). *n.* 191.)? 4. An fuerit causa ut remedia acciperentur ab aliquo pharmacopula suo amico, tamen noverit parum esse fidelem, vel peritum, aut ineptas vendere medicinas? 5. An attenderit ad curandos pauperes, si ad hoc stipendium exegerit; vel sine stipendio, si pauperes fuerint in gravi necessitate (*Trull. t.* 1. *l.* 4. *c.* 1. *dub.* 11. *in fine.*)? 6. An curaverit suos monere infirmos, ut tempore debito confiterentur, juxta præcepta pontificia? De hoc puncto in pluribus Operis locis sermonem fecimus (*lib.* 3 (IV). *n.* 182. *et melius l.* 6 (V). *n.* 664.), ubi dictum est quod *Innocentius III.* medicis præcepit, ne alicujus infirmi curam susciperent, nisi prius ille confessus fuerit; et *S. Pius V* confirmans tale præceptum, insuper jussit, ut medicus post tertium diem relinquat infirmum, nisi sciat ipsum fuisse confessum; item mandavit ut omnes medici, antequam gradum doctoratus assumant, dent juramentum observandi hoc præceptum; idque mandatum est omnibus collegiis. Sed dubium fit, quomodo hujusmodi præceptum, et juramentum intelligantur. Plures DD. tenuerunt ea procedere, cum infirmitas est periculosa; vel saltem cum dubitatur an sit periculosa; et in hoc sensu dixerunt Bullam *S. Pii* receptam fuisse. Sed communior sententia vultut præfatum præceptum, quamvis non obliget in quocumque morbo levi, tamen non intelligendum sit tantum urgere in morbis actualiter periculosis, sed etiam in illis qui prudenter judicantur posse in posterum fieri periculosi. Et ratio est, quia *Innocentius* præcipit, ut medicus imponat infirmo confessionem antequam ejus curationis onus medicus suscipiat, ad hoc, ne infirmus (sic loquitur Pontifex) de confessione monitus, de salute desperans, facilius in mortis periculum incurrat; igitur intendit effici, ut infirmus confiteatur antequam morbus fiat mortalis. Hæc sententia mihi videtur vera. Hoc tamen non obstante, in contrarium est praxis medicorum, etiam timoratæ conscientiæ, qui non solent monere infirmos ad confitendum, nisi cum infirmitas probabiliter jam periculosa effecta est. Neque in hoc putant peccare adversus juramentum præstitum juxta Bullam *S. Pii*, innixi doctrinæ plurium auctorum (*l.* 6 (V). *num.* 664. *v. Circa autem.*) sentientium quod præfatum juramentum non obliget, nisi pro illa parte, pro qua a consuetudine receptum est. Cæterum non dubitandum, quin mortaliter peccent saltem medici illi, qui omittunt monere infirmos de confessionne, cum infirmitas est jam periculosa. Oh quam miserum est videre tot infirmos (et præsertim eos qui spectatæ sunt dignitatis) ad incitas mortis reduci, ut rationes vitæ Deo mox reddendas pareut, tempore quo sunt quasi exanimes, cum vix possint verba tunc modulare, vix alios audire, vix statum concipere propriæ conscientiæ, suorumque peccatorum dolorem, et totum hoc evenit culpa istorum medicorum, qui ne displiceant infirmis, aut eorum propinquis, illos certiores non faciunt de periculo; imo eis blandiri pergunt usque dum omnino ipsi de vita desperant. Cum igitur accedit medicus negligentis conscientiæ, curet confessarius præcipue eum interrogare et monere, non obiter, sed cum calore de hac obligatione intimadi confessionem infirmis, saltem quando advertit morbum jam esse gravem, aut dubitat an sit jam gravis, ut communiter dicunt DD. qui in hoc non discrepant. Dico *cum calore*; nam ex hoc puncto pendet salus spiritualis, non tantum medici pœnitentis, sed omnium etiam infirmorum qui sub ejus cura erunt.

58. Octavo, si accedit pharmacopola, interrogetur 1. An præstiterit remedia prægnantibus ad abortum procurandum. 2. An vendiderit unum pharmacum pro alio, et carius quam res valebat (*Lib.* 3 (IV). *n.* 821.). Hic adde *Gregorium XIII.* in Const. 29. *Officii nostri* omnem vetuisse societatem pharmacopolas inter et medicos, aut chirurgos.

59. Nono si accedit mercator, interrogetur 1. An deceperit in pondere et mensura; 2. an res vendiderit ultra pretium supremum; præsertim dando merces ad creditum, cum emptores essent securi, et nihil damni ipse esset passurus: an autem pretium augeri possit, vendendo ad creditum, eo quod tale est pretium currens in venditionibus ad creditum juxta communem æstimationem? Et an res, quæ venduntur minutatim, carius possint vendi? observa doctrinas in libro annotatas (*l. c. n.* 809.).

60. Decimo, si accedit sartor, interrogetur 1. an in diebus festivis per notabile tempus laboraverit sine extraordinaria causa, ut vestes compleret, et dominis afferet (*l.* 3 (IV). *n.* 303. *v. Sartoribus.*)? 2. An jejunia impleverit ab Ecclesia præcepta? nam sartores ob sarciendi laborem minime a jejuniis excusantur (*l. c. n.* 1041. *v. Barbitonsores*). 3. An si alii commiserint ei pannos emere, ipse pretium majus exegerit, sub colore quod mercator ob peculiarem amicitiam pretis minori pannos ei dederit? Si revera pars illa pretii fuisset ipsi donata, tunc poterit eam exigere, modo moralem præmiserit dilligentiam apud alios mercatores, aut certo sciat quod alii communiter mercem illam minori non vendant pretio (*Lib.* 3 (IV). *n.* 826. *v. Caute*); hoc tamen debet esse omnino certum, alioquin nihil amplius potest exigere quam solvit. 4. An sibi retinuerit frustula, sive resegmina vestium, quæ injuste retinet, nisi adsit consensus dominorum, aut nisi illi aliquid injuste detraherent ex pretio debito, adhuc infimo communi ter æstimato? 5. An sibi occasio proxima peccandi esset ex accipiendis regulis bene formandi vestes mulierum per ipsarum corporum commensurationem (vulgo ut dicitur, *in pigliar la misura*), aut esset ex aptandis vestibus fœminis, quod nequit fieri nisi cum ipsarum mulierum attrectatione, idque esset sartori occasio proxima incidendi in pravas delectationes, aut desideria, prout non raro accidit improbæ conscientiæ viris?

61. Undecimo, si accidit aliqua venditrix sive proxeneta (intellige de his quibus traduntur a dominis res vendendas licitantibus) interrogetur 1. an aliquid retinuerit pretii ab emptoribus exacti? tenuimus enim (*l. c. n.* 825. *v. Quær.*) quod venditrix nequit illud superans sibi retinere, etiamsi traderet domino pretium ab eo designatum, quia talis determinatio fit, ut res non vendatur minoris, non autem, ut proxeneta illud quod superest sibi retineat; idque procedit, etiamsi a domino fuerit locus designatus, ubi res venderetur, et proxeneta, adhibita ibi debita diligentia, in alio loco multum distanti pluris deinde vendidisset: etenim tunc etiam dicimus, quod ipsa nequit omne superfluum retinere, sed tantum id quod ipsi spectare potest ob illum extraordinarium laborem; nam res semper domino fructificat. Excipimus (*Ib. v. Bene autem.*) 1. Si proxeneta rem meliorem reddidit, et ideo pluris vendidisset, quam res prius valebat. 2. Si proxeneta cum domino convenerit, amplius ei non tradere, nisi pretium ab eo determinatum; et hoc sive expresse sive tacite, prout esset si dominus nullum pro ejus labore stipendium assignasset. 3. Si, quod superest, esset parvi momenti, ita ut præsumetur dominus condonare. 4. Si proxeneta, facta ordinaria diligentia, ipsa sibimet emeret rem pretio ab aliis oblato, et postea eam pluris venderet. Idem dicendum, si quis tibi commiserit aliquam rem emendam pretio designato, et tu minoris emisses; tunc enim nihil amplius exigere potes, nisi extraordinarium laborem adhibuisses ut impensæ parceres; aut si rem tuo nomine emisses, periculum in te assumendo; hoc tamen intelligitur, si jam præmisisses moralem diligentiam, nec invenisses a quo rem minoris emere potuisses (*Ibid.*).

62. Duodecimo, si accedit barbitonsor, interrogetur an alios tondeat in diebus festivis, et ubi hujusmodi consuetudo non adsit? Dum contra id ei non est vetitum, ubi consuetudo jam introducta est: aut si ibi nequeunt viri tonderi nisi in festis, eo quod in aliis diebus labori operam navare debent, ut se suosque sustentare possint. Præterea interrogetur, an comam mulieribus componat, juxta improbum usum hoc tempore a satan inventum. Ordinarie loquendo, puto id esse viris proximam occasionem peccandi lethaliter turpibus delectationibus, aut saltem desideriis; unde dico minime permittendum id alicui qui in se contrariam non habuisset experientiam. Quod si unquam quis per notabile tempus expertus fuisset, in hujusmodi actione se immunem a peccato, hic revera damnari nequit de mortali; sed hoc non obstante non omittat confessarius eum removere quantum potest ab hujusmodi officio, quod certe in se periculum continet. Hinc nolo dubium aliud discutere, an fœminæ possint vel ne tuta conscientia viros accersere, ut illis suas componant comas. Audio quod ipsæ pluribus in locis hoc faciunt: et confitentur, et communicant, videant ipsæ et ipsarum confessarii. Saltem confessarius eis imponat, ne utantur viro aliquo juniori, ex cujus actionibus perceperint malitiose se gerere. Cæterum censeo quod mulieres purioris conscientiæ non quidem utentur viris, sed contentæ

erunt fœminis a quibus coma componatur, meliori modo quo potest.

Quoniam nunquam nimis instructionum habere possint confessarii juniores præsertim, adjungamus hic citationes ac summas quas, de præcipuis interrogationibus adhibendis cum personis diversis, ac de inquisitione spiritualium morborum, in appendicem collegit Scavini ad confessarii directionem :

« Quamvis debitum conscientiam examinandi sit præcipuum pœnitentis, attamen non est dubitandum, quod si Confessarius cognoverit illum in hoc deficere, ut maxime plerumque deficit in iis quæ sunt suæ conditionis, teneatur ipse Confessarius interrogare : *prius* de peccatis in quæ verisimiliter incidere poterat, attento ejus statu : *postea* de eorum numero, specie ac necessariis circumstantiis : *demum* de origine ei causa omnium spiritualium ejus morborum, ita ut efficaciter et occurrere possit. Qua in re faciunt monita, quæ legere est in libro, *Istruzione per i novelli Confessorii*, opera di un Missionario ; Torino, Canfari, 1845 : »

« 1. S'il s'agit d'une personne judicieuse et qu'elle dise s'être examinée, on pourra croire qu'il en est ainsi, en observant du reste si elle le vérifie par le contexte de sa confession, ce qui est facile à reconnaître ; mais, s'il s'agit d'une personne grossière ou d'une classe de gens peu soucieux du salut de leur âme, comme les soldats, les domestiques, les jeunes gens qui viennent à confesse pressés par leur père ou par leur maître, bien qu'ils disent qu'ils se sont examinés, il sera prudent de les interroger, ainsi que tous les autres desquels on peut soupçonner qu'ils viennent se confesser *pour la forme*, comme on dit ; ce qui peut s'appliquer à un grand nombre de ceux qui sont dans les colléges et qui ont coutume de se confesser à jour fixe. Il en est de même pour ceux qui sont peu instruits des choses du salut, ou qui mènent une vie distraite de la pensée de Dieu, comme les joueurs, les aubergistes, les garçons de boutique, les voituriers, et d'autres qui sont presque toujours dans les champs ou avec les troupeaux. Ajoutez-y même encore quelquefois des gens de la classe plus polie et noble, mais adonnés à la galanterie et aux vaines conversations, qui ne se confessent qu'à Pâques ou rarement chaque année, et d'autres enfin qui sont absorbés par le trafic et le négoce, qui, le plus souvent, pour se confesser, ne prennent qu'un temps court et fractionné.

« 2. Dans les interrogations, le bon Confesseur a deux extrêmes à éviter : le trop et le trop peu. Ce serait trop s'il questionnait sur tous les péchés qui peuvent se faire au monde... ou sur des choses qui ne concernent pas la personne du pénitent, son état et sa qualité ; ou sur des choses invraisemblables, énormes, révoltantes, quand il n'a pas des motifs suffisants pour cela ; il y aurait même là une cause de scandale et de danger, comme si on allait demander à une dame de condition et de distinction si elle a prostitué ses filles, ou à un ecclésiastique vénérable s'il a fait la simonie, ou autres suppositions semblables dont un pénitent justement considéré pourrait se montrer offensé ; et ici encore nous devons faire remarquer qu'il serait blâmable de questionner sur des choses frivoles et ineptes qui feraient rire le pénitent et deviendraient pour lui un sujet de causeries avec d'autres personnes. A l'autre extrême, ou trop peu, il faut attribuer ce que plusieurs font, et qui est de s'en tenir à une ou deux questions générales adressées au pénitent, comme : *Avez-vous autre chose?* ou l'équivalent, et de s'arrêter là. Si l'on peut très-bien employer cette pratique avec une personne timorée et intelligente, elle est répréhensible une fois qu'elle est appliquée à tous indistinctement. La prudence, sur ce point, sera donc de faire ses interrogations selon les personnes, d'abord concernant les fautes communes à tous les hommes, et ensuite concernant les fautes particulières à l'état personnel.

« 3. Chaque pays a communément avec ses vertus, pour ainsi dire municipales, ses vices et ses péchés, qui y sont plus fréquents, quoiqu'ils se rencontrent aussi ailleurs : ainsi l'Apôtre appelle les Athéniens, superstitieux ; les Candiotes, paresseux et débauchés ; et cette connaissance est utile pour interroger. Chaque âge a aussi ses péchés particuliers, et c'est à ce propos qu'on cite ce mot de saint Philippe de Néri, que, si la jeunesse était sans impureté et la vieillesse sans avarice, tout le monde serait sauvé. Chaque état, chaque profession, chaque sexe a aussi les siens : le soldat est exposé au jeu et à l'impureté ; l'homme de loi aux injustices et aux fraudes ; la femme à l'amour profane et à la haine ; l'ecclésiastique à beaucoup plus de liberté que son caractère réprouve et à des omissions dans l'accomplissement de son ministère, et de ce qu'il doit aux âmes et à l'Église ; le religieux à la violation de ses règles et de ses vœux ; ce qui est bon à savoir, non pour demander à tout chacun, comme il a déjà été dit, mais pour avoir le moyen de le demander quand la prudence le réclame. »

« I. *Interrogationes diversæ pro multiplici statuum diversitate.* — Si ad Confessionem accedat *Sacerdos*, interrogetur : an debite satisfecerit Horis canonicis et oneribus Missarum ; an negotiationem exercuerit ; an Missam nimis festinanter absolvat ; an cum personis suspectis habitet, vel iisdem societur ; an ebrietati sit deditus ; otio indulgeat ; Parochorum et Episcopi regimen vituperet ; an ad vanam gloriam prædicationem assumat ; an Ecclesiæ suæ inserviat, et idoneum se reddat ad Con-

fessiones excipiendas, si in ejus pago sit Confessariorum penuria, quæ hodie ferme ubique est ; ast sunt qui prædicationi magis indulgent, ut sic pascant eorum vanitatem : *Le confessionnal est la pierre de touche* (ait S. Alphonsus ; *V.* ejus *Vita* a Tannoja scripta, l. II, c. LIV) *du véritable ouvrier; qui n'aime pas le confessionnal n'aime pas les âmes... au confessionnal il y a profit pour soi et pour le pénitent; il n'en est pas ainsi dans la chaire. Si par la prédication l'on fait du bien, un souffle de vanité peut faire rester le prédicateur les mains vides ; ce qui n'arrive pas dans le confessionnal, qui ne donne pas lieu à la vanité et où la patience est nécessaire.* — Si etiam sit *Confessarius*, interrogetur, an sufficientem studiis operam tribuat, an absolverit non absolvendos, an oscitanter hoc munus expleverit, an mala consilia dederit ; an cum mulieribus non satis circumspecte se habuerit. — Si etiam sit *Parochus*, maxime interrogetur, an attendat ad debitas correctiones erga subditos an Sacramenta ministret sollicite ; an moribundis sedulo assistat, an conciones habeat et catechesim juxta canonum præscripta, posthabita omni mala consuetudine ; an pravum exemplum præbeat, an suo tempore pueros ad Communionem disponat, an residentiam vere formalem teneat ; an malis Clericis bonas attestationes faciat : quod esse non potest sine maxima Ecclesiæ ruina. — Si accedat Communitatis *Superior*, interrogetur, an suis subjectis scandalum præbeat verbo et opere : an propriis potius commoditatibus studeat, quam suorum profectui ; an invigilet in domesticos ; an necessitatibus alumnorum provideat, eos opportune corripiendo, hortando, dirigendo ; an acceptor personarum sit, et similia. — Si accedat *Prædicator*, interrogetur an molliter blandat, an delectationi potiusquam emendationi studeat, an mordeat nedum corrigat ; an illum comedat ambitio, non vero zelus domus Dei : « Peut encore pécher par omission le prédicateur qui n'étudie, ne prévoit ni ne met en ordre d'avance ce qu'il veut dire, s'exposant presque à parler au hasard et comme les mots lui passent par la tête, ce qui est tenter Dieu et compromettre tout le fruit de la prédication : » ad rem *Instruction pour les nouveaux Confesseurs.* — Si vero accedat *Clericus* vel *Seminarista*, interrogetur quonam fine sacrum ministerium quærat ; an sæculi divitiis inhiet, laicorum consortium prædiligat ; an in sacris studiis negligens sit ; an ecclesiasticas scientias fastidiat, libros tantum profanos amet, minora Ecclesiæ officia fugiat, an disciplinæ impatiens, an superiorum censor et detractor, an socios mordeat, discordias foveat, suspiciones malas ingerat ; an vanitatibus indulgeat, an invidus potiusquam æmulator ; an orationem parum amet ; an meditationem ægre ferat : hæc enim nisi radicitus evellantur, pessimi exitus sunt signa. An sensibus indulgeat, devotiones ac devotos irrideat, affectiunculas periculosas foveat ; impudicis inhæreat cogitationibus ; verba scurrilia proferat ; an turpi carnis vitio inficiatur, etc. : quibus omnibus perraro salutaris adhibetur medicina, ut talis Clericus in hisce culpis habituatus bonus ac utilis Sacerdos aliquando evadat [1].

« Si confiteatur *Monialis*, interrogetur, an aliquem defectum commiserit circa vota, præsertim paupertatis, accipiendo vel largiendo sine licentia ; an erga aliquem mutuam nutrierit benevolentiam periculosam, an aliquo teneatur odio in suas sorores. Etsi sit in aliquo officio, de illo interrogetur : si *rotaria*, an afferat litteras aut nuntia de malo suspecta : si *portinaria*, an oscitanter januam reseratam teneat, cum periculo scandali ; si *abbatisma*, an novis abusibus conniveat, an exemplo non præeit, etc.

« Si accedat *mercator*, *artifex*, *operarius* [2], etc., interrogentur an deceperint in pondere vel mensura ; an vendiderint ultra pretium justum ; an deceptiose merces mutaverint ; an pejeraverint ; an aliorum mercatorum famam violaverint ; an monopolium commiserint, an diebus festis tabernas cum scandalo aperuerint ; an suæ professionis sufficientem scientiam non ha-

[1] V. *Manuale ecclesiastico*, ecc., pag. 261 : *Examen pratique pour un ecclesiastique.*

[2] Artifices et opifices sedulo a Confessario præ cæteris examinandi sunt : plerumque enim tacent in Confessione injustitias et peccata suæ arti et conditioni propria. *Primo* in genere injusti sunt opera aut non vendendo, aut non locando justo pretio ; occultos operum defectus non manifestando, juxta dicta de venditione ; negligentia culpabili tempus terendo ; alios operarios a labore avertendo, opus male exequendo, sive nimia præcipitatione, sive rerum necessariarum omissione, etc. *Secundo* in particulari autem præcipue injusti sunt : — 1. aurifabri et argentarii, qui aurum et argentum adulterant, inter vacua plumbum infundunt, adamantes infra valorem ab ignorantibus emunt, aut compositos pro naturalibus vendunt ; — 2. pannifices et lanifices, qui lanam minoris pretii bonæ immiscent, tantique divendunt, quanta si tota materia foret ejusdem qualitatis, qui initium et finem voluminis panni et lana multo meliori texunt ; qui fucatis coloribus utuntur, qui decepti pannos emendo, alios pariter vendendo decipiunt ; — 3. molitores qui grana immutant, aut eis res extraneas nullius fere valoris immiscent, uti fabas, ad augendum pondus et massam, qui pro salario detinent aliquid de frumento vel farina ultra praxim timoratorum ; — 4. pistores, qui male coquunt ; qui farinæ triticeæ aliam ex siligine, hordeo, fabis, etc., malitiose immiscent ; qui pondus imminuunt vel augent fraudulenter : — 5. laniones qui corruptas carnes vendunt, aut minorem qualitatem pro meliori tradunt ; — 6. sartores et sutores, qui male secant ; qui panno aut corio corrupto vel adusto utuntur, qui partem panni sibi traditi retinent, fingendo se totum in opere conficiendo adhibuisse. — 7. opifices petasarum, qui petasos rursum stipatos aut tinctos pro novis, aut a longiori tempore in officina extantes vendunt ; — 8. typographi, qui exemplaria excudunt in majori numero quam conventum est, et sibi ea retinent ; qui adulterinas editiones contra jus privilegium habentis faciunt ; qui emendatores habent imperitos ; qui papyrum non adhibent ejusdem qualitatis ac in programmate promiserunt, etc. V. *Œuvres d'un Missionnaire.*

beant, an opus imperfectum reliquerint, an sua imperitia damnum attulerint, etc. Ubi cavendum a generalibus atque indeterminatis interrogationibus :

« Supposons, en effet, qu'on demande à un négociant s'il s'est rendu coupable d'usure, d'injustice ou de fraude dans son commerce ; quoiqu'il ait bien des reproches à se faire sur chacun de ces points, il répondra néanmoins que non ; parce que tout ce qu'il a fait passe pour permis dans son état, et que ce n'est point à cela que, entre négociants, on applique les noms d'*usure*, *injustice*, *fraude*. Ce serait la même chose pour les questions qu'on adresserait à des gens du monde, instruits et même chrétiens, si l'on veut, au sujet de beaucoup de fautes, dont ils ne jugent pas tout à fait comme l'Évangile. Du moment qu'ils n'ont pas une juste idée des choses que le Confesseur veut leur demander, s'il veut connaître et juger leur état moral, il faut qu'il s'efforce de savoir de quelle manière ils se comportent, et de deviner en quoi et à quel point ils peuvent être coupables, afin d'en venir à des questions plus spéciales, qui ne donnent plus lieu à des équivoques et qui les amènent à répondre d'une manière plus satisfaisante sur ce qu'on leur demande... Alors, dit saint François-Xavier, il faut que vous entriez dans leur conscience, et qu'en l'examinant discrètement vous en tiriez ce qu'ils ne connaissent pas eux-mêmes. Demandez-leur donc par quels moyens et dans quelles proportions ils font fructifier leur argent, quelles sont leurs maximes et leurs pratiques en matière de ventes, de prêts ou de toute autre affaire ; et vous trouverez de l'usure de tous côtés ; et vous reconnaîtrez que plusieurs de ceux qui n'avaient rien à accuser en fait d'injustice ont acquis injustement une grande partie de leur avoir. Sur ce point particulier de la fortune, beaucoup se sont tellement endurcis, qu'étant enrichis de rapines ils n'en éprouvent pas le moindre scrupule, ou que leurs scrupules sont si légers, qu'ils ne s'en préoccupent nullement [1]. »

« Si accedant *parentes*, interrogentur, an sint negligentes in filiis educandis, non curando ut doctrinam christianam illi doceantur, ut Sacro intersint, pravos socios fugiant et personas diversi sexus ; an scandalo sint filiis, in eorum præsentia blasphemando, etc. ; an de eorum excessibus non corripuerint, præcipue si aliquid furati sint; an permiserint, ut sponsi suarum filiarum domum accederent ; an filios in eodem lecto retineant, aut permiserint pueros et puellas simul dormire ; an filiis alimenta non dederint ; an injuste ad matrimonium coegerint, vel ad Religionem, aut statum ecclesiasticum; de hoc enim plus parentes nullum sibi scrupulum faciunt. et hinc filiis pernicies et Ecclesiæ pergrande detrimentum. — Si *dominus*, an famulos corripuerit blasphemantes, vel præcepto paschali non satisfacientes, aut Sacro non interessentes, aut inhoneste loquentes, præcipue messis et vindemiæ temporibus; dominus, quando potest, tenetur impedire scandala, quæ tunc committuntur. — Si *uxor*, an familiæ bona distrahat, filios tenellos orare non doceat, contra ipsos in imprecationes erumpat ; an virum ad blasphemias provocet ; an debito matrimoniali eum fraudet.

« Si accedant *pueri* ac *puellæ*, ardua res : — 1. interroget pueros, an sciant res fidei ; an tacuerint peccatum ob verecundiam ; — 2. an blasphemaverint in Sanctos, an juraverint cum mendacio ; — 3. an omiserint in festis audire Missam, vel in ea audienda sermones habuerint; an in festis laboraverint; — 4. an parentibus fuerint inobedientes vel arrogantes; — 5. an aliquod turpe peccatum patraverint? Sed in hac materia Confessarius sit valde cautus in interrogando : incipiat interrogare de longe et verbis generalibus : et prius, an dixerint mala verba? an jocati fuerint cum aliis pueris, aut puellis? et si jocos illos clam exercuerint? Deinde interroget an commiserint res turpes? Multoties, etiamsi pueri negent, prodest uti cum eis interrogationibus suggestivis, v. g. : *Et nunc dic mihi, quoties fecisti? quinquies, decies* ? Interroget, cum quo dormiant, et si in lecto manibus jocati fuerint? Puellas interroget, si aliquem juvenem amore fuerint prosecutæ, et an adfuerint pravæ cogitationes, verba, aut tactus? Et a responsis procedat ad ulteriores interrogationes, sed caveat ab exquirendo a puellis, vel a pueris, an adfuerit seminis effusio : cum his enim melius est deesse in integritate materiali Confessionis, quam esse causam, ut apprehendant quæ nondum noverint, vel ponantur in curiositate addiscendi. Interroget etiam a pueris. an attulerint nuntia vel dona virorum mulieribus? Et a puellis, an acceperint dona a personis suspectis, nempe conjugatis, Ecclesiasticis , aut Religiosis? — 6. Interroget, ant commiserint furtum, vel an damnum attulerint prædiis alicuis, bestiis, aut alio modo? — 7. An alicui detraxe-

[1] *Lettra prima a Casparo Barzeo* n. 3. — « Dans ce genre, dit le saint, il faut user du plus grand zèle lorsqu'il vous arrivera au confessionnal des ministres du roi, des gouverneurs, des agents, des trésoriers, des commis aux écritures, des fermiers, en un mot avec tous ceux qui, à un titre quelconque, ont des rapports avec le fisc ou les tribunaux Exigez avec soin de toutes ces personnes des renseignements sur les moyens que, dans l'exercice de leurs fonctions, ils emploient pour accroître leur fortune, et, s'il y a quelque hésitation dans leurs réponses, insistez avec adresse. Vous ne serez sans doute pas longtemps avant de découvrir et mettre à jour des fraudes et des monopoles, au moyen desquels beaucoup de personnes font servir les fonds publics à l'enrichissement de leurs propres parents, en achetant à l'avance des denrées ou marchandises pour les revendre ensuite à d'autres, dont ils exigent un surcroît de prix qui tourne entièrement à leur profit. » V. *Méthode pour la direction des âmes*.

rint? — 8. Circa præcepta Ecclesiæ interroget, an impleverint Confessionem et Communionem paschalem? Et an carnes aut lacticinia comederint diebus vetitis?

« 2. *De specie, numero et circumstantiis peccatorum.* — Si filii confiteantur, se parentibus obedientia ac reverentia defuisse, interrogentur : — 1. an aliquid grave fecerint contra eorum præceptum expresse, uti esset, ne e domo de nocte exirent, ne ludis damnosis luderent, ne cum malis sociarentur, etc. ; — 2. an reverentiam non adhibuerint factis aut imprecationibus, aut injuriis gravibus coram irrogatis : ut esset eos serio appellando *ebrios, bestias, fatuos, latrones, veneficos, sceleslos;* aut gestus eorum contumeliose exprimendo, aut alia verba proferendo, quibus gravem molestiam eis exhibuissent. Vocare autem eos *senes, ignaros, stupidos*, etc., non debet absolute condemnari de peccato mortali, nisi tunc cum illi graviter offenderentur.

« Si qui confiteantur se pravas habuisse cogitationes obscenaque verba protulisse, interrogentur circa cogitationes, an his causam dederint, an in eis morose sint morati; et tunc an ipsi sint voto ligati, an conjugati ; an concupiverint puellas, aut viduas, aut nuptas, vel proximo gradu conjunctas, et quod malum cum ipsis voluerint ; num media apposuerint ad eas exequendas; quot vicibus diversis in his sint immorati [1], etc. Quoad verba obscena interrogentur : — 1. coram quibus et quoties ita locuti sunt, ratione scandali ; an coram viris aut feminis uxoratis aut non, pueris vel adultis : facilius enim scandalizantur puellæ et pueri, quam adulti, præsertim qui in hoc vitio sunt habituati, — 2. quæ dixerint verba : an, v. g., nominaverint pudenda sexus a suo diversi : hoc enim difficulter excusatur a mortali ; — 3. num verba protulerint ex ira vel joco : nam ex ira difficilius aderint complacentia et scandalum. Caveat Confessarius ab absolvendis hujusmodi recidivis in colloquiis turpibus, quamvis dicant ea protulisse ex joco, nisi prius emendentur, vel signum extraordinarium doloris afferant; — 4. num jactaverint se de aliquo peccato : tunc enim tria peccata frequenter concurrunt : scilicet magnum scandalum audientium, jactantia de malo commisso et complacentia de peccato narrato ; ideoque interrogandi sunt, de quo peccato in specie se jactaverint. Interrogentur etiam an delectati sint audire alios inhoneste loquentes, et an tunc advertorint ad correctionis præceptum, putantes eam profuturam [2].

« Si quis confiteatur se male esse locutum, interrogetur, an vera vel falsa dixerit ; si vera, an publica in eo loco, et num exaggeraverit, de quibus, et quoties male dixerit, an in eorum præsentia; qua intentione, num ex odio, invidia, etc. ; an revelaverit quæ sub secreto habeat; coram quot et quibus, et in qua materia.

« 3. *Inquisitio originis ac causæ spiritualium morborum.* — Audiatur hic Baccari : « Supposez un pénitent qui s'accuse de ne faire presque jamais ses prières ou d'y apporter beaucoup de négligence et des distractions de toutes sortes ; de ne penser que peu ou point à Dieu et à son âme, même aux jours de fêtes, où il se contente d'entendre une seule messe, et Dieu sait comment. On lui demande s'il fait quelquefois les actes de foi, d'espérance et de charité, et il se trouve qu'il a été également négligent sur ce point. Or, du moment qu'on connaît toute la maladie de ce pénitent, il faut s'occuper d'en découvrir la source. Ce peut être d'abord une sorte d'indifférence relative au salut, faute d'en apprécier la souverrine importance, ce qui fait qu'il l'oublie ; ou bien un certain ennui des choses spirituelles, dont la cause est la paresse. Ce peut être encore l'avarice ou l'amour immodéré de son intérêt ; parce que l'affection aux biens de la terre et le désir désordonné d'acquérir le rend si occupé et lié aux choses matérielles, qu'il n'a que peu de souci de celles du ciel et qu'il vérifie ce que l'Apôtre dit de ces sortes de personnes, savoir : *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia*, etc. (I Tim. VI, 9). Demandez donc au pénitent pour quelle raison il omet les exercices nécessaires de la piété et dans quelles occasions ou circonstances, pour découvrir la source d'une si grande omission. Si cela vient du peu d'estime de l'âme, un moyen excellent et efficace pour lui serait de faire une retraite de quelques jours. Si la chose lui est impossible, on peut lui conseiller de méditer dans un moment propice, pendant une demi-heure, sur quelque fin dernière et particulièrement sur la perte de l'âme, qui décide de toute une éternité; de plus, de pratiquer chaque jour quelqu'un des nombreux exercices de piété qui peuvent être à sa portée, et de réciter de courtes prières pour arriver peu à peu à secouer et à vaincre la paresse. Lorsque c'est l'effet de l'avarice, qu'il médite pendant quelque temps la certitude et l'incertitude de la mort, qui fait que d'un moment à l'autre, bon gré mal gré, il doit être dépouillé de tout; qu'il soit généreux envers les pauvres et qu'il

[1] Confessarius reddat rationem pœnitenti, cur tot interrogationes faciat, ut nempe cognoscat numerum, species, circumstantias peccatorum ; ne pœnitens credat Confessarium id agere ex curiositate aut malo fine.

[2] Ad rem ait lib. *Méthode pour la direction des âmes*, etc. : « Ne témoignez jamais ni surprise, encore moins de l'horreur lorsque le pénitent interrogé avoue des fautes énormes ; excusez-le plutôt autant qu'il vous est possible ; dites-lui que le démon est très-pervers, qu'il y a quelquefois des tentations très-fortes, des passions très-vives, des occasions imprévues très-dangereuses, qu'alors on a grand besoin du secours de Dieu, et qu'il est bon de le demander avec ferveur. »

emploie d'autres moyens qui soient de nature, selon les circonstances, à détacher son cœur des choses de la terre. »

« Aliud exemplum : « L'oubli de l'âme peut procéder de l'amour du plaisir, qui est le plus commun et le plus dominant; ou de l'attachement à une vie commode et agréable, et, en conséquence, de l'aversion pour toute privation et toute fatigue. Il y a beaucoup de personnes dans ce siècle, particulièrement parmi les nobles et les riches, qui, n'étant animées que d'un esprit de sensualité et de mollesse, se bornent pour l'intérêt de leur âme à quelques courtes prières et à une messe les jours de fêtes; ils entendent quelque sermon pendant le carême et ne s'approchent des sacrements qu'à Pâques, ou guère plus. Tout le reste de leur temps qui n'est point absorbé par quelque affaire domestique ou par un emploi public, ils le consacrent au plaisir et aux divertissements; comme si, dans cette vie, l'homme avait été destiné à une déplorable oisiveté, et non au travail et à la fatigue.

« Ces sortes de personnes, en venant à vos pieds, s'accuseront de beaucoup de péchés, particulièrement de fautes charnelles, auxquelles elles sont portées par l'amour de la vie douce et de la mollesse, dont elles ne disent pas un mot en confession. Laissez-les, du moins, pour un moment, dire toutes leurs fautes; et ensuite cherchez à en découvrir la cause en leur demandant quelle est leur conduite relativement à la prière qui convient au chrétien, à la fréquentation des sacrements, à l'utile emploi du temps, etc. La cause du mal étant découverte, songez à leur suggérer le remède nécessaire. A dire vrai, ces malades sont difficiles à guérir; et de plus, à cause de leur état de noblesse ou de fortune, ils sont dominés par l'orgueil et la présomption. On ne doit pourtant pas les abandonner; que votre zèle, au contraire, prenne un nouvel accroissement, et que votre plus tendre charité s'enflamme pour les éclairer, s'il est possible, et les guérir. Leur mal radical consiste dans l'ignorance de ce qui fait le chrétien et de ses obligations les plus essentielles. C'est donc le cas de les instruire brièvement et de leur prouver par des textes frappants de l'Évangile que leur conduite est tout opposée à la véritable vie chrétienne; à la voie du salut, qui consiste à remplacer les plaisirs par la mortification de la chair et des passions, tandis que la mort éternelle est réservée à ceux qui songent à les satisfaire : *Si secundum carnem vixeritis, moriemini* (Rom. VIII, 13). Jésus-Christ annonce des supplices éternels à tous ceux qui, en cette vie, cherchent à se rassasier de biens terrestres et de plaisirs sensuels : *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis* (Luc. VI, 25). Tout ceci doit leur être remis sous les yeux avec beaucoup de douceur et de modération. »

« Hic ultimo ad rem facit monitum quod habet liber *Méthode pour la direction des âmes*, etc...

« Il est bien utile au pénitent de déclarer non-seulement ses péchés, mais aussi ses peines et ses tentations; s'il paraît craindre, invitez-le à s'expliquer avec liberté et confiance; dites-lui : Parlez-moi sans vous gêner, dites tout ce qui vous embarrasse, tout ce qui vous fait peine sur la conscience, je tâcherai de vous aider. Écoutez-le avec charité et patience, et ne répondez qu'après avoir compris toutes les circonstances de l'état où il se trouve.

« Faites-lui remarquer qu'il n'y a pas de péché dans la tentation, à moins qu'elle ne soit volontaire en elle-même ou dans l'occasion qu'on y donne, ou parce qu'on y consent, ou parce qu'on n'y résiste pas, ou parce qu'on y a donné occasion par sa faute. etc.» (T. IV. append. I. n. 729.)

CAPITULUM IV.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis qui sunt in proxima occasione peccandi.

63. MAXIMA confessarii cura debet esse se bene gerendi cum iis qui sunt in proxima occasione peccandi, aut in vitiis consuetudinarii sunt aut recidivi. Hic sunt duo magni scopuli, in quos major confessariorum pars impetunt, et deficiunt. In capitulo sequenti sermonem faciemus de habituatis, et recidivis; hic de occasionariis. Certum est quod si homines satagerent occasiones fugere, major peccatorum pars evitaretur. Satan, remotis occasionibus, parum lucratur, sed cum homo ultro in occasionem proximam se immittit, ut plurimum et fere semper hostis victoriam canit. Occasio, præsertim in materia turpium delectationum, est quasi rete, quod ad peccatum trahit, et simul mentem obcæcat : ita ut homo peccet, quin videat quod agat. Sed deveniamus ad praxim. Occasio primo dividitur in voluntariam, et necessariam. *Voluntaria* est illa quæ facile vitari potest. *Necessaria* quæ amoveri nequit sine gravi damno, aut scandalo. Secundo dividitur in proximam, et remotam. *Remota* est illa in qua homo raro peccat, vel illa quæ ubique repetitur. *Proxima*, per se loquendo, est illa in qua homines communiter ut plurimum deficiunt. Proxima autem *per accidens*, seu respectiva est ea, quæ licet respectu aliorum non sit ut proxima,

tamen respectu alicujus proxima est, vel quia hic in tali occasione frequenter est lapsus, vel quia prudenter timeri potest quod labatur propter experientiam cognitam suæ fragilitatis. Quidem AA. volunt, non esse occasionem proximam nisi eam in qua homo fere semper, vel ut plurimum ceciderit; sed communior et verior sententia docet, occasionem proximam esse illam in qua frequenter quis peccavit (*l.* 6 (v). *n.* 452.). Verumtamen advertendum, quod sicut aliquando occasio quæ respectu ad alios communiter est proxima, respectu vero ad aliquem valde pium et cautum potest esse remota (*Ibid.*); ita contra quædam occasiones quæ respectu ad alios communiter per se essent remotæ, forte erunt proximæ respectu ad aliquem qui propter experimentum relapsuum, et propter gravem inclinationem in quoddam vitium (præsertim si est turpe) factus est valde debilis et facilis ad labendum; et tunc iste tenebitur ad removendas non tantum occasiones proximas, sed etiam illas remotas, quæ respectu sui proximæ evadunt.

64. Cæterum, est quidem in occasione proxima 1. Ille qui retinet in propria domo aliquam fœminam quacum sæpe rem habuit. 2. Ille qui frequenter in ludo prorupit in blasphemias, aut fraudes. 3. Ille qui in aliqua caupona aut domo sæpe se inebriaverit, aut ceciderit in rixas, vel actus, verba, aut cogitationes obscœnas. Porro omnes isti absolvi nequeunt, nisi postquam occasionem abstulerint, aut saltem nisi auferre promittant, juxta distinctionem, quæ fiet in numero subsequenti. Et ita pariter non potest absolvi qui aliquam domum adeundo, quamvis semel in anno, semper ibi peccavit; talis enim aditus jam ipsi proxima est occasio. Nec etiam absolvi possunt qui tametsi in occasione positi non labantur, afferunt tamen aliis grave scandalum (*lib.* 6 (v). *n.* 452. *vers. Ex præmissis.*). Addunt aliqui DD. (*Ibid.*) negandam quoque absolutionem illi qui occasionem externam non removet, si cum occasione conjungitur habitus vitiosus, aut magna tentatio, seu vehemens passio, quamvis usque tunc in ea occasione nunquam peccaverit; nam facile deinde peccare poterit, si ab occasione se non amoverit. Hinc dicunt, quod si unquam aliqua famula tentaretur ab hero, et ipsa se noverit facilem ad labendum, ab ea domo abscedere tenetur, si commode potest, alioquin temere præsumeret se securam habere Et hic caveant confessarii a permittendo sponsis domos sponsarum adire, et puellis earumque parentibus sponsos in domum admittere, quia raro evenit quod tales sponsi non labantur, saltem in verba, aut cogitationes turpes in hujusmodi occasione, dum omnes aspectus, et colloquia inter sponsos sunt incentiva ad peccandum : estque moraliter impossibile ipsos invicem conversari, et non sentire stimulos ad eos turpes actus, qui tempore matrimonii deinde succedere debent.

65. Generaliter autem loquendo de adolescentibus et puellis qui invicem se adamant, quippe non sunt isti omnes indistincte de gravi culpa damnandi, sed ordinarie puto ipsos difficulter esse extra occasionem proximam lethaliter peccandi. Id nimia experientia patet; nam ex centum adolescentibus vix duo aut tres in occasione a mortalibus invenientur immunes; et si non in principio, saltem in progressu; tales enim adamantes prius conversantur invicem ob propensionem, deinde propensio fit passio postquam radicem in corde fixerit, mentem obtenebrat, et eos in mille crimina ruere facit. Hinc Cardinalis *Picus de Mirandola*, Episcopus Albanensis, in sua diœcesi per edictum suos admonuit confessarios, ne tales adamantes absolverent, si postquam ter ab aliis jam fuerint admoniti, ab hujusmodi amore sectando non abstinuissent, præsertim tempore nocturno, aut diu, aut clam, aut intra domos (cum facili periculo osculorum, et tactuum), aut contra parentum præceptum, aut cum altera pars prorumpit in verba obscœna, aut cum scandalo (prout si in Ecclesia), aut cum conjugatis, claustralibus, aut clericis in sacris. Et in hoc generaliter advertendum, quod ubi agitur de periculo peccati formalis, et præcise peccati turpis, confessarius quanto magis rigorem cum pœnitente adhibebit, tanto magis ejus saluti proderit; et contra, tanto magis cum illo immanis erit, quanto magis benigus erit in permittendo, ut ille in occasione maneat, aut se immittat. *S. Thomas de Villanova* confessarios in hoc condescendentes vocat, *impie pios*. Hæc charitas est contra charitatem. Solent in his casibus pœnitentes conari, ut confessarii apprehendant, quod occasionem removendo magnum orietur

scandalum. Fortis sit confessarius ad hujusmodi timores despiciendos : majus semper erit scandalum, videre quod pœnitens nec etiam post confessionem occasionem aufert. Aut alii ejus peccatum ignorant, tunc nihil mali suspicabuntur : aut sciunt, et tunc pœnitens famam potius recuperabit, quam amittat, removendo occasionem.

66. Plures DD. censent prima, aut secunda vice bene hunc absolvi posse, qui est in occasione proxima licet voluntaria, etiam antequam occasio auferatur; modo firmum habeat propositum, et promittat se illam statim remoturum. Sed hic oportet distinguere cum *S. Carolo Borromæo* (in Instructione confessariis ab eo tradita) occasiones quæ *sunt in esse*, et occasiones quæ *non sunt in esse*. Occasio quæ *est in esse*, est ex gr. cum aliquis concubinam domi detinet, vel cum aliqua famula consentit quoties tentatur a domino, et similia. Occasio autem quæ *non est in esse*, est ex gr. cum quis in ludo prorumpit in blasphemias, aut versando in cauponio prolabitur in rixas et ebrietates, aut accedendo ad convivia incidit in verba et cogitationes turpes. His positis, dicendum, quod in occasionibus quæ *non sunt in esse*, recte docet *S. Carolus* quod pœnitenti firme promittenti se ab eis abstinere, potest ei semel, bis, et etiam ter absolutio dari; quod si deinde ille occasionem non aufert, et eodem modo peccat, non potest absolvi, nisi prius occasionem removeat. In occasionibus autem quæ *sunt in esse*, cum eodem S. *Carolo* omnino neganda est absolutio, nisi occasio prorsus auferatur. Hancque sententiam (ordinarie loquendo) omnino tenendam probavimus in libro (*Lib.* 6 (v). *n.* 454). Ratio, quia talis pœnitens est indispositus ad absolutionem, si petat eam antequam occasionem removeat; etenim eam recipiendo, se immittit in proximum periculum frangendi propositum; et sic remanendi in eadem occasione. Clarius rationem hanc explicemus. Porro mortaliter peccat qui est in occasione proxima voluntaria, et eam non tollit, cum autem opus tollendi occasionem sit maxime arduum, et non impleatur, nisi per magnam violentiam, hanc vim difficulter sibi infert qui jam est absolutus, dum ablato timore sine absolutione remanendi, de facili sibi suadebit quod tentationi resistet, quin occasionem auferat, et ita in ea manendo, certe quidem recidet; prout quotidie experimento probatur in pluribus pœnitentibus qui carpta absolutione ab aliquo confessario parum cauto, minime postea attendunt ad occasionem removendam, et statim deterius relabuntur. Hinc diximus quod propter prædictum periculum frangendi propositum, mortaliter peccat pœnitens qui ante remotionem occasionis absolutionem petit, et gravius peccat confessarius qui illum absolvit.

67. Diximus *ordinarie loquendo*, nam plures casus excipiuntur a DD. (*l.* 6 (v). *n.* 454. *v. Dixi tamen*) in quibus pœnitens absolvi potest, antequam occasionem removerit. Et excipitur 1. casus in quo pœnitens talia afferret extraordinaria signa doloris, ut prudenter judicari possit ipse non esse amplius in proximo periculo frangendi propositum de tollenda occasione; tunc enim signa illa indicant pœnitentem donatum fuisse uberiori gratia, qua merito speratur quod in removenda occasione constans erit. Verumtamen, semper ac absolutio commode differi posset, tunc illam etiam ei differrem, usque dum eum effectu occasionem auferat. Excipitur 2. casus in quo pœnitens non possit redire, vel nonnisi post multum tempus; tunc bene potest absolvi, si censetur bene dispositus per propositum statim removendi occasionem; quoniam eo casu periculum frangendi propositum, remotum reputatur, causa magni oneris quod pœnitens deberet pati, abscedendo sine absolutione, aut repetendi confessionem apud alium sacerdotem, aut diu manendi sine gratia Sacramenti. Quapropter cum ille sit tunc in quadam morali necessitate recipiendi absolutionem, antequam occasionem tollat habet jus ut statim absolvatur (*Ibid. v. Excipiendus* 2,); dum enim hic non potest ante absolutionem occasionem auferre, censetur ac si esset in occasione necessaria. Sed hoc nec etiam admittendum, si pœnitens jam ab alio confessario alias admonitus fuerit de occasione removenda, et non impleverit, quia tunc habetur ut recidivus, et ideo nequit absolvi, nisi afferret extraordinaria signa doloris, prout in sequenti capitulo dicemus.

68. Hoc dicimus quoad occasionem proximam voluntariam; at si occasio est necessaria, aut *physice*, prout si quis detineretur in carcere, vel esset in periculo mortis, in quo non haberet tempus et modum ejiciendi concubinam : vel *moraliter*, id est, si occasio non posset au-

ferri sine scandalo, aut gravi damno vitæ, famæ, aut bonorum, ut communiter docent DD. (*Lib.* 6 (v). *n.* 455); eo casu pœnitens bene absolvi potest, quin occasionem auferat, quia tunc non tenetur eam removere; modo promittat exequi media necessaria ad efficiendum, ut occasio ex proxima evadat remota, prout sunt, præcise in occasione peccati turpis, fugere familiaritatem complicis, et etiam aspectum quantum fieri potest : frequentare sacramenta : et sæpe commendare se Deo, renovando quotidie (præsertim mane) ante imaginem Crucifixi propositum non amplius peccandi, et quantum est possibile vitandi occasionem. Ratio, quia occasio peccandi non est proprie peccatum in seipsa, neque inducit peccandi necessitatem; unde bene consistere potest cum occasione verus dolor, et propositum non recidendi; et licet quisque teneatur auferre proximum periculum peccandi, id intelligitur cum ipse sponte vult tale periculum, sed cum occasio est moraliter necessaria, tunc periculum per remedia opportuna remotum evadit, et Deus tunc non se retrahit ab assistendo sua gratia illi qui vere deliberavit ipsum non offendere. Non dicit Scriptura quod peribit qui est in periculo, sed qui amat periculum; sed nequit dici amare periculum qui illi invitus subjacet; unde inquit D. *Basilius* (*In Constit. Mon. c.* 4) : *Qui urgenti aliqua causa, et necessitate se periculo objicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen alias nollet, non tam dicitur amare periculum, quam invitus subire ; et ideo magis providebit Deus, ne illo pereat.*

69. Hinc dicunt DD. bene capaces absolutionis esse qui nolunt relinquere aliquod officium, negotium, aut domum, in qua soliti fuerunt peccare, eo quod deserere eam nequeunt sine gravi detrimento, semper ac verum habeant propositum se emendandi, et media implendi ad emendationem : tales sunt ex gr. chirurgi qui in medendis fœminis, aut parochi qui in excipiendis earum confessionibus, prolapsi sunt, si, his muneribus relictis, non possent juxta suum statum vivere (*Lib.* 6 (v). *n.* 455. *in fin.*). Sed omnes conveniunt expedire in his et similibus casibus absolutionem differre, ut pœnitens sit saltem diligentior in præscriptis remediis exequendis. Verumtamen ego censeo, confessarium non tantum posse, sed etiam teneri ad differendam absolutionem, semper ac commode differre potest, præsertim cum agitur de materia turpi; tenetur enim ipse tamquam medicus animarum opportuniora applicare remedia; et puto remedium magis idoneum non inveniri pro eo qui manet in occasione proxima, quam differre ei absolutionem, dum experientia nimis patet quod plures post absolutionem acceptam negligunt media præscripta exequi, et sic facile recidunt. E converso, cum alicui differtur absolutio, ille vigilantior erit ad media implenda, et ad obsistendum tentationibus, ob metum ne iterum sine absolutione dimittatur, cum ad confessarium redibit. Forte in hoc quis me nimium rigidum reputabit; sed ego semper sic me gessi in praxi, et sic pergam me gerere cum iis qui sunt in proxima occasione, quamvis necessaria, et quamvis extraordinaria signa doloris haberent, semper ac mihi non ostenderetur specialis necessitas eos statim absolvendi; et sic censeo multo magis prodesse pœnitentium saluti. Utinam et omnes confessarii sic etiam se gererent, oh quot peccata vitarentur, et quot aliæ salvarentur animæ! Reputo quod supra dixi: Ubi agitur de liberando pœnitente a peccato formali, uti debet confessarius opinionibus benignioribus, in quantum christiana prudentia concedit; sed ubi opiniones benignæ periculum peccati formalis proximius reddunt, prout in hac materia occasionum proximarum accidit, dico omnino expedire, quandoque oportere, ut confessarius sententiis rigidioribus utatur, tunc enim hæ valde magis prosunt animarum saluti. Quod si autem quis, manendo, in occasione necessaria, semper eodem modo relaberetur, etiam remediis adhibitis, et modica superesset spes emendationis, tunc dico omnino huic negandam absolutionem prius quam occasionem tollat (*Ibid. n.* 457.), Et hic reor instare evangelii præceptum : *Si oculus scandalizat te, ejice eum* (*Marci* 9. 46.). Excepto casu quo pœnitens signa doloris ostenderet tam extraordinaria, quod posset concipi prudens spes emendationis (*Lib.* 6 (v). *n.* 457. *in fin.*).

CAPITULUM V

Quomodo se gerere debeat confessarius cum habituatis, et recidivis ?

70. Distinguendi sunt habituati a recidivis. *Habituati* sunt qui habitum con-

traxerunt in aliquo peccato, de quo non adhuc sunt confessi. Isti, ut dicunt DD. (*l.* 6 (v). *n.* 459.) bene absolvi possunt, prima vice qua confitentur de pravo habitu, vel si de eo confitentur postquam retractaverunt, dummodo dispositi sint per verum dolorem, et firmum propositum adhibendi media efficacia ad emendationem; verum si habitus esset valde radicatus, potest etiam confessarius ei differre absolutionem ad experiendum quomodo sit constans pœnitens in praxim deducendo media præscripta, utque ipse de suo vitio majorem concipiat horrorem. Advertatur hic quod quinque vices in mense jam possunt malum habitum constituere in aliquo vitio peccati externi, modo inter ipsas aliquod intervallum intercedat. Et in materia fornicationum, sodomiarum, et bestialitatum multo minor numerus habitum queit constituere : qui ex gr. semel in mense fornicaretur per annum, bene hic habituatus dici potest.

71. *Recidivi* autem sunt qui post confessionem eodem, vel quasi eodem modo sunt relapsi absque emendatione. Isti, ut communiter docetur (*Ibid. v. Recidivus.*), nequeunt absolvi, si sola signa ordinaria afferant, nempe si tantum confiteantur, asserendo se pœnitere, et proponere, prout habetur ex Propos. 60. damnata ab *Innocentio XI.* Nam habitus contractus, et relapsus præteriti sine ulla emendatione magnam præstant suspicionem, quod dolor et propositum, quæ pœnitens asserit se habere, nequaquam sint vera. Unde istis differenda est absolutio per aliquod tempus, usquedum appareat prudens signum emendationis. Et in hoc puncto lugenda est animarum ruina, cujus causa sunt tot mali confessarii, indistincte absolvendo tot recidivos, qui cum repererint confessarios, qui semper tam facile eos absolvunt, amittunt horrorem in peccando, et pergunt ad putrescendum in cœno vitiorum usque ad mortem. Quidam DD. (*Lib.* 6 (v). *n.* 459. *v. Dicunt.*) admittunt, recidivum solis signis ordinariis absolvi posse usque ad tertiam et quartam vicem; sed huic opinioni nunquam potui acquiescere, dum habituatus, qui post unam confessionem recidit sine emendatione, jam est verus recidivus, et fundatam præbet suspicionem suæ indispositionis. Et notetur hic quod hæc regula procedit, etiam respectu culparum venialium; quamvis enim communiter admittitur facilius absolvi posse eos qui prolabuntur in peccata levia, eo quod occasiones eorum frequentiores sint; attamen, cum sit communis sententia (*l.* 6 (v). *n.* 449. *dub.* 1.) grave esse peccatum, et sacrilegium absolutionem recipere super levibus confessis sine vero dolore et proposito, nec sufficere dolere de multitudine seu de numero excessivo talium culparum, quin dolor habeatur de aliqua in particulari, prout tenuimus (*Ib. dub.* 2.) contra quorumdam opinionem, facile metuendum est hujusmodi confessiones sacrilegas esse, aut saltem invalidas. Hinc diligenter satagat confessarius ad non absolvendos indistincte tales pœnitentes; tunc etenim, etiamsi illi sint in bona fide, tamen non poterit a sacrilegio excusari, absolutionem impertiendo eis qui ad absolutionem non satis dispositi judicari possunt. Propterea curet, si pœnitentem sine peccato vult absolvere, aut eum disponere ad dolendum præsertim de aliqua levi culpa, a quo ille magis horreat; aut ei insinuare, ut confiteatur de aliquo peccato graviori vitæ anteactæ contra aliquod præceptum (sufficit enim ut confiteatur in generali absque numero) ut habeat materiam certam super qua inniti possit absolutio, alioquin etiam huic pœnitenti per aliquod tempus differri oportet absolutio.

72. Dico *per aliquod tempus*, eo quod recidivis tam levium, quam gravium culparum non est necessarium differre absolutionem per annos, aut menses, ut nimis rigide vult *Jueninus* (*Vid. l.* 6 (v). *n.* 463.); sed regulariter satis erit, si peccatum procedit ex fragilitate intrinseca, dilatio octo vel decem dierum, prout ait doctus Auctor Libri Romæ editi, cui titulus, *Istruzione per li novelli confessori* (*Part.* 1. *c.* 9. *n.* 215.); idemque dicit Auctor Libelli utique in Italia accepti, cui titulus, *Istruzione per li novelli confessori di terre, e villaggi* (*Cap.* 1. § 4.), ubi pro hac doctrina citat *Ludovicum Habert* (*In Praxi Pœnit. tr.* 4. *p.* 417.) Adduntque esse excessivam et periculosam dilationem mensis, quia post tantum tempus difficilis redditur reditus hujusmodi pœnitentium. Et huic judicio favet *Benedictus XIV* in *Bulla* Apostolica, ubi loquens de confessariis, qui rite pœnitentibus absolutionem differunt, sic deinde eos monet : *Illos quantocius, ut revertantur invitent, ut ad sacramentale forum regressi, absolutionis beneficio do-*

nentur. Nota verba, *quantocius*, et *donentur*. Ad summum (dico) his differri potest absolutio per quindecim, aut viginti dies. Sed excipere oportet illos qui tempore præcepti paschalis confitentur; pro istis enim majoris temporis experientia requiritur, cum justa suspicio haberi possit, quod hi abstineant a relapsu potius ut censuram effugiant, quam ex vero proposito mutandi vitam. Oportet etiam excipere eos qui lapsi sunt in occasione proxima extrinseca; isti enim majori egent experientia, cum occasio (ut dictum est in capitulo præcedenti) sit fortius incentivum ad peccandum. Verum semper sufficiet experientia mensis. Caveat tamen confessarius, ne dicat pœnitenti, ne redeat nisi post mensem : nam hic ob tantam dilationem nimis terrebitur, potius imponat ei ut redeat post octo, vel quindecim dies, et sic blando modo ipsum transferet ad recipiendam absolutionem in fine mensis.

73. Ad absolvendos igitur recidivos non sufficiunt ordinaria signa doloris et propositi, sed requiruntur extraordinaria : quæ alias juxta communem sententiam (*Lib.* 6 (v). *n.* 459. *v. Recidivus.*) certe sufficiunt ad absolutionem impertiendam; illud enim extraordinarium signum (modo solitum sit et fundatum) aufert indispositionis suspicionem, quæ urget ratione relapsuum. Recte dixerunt Episcopi Belgii, an. 1697. congregati, in quodam decreto edito pro directione confessariorum suarum diœcesium, de hoc puncto loquentes : *Deum in conversione peccatoris, non tam considerare mensuram temporis, quam doloris* (*Apud Croix l.* 6. *p.* 2. *n.* 1823.). Hinc prohibuerunt, ne confessarii stabili lege exigerent a pœnitentibus adhuc recidivis experientiam notabilis temporis, antequam eos absolverent. Et jure merito, sola enim probatio temporis non est unicum signum mutatæ voluntatis, dum voluntas peccatoris mutatur virtute divinæ gratiæ, quæ tempus non requirit, sed aliquando illico operatur; quapropter mutatio voluntatis bene per alia signa cognosci valet, sine experientia temporis. Quinimo alia signa dispositionis actualis pœnitentium, quandoque voluntatis mutationem manifestant multo melius, quam probatio temporis : nam talia signa directe dispositionem ostendunt, dum e converso experientia illam ostendit tantum indirecte, cum non raro accidat, quod aliquis diu abstinuerit a peccando, et adhuc sit etiam indispositus. Unde Auctor Libri citati *Istruzione per li novelli confessori*, sic ait (*Part. I. c.* 15. *n.* 356.) *Se la caduta nasce dalle propria fragilita, senz' altra causa estrinseca voluntaria, e quasi temerita il dire, che ogni ricaduto sia indisposto* [1]. Et alibi (*Part. I. c.* 9. *n.* 213.) dicit quod recidivus propter vim mali habitus absolvi debet semper ac firmam ostendit voluntatem adhibenti media ad emendationem, sic subdendo : *E giudichiamo, che'l fare altrimenti sia troppo rigore, e che'l confessore facendo s' allontanerebbe dallo Spirito della chiesa, e del Signore, e della natura del Sacramento, il quale non solamente e giudicio, ma e medicina salutare* [2].

74. Plura autem sunt hæc signa, prout docent DD. (*Lib.* 6 (v). *n.* 460.) I. Major dolor manifestatus per lacrymas (modo sint veræ compunctionis), aut per verba ex corde procedentia, quæ aliquando certiora signa quam lacrymæ esse possunt. II. Minor numerus peccatorum (intellige cum pœnitens fuerit in eisdem occasionibus et tentationibus peccandi); aut si pœnitens post ultimam confessionem perseveravit in gratia per notabile tempus, puta per 20 aut 25 dies, ipse qui prius pluries in hebdomada prolabi solebat; aut vero si relapsus fuerit post magnam resistentiam; aut etiam si antequam ad confessionem accederet, diu se abstinuerit a culpis mortalibus. III. Diligentia adhibita pro emendatione, ut esset si pœnitens diligenter occasionem vitaverit, media præscripta a confessario executioni mandaverit; aut si adhibuerit jejunia, preces, eleemosynas, etc. ad vitium extirpandum. IV Si ipse petit a confessario remedia, aut nova media ad emendationem; item si promittit implere media quæ tunc ei suggerit confessarius; maxime si nunquam monitus fuerit ad illa adhibenda; sed his promissionibus censeo non omnino fidendum, si alia signa desint; cum pœnitentes, ut absolu-

[1] *Id est :* Si quis recidivus est ex debilitate animi, sine causa externa voluntaria, fere temerarium est dicere, ipsum indispositum esse.

Edit. A LECLERE.

[2] *Id est :* Alio modo agere nimiam severitatem esse et confessarium hujusmodi declinare judicamus a mente Ecclesiæ et Christi Domini, necnon ratione sacramenti, quod non solum judicium, ast etiam salutaris medicina est.

Edit. A LECLERE.

tionem carpant, facile promittant, sed postea difficulter attendant. V Spontanea confessio, nempe si pœnitens accedit non jam ad implendum præceptum paschale, neque ex quodam usu pro se confitendo, in aliquibus temporibus, prout die Nativitatis Domini, in festivitatibus Deiparæ, et similibus, neque accedit impulsus a parentibus, a domino, aut magistro ; sed venit omnino sponte, et vere inspiratus a divino lumine, ad solum finem, ut divinam gratiam recipiat. Præsertim si ad se confitendum longum iter agressus fuerit, abstinuerit a lucro notabili, grave sustinuerit incommodum, aut magnum conflictum internum vel externum superaverit. VI. Si venerit modus ab aliquo extraordinario impulsu, puta ob concionem auditam, aut mortem amici, obve metum alicujus imminentis flagelli, prout terræmotus, pestis, etc. VII. Si pœnitens confiteatur peccata anterius per verecundiam tacita VIII. Si pœnitens, antequam accedat, restituerit rem, vel famam ablatam. IX. Si propter monitionem confessarii ostenditur se apprehendisse novam cognitionem et horrorem sui peccati, periculique suæ damnationis. Alii alia signa addunt, prout si pœnitens magnam libenter acceptat pœnitentiam ; si asserit se pœnituisse peccati statim ac illud patravit ; si protestatur se velle mori potius quam peccare. Sed hæc signa nescio an sola satis esse possint ; potius dicerem quod possent deservire ad alia signa, quæ sola non sufficerent.

75. Denique semper ac aliquod adest signum, quo prudenter possit judicari pœnitens mutasse voluntatem, bene absolvi potest ; quamvis enim confessarius ut pœnitentem absolvere possit, moraliter certus esse debeat ejus dispositionis, attamen advertendum, quod in aliis sacramentis in quibus materia est physica, physica etiam debet esse certitudo ; sed in hoc sacramento pœnitentiæ, cum materia sit moralis, prout sunt actus pœnitentis, sufficit moralis certitudo, sive respectiva, ut probatum est (*l.* 6 (v). *n.* 57. *et* 461.) ; nimirum satis est quod confessarius prudentem habeat probabilitatem de dispositione pœnitentis, sine aliqua prudenti suspicione in oppositum, alioquin difficulter unquam posset ullus peccator absolvi, nam omnia signa pœnitentium aliud non fundant quam probabilitatem quamdam de ipsorum dispositione. Auctor (*dell' Istruzione per li nov. confessori.*) sic inquit : *Fon ricercasi altro per amministrare la penitenza, che un giudizio prudente probabile della disposizione del penitente ; onde se le circostanze non fondano un dubbio prudente, ch, egli non sia sufficientemente disposto, non deve il confessore inquietare se stesso, ne il penitente, per averne l'evidenza che non e possibile* (*Part.* 1. *c.* 15. *n.* 360.)[1] Et hic notandum circa malum habitum, quod facilius absolvi possunt recidivi in blasphemiis, quam in aliis peccatis odii, furti, aut libidinis, quibus habitus fortius inhæret, causa majoris concupiscentiæ, sive inclinationis, quæ in illis invenitur.

76. Dictum est, confessarium posse absolutionem impertiri consuetudinario, et recidivo, quando ille per signum extraordinarium dispositus apparet : sed non dicitur teneri, quia potest etiam absolutionem ei differre, si hoc censeat expedire, ut communiter DD. docent. (*Lib.* 6 (v). *n.* 462.) ; etenim, licet pœnitens post confessionem suorum peccatorum jus habeat ad absolutionem, tamen non habet jus ut statim absolvatur ; nam confessarius tamquam medicus bene potest, imo quandoque tenetur absolutionem differre, cum judicat tale remedium necessario prodesse saluti sui pœnitentis. An autem expediat ordinarie uti hoc remedio aut non sine consensu pœnitentis ? Certum est non expedire, si videt quod dilatio afferre potest magis detrimentum, quam profectum ; et idem dicunt DD. quando ob dilationem pœnitens subire deberet aliquam infamiæ notam, aut periculum (*l. c. n.* 463.). Extra autem hos casus, quidam volunt melius esse, ut hujusmodi recidivis differatur absolutio. Alii tamen communius censent id raro expedire ; et hoc etiam sentit celebris nostrorum temporum Missionarius, R. P. *Leonardus de Portu Mauritio* in suo docto Sermone Romæ edito, cui titulus, *Discorso mistico, et morale.* Melius nihilominus dicendum, quod in hoc puncto nequit certa statui regula, sed confessarius juxta occurrentes circumstantias gerere se debet. Deo se

[1] *Id est* : Ad sacramentum pœnitentiæ administrandum nihil aliud requiritur quam prudens et probabile judicium de dispositione pœnitentis ; quamobrem si rerum adjuncta dubi um prudens non ingerunt, pœnitentem non satis esse dispositum, neque confessarius neque pœnitens est inquietandus et major quam possibile est acquiratur certitudo.

Edit. A LECLERE.

commendet, et secundum quod se sentit inspiratum, sic faciat. Ego ita censeo : Si pœnitens relapsus est ex fragilitate intrinseca, prout accidit in peccatis iræ, odii, blasphemiarum, mollitierum aut delectationum morosarum , dico cum sententia communissima Doctorum (*Ibid. v. Ut autem.*) quod raro expedit differre absolutionem recidivo, cum ille est dispositus : nam sperari debet magis gratiam sacramenti, quam dilationem absolutionis illi prodesse posse.

77. Dico *ex fragilitate intrinseca;* aliter enim agendum cum eo qui relapsus est ob occasionem extrinsecam, quamvis necessariam ; nam occasio vivaciorem excitat concupiscentiam,et complicis præsentia vehementius sensus commovet, et intensiorem reddit affectum ad peccandum, quam faciat pravus habitus intrinsecus; et ideo pœnitens in occasione extrinseca magnam sibi vim inferre debet, non tantum ad superandam tentationem, sed etiam ad se removendum a familiaritate et præsentia complicis, ut periculum ex proximo reddatur remotum. Et tanto magis hoc procedit, si occasio est voluntaria, et omnino auferri debet,quia tunc recipiens absolutionem, antequam occasionem amoverit, remanet in magno periculo frangendi propositum factum de illa removenda, prout ostendimus in capitulo præcedenti *n.* 63. E converso in consuetudinario ob causam intrinsecam remotius est periculum violandi propositum, dum ex una parte non adest objectum extrinsecum quod tam violenter eum impellat ad peccandum : et ex altera illi non est voluntaria retentio mali habitus, prout est voluntariam non amovere occasionem cum possit; unde in tali necessitate Deus male habituato magis succurrit, et ideo plus quam a dilatione absolutionis sperari potest emendatio a gratia sacramenti, quæ illum fortiorem reddet, reddetque efficaciora mediaquæ ipse adhibebit ad habitum extirpandum. Cur enim recte dicunt Salmanticenses (*De Pœnit.*, *c.* 5. *n.* 68. *in fin.*), magis sperari debet quod peccatori gratia carenti prosit dilatio absolutionis, quam prosit amico Dei absolutio qua gratiam recepit. Et Cardinalis *Toletus* (*Lib.* 4 (VI). *c.* 13), loquendo præcise de peccato pollutionis, censet ad tale vitium tandem non esse remedium efficacius quam sæpe se munire sacramento pœnitentiæ, subditque hoc sacramentum maximum esse frenum hujusmodi peccatum committentibus : et qui eo non utuntur, inquit quod non sibi promittant emendationem nisi per miraculum. Et in facto *S. Philippus Nerius* (ut legitur in ejus vita *Cap* 6. *n.* 2.) maxime hoc medio frequentis confessionis utebatur pro recidivis in tali vitio. Huic quoque confert id quod ait Rituale Romanum, agendo de pœnitentia : *In peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut sæpe confiteantur; et si expediat, communicent.* Et dicendo *facile recidentibus*, certe intelligit loqui de eis qui nondum pravum habitum extirpavere. Aliqui Auctores qui per solam rigoris viam videntur velle animas salvas facere, dicunt recidivos pejores fieri,cum ante emendationem absolvuntur. Sed ipse scire vellem ab his magistris meis, an omnes recidivi, cum sine absolutione dimittuntur carentes gratia sacramenti, omnes evadant fortiores,et omnes emendentur. Quot ego miseros novi in exercitio Missionum, qui dimissi sine absolutione, vitiis et desperationi se abjecerunt, et per plurimos annos omiserunt confiteri! Cæterum repeto : quisque se dirigere debet juxta lumen quo donatur a Deo. Hoc certum est, quod in hac materia tam errant ii qui plus justo sunt faciles, quam ii qui sunt difficiles ad absolvendum. Multi quidem propter nimiam facilitatem sunt in causa, quod tot animæ perdantur (et negari non potest quod isti in majori sint numero, et majus damnum afferant, dum istis in majori numero accedunt peccatores habituati): sed alii ob nimium rigorem etiam magno sunt damno animarum saluti. Et nescio, an confessarius debeat tantum sibi scrupulum injicere, quando absolvit indispositos, et non etiam quando dispositos sine absolutione dimittit. Concludo hic, et dico : Non nego quod aliquando bene prodesse possit recidivo disposito dilatio absolutionis. Dico secundo : semper proderit quod confessarius hujusmodi recidivos terreat, ostendatque ac si non posset eos absolvere. Dico tertio : Ordinarie loquendo, recidivis ex fragilitate intrinseca, et per signum extraordinarium jam dispositis, magis absolutionis beneficium proderit, quam dilatio. Utinam et confessarii recidivos absolverent tum solum cum signa extraordinaria afferunt! Id quod lugendum est; quod major, ne dicam maxima, confessariorum pars universaliter recidivos absolvunt sine distinctione, sine signo extraordinario, sine admonitione, et sine

aliquo saltem remedio præstito ad emendationem; et hinc vere procedit, nam jam ab absolvendis dispositis, tot animarum universalis pernicies.

Doctrinam ligorinam de concedenda aut deneganda absolutione consuetudinariis et recidivis [1] ad sex regulas sequentes Gury reduxit :

« Iª Regula. — Consuetudinarius quilibet absolvi semper potest, etiam *prima vice*, qua pravum habitum confitetur, etsi nulla emendatio præcesserit, modo hanc serio proponat, et pœnitentiæ signa, quamvis ordinaria tantum, ostendat. *S. Lig.* 6 (v). 450).

« IIª Regula. — Neganda autem est absolutio consuetudinario, si media a confessario prudenter proposita, et ad consuetudinem vincendam necessaria adhibere recuset. Ratio est, quia eo ipso non vult sincere corrigi, quamvis asserat se velle vitam mutare; et proinde est simpliciter indispositus.

« IIIª Regula. — Recidivus præbens *extraordinaria* seu specialia [2] signa doloris, toties quoties absolvi potest. Ratio est, quia per signa doloris extraordinaria quævis prudens tollitur suspicio, quam præcedentes lapsus, etsi frequentes, inducere potuerunt, et confessarius prudenter judicare potest pœnitentem satis esse dispositum. — Dixi *absolvi potest*, non autem necessario debet: confessarius enim potest absolutionem in hoc casu differre, si dilationem pœnitenti utilem futuram esse judicaverit, licet ordinarie magis expediat, ut non differatur. (*S. Lig.* 6 (v). 460 et *prax.* 76).

« IVª Regula. — *Recidivus*, etiam sola contritionis signa ordinaria [3] præbens, absolvi potest et generatim debet *quoties absolutio non potest facile differi*. Ratio est, quia ex una parte absolute judicari potest sat dispositus ex signis ordinariis ; et ex alia parte adest gravis ratio eum absolvendi, ne diu permaneat in statu peccati mortalis, sed confessarius antequam talem absolvet, curam adhibebit, ut eum ad recipiendum beneficium absolutionis melius ac certius disponat.

« Vª Regula. — *Recidivus* rediens cum eodem pravo habitu, *nullo adhibito conatu, nulloque impleto medio* ex iis quæ a confessario præscripta sunt, non potest absolvi, nisi signa *extraordinaria* doloris ostendat. Ratio est, quia tunc præsumptio, quæ pœnitenti favebat, cum prima vice confessus est, nunc ipsi adversatur. Etenim qui firmiter proponit peccatum vitare, non ita facile sui propositi obliviscitur, sed saltem per aliquod tempus perseverat, et difficilius aut rarius cadit. (*S. Lig.* 6 (v). 459.)

« VIª Regula. — *Recidivo* dubie disposito absolutio differenda est per aliquod tempus, usquedum prudens dispositionis signum appareat. (*S. Lig. prax.* 71 et 72 — *hom. apost. tract. ult. n.* 9 et 10.)

« Cæterum, semper spectandum est bonum majus pœnitentis (*S. Lig.* 6 (v). 459.) »

Nunc paululum stemus ad audiendum episcopum Sailer de agendi ratione confessorum erga magnos peccatores et malas habitudines insitas habentes :

« Il y a quatre périodes de temps selon lesquelles le confesseur peut fixer les différents traitements qu'il fera subir à l'âme du pénitent. Ce proverbe : « Chaque chose a son temps, » peut aussi s'appliquer en cette circonstance.

« *Première période.* Jusqu'au moment où le pénitent découvre au confesseur l'état de sa conscience.

« Pendant cette période, le ton et les manières du confesseur ne sauraient être trop doux, trop indulgents, trop bienveillants, trop encourageants. Un soupir, un mouvement de la tête ou de la main peuvent bannir la confiance du pénitent. Souvent le pécheur n'a d'autre but que de sonder le confesseur ; il commence par parler de fautes légères ; il fait un essai en petit, afin de s'assurer comment le confesseur s'en accommodera. Souvent on est obligé de venir en aide à la honte, au travail d'enfantement, et d'arracher au pécheur un mot trop lourd, dont sa langue ne sait se débarrasser, en lui disant : « Vous ne me connaissez pas, mon cher ami ; le péché que vous n'osez avouer, ou je l'ai déjà commis moi-même, ou je suis certainement assez faible pour le commettre à tout moment. Nul péché ne m'épouvante ; vous ne me dites rien de nouveau ; ayez seulement de la franchise, et vous en éprouverez une grande joie dans votre cœur ; montrez-moi votre blessure, et aussitôt elle sera guérie », etc.

« *Deuxième période.* Depuis le moment où le pécheur a fait l'aveu sincère de sa faute, et a pris la sincère résolution de commencer une vie toute nouvelle.

« Pendant cette période un sage confesseur cherche :

« *Premièrement* : A enlever au pénitent l'erreur qui lui fait croire, ou qu'il n'a pas encore raconté assez complétement ses péchés, ou que la chose principale est faite quand il les a racontés. Cette double erreur est souverainement préjudiciable à la plupart des pénitents qui n'ont pas été suffisamment instruits. Toujours préoccupés de savoir s'ils n'ont rien à ajouter à leurs confessions, ils ne font pas même attention

[1] Parum utile videtur revocare hic *consuetudinarium* prout distinguitur a *recidivo*, a recentioribus illum dici qui contraxit habitum alicujus peccati in quod tamen nondum post confessionem sit relapsus ; recidivum vero illum vocari qui habitum contraxit, et post confessionem in idem peccatum relabitur (Lig. 6 (v). 4 7.)

[2] Paululum, ut videtur, Gury verbum mitigat.

[3] Adnotat Ballerini *ordinaria* fere ea signa a Gury dici quæ S. Alp. *extraordinariis* accenset

à la parole de Dieu que le confesseur s'efforce de répandre dans leur âme, ou bien ils se figurent qu'il leur suffit de se confesser pour remplir pleinement leur devoir, et ils ne donnent plus aucune attention sérieuse à ce que leur dit le confesseur.

« *Deuxièmement* : Le confesseur s'efforce d'enlever au pénitent ce préjugé que, l'absolution reçue, l'œuvre de la transformation du cœur est achevée. Dans ce but, il lui dira : « Si votre cœur n'a pas véritablement eu horreur le péché, mon absolution ne vous sert de rien; et dussent tous les évêques du monde vous absoudre, mon absolution vous serait inutile si votre cœur ne changeait pas. Vous pouvez, il est vrai, tromper le regard de l'homme, mais vous ne sauriez vous soustraire à l'œil du Tout-Puissant, qui voit tout. — Il vous voit tel que vous êtes. »

« *Troisièmement* : Il cherche à lui faire comprendre que sans combat contre l'attrait du mal, qui est enraciné en nous, il n'y a pas de conversion possible. Si le pénitent voit l'absolution avec d'autres yeux, et comprend qu'il lui faut absolument détourner son cœur de tout péché pour être digne de recevoir l'absolution, il deviendra timide et dira peut-être : « Oui, sans doute, il faut que j'évite le péché, je veux absolument l'éviter. » Mais ce pénitent ne saura pas lui-même ce qu'il dira par ces paroles. Il faut donc lui expliquer ce que signifie : « Haïr le péché, » et lui faire comprendre que, pour cela, il faut vaincre soi-même, s'arracher les yeux, etc., au sens de notre divin Sauveur. Il faut lui faire bien sentir qu'éviter le péché et mourir au péché sont une même chose, qu'il faut se faire violence pour échapper aux charmes séducteurs du péché.

« *Quatrièmement* : Il tâchera de lui faire sentir la situation déplorable où il se trouve, en lui disant : « A quelle pénitence douloureuse vous vous soumettriez, si vous pouviez voir et comprendre l'état malheureux d'un pécheur! Le pécheur qui meurt sans se corriger, récoltera ce qu'il aura semé. Si donc, étant ainsi éloigné de Dieu, vous paraissiez devant la face de la justice éternelle, comment pourriez-vous subsister devant lui? Le premier pas de la conversion du cœur est fait, quand le pécheur, sentant parfaitement sa misère, ne cherche plus autre chose qu'à prendre la résolution sérieuse de faire tout ce qu'on demandera de lui, pourvu qu'il puisse être délivré de la tyrannie du péché.

« *Cinquièmement* : Si le pécheur sent l'état malheureux où il se trouve, il doit sentir aussi l'impuissance où il est de se remettre à lui-même ses propres péchés, de s'en débarrasser et de créer en lui une vie nouvelle. Il faut donc lui dépeindre l'amour éternel dans la personne du Christ, qui a la puissance de remettre tous les péchés, d'en détruire le règne, et de transformer la race des pécheurs en une race d'enfants de Dieu. Le confesseur ne négligera donc pas d'exciter dans le pécheur la foi et la confiance en Dieu.

« Délivrance de tout péché,
« Rémission de tout péché,
« Résurrection à la vertu,

« Voilà, lui dira-t-il, ce que Dieu vous offre en Jésus-Christ, si vous croyez et avez confiance en lui, si vous vous soumettez à sa direction.

« *Sixièmement* : Lorsque la confiance aux miséricordes de Dieu sera devenue vivante dans le pécheur, le confesseur ne négligera pas de fortifier par les promesses de l'Évangile, cette résolution : « Je suis disposé à tout entreprendre, à tout sacrifier; je ne reculerai devant aucun combat, pour obtenir la paix avec Jésus-Christ, et arriver à la vie éternelle. »

« *Remarque.* Toute la conduite du confesseur, pendant cette seconde période, consiste : à enlever au pécheur tout préjugé qui rend impossible sa conversion fondamentale, à lui donner des idées sérieuses sur son état : autrement, point de conversion possible; à lui montrer son propre cœur, pour éveiller en lui le sentiment de sa misère; à le faire soupirer après la délivrance; à lui inspirer la confiance au seul et véritable Rédempteur; à lui faire prendre la résolution de se donner à lui sans réserve.

« Inutile de rappeler que cette marche répond à l'idée de toute direction raisonnable de l'homme, qu'elle est conforme à la méthode apostolique et au mode d'enseignement suivi par Jésus-Christ, qui mettait toujours dans une connexion étroite la nécessité du changement intérieur et les promesses du royaume des cieux.

« *Troisième période.* Jusqu'à l'absolution du pénitent.

« Ici, le confesseur parle en qualité de médecin et de docteur.

« Comme médecin, il présente au pénitent.

« *Premièrement* : Les meilleurs moyens de correspondre à la grâce de Dieu et de se préserver du péché. Ces moyens les plus efficaces sont :

« 1° De renouveler tous les jours en se levant cette résolution : Je veux aujourd'hui, avec la grâce de Dieu, m'abstenir de ce péché d'habitude, quoi qu'il m'en puisse coûter;

« 2° D'éviter autant que possible les occasions du péché;

« 3° De se présenter vivement à la pensée, pendant le jour, au milieu de ses travaux, l'amour de Dieu, la bonté de Jésus-Christ et les récompenses de la vie éternelle;

« 4° Au retour de la tentation, qui ne tardera pas à reparaître, de lutter courageusement contre les charmes du péché, d'étouffer la première étincelle de la pas-

sion, de détourner avec force son attention des images séduisantes qui s'offriront à son imagination;

« 5° De faire, le soir en se couchant, un sérieux examen de conscience, accompagné de sentiments de repentir et d'actions de grâces;

« De demander à Dieu en différentes circonstances l'assistance du Saint-Esprit, nécessaire pour triompher du péché;

« 6° Au bout de six ou huit jours, d'entrer en compte solennel avec sa conscience, et de s'approcher de nouveau de la confession et du festin de l'Amour.

« *Deuxiemement :* Après cet enseignement médicinal, qui est manifestement l'affaire essentielle, le confesseur, quand il le juge nécessaire, fait les fonctions de docteur, et explique au pénitent tous les devoirs qui pourraient être le résultat du péché commis, ou bien encore ceux que le pénitent ne connaîtrait pas suffisamment ou qu'il aurait réellement violés, par exemple : l'éducation des enfants, le support d'un voisin, la fréquentation de l'office paroissial, l'amour des ennemis.

« *Remarque.* Ici, le confesseur comble toutes les lacunes laissées par le prédicateur, le catéchiste, l'instituteur et le docteur privé. Le confesseur fait ce que n'ont pu faire ni l'enseignement général, ni l'enseignement privé.

« *Troisièmement.* Enfin, le confesseur impose au pécheur pour pénitence ce qu'il y a de plus important dans son enseignement médicinal, et ce qu'il juge d'ailleurs être salutaire.

« *Quatrième et dernière période.* Avant de renvoyer le pénitent, le confesseur lui demandera : *a.* s'il a tout bien compris ; *b.* s'il est fermement résolu à suivre tous ses conseils; *c.* s'il n'a plus rien au cœur qui le tourmente, et *d.* s'il peut quitter le confessionnal pleinement tranquillisé. Si à cette question le pénitent répond par un *oui* joyeux, le confesseur continuera : « Je veux donc vous donner l'absolution. Repentez-vous encore une fois de vos péchés, renouvelez en présence de Dieu la résolution de faire toujours sa volonté; excitez-vous encore une fois à la confiance aux miséricordes infinies du Père céleste, et à la bonté de son Fils, Notre-Seigneur Jésus-Christ; demandez-lui encore une fois la grâce de persévérer dans le bien, et de rester fidèle à vos résolutions. » Après ces paroles, le confesseur, s'il en a encore le temps, inspirera au cœur du pénitent une prière fervente où seront renouvelés les sentiments de repentir, de confiance et de reconnaissance, ainsi que toutes les résolutions que peut prendre l'amour reconnaissant. Puis il donnera l'absolution et congédiera le pénitent en l'invitant à élever encore une fois ses regards vers Dieu, pour implorer la toute-puissance de sa grâce. » (*Théol. past.* lib. V. n. 39.)

78. Hoc tamen quod dictum est, communiter loquendo de habituatis, et recividis, non procedit jam circa initiando in sacris ordinibus habituatos in aliquo vitio (præsertim in peccato turpi); circa hos enim alia currit ratio. Laicus habituatus absolvi potest, semper ac est dispositus ad suscipiendum sacramentum pœnitentiæ, sed ordinandus habituatus, si vult ipse ad sacrum ascendere ordinem, non sufficit, ut sit dispositus ad sacramentum pœnitentiæ, sed oportet ut etiam dispositus sit ad recipiendum sacramentum ordinis; alioquin ad neutrum dispositus erit; cum enim sit indignus ascendendi ad altare qui vix egreditur e statu peccati nec habet probitatem positivam, necessariam respectu ad sublimitatem status in quem immitti inhiat, ipse graviter peccat, si absque illa vult sacrum ordinem suscipere, etiamsi ponatur in statu gratiæ. Quaproter tunc confessarius nequit eum absolvere, nisi promittat abstinere ab ordine suscipiendo, ad quem ascendere non poterit, nisi post longi temporis, saltem plurium mensium probationem. Id plene probatum est in Dissertatione Operi inserta (*Lib.* 6 (v) *n.* 63.), cum communi sententia Doctorum (*Ibid. n.* 68.) ibi relatorum, qui docent quod ad sacrum ordinem suscipiendum non satis sit bonitas communis, id est simplex immunitas a peccato mortali, sed requiritur bonitas specialis, virtute cujus mittiandus sit a pravis habitibus depuratus, ut docuit *D. Thomas* (2.2. *qu.* 189. 1. *ad.* 3) : *Ordines sacri præexigunt sanctitatem... unde pondus ordinum imponendum est parietibus jam per sanctitatem desiccatis..., id est... ab humore vitiorum.* Et ratio est, quia si ordinandus hanc non habet specialem sanctitatem, indignus est super plebem constitui, ad altissima altaris ministeria exercenda : *Sicut illi* (loquitur idem S. Doctor) *qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur gradu ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis* (*Suppl. qu.* 35. *art.* 1. *ad* 3.). Et alibi (2. 2. *qu.* 184 *art.* 8.) expressius præfatam rationem confirmat, dicens : *Quia per sacrum ordinem deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris, ad quod requiritur major sanctitas interior, quam requirit etiam religionis status.*

79. Veruntamen excipitur casus quo a Deo donaretur quis tam extraordinaria compunctione, quæ ipsum liberaret ab antiqua fragilitate; nam, ut ait idem

Angelicus (3. *p. qu.* 86 *art.* 5. *ad* 1.) : *Quandoque tanta commotione convertit* (Deus) *cor hominis, ut subito perfecte consequatur sanctitatem spiritualem.* Raræ quidem sunt hujusmodi conversiones, et præsertim in ordinandis, licet aliquam petant domum religiosam, ut spiritualia agant exercitia; isti enim ut plurimum non ultro, sed coacti accedunt ; sed quando vere quis tantam reciperet gratiam a Deo (cujus admirabiles sunt misericordiæ) quæ ipsum taliter mutatum redderet, quod licet adhuc aliquod pravum motum sentiret, magnum tamen concepisset horrorem adversus peccatum, et simul notabiliter diminutum in se cognosceret ardorem concupiscentiæ, ita ut a gratia munitus facile jam inciperet tentationibus obsistere ; et insuper firme statuisset in posterum, non tantum vitare peccata, et occasiones, sed etiam media opportuniora suscipere ad vivendum ut sacerdotem decet, et jam simul incœpisset ad suam conversionem confirmandam instanter preces effundere pro sua perseverantia, cum magna et tali in Deum fiducia, quæ eum redderet moraliter securum de quadam magna mutatione vitæ ; eo casu bene posset confessarius eum absolvere, etsi ipse vellet statim post confessionem ordinem sacrum suscipere. Attamen licet adhuc in hujusmodi casu pœnitens magnam habuerit compunctionem, confessarius quantum potest adhibere se debet, ut illum inducat ad differendam susceptionem Ordinis, ad hoc, ut melius a pravo habitu se purget, et melius concepta proposita exequatur. Imo ad hunc effectum, si ille nolit differre susceptionem, potest etiam confessarius tanquam medicus, ad majorem ejus profectum, differre ipsi absolutionem, ut initiandus ordinis susceptionem differat. Hoc tamen intelligendum, modo ex tali dilatione non subeat ille periculum alicujus infamiæ, aut notæ ; tunc enim (prout notatum est *num.* 69. pœnitens habet jus, ut statim absolvatur. Cæterum confessarii debent esse difficiles quantum fieri potest, in absolvendis hujusmodi ordinandis, qui postmodum ordinarie pessimi evadunt, et sic populis et Ecclesiæ perniciem magnam afferunt (*Vide lib.* 6 (v) *n.* 69.).

De luxuriæ materia notanda quædam pro praxi valide utilia ac præsertim pro confessariorum recto regimine, a Scavini data, hic inferamus :

« 1. Quoad *pollutionem.* Nullum vitium est tam forsan emendatu difficilius et tam noxium sub omni respectu juvenibus et præsertim masculis, quam habitus se polluendi. Eteuim prava hac consuetudine deprehensi obdurantur, hebetantur, virtutes fastidiunt, Religionem contemnunt ; eorum indoles fit tristis, fortitudinis incapax, nullius propositi tenax : vires corporis deficiunt, graves nascuntur infirmitates, advenit caducitas præmatura, et sæpe mors ignominiosa (*medicis et experientia quotidiana testibus*). Sollicite ergo studeant Confessarii eos, qui sibi creduntur, adversus tanta mala præmunire, vel ab infami habitu jam contracto retrahere. Execrandus *masturbationis* habitus, si inveteratus sit, Confessarios in quamdam desperationem conjicit ; nam si (pœnitentes) *severius* tractentur, timendum est, ne deinceps non redeant et pejores fiant ; si *nimia indulgentia* suscipiantur, in cœno vitii torpentes manebunt. Summa igitur prudentia magnoque zelo curare oportet, ut infelices isti pœnitentes ad sacrum Pœnitentiæ tribunal sæpe, v. g., singulis hebdomadis accedant, de culpis admissis doleant, et propositum amplius non peccandi frequenter renovent, orent, orent et iterum orent.

« 2. Quoad *fornicationem.* Fornicatio fidelis cum infideli, puta cum hebræa aut mahumetana, in communi sententia longe gravior est, quam cum catholica. Imo hæc infidelitatis circumstantia (ex Continuatore Tournely) speciem mutat; quia sicut ab Ecclesia nubere prohibitum est christianis cum infideli in honorem catholicæ fidei et ad removendum perversionis periculum; ita eadem de causa prohibita censetur ab Ecclesia quævis copula cum infideli, quæ semper vergit in dedecus Religionis : ideo non est solum contra castitatem, sed etiam contra Religionis virtutem. Hanc tamen specialem circumstantiam mortalem esse alii negant.

3. Quoad *concubinatum.* Jure civili concubinatus tunc tantum putatur, quando concubinarii habitant eamdem domum. Non ita tamen jure Canonico, uti constat ex stylo Curiæ Romanæ, et ex Tridentino, sess. 24. c. VIII (V. Salmanticenses, *tract.* XXVI, c. II). Concubinatus idem est ac *simul cubitum ire ;* fornicatio vero deducta est a verbo *fornicor*, sumpta denominatione ab eo, quod meretrices in fornicibus, hoc est locis concameratis seu ad modum arcus fabricatis, honestatem nundinabantur. Hic advertendum, nomen *concubinæ* non semper in malo sensu usurpari : in veteri Lege hoc nomine (tunc permissa uxorum pluralitate) vocabatur vera uxor, sed secundaria, quæ scilicet honorem et domus administrationem non habebat. *V* Veith, *Scriptura sacra contra incredulos vindicata ;* In Job, n. 12.

« 4. Quoad *sodomiam.* Perfecta est sodomia in quacumque parte corporis fiat con-

gressus; quia ordinarie semper adest tunc affectus ad indebitum sexum. Ideo non est opus explicare in Confessione, an pollutio fuerit intra vel extra vas præposterum; quamvis ad incurrendam reservationem requiratur seminatio intra vas, ut ait P. Mazzota... « Pollutio habita tangendo puerum vel mulierem dormientem, absque tamen concubitu sive conjunctione corporum, non habet nisi simplicis pollutionis malitiam, ut probabilius dicunt Salmanticenses, Cajetanus, Azor, Bonacina, etc. Item qui polluitur tactibus alienis, jam dupliciter peccat cooperando peccato alterius; non tenetur tamen explicare, an tactibus maris vel fœminæ, nisi ista habeat virum aut votum castitatis. Liguori, *Homo Apost.*, tr. IX, nn. 24 et 25. — Hic notandum etiam : « Non refert in quo vase coeant masculi aut fœminæ inter se, vel in anteriori vel in posteriori, vel in alia corporis parte; cum malitia sodomiæ in affectu ad sexum indebitum consistat, atque in genere suo completa sit, dum fit applicatio membri genitalis ad partem corporis ejusdem sexus per modum concubitus. Si autem fieret tantum applicatio manus, pedis vel oris ad partes genitales alterius, etsi pollutio ex utraque parte sequatur, non reputaretur sodomia; quia non esset concubitus. »

« 5. Quoad *turpia verba* proferentem, audiatur Stapf, § 310 : « Quia turpia proferre amat, hoc ipso depravatum animum, et immunditiam cordis testatur, quandoquidem *ex abundantia cordis os loquitur* (Matth. 12). Tum vero in semetipso non minus quam in aliis sensum pudoris hoc firmissimum integritatis munimen subvertit ac destruit : unde irrumpenti libidini jam facilis accessus panditur. Denique neminem latere potest quot scandala inde oriantur, dum per hujusmodi verba salacia phantasia turpissimas imagines concipit, stimulus venereus irritatur, et nefandorum flagitiorum horror sensim abstergitur. Præsertim res est luctuosissima, si juventus adhuc incorrupta talia auribus usurpet, sicque pudendas illecebras, quas hucusque feliciter nescivit, pessime edocetur. Quamobrem jubet Apostolus : *Omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos ; aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet* (Eph. 5). »

« Quoad *theatra* observandum, quod aliquando scenici ludi rure obtinent, et ab ipsis rudibus instituuntur vel ad ipsum divinum cultum augendum. De his habet Stapf, § 318 : « Equidem hucusque nonnisi spectacula religiosa, et insuper non de nocte, sed tempore pomeridiano edi consueverunt. Sed præterquam quod per hæc spectacula tum in ipso loco, tum in vicinia cultus divinus et christiana institutio multum defraudentur, tot etiam abusus, et morum corruptelæ inde resultant, ut pastores animarum de illis nonnisi dolere possint. Etenim *actores ipsi* exinde vanæ ostentationi, petulantiæ, ebrietati, aliisque vitiis assuefiunt ; ex numero autem *spectantium* plurimi hac occasione corrumpuntur, dum præcipue utriusque sexus juventus liberius sibi indulget, finita comœdia ad tabernam divertit, et tum ibidem tum in reditu plurimis peccandi periculis exponitur. » Videat tamen Parochus, ne obstando majora provocet mala : curet, si fieri possit, ut partes fœminarum excludantur, et nullus vir veste fœminea utatur.

« Quoad *remedia contra luxuriam* hæc specialius et compendiose adnotamus cum Deus inspiciendo ejus radicem et causam, — 1. si peccata, tentationes et commotiones carnales oriantur ex causa externa, uti sunt consortium, alloquium, visus vel aspectus, tactus, deliciæ, otium, nimius somnus, lecti mollities aut calor, locus, persona aliqua, lectio librorum, specialis vel nimius cibus, potus, etc., remedium promptum et aptum est vitare et abrumpere illas causas, sive occasiones; — 2. Si carnales tentationes proveniant ex causa interna, ex lubrica complexione naturali, passione concupiscentiæ dominante, vel pruritu carnis, ex abundantia seminis, spirituum et humorum; remedium afferunt maceratio carnis, abstinentia, jejunia, fames, sitis, frigus, sensus pœnalitates, vigiliæ, surgere e lecto, non decumbere super dorsum sed in latere, manibus super pectus in modum crucis, etc. — 3. Si tentationes carnis exurgant ex incidentibus cogitationibus impudicis, ex phantasia, imaginatione, vel ex memoria recurrente, aut a diabolo immundo; congrua remedia sunt oratio ad Deum, invocatio B. M. Virginis, Angeli Custodis, etc.. meditatio passionis Christi, præsentiæ Dei, quatuor novissimorum; item mentem et corpus tense applicare ad alia objecta et negotia, etsi temporalia; sic enim clavis clavo pellitur.

« Loquendo vero specialissime *de pollutione*, certo nullum remedium validius est, quam sæpe confiteri, si credere est Philippo Nerio, B. Leonardo, etc.

« Et S. Alphonsus, *Praxis Conf.*, n. 77 docet eos, qui hoc remedio non utuntur, emendationem sperare non posse, nisi per miraculum.

« Liber autem : *Il Sacerdote santificato*, n. 94 habet :

« Regardez comme très-probablement valides les confessions après lesquelles le nombre des fautes du pénitent a notablement diminué, encore qu'il soit retombé après s'être confessé. Autrement ce serait confondre le fruit d'une seule confession avec le résultat qu'on peut attendre de plusieurs confessions; ce serait vouloir ne pas mettre de distinction entre l'effet d'un bon remède, pris une fois seulement, et l'effet de ce même remède pris durant longtemps. Or, de même qu'on appellera efficace une potion qui arrête sur-le-champ la fièvre et la fait disparaître, quoiqu'elle

revienne quelques jours après, et qu'il n'appartient qu'à l'application continue de ce remède de détruire entièrement la fièvre, parce qu'il chasse en même temps les humeurs malignes, sources de la maladie; de même, Dieu n'a pas donné à chaque confession en particulier une vertu illimitée. Toute confession bien faite, accompagnée d'une vraie contrition, détruit la culpabilité du pénitent, mais n'enlève pas les restes du péché, la faiblesse, le penchant à la rechute; elle diminue mais ne dompte pas entièrement la force des mauvaises habitudes. Ce dernier effet, dans les vues ordinaires de la Providence, n'est réservé qu'à la confession continuée, qui nous purge peu à peu des restes du péché et rend durable et solide la santé qui est revenue à l'âme. C'est pour cela que le Rituel romain suggère comme un spécifique excellent contre la rechute la fréquentation des sacrements. Tous les saints, tous les maîtres de la vie spirituelle, n'ont pas donné d'autre conseil. » It. V. cl. Card. Gousset *Justification de la Théologie de S. Alphonse de Liguori*, c. IX. — Le P Ventura, *les Femmes de l'Evangile : Appendice a l'Homélie; la Femme malade ou la Pitié; Remède contre la corruption de la chair;* ubi maxime commendatur etiam frequens Eucharistiæ susceptio : omnium maxime cœlesti hoc robore indiget juventus sui incuria, et ætatis suæ levitate simul et ardore lapsui propinqua (V Stapf, § 312).

« Hic venit etiam maxime juvenibus commendenda devotio erga Angelicum juvenem Aloysium Gonzagam, quem Benedictus XIII Sanctorum fastis adscripsit, atque innocentiæ et castitatis exemplar simul et patronum studiosæ præsertim juventuti dedit. Quia in re cumulatissime faciet notissima oratio : *O Luigi Santo*, pro qua Pius VII et partiales et plenarias Indulgentias concessit. — Ita extollenda maxime pro studiosis juvenibus devotio erga S. Thomam, qui fortiter dimicans ad tuendam suam puritatem, meruit sacro cingulo ab Angelis constringi, quo perpetuæ virginitatis gratia donatus fuit. Hinc nata devotio, et sub nomine *Militiæ angelicæ* instituta de hoc sacro cingula pia societas, quam plures Pontifices Indulgentiis cumularunt. *V. il giglio della purità conservato con varii mezzi, e specialmente con la direzione del sacro Cingolo dell' Angelico Dottore san Tommaso d'Aquino*. Torino, *Paravia;* Novara, *Crotti.*

« Juverit etiam terrefacere impudicos periculo damnationis; etenim vitium turpe cor indurat; cor autem durum male habebit in novissimo. V. *I. Comandamenti della legge di Dio illustrati da esempi:* Modena 1861. » (T. II. n. 135 ad 142.)

Denique citat Scavini monita sequentia generalia, quam brevissime repetita ab auctore recentiori :

Avis spéciaux pour les Confesseurs. 1. Soyez charitables, mais fermes, avez les pécheurs : 2. faites vous-mêmes l'examen des ignorants, mais soyez prudents avec les enfants et les jeunes filles dans les questions relatives au sixième commandement; 3. exhortez toujours à la prière; 4. demandez aux pénitents que vous ne connaissez point s'ils ont quelque scrupule sur la vie passée; aux femmes si elles obéissent à leurs maris; aux parents quel soin ils ont de leurs enfants; 5. disposez le pénitent autant que possible; 6. n'absolvez pas d'ordinaire, avant qu'il ait restitué, celui qui détient le bien d'autrui, ni celui qui est dans l'occasion, avant qu'il s'en soit éloigné; 7. omettez les avis qui ne seraient point suivis, pourvu qu'il ne s'agisse pas d'un dommage commun; 8. suggérez au pénitent l'acte de contrition; 9. n'absolvez point ceux qui vivent dans l'habitude du péché véniel, s'ils n'ont pas de véritables dispositions; 10. conseillez l'oraison mentale aux personnes pieuses et puis demandez-leur si elles l'ont faite; 11. n'imposez point de pénitence si vous croyez que le pénitent ne pourra l'accomplir que difficilement. (T. IV. append. III ad finem.)

CAPITULUM VI.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum pœnitentibus qui contraxerunt aliquam censuram, aut casum reservatum, vel obligationem denuntiandi, vel impedimentum dirimens, aut impediens matrimonii.

80. Et I. quod pertinet ad censuras, si quis accedat irretitus a censura, aut casu reservato, super quo confessarius facultatem non habeat, jam supra diximus actum esse charitatis, ut confessarius adeat Episcopum pro facultate obtinenda. Episcopus autem VI cap. *Liceat Sess.* 24. Tridentini (*Vid. lib.* 7 *n.* 75.) absolvere potest omnes casus papales occultos. Et hanc facultatem potest delegare aliis confessariis, etiam generaliter, dummodo eos specialiter deputet ad hujusmodi casus absolvendos (*Ibid n.* 93.), excepta hæresi, et aliis casibus bullæ Cœnæ *Lib. n.* 82.); nisi pœnitens esset impeditus adeundi Roman; tunc enim Episcopus absolvere potest ab omnibus Papalibus etiam publicis (*Lib.* 7. *n.* 84.), et adhuc ab hæresi, et aliis bullæ Cœnæ (*Ibid.* 7. *n.* 84.). Insuper Episcopi absolvere possunt ab excommunicatione ob percussionem levem clerici vel monachi, et etiam ob gravem, si percutiens est mulier, ex c. *Ea noscitur*, et c. *Mulieres, de sent. excomm.* Item ab excommunicatione

propter abortum fœtus animati, virtute bullæ *Gregorii XIII.* quæ incipit *Romana Sedes*; item ab excommunicatione ob communionem in eodem crimine cum excommunicatis ab eisdem Episcopis; item ad excommunicatione quam incurrunt fratres minores admittentes in suis Ecclesiis ad divina officia fratres tertii ordinis; item ab excommunicatione qua ligantur ii qui absoluti in articulo mortis ab aliqua censura ab Episcopo reservata, non se præsentant eidem postquam convaluerint, et demum ab omnibus censuris quas Episcopi sibi reservant. (*Lib.* 7 *n.* 213.).

81. Regulares autem etiam absolvere possunt laicos a Papalibus occultis (*lib.*7. *n.* 96.). exceptis sex casibus *Clementis VII.* (a quibus tamen bene possunt absolvere Episcopi, quando sunt occulti) scilicet 1. Percussionis clerici. 2. Duelli. 3. Violationis immunitatis ecclesiasticæ. 4. Fracturæ clausuræ monialium. 5. Simoniæ realis. 6. Simoniæ confidentialis. Facultas enim quoad casus præfatos respectu ad regulares degentes extra Romam, et intra Italiam, a prædicto Pontifice est eis expresse ablata (*l. c. n.* 99). Quamvis autem nequeant regulares absolvere laicos a casibus reservatis ab Episcopis (*Lib.* 7. *n.* 98.), possunt tamen ex probabiliori sententia absolvere a Papalibus reservatis Episcopis (*l. c. n* 99.), exceptis semper vero sex casibus *Clementis*, ut supra. Quoad subditos vero, possunt eos absolvere ab omnibus casibus Papæ reservatis, etiam publicis, etiamque a casibus bullæ Cœnæ, exceptis *relapsu in hæresim*, *falsificatione litterarum apostolicarum*, *et delatione prohibitorum ad infideles*, ex concessione facta Prælatis ordinis Prædicatorum, et per communicationem aliorum ordinum bulla, *Pretiosus*, edita ann. 1727. ubi insuper concessum est generali ordinis, *ut ipse solus possit ab irregularitate hujusmodi* (scilicet orta ex homicidio) *dispensare cum fratribus sibi subditis, dummodo homicidium non fuerit appensatum, et intra claustra extiterit consummatum.* (*Lib.* 7 *n.* 101. *et n.* 104.)

82. Notandum hic quod si quis ignorat censuram papalem, nec ipsam, nec casus reservationem incurrit, quia casus papales principaliter ob censuram reservantur (*lib.* 6 (v). *n.* 580.); ad differentiam casuum episcopalium, quorum nesciens censuram, etiam incurrit casum; quia Episcopi principaliter casum reservant (*Ibid.*) : et hoc etiamsi ignoretur casus reservatio, ut probavimus (*l.* 6 (v). *n.* 581.). Cæterum nulla incurritur censura ab eo qui invincibiliter eam ignorat (*lib.* 7. *n.* 43.). Item notandum, quod cum quis sacrilege in jubilæo confessus fuerit, tunc reservatio non aufertur, ut probatum est, præsertim ex declaratione SS. Papæ *Benedicti XIV* (*Lib.* 6 (v). *n.* 537. *Qu. II.*). Idemque tenuimus (*Ibid. v. Si autem*), si confessio fuerit invalida, loquendo de jubilæo ; sed extra jubilæum, si quis invalide confessus fuerit apud aliquem confessarium, qui facultate pollebat super peccatis reservatis, communis et probabilior est sententia quod absolutus a reservatione maneat (*lib.* 6 (v). *n.* 598. *Q. IV.*). Estque etiam communior et satis probabilis opinio, pœnitentem solutum esse a reservatione, quamvis confessio fuerit sacrilega, modo ipse culpabiliter non tacuerit præsertim peccatum reservatum (*Ibid.*)

83. II. Quod pertinet ad obligationem denuntiandi, advertat confessarius, quod ipse tenetur sub culpa gravi imponere pœnitenti obligationem denuntiandi superioribus aliquem, qui serio protulerit propositionem, aut blasphemiam hæreticalem, cum errore intellectus, et pertinacia, non jam ob ignorantiam, incuriam, aut lapsum linguæ ; nam eo casu sufficit ut pœnitens eum de suo errore moneat (*l.* 4 (vi). *n.* 254. *v. Not. II.*). Præterea debet imponere mulieribus, aut pueris, ut denuntient confessarios, qui eos sollicitaverint ad turpia, vel cum eis inhonestos tractatus habuerint. Observa librum ubi distincte est hæc materia discussa (*l.* 6 (v). *n.* 675.). Sed circa praxim advertat confessarius 1. in hac sollicitationis materia non esse nimis festinum in imponendo pœnitenti onus denuntiationis, nam in dubio, an illa fuerit vel ne sollicitatio, tale onus injungi non debet (*l.* 6 (v). *n.* 702.); nisi cum verba, aut actus ex se sollicitationem importarent, et tantum dubium verteret de intentione sollicitantis; aut si adessent vehementia indicia, esto non evidentia, sollicitationis, sine indiciis in oppositum; tunc enim illi quodammodo moralem fundant certitudinem (*Ib. v. Excipiendum.*). Advertat 2. ne sit facilis ad suscipiendum in se onus denuntiationis, nisi in aliquo casu raro, in quo charitas id sibi proponeret, ob magnam difficultatem quam forte pœnitens haberet adeundi superiores. Advertat 3. quod ipse nunquam omittere debet imponere pœnitenti sol-

licitato hanc obligationem denuntiationis, quamvis prævideret pœnitentem illam non impleturum ; nam directe confessario injunctum est a Pontifice onus, ut talem obligationem intimet (*l.* 6 (v). *n.* 694.). Unde donec pœnitens eam non adimpleat, expedit ut absolutionem ei differat. Atque si confessarius dubitat, an ille difficulter eam adimpleturus sit, tunc omnino absolutionem illi differre debet. Bene tamen potest eum absolvere, si pœnitens est pro tunc impeditus, et firmum habet propositum denuntiandi, statim ac commode potest (*l. c. n.* 693.). Hujusmodi denuntiationes fieri debent saltem intra mensem (*Ibid. v. Hoc tamen*) : item notandum, quod a N. SS. *P Benedicto XIV* (*l.* 6 (v). *n.* 491.) cuique impositum est onus denuntiandi confessarium, quem sciret obligasse pœnitentem ad manifestandum complicem, nisi ex mera simplicitate aut imprudentia id egisset. Ultimo notandum circa sortilegia laicorum, quod hodie in nostro regno Neapolis, propter insinuationem nostri regis *Caroli III.* non adest obligatio illa denuntiandi , nisi cum intervenit abusus SS. Eucharistiæ, aut Olei sancti (*lib.* 4 (vi). *n.* 253. *in fin.*).

84. III. Demum quod pertinet ad impedimenta matrimonii, cum pœnitens aliquod impedimentum habet, et matrimonium nondum est initum, plura distinguere oportet : Si impedimentum est consanguinitatis, aut cognationis spiritualis, aut affinitatis ex copula licita usque ad quartum gradum, aut publicæ honestatis , etsi esset occultum, confessarius adstringere debet pœnitentem vel ad denuntiandum impedimentum, vel ad dispensationem obtinendam a Dataria. Si autem impedimentum est affinitatis ex copula illicita cum consanguinea sponsæ usque ad secundum gradum, modo adfuerit copula consummata cum seminatione perfecta (*lib.* 6 (v). *n.* 1036. *et* 1075.) aut est impedimentum criminis, nimirum homicidii conjugis utraque parte conspirante, aut homicidii cum adulterio, aut adulterii cum fide matrimonii, aut matrimonii attentati, prout fuse declaratum est in libro (*lib.* 6 (v). *n.* 1033.); in his casibus, semper ac impedimentum est occultum, impetranda est dispensatio a S. Pœnitentiaria. Idemque currit, si pœnitens impedimentum habeat voti, castitatis, aut religionis. Si vero aliqua urgentissima adesset causa in aliquo casu raro, nempe scandali, rixarum, aut infami imminentis, et tempus aut modus dee set recurrendi ad Pœnitentiariam, poss etiam tunc Episcopus dispensare (*l. n.* 1122.). Et si neque adesset modı adeundi Episcopum, observa quod di tum est in Libro (*lib.* 6 (v). *n.* 612. *S hic.*) et supra *n.* 8.

85. Si autem pœnitens jam contraxi set matrimonium invalidum ob imped mentum dirimens, tunc si impedimei tum provenit ex copula licita, etiam ol servandus est Lib. 6 (v). *n.* 1124 ; si aute ex copula illicita, aut ex crimine, et pœ nitens est in bona fide, et contra adess periculum mortis, scandali, aut incoı tinentiæ, si ipsi manifestaretur impec mentum, eo casu confessarius imped mentum ei occultare debet, et interi procurare a S. Pœnitentiaria dispens tionem, qua obtenta, debet patefaceı impedimentum, debetque tunc diligent secum consulere de modo quo reconv lidatio matrimonii facienda est. Ad haı autem reconvalidationem non quide est necessaria assistentia parochi et te tium, ut probatum est (*l. c. n.* 1110. sed ut diximus (*lib. n.* 1115.), teneti pars conscia impedimenti alteram ce tiorare de nullitate matrimonii, jux solitam clausulam S. Pœnitentiariæ *Ut dicta muliere de nullitate prioris co sensus certiorata, etc.* Et ideo per se l quendo ad hanc clausulam exequendan non sufficit id quod aliqui DD. admittun scilicet dicere : *Si me non duxisses, d ceres nunc?* Aut : *Dic mihi, te volo.* Aut *Pro mea consolatione renovemus conse sum.* Semper enim talis consensus e dependens a priori, qui fuit nullus. N sufficit copula, ut alii dicunt, etiam a fectu maritali habita. Bene tamen sat erit dicere : *Nostrum conjugium invalidu fuit ob quamdam circumstantiam* (du non est obligatio manifestandi qualit tem impedimenti), *renovemus consensun* Aut : *quando te duxi, non habui veru consensum* (nam consensus nullus, no est verus consensus). Aut : *Ego dubiu habeo de valore nostri matrimonii, un iterum contrahamus.* Quia tunc consensu qui præstatur, jam a priori non deper det. Verum, quando prudens timor esse ne præfatos modos adhibendo patefiere crimen, et pericula instarent rixarum infamiæ, aut scandali, et vice versa co jux impedimenti conscius non posset e cusari a debito reddendo, tunc, execut jam dispensatione, sufficit, ut ipse utatu

aliquo ex modis supra relatis ; etiamque sufficit ut ipse solus consensum ponat, cum possit in tali necessitate sequi sententiam, quæ docet bene conjungi ad matrimonium convalidandum consensum suum cum consensu ab initio præstito a parte ignorante, qui per continuationem usus matrimonii, aut cohabitationis virtualiter perseverat (*Ib.*).

86. Si autem pœnitens haberet impedimentum impediens, scilicet ad non petendum debitum, causa copulæ habitæ cum consanguinea in secundo gradu suæ uxoris, hic a tali impedimento solvi debet, vel a S. Pœnitentiaria, vel ab Episcopo, aut ab aliquo confessario regulari qui facultatem habeat a prælato sui monasterii (*l. c. n.* 1076. *v. Insuper.*). Sed si pœnitens ignoraret legem ecclesiasticam, quæ ultra divinam hujusmodi incestum prohibet, tunc non incurrit impedimentum (*l.* 6 (v). *n.* 1072); quinimo etiamsi legem sciret, sed talem ignoraret pœnam, etiam est probabile, quod eam non incurrat (*l. c. n.* 1074.), saltem si periculum exstet incontinentiæ, relinquendus est pœnitens in sua bona fide.

87. Notemus hic formulas ad obtinendam a S. Pœnitentiaria dispensationem in præfatis impedimentis, necnon votis, aut irregularitatibus.

Circa impedimenta matrimonii, intus sic scribatur : *Eminentissime et Reverendissime Domine.*

N. N. rem habuit cum quadam muliere, et postea sponsalia contraxit cum ejus sorore. Impedimentum est occultum, et si conjugium non fieret, plura evenirent scandala. Supplicat ideo Eminent. V ut dignetur ei dispensationem concedere. Favebit responsum mittere Neapolim (aut Aversam per viam Neapolis) ad N. N. (hic exprimatur nomen et cognomen) *confessarium approbatum* etc.

Si autem matrimonium est jam initum scribatur sic : *N N. ignarus (aut conscius) impedimenti, matrimonium contraxit cum aliqua fœmina, cujus matrem (aut sororem) prius carnaliter cognoverat. Ideo, cum impedimentum sit occultum, et non possit separatio sine scandalo fieri, supplicat Eminent. V pro absolutione et dispensatione*, etc.

Circa vota castitatis : *N. N. votum emisit castitatis, sed nunc est in gravi, et imminenti periculo incontinentiæ ; ideo supplicat Eminent. V ut dispensare dignetur in dicto voto, ut possit orator matrimonium inire, etc.* Eodem modo fere scribendum pro dispensatione in voto religionis. Et notandum quod ad dispensandum in voto castitatis non sufficit quodvis commune periculum incontinentiæ, sed requiritur grave et imminens prout innuimus.

Circa irregularitates : *N. N. Sacerdos contraxit irregularitatem causa homicidii (aut violationis censuræ, etc.); et cum adsit periculum infamiæ, si abstinet a celebrando, ideo supplicat, etc.*

Foris in Epistola ponatur : *Eminentissimo et Reverendissimo Domino Colendissimo*

Domino Cardinali Pœnitentiario Majori
Romam.

88. Confessarius, aut is cui dispensationis executio commissa erit, in dispensando post sacramentalem absolutionem impertitam, sequenti formula uti poterit : *Et insuper auctoritate apostolica mihi concessa dispenso tecum super impedimento primi (seu secundi, seu primi et secundi) gradus proveniente ex copula illicita, a te habita cum sorore mulieris quacum contraxisti (aut contrahere intendis), ut matrimonium cum illa rursus contrahere possis, renovato consensu, et prolem, si quam suscipies (vel suscepisti), legitimam declaro. In nomine Patris, etc.* Si dispensatio autem est in voto castitatis, dicit : *Insuper tibi votum castitatis quod emisisti, ut valeas matrimonium contrahere, et illo uti, in opera quæ tibi præscripsi dispensando commuto. In nomine, etc.* Et si quis, non obstante voto castitatis matrimonium contraxisset, dicet : *Item non obstante castitatis voto quod emisisti, ut in matrimonio remanere, et debitum conjugale exigere possis, auctoritate apostolica tecum dispenso. In nomine, etc.*

89. In quibus autem casibus S. Pœnitentiaria absolvere possit, aut dispensare a casibus papalibus, censuris, irregularitatibus, votis, juramentis, restitutionibus incertis, etc. observa Librum (*Lib.* 7 *n.* 470.). Et in quibus casibus dispensare possit in impedimentis matrimonii vide (*Lib.* 6 (v). *n.* 144.).

CAPITULUM VII.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum personis diversi generis ?

Priusquam legamus consilia quæ tam fuse et sapienter nobis daturus est S. noster Al-

phonsus in hoc capitulo, de agendi rationibus diversis confessarii ad sese accommodandum *conditionibus* pœnitentium, nos juvabit legere illa quæ optime collegit Scavini ex operibus Debreyne [1], Pinamonti [2] et Perrodin [3] de cura quam debet adhibere confessarius ut sese accommodet personarum indoli naturali ac temperamento quantum illa agnoscere potest :

« Duo maxime sunt quæ bonus Confessarius debet agere, si velit ut pœnitentes rite disponantur, libenter correctiones ac monitiones accipiant ac congrua remedia suscipiant : nempe sese accommodare studeat tum eorum *indoli*, tum eorum *conditioni;* pro diverso enim personarum statu et diversi modi adhibendi sunt.

« Curare debet, ut sese quoad potest diverse pœnitentium indoli accommodet. Sculptor (audiatur *Staf*, § 626) ut pulchram statuam efformet, materiæ qualitatem prævie perspectam tenere debet. Idem fere de spirituali Directore obtinet. Hinc ut eorum, quos ad christianam perfectionem formaturus est, indolem magis perspiciat, quædam de potissimis temperamentis subjicio. Ex recepto plerumque more distinguitur temperamentum *melancholicum*, *phlegmaticum*, *sanguineum* et *cholericum*. Et quamvis hæc in singulis mixta reperiantur, unum tamen illorum prædominari solet.

« Itaque homines *melancholici* suapte indole sunt mente defixi, ruminatores, propriæ opinionis tenaces, proni ad suspiciones et temeraria judicia, taciturni, solitudinis amantes, difficiles ad pandenda cordis secreta, parum grati pro acceptis beneficiis, parci in laudando, lenti ad conferenda in alios obsequia, etc. — Quare ut spiritualis Director vitia huic indoli inhærentia successive resecet, talibus suavem semper affabilem, sincerum et amore plenum se præbeat; instet ut internas turbas et molestias suas ipsi candide fateantur; abstrahat eos a nimia solitudine, eosque ad convenientes labores, præsertim ad opera et obsequia misericordiæ adigat.

« *Phlegmatici* frigidi sunt, difficillime effervescunt, vel si quid boni cœperunt, ab illo mox iterum desistunt; sunt insuper angusti pectoris, proni ad pavores et diffidentias, immunes quidem ab affectuum improborum vehementia, sed pari modo etiam inertes ad exercitium pietatis. Horum regimen sat multis difficultatibus subjacet, si quidem somnolenti et socordes quales sunt, loco vix moveri possunt, et naturali suo pondere quantocius iterum opprimuntur. Pessimum est, quod pacem et affectuum suorum malaciam virtuti suæ adscribentes ad perfectionem parum sibi deesse opinentur; dum vero acriter reprehenduntur animum abjiciunt et desperant. Unde suaviter quidem, vi tamen non intermissa urgeri debent, ut aliqua saltem pietatis et mortificationis exercitia in usum deducant. Cave tamen, ne igni, ubi gliscere videtur, multa ligna simul imponas; alias enim modica pietatis scintilla penitus extinguetur. Tales igitur excitandi quidem, et novis identidem stimulis urgendi sunt, ita tamen, ut congenitæ illorum inertiæ in rebus saltem non graviter præceptis aliquatenus indulgeas.

« *Sanguinei* generatim leves et inconstantes, animi relaxationibus, deliciis ac vitæ molliori inhiant; faciles sunt ad amorem, ad jungendas amicitias, seque aliorum genio absque difficultate accommodare sciunt; attamen eadem facilitate, ubi amicus recentior se offert, priorem deserunt. Sunt insuper profusi in vanitates, fabulas, res novas; contra a solitudine, ab omni rigore et studio pœnitentiæ summopere abhorrent. Etiam erga hos Confessarius, ne forte in ipso limine terreantur, sese nequaquam austerum vel difficilem, sed potius benigmus et amicabilem gerat; virtutem ipsis tanquam plenam solatii et internæ tranquillitatis, imo superatis initiis, omni expectatione faciliorem depingat. Illorum attentio sæpius dirigatur ad gaudia cœlestia. Tum vero suaviter urgeri debent, ut dimissis vanitatibus, amicitiis et periculosis conversationibus, mores graviores induant, SS. Sacramenta pie frequentent, historias Sanctorum aliosque devotos libros legant; demum inducantur, ut voluntarie a rebus etiam licitis sibi temperent, opera quædam pœnitentiæ obeant, etc.

« *Cholerici* impetuosi sunt, proni ad aggrediendas res magnas; ast magna simul arrogantia et ambitione tenentur; unde se resque suas extollere, propriis innixi viribus, aliis contradicere, reliquorum gesta vituperare, et omnis correptionis impatientes esse solent. — Ad hanc indolem feliciter edomandam forti manu magnopere labore opus est : ubi vero disciplinæ sanctiori semel subacta fuit, ad majores in virtute progressus insigniter adaptantur. Quapropter ut horum *interiora* rite disponantur, oportet eos frequenter considerare, et continuo ob oculos habere humilitatem et mansuetudinem Salvatoris Nostri, ut ex tanto exemplo impatientias suas et animi superbientis pruritum compescere enitantur. Si defectum aliquem commiserint, urgendi sunt, ut non sibi irasci, non consternari, non animum deponere; sed semetipsos humiliare, de propriis viribus diffidere, atque ferventibus precibus ad Deum recurrere assuescant. Ad *exteriora* quod attinet, inhibeantur ne extra casum necessitatis de semetipsis unquam sermonem ingerant, vel propriam opinionem mordacius propugnent; discant

[1] *Essai sur la théologie morale considérée dans ses rapports avec la physiologie et la médecine :* I part : des tempéraments.
[2] *Il direttore delle anime*, cap. IX.
[3] *Essai sur les caractères ecclésiastiques* etc. Lyon, 1859.

potius, dimissa in rebus adiaphoris sua sententia, alienæ acquiescere, atque in loquendo æque ac agendo naturæ impetum refrænare. Antequam gravius negotium ordiantur, viri prudentis consilium adhibeant; opera pœnitentiæ iisdem caute, et cum justo semper moderamine concedantur; et generatim Directionem meminisse decet, talibus frænum potius, quam calcar necessarium esse. Quod si reprehendi videantur, id ne ferventiori zelo fiat, sed mansuete, suaviter et cum debita judicii maturitate, ut moderationem, quæ ipsi toties inculcanda venit, ex ipso quoque magistri exemplo discant.

« Quia tamen hæc temperamentorum genera in pœnitentibus plerumque mixta inveniuntur, Director ita hucusque dictis instet, ut præcipuam semper rationem *qualitatis prædominantis* habeat. Quem in finem sæpe secum revolvat, qualem pœnitens se hucusque exhibuerit, quidquid considerata ipsius indole ad perficiendam ejusdem virtutem præ reliquis opportunum videatur. »

§ I *Quomodo cum pueris, adolescentibus, et puellis?*

90. Cum pueris adhibere debet omnem charitatem, et modos suaviores quantum fieri potest. Primo eos interrogare debet, an sciant res fidei? et si nesciant oportet eos patienter instruere pro tunc, si tempus adest, vel eos mittere ad alium, ut instruantur saltem circa necessaria ad salutem. Cum autem agat de confessione, in principio curare debet, ut pueri ex seipsis confiteantur peccata quorum memores sunt; et postea fieri illis poterunt sequentes interrogationes : 1. An tacuerint aliquod peccatum ob verecundiam? 2. An blasphemaverint in Sanctos, aut dies sanctos, vel an juraverint cum mendacio? 3. An omiserint in festis audire missam, aut in audienda illa sermones habuerint? Et an in festis laboraverint? 4. An parentibus fuerint inobedientes, aut irreverentiam irrogaverint eos subsannando, manus in eos extollendo, vel convicia aut imprecationes coram ipsis proferendo. Et hic advertendum quod dictum est *n*.34. de modo imponendi pueris petitionem veniæ a parentibus. 5. An aliquod turpe peccatum patraverint? Sed in hac materia confessarius sit valde cautus in interrogando : incipiat interrogare de longo, et verbis generalibus : et prius an dixerint mala verba ? an jocati fuerint cum aliis pueris, aut puellis? Et si jocos illos clam exercuerint! Deinde interroget, an commiserint res turpes! Multoties, etiamsi pueri negent, prodest uti cum eis interrogationibus suggestivis, verbi gratia : *Et nunc dic mihi, quoties hæc fecisti ? Quinquies, decies* ? Interroget, quocum dormiant, et si in lecto manibus jocati fuerint ? Puellas interroget, si aliquem juvenem amore fuerint prosecutæ, et an adfuerint pravæ cogitationes, verba, aut tactus ? Et a responsis procedat ad ulteriores interrogationes, sed caveat ab exquirendo a puellis, vel a pueris, an adfuerit seminis effusio ; cum his enim melius est deesse in integritate materiali confessionis, quam esse causam ut apprehendant quæ nondum noverint, vel ponantur in curiositate addiscendi. Interrogetur etiam a pueris, an attulerint nuntia vel dona virorum mulieribus? Et puellis, an acceperint dona a personis suspectis, nempe conjugatis, ecclesiasticis, aut religiosis? Interroget, an commiserint furtum, vel an damnum attulerint prædiis alienis, bestiis, aut alio modo? 7. An alicui detraxerint? 8. Circa præcepta Ecclesiæ interroget, an impleverint confessionem et communionem paschalem? Et an carnes aut lacticinia comederint diebus vetitis?

91. Quod autem pertinet ad absolutionem his pueris impertiendam, magna requiritur attentio. Si constet quod ipsi sufficientem usum rationis jam habeant, prout se distincte confitentur, vel adæquate interrogationibus respondent, et appareat quod ipsi jam comprehendant cum peccato se offendisse Deum, et meruisse infernum; tunc si satis videantur dispositi, absolvantur. At si in peccatis lethalibus sunt recidivi, ipsi tractandi sunt sicut adulti : unde si non præbeant extraordinaria signa doloris, absolutio eis differri debet. Si autem dubium sit, an puer perfectum usum rationis habeat, prout si ille in actu confessionis non maneret compositus, sed oculos in gyrum ageret, manibus jocaretur, impertinentia interponeret; tunc si est in periculo mortis, aut in obligatione implendi præceptum paschale, absolvendus est sub conditione; et tanto magis si confessus fuerit aliquod dubium mortale (*lib*. 6. (v) *n*.. 432. *vers IV*,); bene enim potest administrare sacramentum sub conditione, quando justa adest causa, ut esset hæc liberandi hunc puerum a statu damnationis, si unquam in illum est lapsus (*lib*. cit. *n*. 28.). Idque agendum, etiamsi puer sit recidivus ; dum ideo differri debet absolutio iis qui perfectam discretionem habent, quia spes est,

quod ex tali dilatione ipsi redeant dispositi; sed spes hæc difficulter haberi potest a pueris qui perfecto usu rationis carent. Et probabiliter plures DD. dicunt (*l. c. n.* 432. *in fine*) quod pueri isti dubie dispositi absolvi possunt (saltem post duos vel tres menses) sub conditione, licet sola veniailia afferrent, ne careant diu gratia sacramentali, et forte etiam sanctificante, si forte aliquam gravem culpam haberent ipsis occultam. Oportet autem curare, ut hi pueri eliciant actum doloris necessarium ad suscipiendam absolutionem, modo respectu ipsorum magis proprio, exempli gratia : *Amasne Deum qui est Dominus tuus tam magnus, et tam bonus qui te creavit, pro te est mortuus, etc.? Hunc Deum tu offendisti. Ipse tibi veniam dare vult, et tu spera quod propter sanguinem Jesu Christi Filii sui tibi ignoscat. Sed oportet pœnitere. Quid dicis? pœnitet te nunc eum offendisse, etc. Istis injuriis, quas Deo irrogasti, scis quod infernum meruisti? displicet tibi quod ipsas commiseris? Deus meus, nunquam amplius volo te offendere, etc.* Pœnitentia autem his pueris injungenda levis sit quantum fieri potest; et curandum, ut illa ab ipsis quantocius impleatur, alioquin aut eam obliviscentur, aut omittent. Curet etiam confessarius magnopere pueris insinuare devotionem erga Dei param, utque recitent quotidie Rosarium, et ter *Ave* mane et sero, semper hanc precem adjungendo : *Mater mea, libera me a peccato mortali.*

Audiatur Ody quoad infantes :

« Un prêtre zélé, et surtout un pasteur, doit porter un vif intérêt aux enfants, et le leur faire sentir par tous les moyens. Au zèle il faut joindre la prudence.

« Il doit éviter toute distinction, tout ce qui sentirait quelque préférence, quelque prédilection pour les riches ou pour ceux qui ont des qualités et des talents supérieurs. Si l'on croit devoir donner à ceux-ci quelques marques de satisfaction, que ce soit de manière à faire sentir que c'est la vertu seule que l'on préfère à tout, et qu'on est disposer à la louer et à la récompenser à l'égard de tous, mais plus particulièrement dans ceux que le monde méprise à cause de leur pauvreté et de leur basse extraction. Sans cette précaution on augmentera l'orgueil et la hauteur des uns, on excitera dans les autres une jalousie secrète, ce qui fera perdre la confiance et paralysera les efforts du zèle le plus actif.

« Le confesseur a besoin de patience pour supporter la légèreté, la dissipation, l'indocilité, l'insensibilité qu'il rencontrera dans la plupart des enfants. Il a besoin de patience pour les recevoir avec bonté, quoiqu'il s'aperçoive qu'ils ne font aucun effort pour réformer leur conduite ; il a besoin de patience pour leur donner, toujours avec la même douceur, la même affection, des avis qu'il a déjà répétés vingt fois et dont il ne voit aucun profit. Rappelons-nous qu'il suffirait de montrer une seule fois de l'humeur à un enfant, de lui adresser des paroles dures et humiliantes, pour lui fermer la bouche sur certains péchés et même le dégoûter entièrement de la confession. » (*Le Directeur de l'Enfance.*)

Legatur, de iisdem, *Specchio del clero :*

« Le plus grand nombre des enfants ne savent pas ce que c'est que le péché, ou au moins ils en ont des notions fausses et incomplètes. Ils regarderont comme un péché mortel des manquements légers, des bagatelles, et ils ne feront aucune attention à des fautes réellement graves. Les parents et souvent même ceux qui font les catéchismes sont cause de ces défauts en disant sans aucune restriction que les enfants désobéissants, menteurs, etc., iront en enfer; que jurer est un grand péché, etc. Le confesseur doit s'appliquer à rectifier ces idées en enseignant aux enfants d'une manière proportionnée à leur capacité : 1° ce que c'est que le péché; 2° que tous les péchés ne méritent pas l'enfer. Il peut profiter pour cela de l'accusation qu'ils font : si un enfant s'accuse, par exemple, d'avoir menti, désobéi, d'avoir jeté une pierre au chien du voisin, on peut, après lui avoir dit que c'est mal de mentir et de désobéir à ses parents, lui demander pourquoi il a jeté cette pierre et lui dire qu'il se peut faire qu'en cela il n'y ait point eu de péché : Pour l'aider à indiquer le motif qui l'a fait agir, on pourra ajouter : Est-ce que vous n'aimez pas votre voisin? Est-ce qu'il vous a fait du mal ou à vos parents ? C'est peut-être pour lui faire de la peine à lui ou à ses enfants que vous avez jeté cette pierre? Vous avez été cause qu'on a juré contre vous, etc. Si on découvre qu'il y a eu quelqu'un de ces motifs, on lui fera sentir qu'il a agi par haine ou par vengeance, et on l'avertira que c'est là ce qui déplaît le plus à Dieu; il doit avoir soin de chercher dans son examen ce qu'il croit être mal et le dire à confesse. On pourra lui faire les mêmes questions sur ses désobéissances et ses mensonges; et on trouvera tantôt que c'est par jalousie contre ses frères, qu'il croit être plus aimés que lui; tantôt parce que l'amour du jeu l'emporte; d'autres fois parce qu'il a peu de respect pour son père et sa mère. »

De examine autem audiatur Ody supra citatus :

« Il faut leur faire dire exactement tout

ce qui précède la confession : *Au nom du Père... Mon père, bénissez-moi... Je me confesse à Dieu...* Le meilleur est que le confesseur dise à l'enfant : *Faites comme moi*, et qu'il fasse le premier toutes ces actions.

« Quand un enfant a déjà été à confesse, il faut lui demander s'il a accompli la pénitence qu'on lui a donnée à faire, puis lui dire : *Dites vos péchés, mon fils, dites-les tous, et le bon Dieu vous les pardonnera tous.* Il faut ensuite l'écouter lorsqu'il s'explique lui-même, et se contenter de lui faire dire à chaque péché combien de fois cela lui est arrivé à peu près, par jour, par semaine, par mois.

« Si l'enfant est embarrassé, il faut lui dire : *Voulez-vous que je vous aide* ? On doit l'examiner sur les commandements de Dieu et de l'Église. *Les savez-vous* ? et, à mesure qu'il les récite : *Avez-vous manqué de faire vos prières le soir et le matin* ? et quand il répond : *Oui*, lui dire à lui-même : *Mon père, je m'accuse d'avoir manqué de faire mes prières tant de fois ;* et ainsi des autres commandements. Il est nécessaire aussi de lui faire répéter ainsi : ce qu'il fera bientôt si on lui fait répéter chaque accusation particulière.

« Sa confession étant faite, il faut lui faire achever son *Confiteor*, en le disant avec lui s'il n'est pas ferme à le bien dire seul ; puis le confesseur récite le *Misereatur*.

« Il est à propos que le confesseur fasse son exhortation par manière d'interrogation ; par exemple : *Qu'est-ce qui vous a créé, mon fils ? C'est Dieu. Pourquoi vous a-t-il créé* ? Après qu'il a répondu : « Vous « le voyez, mon fils, vous n'êtes au monde « que pour servir Dieu ; avez-vous servi le « bon Dieu quand vous avez manqué de « faire vos prières ? avez-vous servi le bon « Dieu quand vous avez menti, quand vous « avez désobéi ?... » Laissez-le répondre à chaque question ; ajoutez ensuite : « Cependant ce n'est qu'en servant Dieu qu'on « obtient la vie éternelle ; au contraire, « quand on ne le sert pas, on va en enfer. « Eh bien, vous ne voulez donc plus manquer à faire vos prières ? vous ne voulez « donc plus mentir ?... » Après cela, il faut lui donner une petite pénitence : trois fois les actes de foi, d'espérance et de charité, qu'on lui montre dans son catéchisme, ou bien trois *Pater;* on lui fait réciter un acte de contrition, en prenant bien garde s'il le dit bien, et on lui donne la bénédiction en récitant sur lui l'*Indulgentiam*.

« Le confesseur doit souvent instruire l'enfant sur les trois mystères de la sainte Trinité, de l'Incarnation et de la Rédemption, quand il a lieu de croire que l'enfant ne les sait pas.

« Il faut mettre les enfants dans l'usage de faire souvent des actes de foi, d'espérance et de charité ; leur indiquer l'endroit du catéchisme où se trouvent ces actes, les leur donner de temps en temps pour pénitence.

« Pour garantir les enfants du péché mortel, et surtout des mauvaises habitudes, il faut leur dire souvent de ne pas aller avec ceux qui ne sont pas sages, leur demander si les camarades qu'ils fréquentent sont bien sages, bien modestes dans leurs petits jeux ; s'ils ne font jamais rien qu'ils ne voudraient pas qu'on vît, les exhorter eux-mêmes à être bien sages partout, à ne jamais rien faire qu'ils ne voudraient pas qu'on aperçût.

« Pour leur inspirer la piété, il faut leur parler avec effusion de cœur de la bonté de Dieu, leur dire : « Le bon Dieu vous « aime bien ; pouvez-vous en douter ? Qui « est-ce qui vous a créé ? qui est-ce qui vous « envoie tous les jours ce qui est nécessaire « pour vous nourrir ? »

« Quand on interroge sur le mystère de « l'Incarnation, leur dire : C'est pour vous « que le Fils de Dieu s'est fait homme, c'est « pour vous qu'il est mort sur une croix. « Oh ! il faut qu'il vous aime bien ! ne vou- « lez-vous pas l'aimer aussi de tout votre « cœur ? Eh bien, aussitôt que vous êtes « éveillé le matin, faites le signe de la croix, « et dites : Mon Dieu, je vous donne mon « cœur ; je vous demande votre bénédiction « pendant cette journée. »

Et quoad interrogationes circa luxuriam : « Je me contenterais de demander à un enfant s'il a été bien modeste, si les camarades avec qui il va sont bien sages ; de lui recommander beaucoup la modestie dans ses petits jeux, et partout.

« Tout au plus, je demanderais à un enfant s'il n'a pas eu de mauvaises pensées ; s'il me dit oui, je me donnerais bien de garde de spécifier moi-même ces mauvaises pensées ; mais je lui demanderais : *A quoi pensiez-vous, mon fils* ? S'il me répond qu'il songeait à se venger, à faire de la peine à ses camarades, je m'en tiendrais là. Il y a plus à perdre qu'à gagner en allant plus loin. » Lhomond.

« Au lieu de demander au pénitent s'il a commis des péchés contre le sixième commandement, ce qui lui donnerait trop de facilité pour répondre non ; je lui parle ainsi : — Eh bien, mon enfant, accusez-vous maintenant de vos péchés contre la pureté.

« Avez-vous commis des actions mauvaises, indécentes ? S'il vous répond non, ajoutez de suite : Combien de fois ? comme si vous aviez cru qu'il répondait affirmativement ; et souvent, heureusement trompé par ce stratagème, il vous déclarera un certain nombre de fautes.

« Vous me dites que vous n'avez rien qui vous gêne la conscience. Cependant, voudriez-vous bien mourir en sortant du tribunal ? Seriez-vous disposé à paraître tranquillement de suite au jugement de Dieu.

« Si, vaincu par ces exhortations, il vous déclare quelque péché honteux, encouragez-

le en lui disant : — Mon bon ami, quel plaisir vous me faites, puisque vous me fournissez le moyen de vous arracher de l'enfer!

« Il faut interroger spécialement les enfants : 1° sur la désobéissance : — Avez-vous désobéi à votre père, à votre mère, à vos maîtres d'école ou d'apprentissage? Combien de fois par mois, par semaine, par jour?... Avez-vous répondu malhonnêtement? Leur avez-vous occasionné des colères, des blasphèmes?... Vos désobéissances continuelles n'ont-elles pas porté vos frères et vos sœurs à se révolter à votre exemple contre vos parents?...

« 2° Sur le *vol*. La gourmandise est la cause la plus ordinaire des vols dont les enfants se rendent coupables; d'où il suit que le confesseur doit faire sentir à un enfant combien il est honteux de se rendre ainsi esclave des appétits grossiers du corps. Rarement celui qui les suit conserve la chasteté... Dans certains cas, le confesseur pourra les forcer à rendre l'objet ou la valeur de l'objet qu'ils ont pris ; ce sera un bon moyen de les détourner du vol.

« 3° Sur le *mensonge*. Le mensonge est parmi les enfants un vice très-commun, et seul il suffit pour perdre ceux qui auraient d'ailleurs les plus heureuses dispositions. Commettre des vols, manquer à ses offices, à l'école, perdre son temps au jeu, cacher sous une modestie hypocrite les désordres les plus affreux, tromper ses parents, ses maîtres, son confesseur, tout cela devient facile et habituel à un menteur. Il est donc bien important de prémunir la jeunesse contre ce vice; et, pour cela, il faut s'appliquer à inspirer aux enfants toute l'horreur qu'il mérite, leur rappeler qu'ils ne tromperont pas Dieu; que tôt ou tard les menteurs sont découverts et qu'ils tombent dans le mépris. Il est bon encore de leur faire observer que le plus souvent ils obtiendraient le pardon des fautes qu'ils commettent, s'ils voulaient les avouer ingénument. Il est important de faire connaître aux enfants que toutes les fois qu'ils parlent contre leur pensée avec intention de tromper, il y a péché, mais ce péché n'est mortel que quand il s'agit de choses graves. On doit surtout les prémunir contre le mensonge, quand il s'agit de la confession, et quand il s'agit de certaines promesses qu'ils se font entre eux, même avec jurement, ce qui pourrait les conduire au sacrilége et au parjure, si l'on ne prenait aucune précaution pour les en préserver.

« 4° Sur la *paresse*. Les enfants ne pensent pas toujours à s'accuser sur ce point, quoiqu'ils soient très-coupables. Le confesseur doit donc les interroger et leur demander s'ils ont manqué à l'école, s'ils ont été attentifs en classe à tout ce que disait leur maître, s'ils ont fait leurs devoirs avec soin, s'ils ont perdu beaucoup de temps à jouer, etc. Il est bon de leur faire remarquer que Dieu leur demandera compte de toute leur vie, que les paresseux sont méprisés de tout le monde, que l'oisiveté est la mère de tous les vices, » etc., etc. — (*le Directeur de l'Enfance.*)

92. Circa vero statum ab aliquo adolescente eligendum, non audeat confessarius illum ei determinare, sed tantum ex indiciis curet suadere statum illum, ad quem prudenter judicare potest ipsum a Deo vocari. Præsertim, loquendo de iis qui religionem ingredi volunt, ante omnia curet confessarius bene ponderare, in qualem religionem ingredi cupiant; nam si unquam Institutum illud relaxatum est, melius erit alicui (ordinarie loquendo) ut in sæculo remaneat; nam illi se aggregando ipse se geret sicut se gerunt alii, et parum illud boni quod prius exequebatur, de facili in tali religione negliget, ut misere pluribus accidit. Et præcipue magnum scrupulum sibi faciat confessarius, si ad insinuationem propinquorum suadeat juveni illi, ut intret in aliquam hujusmodi inobservantium communitatum. Si tamen religio observantia floret, confessarius vocationem sui pœnitentis bene probet, inquirendo si ad illam habeat pœnitens impedimentum aliquod inhabilitatis, infirmæ valetudinis, inopiæ parentum? et maxime expendet finem, an sit rectus, nempe magis se conjungendi Deo, aut lapsus emendandi anteactæ vitæ, aut sæculi pericula vitandi? quod si principalis finis esset mundanus, vitam agendi commodiorem, aut se liberandi a propinquis duræ conditionis, aut complacendi parentibus, qui ad hoc eum impellunt, caveat, ne permittat religionem ingredi; nam eo casu illa non est vera vocatio, sine qua hujusmodi ingressus malum habebit eventum. Si autem finis est bonus, et abest impedimentum, nec debet, nec potest confessarius, neque alius, ut docet *D. Thomas* (*Quodlib.* 3. *art.* 14.), sine culpa gravi, illi impedire, aut dissuadere vocationem; quamvis prudenter aget aliquando, si executionem illi differat ad melius experiendum, an resolutio sit firma et perseverans, præsertim si noverit adolescentem esse volubilem, aut si deliberatio illa facta fuerit tempore missionis, vel exercitiorum spiritualium : dum in hujusmodi occasionibus quædam concipiuntur proposita, quæ postmodum, primo fervore transacto, deficiunt,

93. Si aliquis adolescens vellet suscipere statum presbyteri sæcularis, non sit facilis confessarius ad annuendum, sine longa et probata experientia recti finis, et scientiæ, vel sufficientis capacitatis. Sacerdotes quidem sæculares habent eamdem, imo majorem obligationem quam religiosi, et contra remanent in eisdem sæculi periculis; unde ut quis bonus evadat sacerdos in sæculo (in quo raro, ne dicam rarissime boni inveniuntur) oportet ut prius egerit vitam valde exemplarem, remotam a ludis, ab otio, a pravis sociis, et deditam orationi et sacramentorum frequentiæ (sed quis est hic, et laudabimus eum?) : alioquin se ponet in statu quasi certæ damnationis; præsertim si hoc faciat, ut obtemperet parentum fini, qui est res domesticas augere. Jam autem dictum est ut supra *n.* 33. quam gravissimum sit peccatum, quod patrant parentes illi qui filios cogunt, ut statum ecclesiasticum aut religiosum inviti suscipiant. Quoad puellas vero quæ virginitatem suam Jesu Christo consecrare cupiunt, non permittat eis castitatem perpetuo vovere, nisi cognoscat eas bene fundatas in virtutibus, et edoctas in vitæ spiritualis regulis, et præcipue in oratione exercitatas. Sub initio eis tantum permittere potest, ut castitatem voveant per aliquod definitum tempus, nimirum a solemnitate alicujus festi ad aliam alterius.

94. Demum quoad adolescentes illos qui volunt aut debent ducere uxorem (dico debent, prout probatum est in libro (*Lib.* 6. (v) *n.* 75.), loquendo de iis qui essent incontinentes, et nollent adhibere alia media opportuna ad se continendos) advertendum, quod sicut peccarent parentes qui sine justa causa eis honestum matrimonium impedirent (*l. c.* *n.* 849. *v. Conveniunt*), ita contra peccarent filii (et ideo confessarius tenetur illis hoc prohibere), qui vellent cum dedecore familiæ matrimonium inire; quamvis conjugium non esset indecorum, vellent tamen illud contrahere, invitis parentibus, et cum eorum scandalo, quin ipsi filii justam causam habeant, ob quam excusentur. Observa quomodo in Libro id elucidatum sit (*l. c.* *n.* 849.)

Hic lacunas plures, quas relinquere videtur S. de Ligorio noster, de adolescentibus, ac de maturis ævi generaliter, expleamus per sequentes citationes episcopi Sailer :

I. De adolescentibus qui, ut mox ab innocentia lapsuri, fluctuant :

« L'institution de la confession dans l'Église possède, là où elle est vivifiée par l'esprit de l'Évangile, une puissance immense pour préserver et sauver l'innocence. Il n'y a qu'elle à qui il soit possible de prévoir l'époque où un grand nombre de jeunes hommes et de jeunes filles seront sur le point de passer de l'état d'innocence à celui de péché, et de combattre énergiquement la tentation pendant qu'il en est temps encore, et que la chute n'est pas encore survenue.

« Le confesseur veillera donc avec soin pour ne point laisser passer cette époque sans la prévenir, afin de pouvoir avertir l'innocent, et travailler activement à sa conversation.

« J'appelle *époque critique* de la jeunesse celle qui décide de son passage de l'innocence soit à la vertu, soit au vice, et surtout du triomphe de la continence ou de la volupté.

« J'appelle cette époque *la plus significative*, parce que le passage de l'innocence soit au vice, soit à la vertu, non-seulement est décisif pour toute la vie et pour les destinées de l'individu, mais exerce encore une influence multiple sur le siècle présent et sur le siècle à venir.

« Cette époque critique se passe entre l'âge de neuf à dix-neuf ans, quelquefois plus tôt ou plus tard,

« *a*. Suivant les dispositions de l'individu, la vivacité de son tempérament;

« *b*. Suivant le genre d'éducation, l'entourage;

« *c*. Suivant l'esprit du siècle.

« Cette époque, du moins dans nos villes, arrive beaucoup plus tôt qu'il y a trente ans.

« Cette époque, à moins qu'elle ne soit retardée par le respect humain, ou par la pudeur publique, arrivera bientôt encore plus vite, et peu à peu même dans nos villages.

« Cette époque s'annonce aux yeux du connaisseur :

« *a*. Par le développement rapide du corps,

« *b*. Par les penchants manifestes du cœur, et surtout

« *c*. Par le désir de plaire,

« *d*. Par la vivacité du regard, à la fois libre et enchaîné,

« *e*. Par une indépendance hâtive, qui regarde avec dédain la chaussure d'enfant qu'elle vient de déposer.

« Ajoutez à cela les accusations, les confidences que le pénitent fait au confesseur. « Je suis tourmenté par toutes sortes de pensées, de désirs qui me viennent à l'aspect des figures étrangères ; j'ai de la peine

à m'en débarrasser; j'ai chanté avec d'autres des chansons qui m'ont présenté toutes sortes d'images impures; j'ai volontiers prêté l'oreille à des discours qui m'ont enlevé le sentiment de la pudeur; mes rêves me représentent toutes sortes d'images, de peintures, etc.

« AVERTISSEMENT. — Dès que le confesseur a découvert cette époque critique, il lui importe de convaincre le pénitent qu'il est arrivé à un âge où il s'agit pour lui de vaincre ou de succomber. D'une part, le défaut de vigilance et de légèreté; de l'autre, l'inexpérience, préparent et achèvent la tentation chez la plupart des hommes.

« DÉLIVRANCE. — Une fois l'innocent convaincu qu'il est sur le bord de la séduction, il faut employer tous ses soins à le préserver de la chute qu'il est sur le point de faire. Dans ce but, le confesseur appellera l'attention de son pénitent :

« 1° Sur la valeur de l'innocence, de la pudeur, de la virginité, d'une vie pure et sans tache, en lui disant que c'est le trésor de l'innocence, et qu'en le perdant on perd ce qu'il y a de meilleur et de plus excellent;

« 2° Sur le danger prochain de perdre ce que le jeune âge offre de plus précieux. « Les esclaves les plus malheureux de la volupté étaient aussi autrefois des hommes innocents; ils ne se figuraient pas qu'il fût si difficile de quitter le droit chemin, aussi tombèrent-ils dans le piége sans qu'ils s'en aperçussent; »

« 3° Sur la félicité de passer de l'état d'innocence à l'état de péché. « D'abord ce n'est qu'une conversation inutile, puis de là on passe aux entretiens familiers, de là à la volupté, et de la volupté à la chute, de la chute à la rechute, de la rechute à l'habitude invétérée, de l'habitude invétérée à la justification du péché, de la justification du péché à l'indifférence entre Dieu et le mal, de cette indifférence au complet mépris de la loi, à l'impiété; »

« 4° Sur les moyens les plus propres à se préserver de la séduction : il importe d'en faire l'indication détaillée.

« *Moyens de conserver l'innocence.*

« 1° La délicatesse de conscience et la vigilance dans les relations; s'attacher toujours aux meilleurs hommes qui composent une société; car telles nos fréquentations, tels nous-mêmes, sinon maintenant, du moins plus tard.

« 2° Éviter de se trouver souvent seul avec une personne de l'autre sexe pour laquelle on se sent de l'inclination. Car aussi longtemps que vous resterez près du feu, aussi longtemps vous serez exposé au danger de voir la flamme dévorer le faible et inflammable édifice de votre vertu.

« 5° Repousser sur-le-champ avec un mépris héroïque et par une parole ferme et brève, toutes les tentations personnelles, les attaques extérieures.

« Je ne veux pas, je ne voudrai jamais. »

« 4° A la moindre excitation venant de l'extérieur, prendre la fuite sans délibérer longuement avec soi-même; car chaque délai peut éveiller une passion qui dort encore, et alors ce serait fait de la victoire.

« 5° Ne point se *charger* de mets ou de boissons, surtout le soir; quant au repas de midi, il est ordinairement suivi de travaux qui calment de nouveau le feu de la passion.

« 6° Dans les divertissements publics surtout, s'abstenir de tout ce qui peut mettre le sang dans une agitation extraordinaire, éviter les sorties et le vagabondage nocturne; car les puissants attraits du péché agissent alors dans toute leur force, et la honte et la pudeur sont presque toujours sacrifiées.

« 7° Chercher à se maintenir dans un état de vigilance, par la prière, la préparation au combat, la fuite, etc.

« 8° Renoncer totalement à la lecture de ces sortes d'écrits qui représentent des scènes scabreuses, ravissent à l'âme les sentiments encore innocents de l'amour et de la tendresse, et font consister le paradis dans le sentiment aveugle du plaisir.

« 9° Les limites bornées de notre sagesse et de notre volonté ne nous permettant pas de prédire, ni de vaincre tous les dangers auxquels la vertu et l'innocence sont exposées, nous devons demander à l'amour éternel de nous conserver purs, d'éloigner les dangers auxquels succomberait notre vertu, et de nous donner le courage de vaincre ceux que nous ne pouvons éviter. Conserver le calme, la piété et la pureté du cœur est une grâce de Dieu; car il y a certains moments, certaines circonstances où les vertus les plus héroïques faibliraient, si une sagesse supérieure ne détournait la tentation, ou ne relevait, par des événements imprévus, les forces chancelantes de nos bonnes résolutions.

« 10° Nourrir l'imagination des plus belles images de la vertu, etc.; par exemple : Que la conduite de l'héroïque Joseph s'arrachant aux étreintes de la volupté, ne sorte jamais de votre pensée. Qu'elle soit pour vous comme un ange protecteur, qui vous dise au fond du cœur, au moment du danger : « Fuyez, votre Dieu vous contemple. »

« 11° Renoncer à certains plaisirs permis, afin d'acquérir par cet exercice d'abnégation, la force de mépriser les plaisirs défendus.

« 12° Fuir l'oisiveté et la fainéantise, surtout à certaines heures où l'esprit est moins disposé à veiller sur lui-même.

« 13° Chercher à se procurer un ami de l'esprit, du cœur et de la conscience, qui soit en même temps un ami éprouvé de la vertu; lui avouer les plus petites excitations de la sensualité, les germes naissants de la tentation, et se laisser diriger et fortifier par sa main.

« Une fois le cœur de la jeunesse mis en

rapport familier avec Dieu et fortifié dans ce commerce intime par le secours d'une éducation chrétienne, il trouvera, dans chaque regard élevé vers Jésus-Christ, des forces et des armes pour le combat, comme aussi le courage nécessaire pour vaincre.

« Il sera bien facile à l'ami de la conscience de généraliser ces moyens propres à préserver le jeune âge de la peste de la volupté : « Apprenez à veiller, à combattre et à prier : à veiller, pour que le péché ne vous surprenne pas; à combattre, pour n'être point vaincu par le péché; à prier, pour que vous ayez toujours la force de veiller et de combattre. » (Theol. past. lib. V. n. 56 ad 66.)

II. De his autem qui jam ad statum peccati transierunt :

« Connaître sa situation est chose salutaire à tout homme, mais principalement à celui qui vient d'être séduit. Il faut donc lui faire comprendre à quels dangers il s'est exposé en passant de l'état d'innocence à l'état de péché; combien ce passage a été rapide, combien il a perdu par là, combien il est malaisé de se défaire du péché quand on l'a pris en affection; qu'il ne doit plus se fier à son propre cœur, puisqu'il vient d'apprendre à connaître le péché par expérience; qu'avoir commis un premier péché c'est avoir frayé les voies à un second, à un troisième, etc.; qu'un second péché serait beaucoup plus terrible et moins pardonnable, puisqu'il n'aurait plus pour excuse l'inexpérience du cœur; que toute répétition d'un péché ne fait qu'en affermir les chaînes, qu'un premier péché devient facilement péché d'habitude, et que ce péché d'habitude devient bientôt plus fort que toutes les résolutions qu'on prend de ne pécher plus; par conséquent, qu'un premier péché se transforme en servitude honteuse du pécheur, si l'on ne met pas la plus sévère vigilance à se préserver de la rechute.

« Quand le cœur du pénitent est ouvert à de sincères sentiments de repentir, il faut lui inspirer des sentiments de confiance en la miséricorde éternelle, afin qu'après être devenu digne de recevoir la grâce de Jésus-Christ, il renouvelle devant Dieu le vœu sacré : *a.* d'interrompre pour jamais tout rapport avec la personne séduite ou séductrice; *b.* de combatre vaillamment l'inclination du péché; *c.* de s'habituer à se rappeler continuellement les doctrines fondamentales du Christianisme, à avoir constamment devant les yeux Dieu, Jésus-Christ et l'éternité, à se servir de la prière et du renoncement à soi-même comme la seule arme divine que nous devions opposer à toutes les tentations : *e.* d'éviter, autant que possible, toutes les occasions propres à réveiller la passion assoupie, et de les fuir avec la plus grande fermeté; *d.* de réparer, selon la mesure de ses forces, tous les scandales, dommages et conséquences de so péché.

« Quand cette résolution s'est bien affermie dans l'âme du pénitent, le confesseu n'a rien de mieux à faire qu'à vivifier, pa quelques paroles énergiques, ces sentimen de foi, de confiance, de repentir, d'amou et de reconnaissance, et à les renouvel par de ferventes prières. Jésus-Christ étai lui-même le condamnateur et le destructeu du péché, la foi en ses miséricordes, l'e pérance en ses promesses, et l'amour qu son esprit répand en nous, ces trois vertu célestes donnent suffisamment de forc pour vaincre le mal, pratiquer le bien, su porter l'adversité et mépriser tous le charmes du péché. » (*Ibid* n. 67 ad 69.)

III. Quoad illos vero qui per infirmitatem relabuntur :

« Un libérateur doit connaître les écueils qui menacent la vie de ses amis, ainsi qu les moyens de les sauver.

« DIFFÉRENTS ÉCUEILS. — Il y a quantit de choses qui peuvent donner au faibl mortel le dernier coup qui le précipiter dans la rechute. Plusieurs s'imaginen « qu'il est possible d'éviter complètemen le péché; je tomberai de nouveau, disent ils, » et ils retombent : ceux-là douten par conséquent qu'ils aient la force de s rendre maîtres du péché; d'autres perden courage pour un autre motif : « Un pécheur qui retombe si souvent, se disent ils, Dieu ne saurait lui pardonner son péché. » Ceux-ci commencent à douter de l miséricorde divine, et pour cette raiso pèchent d'autant plus audacieusement D'autres se rappellent une mauvaise pensé et un mauvais désir : « Cette pensée, ou c désir, se disent-ils, est déjà un péché; pa conséquent j'ai déjà failli à ma bonne résolution; je veux y joindre l'action, puisqu l'essentiel est déjà fait. » Ceux-là pèchen par action parce qu'ils ont déjà accompl le péché en pensée ou en désir. D'autre étant portés à quelque grand péché, et n se sentant pas, ou ne se croyant pas l force de résister, se laissent entraîner à u péché moins grave, et s'imaginent avoi vaillamment combattu parce qu'ils o triomphé d'une tentation plus grande.

« DIFFÉRENTS CONSEILS. — 1° Aux décou ragés de la première classe, un sage co fesseur cherche à inspirer de la confianc aux forces qu'ils ont déjà et à celles qu'i recevront encore. J'attribue une gran valeur à ce remède. Si un grand nomb pèchent par une confiance excessive e leurs propres forces, d'autres pèchent par qu'ils désespèrent de vaincre. Les forc que vous possédez de vous-même, dira l confesseur, vous pouvez toujours les co sidérer comme bien faibles, et même vou faites bien de les considérer ainsi; mais l force qui vous vient de Dieu l'emporte su

toute la puissance ennemie qui combat contre vous. En voici un exemple entre mille : Quelqu'un avertissant son ami, enclin à la colère, de veiller sur cette passion et de la réprimer : « Il m'est impossible, répondit ce dernier, de changer mon tempérament ; ces instants orageux ne sont pas en mon pouvoir; d'ailleurs je redeviens calme de suite. » — Son ami lui répondit : « Aussi longtemps que vous croirez qu'il vous est impossible de réprimer votre colère, il vous sera impossible de le faire ; dès que vous croirez, au contraire, que vous pouvez vous vaincre, vous y réussirez. L'homme peut plus qu'il ne pense, et en Dieu il peut tout ce qu'il doit. Plus le tempérament est ardent, plus la victoire est magnifique; si la victoire était moins difficile, si elle ne vous semblait pas impossible, la douceur ne serait pas une si belle vertu. La colère pourra vous surprendre une, deux, trois fois; mais si vous y veillez sérieusement, ses surprises deviendront avec le temps de plus en plus rares. Usez chaque fois des forces que vous avez déjà, demandez-en de nouvelles; en mettant celles-ci à profit, et étant fidèle dans les petites choses, vous deviendrez un prodige de douceur. » L'ami suivit ce conseil, et en peu de temps, après bien des combats et des victoires, son caractère emporté et sauvage se changea en un caractère calme, tranquille et modéré. L'esprit de Jésus-Christ, voilà ce qui assujettit la nature, adoucit le tempérament; voilà ce qui unit la simplicité de la colombe et la douceur de l'agneau, à la prudence du serpent et au courage du lion.

« 2° Aux découragés de la deuxième classe, le confesseur explique entre quatre yeux le grand évangile de la miséricorde divine.

« *a*. Les miséricordes divines, leur dit-il, sont beaucoup plus grandes que les plus grands péchés. *b*. Ce qui affaiblit les miséricordes divines aux yeux du pécheur est cela même qui augmente les attraits du péché, et c'est, pour ce motif souverainement dangereux. *c*. S'il y avait quelque chose qui pût rendre le pécheur vraiment malheureux et Dieu souverainement petit, ce serait certainement cette pensée : « Mes péchés sont plus grands que les miséricorde divines. » *d*. Dieu offre ses grâces à chacun ; il suffit donc de les accepter. *e*. Dieu ne veut en aucun cas la mort du pécheur, pourvu que le pécheur veuille vivre. *f*. C'est parce que Dieu a aimé les hommes qu'il a sacrifié pour nous son Fils ; or, en nous donnant son Fils, il nous a tout donné. *g*. On ne demande qu'une seule chose au pécheur, c'est que le fils perdu veuille retourner à son père, mais le veuille de tout son cœur. Dieu le Père court à sa rencontre les bras ouverts, et veut le rétablir dans ses droits de fils. Cette volonté, mais volonté décisive, de retourner au Père, c'est la grâce de Dieu qui la prépare.

« 3 Quant aux découragés de la troisième classe, il faut leur montrer leur illusion. Il faut leur faire bien comprendre ce qui peut les sauver, en leur disant que, quoique les pensées et les désirs soient déjà des péchés, il y a également de l'héroïsme à s'abstenir de l'acte malgré tous les efforts de la passion, malgré toutes les occasions de pécher, en s'élevant jusqu'à Dieu et jusqu'à l'éternité sur les ailes de la foi toute-puissante, et en foulant aux pieds tout ce qui est terrestre et profane.

« Il faut leur faire sentir les effets propres aux mauvaises actions.

« Le péché en action grave plus profondément dans l'imagination les images et les désirs coupables, et par là il rend le corps plus apte, plus disposé au péché. Il faut leur faire comprendre qu'il est toujours préférable de s'arrêter sur la voie du crime que de continuer à y marcher, et que si la forteresse est déjà prise, il ne faut pas que les pensées abandonnent la défense du reste du pays.

« 4° Aux pusillanimes de la quatrième classe, il faut leur faire comprendre que ce n'est pas sagesse de choisir une maladie parmi d'autres maladies, parce que la peste est toujours la peste : préserver son âme de toute contagion, voilà la vraie sagesse. L'un des traits les plus subtils de la sensualité, c'est de savoir nous conduire insensiblement d'un moindre péché à un plus grave ; d'abord elle nous fait des propositions douces, et ce n'est que longtemps après qu'elle nous montre le vice à découvert. Point de concordat avec le péché et l'injustice ; il faut les détester sans réserves; celui qui est assez fort pour se préserver du crime le sera aussi pour se garantir de fautes moins graves.

« Au surplus, le confesseur qui connaît la fragilité humaine, et qui sait que la nouvelle création de l'homme demande une intervention supérieure, n'attribuera pas trop de valeur à de simples représentations, et il ne croira pas avoir son devoir avant que la foi en Jésus-Christ et la prière intérieure aient pris une certaine consistance dans le pécheur.

« Ce qu'une mère pieuse opère dans l'âme de l'enfant avec la triple force de l'amour, de l'exemple et de la parole, le directeur de la conscience le reproduit en lui communiquant une vigueur nouvelle.

« 1° *Obéissance envers les parents et quiconque tient leur place*. Oh! mon cher enfant, vous ne savez pas combien cette obéissance est bonne, belle et salutaire; mais vos parents le savent. Dieu qui les a créés, eux et vous, veut que les parents commandent et que les enfants obéissent. Dieu voit et récompensera votre obéissance, de même qu'il voit votre désobéissance et la punira : tout entêtement est un péché. Obéir au premier geste des parents, et n'attendre pas même qu'ils aient parlé,

voilà ce qui est agréable à Dieu. Vous trouverez Dieu dans vos parents, quand vous leur obéirez.

« 2° *Sincérité dans les paroles.* Le mensonge est encore plus honteux que l'entêtement ; quand vous avouez sincèrement votre faute et promettez de vous en corriger, elle vous est déjà pardonnée. La sincérité suffit à elle seule pour réparer la faute. Mais quand vous y ajoutez le mensonge, vous manquez gravement ; peu à peu vous vous habituerez à mentir ; le monde, remarquant que vous aimez le mensonge, vous méprisera, et l'on dira partout : « Ne le croyez pas, c'est un menteur. » Mais, outre que la honte attend le menteur, le bon Dieu déteste souverainement le mensonge et le punit de mille manières.

« 3° *La pudeur, la modestie, la douceur, jointes à la gaîté et à la vivacité du jeune âge.* « Restez volontiers sous les yeux de vos parents, ils ne vous défendront pas ce qui est bien ; et quant au mal, nul homme ne peut vous le permettre. La rue et les enfants qui courent les rues n'apprennent rien de bon. »

« 4° *La charité, la bienveillance, l'affabilité, la compassion envers les frères et sœurs, les personnes de la maison, les voisins, les malheureux.* La grossièreté, une conduite impérieuse et hautaine, l'esprit de domination, les airs d'indépendance et de présomption, la dureté, une fierté arrogante envers les autres, un caractère murmurateur, etc. déshonorent le jeune âge et ruinent l'âme candide et innocente. Le confesseur a donc beaucoup à faire s'il veut enlever le sol et le terrain à cette mauvaise herbe.

« 5° *Le commencement, le milieu et la fin de toute éducation de l'enfant.* Crainte filiale par rapport à Dieu, et amour tendre par rapport à Jésus-Christ : « Voyez, mon enfant, de même que vous avez un père qui vous chérit, de même il y en a un autre qui vous aime, vous et tous les hommes ; car c'est lui qui nous a donné la vie et tout ce que nous possédons. Ce père s'appelle « Père des hommes, le Père céleste ; » il aime tout particulièrement les enfants qui obéissent à leurs parents, qui disent sincèrement ce qu'ils ont sur le cœur, qui sont doux, soumis et laborieux, qui pensent volontiers à lui et font ce qui lui plaît. Son Fils Jésus-Christ n'aime pas moins les enfants que son Père ; or, puisque vous aimez le Père céleste, vous devez aussi aimer Jésus-Christ. »

« 6° Un sage confesseur ne se contente pas de recommander aux enfants la simplicité filiale, qui a son couronnement dans la piété envers Dieu, et dans l'amour et la reconnaissance envers Jésus-Christ ; il profite encore de toutes les occasions pour les rendre attentifs aux premiers symptômes du mal qui se manifestent en eux ; il leur apprend à connaître le Sauveur Jésus-Christ, à lui demander la force de vaincre, de combattre et de triompher dans la prière.

« Les enfants ont besoin du Sauveur aussi bien que nous ; car le péché existe en eux comme en nous, et comme nous ils n'ont d'autre moyen de le vaincre que la foi, qui a vaincu le monde, et qui pour ce motif est le triomphateur de tout péché.

« Il est ridicule de ne vouloir fonder le royaume de Dieu dans les enfants que lorsqu'ils sont déjà avancés en âge, puisque leur simplicité enfantine les rend éminemment propres à devenir les candidats du royaume de Dieu, et que partout où ne règne pas le bien, le mal prédomine nécessairement.

« Il est vrai de dire que, pour les enfants aussi, l'heure du salut ne sonne que lorsque, sentant que le mal, l'entêtement, la vanité, la joie maligne s'agitent dans leur cœur, ils disent à Jésus-Christ en toute humilité et confiance : « Seigneur, aidez-nous à vaincre, » et que, combattant avec la force que leur donne la foi, ils triomphent réellement du péché. » (*Théol. past.* lib. V n. 67 ad 71).

IV. Denique, quoad maturas ævi personas, præsertim viros qui nunquam nisi culpas exteriores confitentur :

« Le peuple, soit des campagnes, soit des villes, ne s'accuse bien souvent que des péchés extérieurs, tels que : « J'ai blasphémé en travaillant, j'ai proféré tel jurement, j'ai souhaité de mourir. »

« Ce cas se présente dans presque toutes les confessions, surtout quand le pénitent a passé ce qu'on nomme la fleur de l'âge. Quantité de médecins le congédient lestement par ce procédé thérapeutique : « Il ne faut plus proférer de telles paroles ; pour votre pénitence vous réciterez cinq *Pater.* »

« Or, cela s'appelle renvoyer son pénitent et non le guérir ; car il résulte d'une telle confession, *a*, que le pénitent ne voit pas la source de ses discours, bien que cette source soit dans son cœur ; *b*, qu'il ne reçoit aucun moyen pour tarir cette source ; *c*, qu'il ne connaît ni le christianisme, qui est la justice, la paix et la joie dans le Saint-Esprit, ni le premier de tous les devoirs, qui consiste à aimer Dieu par-dessus toutes choses.

« Le confesseur n'a donc rien de mieux à faire que de rendre le pénitent attentif à ses péchés extérieurs, et de lui montrer comment on peut, par la vertu toute-puissante de la foi en Dieu, triompher de ces péchés intérieurs, et faire de la transformation de son cœur sa principale occupation.

« Voici donc ce qu'il dira au pénitent :

« *Premièrement.* Vous vous confessez toujours d'avoir blasphémé, juré, etc. dans vos relations avec vos semblables et pendant vos travaux. Or, savez-vous comment il se fait que ces blasphèmes et ces

jurements vous viennent toujours à la bouche? — Le voici, écoutez-bien! Cela vient de ce que tout n'est pas en règle dans votre cœur; car si votre cœur était bon et pur, vos paroles le seraient aussi. Si, dans votre cœur vous n'aviez ni impatience, ni envie, ni inimitié contre votre ennemi; si vous n'éprouviez aucun déplaisir dans vos travaux, il ne vous échapperait jamais aucune parole d'impatience, d'inimitié, d'envie, ni aucun jurement pendant votre travail. Or, savez-vous comment il se fait que vous avez de tels propos à la bouche? — C'est que le vice est dans votre cœur, que le péché habite en vous.

« *Deuxièmement*. Maintenant je vais vous dire comment il faut vous y prendre pour ne plus proférer ces paroles d'impatience, d'envie, etc. Pour cela, je vous fournirai surtout trois moyens. Voici le premier : Dès que vous sentirez en vous quelques désirs d'impatience, de colère, de tristesse, ne négligez pas d'opposer aussitôt à cette pensée ou à ce désir quelque vérité énergique, telle que celle-ci : « A quoi servent l'envie, l'impatience, la colère? tout cela, au lieu de me rendre meilleur, me rend encore plus méchant. Ce que Dieu m'a défendu, personne ne peut me le permettre; ce que Dieu a défendu est mauvais, et le mal ne saurait jamais rendre heureux. Blasphémer, jurer, entrer en fureur, se fâcher sont chose facile; souffrir paisiblement, travailler en patience parce que c'est la volonté de Dieu, souffrir en vue de Jésus-Christ, voilà ce qui est méritoire, ce qui rend agréable au Seigneur, ce dont je me réjouirai encore au moment de la mort. » — Voici le second moyen : Afin que ces bonnes pensées vous reviennent à l'esprit dans le cas où vous seriez encore porté a être impatient, à jurer, etc., méditez dévotement et attentivement dans votre cœur cette vérité de la religion : « La volonté de Dieu est que je sois laborieux, patient et doux; le royaume de Dieu vaut bien la peine que je me fasse violence pour remplir mes devoirs; Dieu, Jésus-Christ, les anges me voient et se réjouissent quand je surmonte cette tentation d'impatience, etc. Point de vertu sans combat; avec Dieu je puis vaincre tous les attraits du péché; ce que les saints ont fait pour Jésus-Christ, je puis le faire aussi. » Fuyez avec soin les occasions où vous avez coutume de pécher; renouvelez la résolution de ne plus le faire, et cette résolution, fortifiez-la par la prière. — Voici le troisième moyen : Dès que, contrairement à votre résolution, il vous sera échappé une parole d'impatience, de colère, entrez aussitôt en compte sévère avec vous-même, reconnaissez votre faiblesse devant Dieu et devant votre conscience, déplorez votre faute, et imposez-vous, vous-même, une légère pénitence, plein de confiance en Jésus-Christ qui peut effacer les péchés, qui vous donnera la force de continuer votre chemin avec une résolution et une énergie nouvelles.

« Parmi les formules de blasphèmes et de jurements, les plus communes sont celles qui concernent les sacrements et qu'on énonce des milliers de fois sans y rien ajouter. Dans ces sortes de jurements le confesseur doit distinguer :

« *a*. L'impatience, la colère et la grossièreté de l'esprit qui les prononce;

« *b*. Le sot orgueil, qui se figure que c'est quelque chose de grand que de savoir jurer;

« *c*. La profanation de la chose sainte qu'énonce le jugement;

« *d*. Le scandale des faibles et l'affliction des bons, qui les entendent;

« *e*. La puissance de l'habitude, qui ne laisse pas le temps de réfléchir :

« Autant de motifs suffisants pour faire prendre au pénitent la résolution d'arriver à maîtriser sa langue en commençant par maîtriser son cœur. Le confesseur lui fera aussi comprendre combien il est difficile de remplacer une mauvaise habitude par une bonne, et qu'ici, comme partout, le salut doit avoir son point de départ dans la prière, dans la puissance de la foi, et dans la vigilance de l'esprit. » (*Théol. pastorale*, n. 74 ad 76.)

§ II. *Quomodo se gerere debeat cum scrupulosis?*

95. Doctores plures assignant regulas pro scrupulosis; sed certum est pro his post orationem, remedium maximum, ne dicam unicum, (ut recte ait *P. Segneri*) ad eos curandos est obedientia suo directori. Hinc ante omnia incumbat confessarius, et suadeat pœnitenti hujusmodi duas principales regulas : primam, ut ipse tuta coram Deo incedat via Patri spirituali obediendo, ubi evidenter peccatum non apparet; tunc enim non homini obedit, se ipsi Deo qui dixit : *Qui vos audit, me audit*. Sic docent omnes doctores, et spirituales Magistri cum *S. Bernardo*, *S. Antonio*, *S. Francisco Salesio*, *S. Philippo Nerio*, *S. Theresia*, *S. Joanne a Cruce*, *S. Ignatio de Loyola*, *B. Dionysio Carthusiano*, *B. Humberto*, *Ven. P. M. Avila*, *magno Gersone*, etc. Alteram regulam, ut nullo alio scrupulo debeat angi quam si non obediat, propter magnum periculum cui se exponit amittendi, non tantum pacem, devotionem, et in virtutibus progressum, sed etiam mentem, sanitatem, et insuper animam; nam possent scrupuli eo progredi, ut eum ad desperationem reducerent, mortem sibi inferendo (prout pluribus accidit), vel habenas ad vitia

relaxando. Præterea confessarius hujusmodi pœnitenti scrupuloso insinuet, prout recte dicit doctus Auctor instructionis pro novis confessariis (*Part.* 1. *n.* 76.), cum Deo non ineundas esse rationes (ut dici solet) dati et expensi. Dominus propter nostrum bonum voluit, ut nos incerti de salute vivamus : quapropter, cum moralem adhibemus diligentiam ne ipsum offendamus, in ejus misericordiam totam nostram curam projicere debemus; et confitentes nos salvari non posse sine ejus gratia, hanc ab eo semper petere debemus cum perseverantia, fiducia, et animi quiete : *Hoc melius est*, dicebat S. *Fransiscus Salesius*, *clausis oculis incedere sub divina Providentia inter tenebras et perplexitates in hac vita. Expedit ut contenti simus, si a Patre spirituali sciamus nos bene incedere, quin causam investigemus. Nunquam periit vir obediens.* S. *Philippus Nerius* affirmabat, quod qui paret confessario securus sit de non reddenda actionum suarum Deo ratione (*In vita l.* 1. *c.* 20.). Et contra S. *Joannes a Cruce* aiebat : non inniti dictis confessarii, superbia est, et fidei inobservantia (*Tratt. delle Spine coll.* 4. § 2. *n.* 8.)

96 Denique confessarius curet, 1. sæpe sæpius colloqui cum hujusmodi pœnitente de nimia confidentia, quam habere debemus in Jesum Christum qui propter nostram salutem mortuus est : et in ejus SS. Matrem, quæ tam potens est, et pia cum iis qui ei se commendant, unde eum hortetur ad vivendum securum de sua salute, semper ac ad Jesum Christum et Mariam confugit : certe enim ipsi exaudiunt. 2. Ei prohibeat, quominus legat libros qui scrupulos excitant; et quominus versetur cum scrupulosis; et si quis erit nimis angustiis affectus, ei vetet, ne concionibus terrore plenis interveniat, et ne conscientiam examinet de iis rebus, de quibus scrupulum, sed irrationabiliter habet. 3. Si scrupulus consistit in timore malis cogitationibus assentiendi (v. g. contra fidem, puritatem, aut charitatem, confessarius sit liber et intrepidus in parvipendendo eum, et in asserendo pœnitenti, has cogitationes esse sibi pœnas, non autem consensus, nec peccata. Et in hoc præcipue ut confessarius utatur illa regula quam assignant DD. (*Lib* 6 (v). *n.* 479.), ut, cum persona est timoratæ conscientiæ, si non est plus quam certa de peccato mortali, debeat judicare illud eam non admisisse : siquidem, ut ait P. *Alvarez*, tantum monstrum possibile non est in animam aditum habere quæ ab illo horret, quin patenter illud videat. Unde prodest scrupulosis interdum imponere, ne penitus de talibus cogitationibus se accusent, nisi certi sint; et cum juramento testari possint se consensum præstasse. Et hic notandum, quod scrupulosi non sint regendi regulis particularibus, sed generalibus : etenim particularibus regulis scrupulosi nunquam deveniunt, ut se expediant, dubitando semper an illa regula valeat vel non pro præsenti casu, qui semper sibi videtur alius ab alio qui a confessario supponitur.

97 Si 4. scrupulus est circa præteritas confessiones, nempe quod in eis non satis explicaverint omnia peccata, aut circumstantias, vel quod defecerint in dolore, confessarius, cum advertat pœnitentem fecisse confessionem generalem, aut per aliquod notabile tempus pluries repetiisse res anteactas; huic imponere debet, ne illas amplius deliberate recogitet, et ne verbum faciat de culpis vitæ præteritæ, nisi cum jurare possit eas fuisse certe mortales, et prætereea certe nunquam in confessione eas dixisse; dum docent DD. (*Lib.* 1 *n.* 16.) scrupulosos, etiamsi ex inadvertentia omisissent aliquod grave peccatum, non teneri (saltem cum de hoc non sint certi) cum tanto incommodo et periculo ad servandam confessionis integritatem, a qua minus quidem incommodum quam hoc jam excusare valet (*Lib.* 6 (v). *n.* 488). Curet in hoc confessarius, ut pœnitens exacte obediat, et si non obedit, eum increpet, privet communione, et rigorose coerceat. Scrupulosi ordinarie cum dulcedine tractandi sunt, sed circa obedientiam magnus rigor cum ipsis est adhibendus; si enim hanc obedientiæ anchoram amittunt, certum incurrunt naufragium, nam aut amentes evadent, aut habenas in vitia relaxabunt.

98. Si 5. scrupulosus pavet peccare in omni re quam agit, huic præcipiat confessarius, ut libere operetur, et scrupulum superet; eique dicat, imo ipsum teneri ad scrupulum vincendum, semper ac evidenter non advertit actionem illam esse certum peccatum; ita cum P. *Segneri* DD. docent (*Lib.* 6 (v). *n.* 476.). Nec obest quod agat cum actuali timore, quin scrupulum deponat (quod est quasi impossibile a scrupulosis exigere); etc-

nim hujusmodi pavor non est verum conscientiæ dictamen, sive formata conscientia, ut *Gerson* bene distinguit, nec verum dubium practicum; nec aufert judicium ante formatum (quod virtualiter perseverat, licet tunc ob impetum timoris non advertatur), nimirum quod ipse non peccat, quidquid agendo quod certum peccatum non agnoscat, tunc enim non contra conscientiam, sed contra vanum illum timorem operatur. Firmiter igitur confessarius hujusmodi pœnitenti præcipiat, ut scrupulum vincat et despiciat, libere agendo id quod scrupulus ei vetat; et insuper injungat, ut postmodum de illo nunquam nec omnino confiteatur.

Quoad scrupulosos, superaddamus observationes patris in exquisita pietate tempore nostro convenienti, dulcissimi Sailer episcopi :

« CE QU'ON ENTEND PAR SCRUPULES DE CONSCIENCE. — L'hypocrite ne saurait être scrupuleux, mais il peut feindre de l'être ; comme c'est là de la fourberie et non du scrupule, nous n'en parlerons pas ici. Le scrupule réel de la conscience, qui a sa source dans le sentiment de sa propre culpabilité et dans une sentence de condamnation que la conscience porte contre elle-même est ce que la honte est pour le péché : une voix qui nous rappelle à Dieu, par conséquent un bienfait. Ce n'est pas non plus dans ce sens que nous l'entendons ici. Le scrupule, tel que nous l'envisageons, est

« 1° Un état de faiblesse intellectuelle, qui fait que nous voyons des obligations, des péchés, des peines, là où il n'y en a pas.

« Le scrupule ainsi entendu n'est pas seulement

« 2° Un état de faiblesse; c'est aussi une sorte de maladie de l'âme.

Le scrupuleux ressemble à une eau trouble, qu'on ne fait que rendre plus trouble encore en essayant de l'éclaircir : chaque idée étrangère ne faisant que remuer le bourbier, ajouter aux angoisses de l'âme et jeter la confusion dans les idées.

« Le scrupuleux, tel que nous l'entendons, ne se trouve à son aise qu'auprès des personnes bonnes et vertueuses, mais qui, n'ayant reçu aucune instruction solide sur Jésus-Christ, sur la conscience, sur l'éternité, sur la loi, sur le péché, etc., sont également incapables de s'instruire elles-mêmes et de se faire instruire par d'autres.

« Le scrupuleux porte en lui-même une quadruple incertitude, qui peut le tourmenter au point de lui donner la mort : incertitude sur la loi, sur le péché, sur la confession et la pénitence, sur le salut. Le scrupuleux ne sait pas si telle action est commandée ou défendue, s'il a violé te commandement, si sa transgression est pé ché véniel ou péché mortel, s'il l'a complé tement confessé, s'il s'en est suffisamment repenti, ce qu'il doit espérer ou craindre pa rapport à son salut.

« Cette situation est un véritable enfer d'autant que le scrupuleux n'y voit poin de délivrance. Au reste, cet état, quelque pénible qu'il soit, n'est pas moins très-salutaire à un grand nombre, puisque l'empressement exagéré d'accomplir la loi maintient le sentiment de la religion et de la vertu, que l'esprit de relâchement détrui dans un grand nombre.

« Cependant bien que la Providence sach comme pour tous les maux, faire tourne cet état d'inquiétude au bien de l'humanité une maladie est toujours une maladie, e réclame un médecin pour la guérir ou du moins pour la calmer.

« TRAITEMENT DES SCRUPULEUX. — Celui qui la Providence a confié un scrupuleu de cette espèce, devra observer les troi degrés par lesquels passe ou passera la maladie, ainsi que les trois époques de son traitement : époque de direction, époque d guérison, époque à la fois de direction et d guérison.

« ÉPOQUE DE DIRECTION. — « Vous n'ave qu'un seul devoir à remplir : incapable d vous diriger vous-même, suivez la direction de l'ami de votre conscience, comme un en fant obéit à la voix de sa mère. Si vou pouvez croire à cette obligation, vous l remplirez. En vous tenant fermement atta ché à la parole de votre ami, vous enchaî nerez d'abord en vous ce noir esprit d'in quiétude, puis vous parviendrez à le chas ser. »

« Voilà tout ce que le confesseur doi dire, ou plutôt faire prédominer pendan cette première époque de direction.

« Tout essai ayant pour objet de guérir pendant cette première époque, par l'éclair cissement proprement dit de l'intelligence non-seulement est un travail inutile, mai il ajoute encore à la maladie.

« L'inquiétude ayant substitué l'imagina tion à l'intelligence, et la conscience étan aussi égarée que celle-ci, le scrupuleux n saurait faire le moindre pas en avant san la confiance en son guide.

« Malheureusement, le scrupuleux es aussi incapable de croire aux vues d'autru que de se sauver par ses propres lumières

« Aussi le confesseur est-il bien souven obligé de supporter le scrupuleux ; et c'es ce qu'il doit faire jusqu'à ce qu'il puisse l diriger.

« La charité, la patience, les prières, le larmes de la compassion, une conduite tout divine dont sera témoin le patient, trouve ront peu à peu accès dans son cœur, et y répandront les germes de la foi et de la con fiance.

« Dès que cette confiance se manifestera

le directeur se contentera de répéter : « Vous ne pouvez être dirigé que par la confiance ; laissez-vous donc conduire, c'est-à-dire croyez et obéissez. »

« Pendant cette époque, il sera bon, 1° qu'un ami cherche à distraire le scrupuleux par des occupations, afin de ne point laisser à sa tête le temps de s'occuper de son intérieur ;

« 2° De lui faire éviter la société de personnes pieuses, il est vrai, mais d'un caractère inquiet et rigide ; car un scrupuleux en empoisonne un autre, et il n'y a point d'atmosphère plus brûlante et plus lourde que celle qui pèse sur les scrupuleux ;

« 3° De le mettre en rapport avec des personnes pieuses, mais libres de scrupule et d'un caractère résolu, afin de rasséréner son esprit ;

« 4° De l'éloigner de la lecture des ouvrages ascétiques ; car si le malade imaginaire trouve en lui-même toutes les maladies qu'il rencontre dans son livre de médecine, le scrupuleux trouve en lui-même tous les péchés dont parlent les ascètes ;

« 5° De lui faire éviter la solitude et de ne point l'abandonner à ses propres réflexions, pour l'empêcher d'être torturé par les sombres images de son scrupule ;

« 6° De l'éloigner de ces sermons virulents et sévères qui ne font que donner au scrupuleux le dernier coup du désespoir.

« DEUXIÈME ÉPOQUE. — Quand la confiance du confesseur est parvenue à enchaîner le scrupule, et qu'une absence continue de toutes ces subtilités qui ne font qu'agrandir l'ombre du péché, a rendu le scrupuleux propre à être instruit, le confesseur recherchera :

« *Premièrement* : Quelles sont, dans l'espèce, les sources du scrupule. Il les trouvera :

« *a*. Dans les fausses idées sur Dieu, sur la loi, sur le péché, sur la pénitence, etc.

« *b*. Dans l'impuissance de distinguer au fond de la conscience la loi d'avec l'imagination, le péché d'avec l'imagination, le langage de la conscience d'avec l'imagination.

« *c*. Pour moi, l'expérience m'a appris que parmi cent scrupuleux, il y en a quatre-vingt-dix-neuf qui ont été précipités dans l'abîme du scrupule par le fantôme de l'intégrité impossible d'une confession, par l'impossibilité de distinguer, à un cheveu près, un péché mortel d'un péché véniel, idée dont s'était remplie de bonne heure leur imagination, et dans laquelle ils avaient été fortifiés par des confesseurs ignorants.

« La source une fois connue, le confesseur ne négligera rien pour la détourner.

« Il supposera, ici encore, l'obligation d'être cru sur parole jusqu'à ce que le scrupuleux soit guéri ; il lui enlèvera successivement ses fausses idées en dévoilant la vérité à ses yeux, — mais en s'adressant plutôt à sa confiance qu'à son intelligence.

« Il ne lui montrera Dieu, qui lui est si souvent apparu comme un Être tyrannique, que sous le côté aimable, comme étant tout amour.

« Il lui fera comprendre que cette inquiétude qui le tourmente est une marque de son amour de Dieu, et une preuve que Dieu est content de lui.

« Il lui fera comprendre que dans cet état d'inquiétude, il ne lui est pas facile de commettre, avec préméditation, un péché même véniel ; par conséquent que tous ses doutes sur le plus ou le moins de gravité de tel péché, ne sont que des absurdités, des résultats de la crainte.

« Il lui fera comprendre que si, dans cet état, il est difficile de commettre un péché avec préméditation, l'Église ne lui demande pas de confession, ni surtout l'éternelle répétition de confessions antérieures.

« Il lui fera comprendre que ce qui n'était pas un péché au moment de l'action n'en saurait devenir un dans la suite, sous prétexte que tel prédicateur ou tel livre ont dit beaucoup de choses sur l'énormité de telles fautes.

« Il lui fera comprendre qu'un pareil état d'inquiétude n'est pas un signe qu'on est dans la disgrâce de Dieu, que dans les souffrances qui surviennent aux gens de bien, l'Amour éternel ne cesse pas d'être amour, puisqu'il établit ceux qui souffrent dans l'humilité et l'obéissance, qu'il les préserve des fautes de l'amour-propre et de la présomption, et les transforme en médecins compatissants envers de semblables malades ; par conséquent que la confiance au directeur et la résignation en Dieu peuvent les retirer heureusement de ce labyrinthe.

« Il lui fera comprendre que les distinctions subtiles des écoles sur les mots *péchés*, *imperfections*, etc., ne sont pas pour lui.

« Après avoir réussi à déposer dans l'intelligence du pénitent des idées plus saines, et à guérir peu à peu son âme, le confesseur devra prendre garde qu'en voulant éclairer l'esprit, il n'affaiblisse le principe du sentiment religieux, et que d'une conscience trop étroite il ne fasse une conscience trop large.

« Quant au conseil de ne point se confesser, le confesseur ne devra pas se montrer trop rigoureux envers les scrupuleux qui ont peine à trouver du repos s'ils ne répètent l'aveu de péchés qui n'en sont pas : la patience du confesseur, plus forte que son pénitent, devra savoir aussi supporter cette faiblesse.

« Quand le scrupuleux ne peut voir que rarement son directeur, sa guérison est à peu près impossible. Mais quand le malade et le médecin habitent plusieurs mois sous le même toit, qu'ils communiquent entre eux comme font des amis et des connaissances, la patience, la sagesse et la force de l'un triomphent des angoisses, de l'ignorance et de la faiblesse de l'autre.

« Ce qui ne saurait être fait que par le médecin des corps, un prêtre, quelle que soit sa sagesse, ne saurait le faire par de simples représentations.

« Ainsi donc, tout le mystère de la guérison proprement dite des maladies de la conscience consiste, premièrement : en ce que le malade croie et espère que votre direction pourra le délivrer des tortures de son intelligence et de sa conscience, et soit disposé à suivre vos conseils ; deuxièmement, en ce que cette foi et cette confiance à vos paroles l'amènent à la paisible contemplation de la vérité dans son intérieur, devenu calme et tranquille.

« ÉPOQUE QUI REND TOUTE DIRECTION ET TOUTE GUÉRISON IMPOSSIBLES. — Le directeur le plus sage, malgré l'excès de sa charité et de sa patience, ne saurait guérir tous les maux ; car il peut se présenter des circonstances si malheureuses, qu'elles rendent toute direction et toute guérison impossibles.

« Arrivée à cette époque, l'inquiétude devient de la fureur ; la fureur, de la démence, la démence conduit au suicide ; si par des moyens de préservation physique et par une assistance armée, vous ne garantissez pas les conséquences terribles de la folie, la vie temporelle de celui dont il n'est plus possible de sauver le moral. Le confesseur doit donc user d'une grande prévoyance pour ne point laisser arriver inopinément cette époque ; il doit avertir les amis, les parents, et dans certains cas l'autorité elle-même, de la nécessité de prendre des mesures de préservation physique.

« Au reste, les histoires du scrupule renferment pour chacun de nous un enseignement particulier ; car elles nous font connaître : 1° les faiblesses de l'intelligence humaine, qui n'a point d'autre guide que la bonne intention ; 2° les voies de la Providence, trop inaccessibles à nos regards pour que l'œil de nos théologiens les puisse apercevoir, d'où il suit que toute la science, soit leibnitzienne, soit anti-leibnitzienne, n'a autre chose à faire qu'à adorer ; 3° elles nous indiquent quels sont les devoirs que doivent remplir ceux qui sont encore debout, s'ils ne veulent pas tomber ; 4° elles nous révèlent la puissance et l'impuissance de la charité, qui, pour un grand nombre, arrive assez tôt pour les sauver, et pour plusieurs, assez tard pour être encore témoin de la misère humaine. » (*Théol. past.* V. p. 41 ad 55).

§ III. *Quomodo se gerere debeat cum personis devotis.*

99. Personis devotioni deditis, quæ frequenter accedunt ad communionem, ordinarie loquendo, insinuandum, ut saltem in qualibet hebdomada sacramentum absolutionem suscipiant. Hujusmodi pœnitentes, si tantum de imperfectionibus confitetur quæ non pertingunt ad culpas certe veniales, dicit *Bonacina* (*Lib.* 6 (v). *n.* 432. *v. IV. Si dubitetur.*) hos absolvi posse sub conditione ; sed hoc non admittendum censeo, nisi perraro, et cum ipsi non possent materiam certam præteritæ vitæ assignare, vel non sine magna molestia. Cæterum dico, quod si pœnitens certam non exhibeat materiam, non debet confessarius angi in eam perquirendo, ut illum absolvat ; et casu quo perquisisset, nec invenisset, non tenetur ei conditionatam absolutionem impertire. Hoc procedit, cum pœnitens confitetur (ut dixi) de defectibus, de quibus dubitatur, an pertingant ad venialia ; at si de certis venialibus confitetur, sed usualibus, sive quotidianis, puta de impatientiis, intemperantiis, distractionibus in officio, in oratione, et similibus, ut absolutio illi præberi possit, spectandum est, an ipse aliquando sibi quantum potuit vim intulerit, ut passionem superaret, quia tunc judicari poterit ejus culpas potius ex humana fragilitate processisse, quam ex defectu doloris aut propositi. E converso, si ille frequenter et sine resistentia in hujusmodi culpas relapsus sit, tunc cum eo agendum tanquam cum recidivo ; juxta dicta *n.* 71.

100. Plura insuper hic notanda : et 1. caveat confessarius, ne his suis pœnitentibus spiritualibus, præsertim fœminis, prohibeat accedere ad alium confessarium ; et cum advertit accessisse, ostendat id sibi gratum fuisse ; imo ipsis imponat, ut aliquando apud alios confiteantur præterquam si quis esset valde scrupulosus, de quo prudenter timeat ne, si ad alium accedat qui ejus conscientiam ignorat, notabiliter esset inquietandus. Caveat pariter confessarius, ne sollicitum se ostendat, se velle alicujus animæ directionem suscipere. 2. Nunquam absque necessitate de aliorum confessariorum defectibus loquatur, sed potius sedulo quærat eos ab aliquo errore commisso excusare. 2 Directionem non suscipiat alicujus qui vult directorem suum relinquere, nisi adsit urgens causa, ut docent *S. Philippus Nerius, S. Franciscus Salesius, S. Carolus Borromæus*, et alii ; ex hoc enim sæpe dissipationes, perturbationes, et quandoque etiam scandala oriuntur. Advertatque, ad mutandum confessarium non satis esse, quod pœnitens aliquam erga eum abominationem sentiat, vel quod videatur verbis ipsius fidem non amplius habere ; ut enim ait

S. Theresia, sæpe est dæmonis tentatio. Unde S. *Franciscus Salesius* sic docet : *Confessarius non est variandus sine gravi ratione. Sed contra neque expedit in hoc esse invariabile, si legitimæ causæ mutationis superveniat.* Cæterum, dicit S. *Theresia* justam esse posse causam mutandi confessarium, defectum bonitatis, ita inquiens : *Si confessarius proclivis alicui vanitati appareat, mutetur*; *cum ipse sit vanus, vanos alios efficiet*. Propterea poterit esse justa causa mutandi, defectus doctrinæ; de hoc tamen certam oportet habere præsumptionem. De cætero, ait *S. Theresia*, quod de dubiis bene potest pœnitens alios doctos directores consulere, imo aliquando hoc omnino expedit. 4. Evitet confessarius partialem se ostendere cum aliquo pœnitente. Quidam ad aliquam animi benevolentiam nimis adjiciunt; cum illa omnem curam, tempus et laborem insumunt. Non negandum quod aliqua anima quandoque majori indigebit assistentia, quam alia ; sed alia est assistentia, alia est adhæsio, quæ efficit, ut parcior cura de aliis pœnitentibus habeatur Ideo expediet, ut confessarius personæ illi indigentiori aliquem diem aut tempus particulare assignet, quin alii incommodum recipiant.

101. 5. In excipiendis confessionibus harum personarum spiritualium confessarius cavere debet, ne nimis attollat vocem, quamvis de peccatis non loquatur : quia ex hoc accidere potest, ut alii expavescant suas culpas confiteri, ob hunc timorem ne confessarius alta voce loquatur. 6. Non sit facilis permittere devotis puellis, ut capillos præcidant, et aliquam induant habitum religiosum; sed curet, ut ipsæ prius per multum tempus in vita spirituali et in virtutibus fixius radices immiserint. Propter istam nimiam facilitatem confessariorum, quot puellæ postea habitum dimittunt, et nuptias ineunt cum scandalo loci, et malo exemplo aliarum! 7. Neque his puellis indulgeat confessarius, ut a viris doceantur legere, et tanto minus scribere. Quot puellæ simplices, quia didicerunt legere, animæ jacturam luxere! Hæc si non est proxima peccati occasio, saltem est non parum periculosa. Si cupiunt talia addiscere, curent doceri ab alia muliere, aut ab aliquo fratre parvulo (et adhuc cum cautela), alioquin eas non absolvat; nec etiam absolvat matres quæ hoc permittunt. 8. Neque concedat fœminis juvenibus ut vagent, ecclesias visitando, utque in ecclesia morentur, plus quam est necessarium, cum perturbatione parentum; sed eas moneat, ut attendant eis parere, labores domesticos amplectendo. Quomodo autem, et quantum confessarius cavere debeat a familiaritate suarum pœnitentium, de hoc sermo fiet *n.* 119. De directione autem animarum spiritualium in toto IX. Capitulo loquemur.

Hic addamus duas sectiones supra laudati Germani Sailer Episcopi :

« I. — *De la conduite du confesseur envers ceux qui marchent sur la voie royale de la régularité.* — Il y a des hommes qui n'ont commis aucun de ces péchés terribles pour lesquels ils puissent être traînés devant le tribunal de l'autorité, et qui, même en ce qui concerne les devoirs de la conscience, ne se sont rendus coupables d'aucune faute grossière. Ils ne sont point cruels envers le prochain, assistent à l'office divin et jouissent de la réputation de gens qui ont une vie réglée.

« Ces sortes de chrétiens, le confesseur les introduit dans leur propre cœur, et leur ouvre le sanctuaire de la religion chrétienne. « Il ne suffit pas à des chrétiens de ne se sentir coupables d'aucune faute grave, d'aucun péché proprement dit. L'égoïsme est un péché qui nous est commun à tous; il le faut combattre dans toutes ses manifestations, l'attaquer dans toutes ses racines. Il n'y a de vraiment chrétien aux yeux de Dieu que celui qui est oint de l'esprit de Jésus-Christ, il n'y a de vraie justice aux yeux de Dieu que la nouvelle créature, la foi vivante, active dans la pure charité, féconde en bonnes œuvres et qui persévère patiemment jusqu'à la fin, qui maintient son corps dans l'assujettissement continuel de l'esprit, et l'esprit dans l'obéissance continuelle envers Dieu. Voilà celui qu'on nomme disciple de Jésus-Christ. La vraie adoration de Dieu transforme en temple d'abord le cœur, puis la maison et ensuite la vie publique de l'homme, enfin elle se manifeste et se vivifie dans les temples des chrétiens. Ce ne sont ni les allures du monde, ni les habitudes de la société, ni les jugements de la foule, mais l'Évangile qui doit être notre modèle, Jésus-Christ qui doit être notre exemplaire, son esprit notre guide; c'est la charité sainte, qui a son fondement en Dieu, et qui s'est immolée pour les hommes, qui doit être notre loi. »

« Ces pensées, présentées d'après le degré d'intelligence, les besoins, la position, la vocation, l'état moral du pénitent, et reproduites incessamment sous toutes les formes, feront progresser de plus en plus le chrétien dans la vraie connaissance de Dieu et de Jésus-Christ, qui est la véritable vie

éternelle (*Jean.* XVII, 14). » (*Théol. past.* lib. V. n. 72.)

II. ***De la conduite du confesseur envers ceux qui ont fait toute espèce de promesses.*** — Plus d'un ignorant raconte au confessional qu'il a fait toute espèce de vœux, et il demande ce qu'il doit faire : « J'étais malade, dit-il, je souffrais de grandes douleurs aux pieds; or, j'ai promis que si je recouvrais la santé, j'offrirais sur l'autel deux jambes de cire; que j'irais trois fois, en me traînant, à la première église de pèlerinage; que je visiterais une chapelle trois vendredis; que je jeûnerais trois vendredis de suite. »

« Ces promesses témoignent manifestement d'une grande ignorance; elles prouvent au confesseur qu'il y a pour lui nécessité de donner au pénitent des idées plus saines, et d'imprimer à sa piété une direction nouvelle. Voici ce qu'il pourrait lui dire : « Au lieu d'offrir sur l'autel des jambes de cire, donnez aux pieds nus des enfants de votre village des bas et des souliers, afin qu'ils puissent sortir en hiver et aller à l'école; car il est écrit : « J'ai été nu, et vous m'avez revêtu. » Jésus considère comme fait à lui-même tout ce que nous donnons aux pauvres. Jésus sur l'autel n'a pas besoin de jambes de cire; mais Jésus, dans la personne des pauvres, a besoin d'être bâtir contre le froid. Au lieu d'aller trois fois, en vous traînant, à un pèlerinage voisin, au grand divertissement du monde, de ramper trois fois autour de l'église, surveillez vos domestiques, vos fils et vos filles, quand ils travaillent dans les champs, dans la forêt, chez vous, et voyez s'ils se comportent avec décence et honneur; faites en sorte que le dimanche ils assistent assidûment au sermon et au catéchisme; car il est écrit : « Celui qui n'a pas soin de ceux de sa maison, est pire qu'un païen. » Au lieu d'aller le vendredi visiter une chapelle lointaine, envoyez quelque chose à manger à votre pauvre voisine qui n'a point de soupe chaude; ou bien, allez visiter et consoler ce vieux malade de votre village; car il est écrit : « J'ai été malade, et vous m'avez visité; j'ai eu faim, et vous m'avez rassasié. » Au lieu de vous affaiblir le vendredi par un jeûne entier au milieu de vos rudes travaux, abstenez-vous trois dimanches de suite de fréquenter l'auberge; restez à la maison, près de votre femme et de vos enfants, et examinez s'ils ont été laborieux, studieux, etc. »

« Cet exemple montre aux directeurs des consciences sur quoi doit se porter leur attention s'ils veulent donner aux promesses de ces bonnes âmes une direction meilleure; elle doit se porter :

« 1° Sur le changement de l'intérieur;

« 2° Sur l'observation exacte des devoirs de la vocation;

« 3° Sur les nécessités pressantes des autres hommes;

« 4° Sur les vérités fondamentales de la religion, sur la charité, la piété. « (*Theol. past.* lib. V· n. 77).

§. IV. *Quomodo debeat se gerere confessarius cum mutis et surdis?*

102. Si mutus esset etiam surdus, ut ordinarie evenit, ad ejus confessionem excipiendam oportet eum adducere in aliquem occultum locum, ad exigendum quoddam signum suorum peccatorum et doloris, meliori modo quo potest. Sed priusquam eum audiat, curet confessarius instrui ab ejus familiaribus de ipsius vitiis, et de modo tenendo, ut eum percipiat, et ab eo percipiatur; et cum aliquod jam perceperit ejus particulare peccatum, cum signo doloris, illum debet absolvere. Sed ego semper eum sub conditione absolverem, nisi quamdam moralem certitudinem haberem de sua dispositione.

103. Mutus si sciret scribere, juxta nostram sententiam (*L.* 6 (v). *n.* 479. *v. Quær.*), ipse tenetur ad confitendum per scripturam; qui enim tenetur ad finem, tenetur etiam ad media ordinaria. Dico *ordinaria*, quia scriptum non esset muto ordinarium, si alioquin magnum ille deberet laborem subire ad suam confessionem explendam, aut si manifestationis periculum esse posset.

104. Si unquam accederet ad confessarium mulier surda, aut surdastra, et confessarius in progressu confessionis, interrogans de circumstantiis peccati confessi, adverteret eam esse surdam, dubium fit, an confessarius possit illi alta voce dicere, ut redeat alio opportuno tempore et loco; casus hic sæpe in missionibus accidit, et valde quandoque missionarios angit. Ego sic agendum puto : si illius surditatem sub initio confessionis noverit, tunc libere potest ei imponere ut redeat. At si in progressu confessionis id adverteret, eo quod pœnitens minime adæquate interrogationibus respondet, tunc nequit confessarius ei injungere alta voce ut redeat, ita ut circumstantes hoc audiant; quia suspicionem quidem illis ingereret, quod pœnitens confessa sit de aliqua gravi culpa, aut saltem dubie gravi; quapropter eo casu, etiamsi ipsa de aliquo mortali fuerit confessa, eam absolute absolvat, si dispositam agnoscat; alioquin absolvat sub conditione, et enim, ne sigil-

lum frangat, tunc nequit certiorari de illius dispositione, neque (ut dixi) potest ei injungere, ut redeat ; et tunc levem ei imponat pœnitentiam, cum satisfactio illa obsurda tum etiam ab aliis audienda esset (*l. c. n.* 614. *v. Petes.*).

§. V. *Quomodo se gerere debeat cum moribundis?*

105. Confessarius in excipiendis moribundorum confessionibus, non debet tam exacte procedere circa numerum et circumstantias ; præsertim si jam accessisset sacerdos cum Viatico, aut si medicus instaret, ut cito Viaticum sumeretur; tunc enim melius est ad dispositionem pœnitentis, quam ad confessionis integritatem attendere. Sufficit tunc imponere infirmo, ut, cum convaluerit, confessionem repetat. Et satisfactio sit levissima, imponendo proportionatam pro tempore quo ille convalescet; vel satis erit ei injungere, ut reddat tempore sanitatis. Vulnerati, et puerperæ, quæ ordinarie nequeunt ab assistentibus deseri, sufficit ut se accusent generice de suis peccatis, et in particulari de aliqua culpa levi, cum proposito integre confitendi si convalescant. Advertat confessarius, quod si moribundus teneatur ad aliquam restitutionem, quam valeat tunc implere, ei imponere debet, ut statim faciat; et non sufficit, quod de illa onus hæredibus relinquat; alias eum non absolvat (*Lecca auctorem Instructionis conf.* [illegible] *c.* 14.).

106. Si autem infirmus notabilem [illegible] subiturus esset perturbationem animi, in audiendo quod deberet Viaticum accipere, probabile est (*Lib.* 6 (v). *n* 285. *Dub.* 4.) posse parochum Eucharistiam ei præbere, reticendo solita verba : *Accipe, frater Viaticum*, etc., sed proferendo ordinaria verba communionis : *Corpus D. N. Jesu Christi custodiat*, etc.

107 [illegible] confessarius adverteret moribundum [illegible] in statu, quo teneretur [illegible] extremam unctionem, et ille [illegible] ; [illegible] faciet ei magnos effectus hujus sacramenti, quod grandem præstat animæ fortitudinem ad obsistendum in [illegible] agone dæmonum tentationibus; etiam solvit a culpis venialibus, et etiam a mortalibus, si occultæ sint, et insuper sanitatem adhuc corporis confert, [illegible] animæ saluti expedit; sed hanc sanitatem non præbet, si moribundus eo devenit, ut nequeat amplius nisi per miraculum convalescere ; quia sacramentum per viam ordinariam tantum operatur, causas naturales coadjuvando. Si vero hoc non obstante infirmus non acquiesceret, et pergeret nolle ungi, valde probabiliter plures DD. docent (*l. c. n.* 733.), cum lethaliter peccare, saltem adversus charitatem erga seipsum, cum ultro se privet tanto auxilio in tanta necessitate.

Ad hanc sectionem datam ab Alphonso nostro valde concisam, adducamus sequentia quæ citamus quoque in nostro Bergier[1] art. MALADES (visite des) ex L. Bendel :

« Il y a des cas exceptionnels.

« 1° Quand le malade est frappé subitement, quand il est victime d'un accident qui fait craindre une mort rapide, il faut que le prêtre utilise raisonnablement le peu de temps qu'il a devant lui. Il ne s'agit pas de longs entretiens, de discours doux et onctueux, d'examen scrupuleux de la conscience. Si le malade peut encore parler ou donner quelque signe, le prêtre tâchera d'en obtenir l'aveu du péché qui peut être son péché capital, et de renfermer tous les autres péchés dans un acte unique de contrition, il lui fera, per exemple, comme œuvre satisfactoire, frapper trois fois sa poitrine, ou baiser le crucifix, et lui donnera l'absolution, dont la formule, en cas de nécessité, peut être abrégée et réduite aux paroles essentielles. Si le malade ne peut ni parler ni donner signe de vie, le prêtre prononcera en son nom un acte de contrition et lui donnera conditionnellement l'absolution. Si le patient a été mortellement blessé dans une rixe, il faut tâcher de le calmer, de le disposer au pardon et de l'amener à s'en remettre à la miséricorde divine, Si c'est un suicidé qui s'est manqué, il faut le traiter d'abord avec douceur, jusqu'à ce qu'il soit revenu à l'usage normal de ses facultés. Alors il faut s'adresser sérieusement à sa conscience pour le réconcilier avec Dieu. Persévère-t-il dans son irritation contre Dieu et demeure-t-il sans repentir de son crime le prêtre ne peut donner l'absolution ni lui administrer les sacrements.

« 2° Quand les malades sont dans des dispositions tout à fait mondaines, et quand, malgré le danger, ils ne veulent ni entendre parler de la mort, ni se détacher du monde, il faut que le prêtre tâche de rompre ce charme, de dissiper cette illusion, de ramener l'attention du patient sur la crise définitive qu'il traverse. Le patient devrait-il prendre de l'impatience, se trouver mal à l'aise, le prêtre n'en doit être ni effrayé ni rebuté. Cette inquiétude peut être l'avant-coureur de la paix véritable.

[1] *Dictionnaire de théologie* [illegible] *et de la seconde* [illegible] xixe siècle par l'abbé Le Noir. Paris, Vivès, 1873 et S.

« 3° Quand la maladie est chronique, longue, pénible, le prêtre doit lutter contre la lâcheté et l'impatience du pénitent. Plus le malade, dans ce cas, se croit abandonné de Dieu et du monde, moins le prêtre doit le délaisser ; il doit écouter les plaintes, les approuver à certains égards, les offrir à Dieu, qui, dans sa miséricordieuse sagesse, en a ordonné ainsi, et n'a jamais laissé sans secours le serviteur qu'il éprouve. Prendre part aux douleurs, marquer sa commisération, c'est les soulager, c'est consoler puissamment celui qui les endure. Un des meilleurs moyens de fortifier le malade est de lui faire méditer tous les jours un des moments de la Passion de Notre-Seigneur.

« 4° Quand le malade est un pécheur endurci, il n'est pas aisé de le ramener.

« L'ivrogne est le plus facile à convaincre et à porter à de bonnes et sages résolutions, auxquelles, il est vrai, trop souvent il manque quand la santé revient. Le voluptueux est plus difficile à manier, surtout quand l'objet de ses affections illégitimes demeure sous le même toit que lui. Dans ce cas il faut insister sur le renvoi de cette personne, et, si ce renvoi excitait trop l'attention, il faut exiger au moins qu'elle ne serve pas le malade et qu'elle s'en éloigne. D'anciennes et d'irrémissibles inimitiés créent de cruels embarras au confesseur; il faut qu'il parle et agisse avec prudence et modifie son langage suivant que le patient est l'auteur ou la victime de l'outrage ou de l'injustice. Il devra, dans beaucoup de cas, entreprendre lui-même l'œuvre de la réconciliation.

« 5° Quand le malade a une restitution à opérer, il faut avant tout réveiller en lui la conviction que toute injustice demande réparation, que tout bien mal acquis exige restitution, et il faut examiner si la restitution est possible ; si elle ne l'est pas, il faut ne pas inquiéter davantage le malade, et lui montrer que dans ce cas le devoir cesse ou que du moins l'obligation est prorogée. Si la restitution est difficile, le confesseur peut offrir d'intervenir auprès de la partie lésée pour obtenir un allégement, toutefois sans trahir jamais le malade. Si la restitution est possible, il faut y tenir strictement, et le prêtre peut ou s'offrir pour l'accomplir, ou engager le malade à désigner une personne de confiance. Il ne faut pas oublier que les calomniateurs sont tenus à réparation.

« 6° Quand la malade est une personne hystérique, la conduite à tenir est non-seulement difficile, mais, surtout pour de jeunes prêtres, dangereuse. Ces malades prennent volontiers une direction religieuse, et, entrées dans cette voie, elles se portent facilement aux choses extraordinaires. Elles prétendent avoir des extases, des visions et d'autres grâces surnaturelles ; elles se disent agitées, tourmentées, poursuivies par les démons. Comme ces malade d'ordinaire se trompent elles-mêmes ou cherchent plus ou moins méchamment à tromper, il faut que le confesseur agisse avec une extrême prudence, se garde de favoriser ces singularités et même s'y oppose, au risque de méconnaître des grâces qui sortent réellement de la commune. Il faut ramener la malade aux pratiques religieuses les plus vulgaires, et la convaincre autant que possible que les singuliers phénomènes dont elle est l'objet sont imaginaires. Ces malades peuvent devenir dangereuses pour le confesseur en inspirant facilement un sentiment de sympathie qui peut se changer en affection particulière, en passion. Les malades elles-mêmes sont toutes disposées à ce sentiment par la reconnaissance qu'elles éprouvent des soins qu'on leur donne, par l'attachement naturel et légitime qui en résulte, par la disposition instinctive qu'elles ont à s'enflammer sans souvent qu'elles le sachent ou le veuillent. Ces rapports exigent par conséquent la plus grande vigilance de la part du prêtre, pour ne pas tomber dans des embûches dont il a peine ensuite à se tirer. Une certaine froideur dans le langage et les manières, des visites rares, faites, autant que possible, en présence d'autres personnes, sont d'utiles préservatifs. D'ordinaire l'intervention de la médecine est nécessaire pour guérir les malades de ce genre

« 7° Enfin les cas les plus difficiles sont ceux que présentent les maladies mentales, les fous, les insensés. Quoiqu'il soit rare de pouvoir administrer les sacrements à ces personnes, on ne doit cependant pas renoncer à toute sollicitude pastorale à leur égard. Le traitement de ces malheureux réclame une étude spéciale, des qualités particulières, une vocation peu commune. Il ne s'agit pas seulement d'hygiène, de thérapeutique et de police avec les fous; il s'agit d'une charité active, d'un dévouement intelligent, d'une cure morale, pour laquelle on sait que les ordres religieux spécialement consacrés au soin des maladies mentales ont une aptitude et des grâces particulières...

« Il est peu d'actes du ministère sacré plus propres à assurer au prêtre la confiance des familles et celle de leur paroisse que la visite des malades. L'abnégation, le sacrifice qu'exige l'accomplissement de ce devoir, d'une part, et, d'autre part, le sentiment du service important que le prêtre rend au malade, disposent même les esprits les plus hostiles en faveur du curé qui remplit consciencieusement son devoir. En outre le prêtre, au lit du malade, fait des expériences que nulle autre circonstance ne produit aussi fréquentes et aussi complètes. Il arrive aussi plus d'une fois que le prêtre en instruisant le malade fait un retour salutaire sur lui-même et guérit son âme en sauvant celle des autres. »

II. Liber sextus *Theologiæ pastoralis* Ratisbonensis episcopi, in hoc tractatu multoties laudati, objectum habet agendi rationem confessarii circa moribundos et ægrotos;

ex eo libro, ad complendum divum auctorem nostrum, loca etiam quæ nobis videantur utiliora excerpamus :

« J'ai exposé, inquit D. Sailer, dans la petite Bible que j'ai publiée à l'usage des malades et des mourants, la culture de l'âme et du cœur qui fait l'objet de la mission du prêtre ; elle sera pour les candidats au ministère des âmes un *vade mecum* dans les visites qu'ils feront aux infirmes. Je me contenterai ici d'exposer dans un jour nouveau les principes fondamentaux de cette haute cure des âmes.....

« Tout ce que le pasteur prononce, fait, dispense auprès du lit des malades, ne doit avoir d'autre sens et d'autre but que de faire naître et de fortifier la vie éternelle dans le malade et le mourant. Les principes sont donc ceux-ci :

« I. Les visites que le directeur spirituel fait aux malades doivent être spirituelles.

« II. Pour que ces visites soient spirituelles, il faut que le directeur spirituel soit lui-même spirituel, qu'il possède et montre en lui-même la vie éternelle, afin de pouvoir la faire naître et la fortifier dans le malade.

« III. Pour que l'ecclésiastique puisse communiquer au malade la vie éternelle, l'éveiller et la fortifier en lui, il faut que Jésus-Christ vive dans le prêtre et y soit en quelque sorte visible ; comment, en effet, pourrait-il le faire, si la parole de Jésus-Christ, la force de Jésus-Christ, l'esprit de Jésus-Chrit ne parlaient pas en lui, n'agissaient pas par lui ?

« IV. Pour que l'esprit de Jésus-Christ vive dans l'ecclésiastique et se manifeste en lui dans ses visites aux malades, il faut non-seulement que son âme soit détournée du péché et tournée vers Dieu ; il faut que chaque visite qu'il fait aux malades resserre les liens qui l'unissent à Dieu, et qu'il n'apparaisse jamais devant le malade qu'après avoir ainsi renouvelé son âme. Cette transformation du sens intérieur fonde en nous la vie éternelle, et ce renouvellement la conserve ; transformation et renouvellement qui sont les deux conditions fondamentales de la haute direction des âmes.

« V. Comme ce renouvellement de l'esprit avant la visite des malades et cette réunion de l'âme avec Dieu sont une même chose, le pasteur n'ira jamais trouver son frère sans avoir fait la prière de l'esprit et du cœur ; car c'est cette prière qui recueille l'âme, l'élève et l'unit à Dieu ; c'est elle qui, après l'avoir ainsi renouvelée, communique à l'homme intérieur une force, un essor, une vie nouvelle.

« VI. Si le pasteur est obligé de faire naître et de fortifier la vie éternelle dans le malade, et par conséquent de maintenir son union avec Jésus-Christ, il est clair qu'il ne saurait par lui-même opérer ce grand ouvrage ; car la vie éternelle, ce n'est pas l'homme, mais Dieu ; l'homme n'est que le vase qui reçoit la vie éternelle qui lui arrive de sa source : il ne peut que communiquer ce qu'il a reçu. Ce n'est donc pas le pasteur comme homme, qui peut réunir le malade à Dieu ; mais c'est Dieu en Jésus-Christ qui, par l'organe du prêtre, produit et fortifie la vie éternelle dans le malade.

« Si donc la confiance en Dieu, source de la vie éternelle, doit accompagner le pasteur auprès du malade, l'humilité ne saurait non plus lui faire défaut ; car les malades appartenant non au pasteur, mais à Dieu, ce n'est pas la parole du pasteur qui vivifie le malade ; mais c'est la parole de Dieu, qui passe par sa bouche pour arriver au cœur du malade.....

« Celui qui, dès qu'il est question d'un mourant, ne s'occupe que de la puanteur d'un cadavre en putréfaction, de la figure pâle et décharnée du malade, du danger d'être infecté de sa maladie, celui-là ne maîtrisera jamais son imagination. Bien différentes seront les dispositions de celui qui se dira sérieusement et fréquemment à lui-même : Vous aussi vous serez obligé un jour, et bientôt peut-être, de franchir ce passage. Or, que diriez-vous si, étendu sur votre lit, nul médecin, nul garde-malade, nul prêtre ne venait vous rendre visite, crainte de gagner votre maladie ? Eh bien, ce que vous ne voulez pas qu'on vous fasse à vous-même, et ce que l'on vous ferait certainement, si l'on était aussi faible et aussi timide que vous, ne le faites pas aux autres. — Des enfants peuvent craindre de visiter des malades, mais des hommes qui doivent avoir appris à voir la mort en face sans être troublés, jamais ! — Dieu, qui est la source de la vie, en est aussi le maître. Puisque c'est lui qui l'a donnée, il peut la redemander quand il lui plaît. L'air empoisonné peut attaquer le peureux même quand il n'est pas près du lit d'un malade, de même qu'il peut, si c'est la volonté de Dieu, laisser intact le pasteur zélé qui s'acquitte de son devoir. Obéissez à votre maître, et ne craignez point la nature ; elle ne peut rien contre celui sans lequel elle n'est rien. Vous et elle devez obéir à la volonté de Dieu ; ce qu'elle fait sans le savoir, vous devez le faire sciemment : vous, accomplir la volonté de Dieu, quand l'esprit de Dieu vous pousse, et elle, se soumettre à la puissance de Dieu. — La crainte empoisonne plus que la maladie. — Celui qui remplit fidèlement son devoir est honoré de Dieu et des hommes ; mais celui qui laisse mourir sans secours un frère malade, afin d'échapper lui-même au danger de la mort, n'est pas digne de s'appeler disciple de Jésus-Christ, et encore moins son ministre ; car il aime plus sa vie que Jésus-Christ et que le troupeau qu'il lui a confié. — En général le danger de mort est rarement aussi grand que le fait la crainte de la mort. — Rien n'est plus beau que de mourir en travaillant

au salut des hommes, pour lesquels Jésus-Christ est mort le premier. — Celui qui meurt au service de l'amour, celui-là n'est point mort aux yeux de Dieu, qui est Amour : il n'a fait que déposer son enveloppe, pour ne plus faire qu'un avec la Charité même. En méditant soir et matin sur ces considérations et autres semblables, on aura la force de rendre aux malades tous les soins que prescrit l'amour du prochain.

« Le pasteur exercé, tout en ne craignant pas la mort, ne néglige ni les bons conseils, ni les précautions, ni les préservatifs nécessaires pour se mettre en garde contre la contagion. Il veille, autant qu'il le peut, à ce que l'air de la chambre du malade soit renouvelé, surtout avant sa visite; du vinaigre répandu sur du fer ou sur une pierre chaude, rend en ce cas de bons services. Dans la chambre du malade, il se tient de manière à ne pas recevoir directement dans la bouche ou dans les narines, l'air vicié qu'exhale le malade. Il ne reste pas dans la chambre plus longtemps que son devoir ne le lui prescrit; mais il va prendre un air, plus pur soit au dehors, soit dans des chambres aérées et placées vers l'orient. Aussi longtemps qu'il est dans la chambre du malade, il ne doit pas avaler sa salive, et dès qu'il est arrivé chez lui il doit changer de linge, se laver le visage, la bouche et les mains avec du vinaigre et de l'eau fraîche. En courant auprès des malades, il doit se mettre en garde contre tout échauffement; car alors son corps serait plus susceptible de recevoir les émanations malsaines. Heggelin et d'autres hommes de prudence, quand ils visitaient des malades, emportaient toujours avec eux du « vinaigre des quatre voleurs, » ou de la « graine de genièvre, » pour se préserver des mauvaises influences. Comme les visites du matin peuvent être plus nuisibles au pasteur quand il les fait avant d'avoir déjeûné, il aura soin, aux époques de contagion, de ne point dédaigner cette précaution. Au reste, qu'une âme exempte d'angoisses et de soucis, confiante en Dieu, et libre des imaginations exagérées, soit le meilleur préservatif, nous n'avons pas besoin de le répéter.

Le pasteur se familiarise peu à peu avec le spectre de la mort, quand les premiers malades qu'il visite ne sont infectés d'aucune maladie contagieuse, et qu'il est témoin d'une mort pieuse et édifiante. Il la voit telle qu'elle est, et plus il la contemple, moins il la craint. Sans doute que le côté terrible de la mort ne disparait jamais; mais le côté religieux qu'elle présente, élève l'âme, et les horreurs mêmes de la mort ne laissent pas de fortifier le prêtre, qui se sent en quelque sorte mourir avec le mourant. Ce n'est pas le mépris stoïque de la mort, mais l'art de l'envisager chrétiennement, qui est une médecine de l'âme, et un antidote contre la crainte du trépas. Celui qui a l'occasion de voir mourir un malade, ne doit jamais la laisser passer; car assister aux derniers moments d'un chrétien est encore beaucoup plus instructif qu'assister au lever du soleil. Mortel ! à chaque instant il meurt quelque chose de votre vie temporelle, et la mort vous est encore si étrangère !

« Celui qui fait ses premières visites aux malades en compagnie d'un pieux pasteur, apprend plus dans une visite qu'il ne pourrait le faire dans tous les livres. « Si celui-ci ne craint ni le danger ni la mort, pourquoi la peur du malade me rendrait-elle malade, et pourquoi la frayeur de la mort me ferait-elle mourir à moitié ? » . .

« Si le pasteur veut communiquer à l'âme du malade une vie nouvelle, il faut qu'il devienne

« *Le coopérateur de Dieu dans l'œuvre de la purification du malade.* « Ce qui souille encore votre cœur, c'est l'esprit du monde; l'attachement aux biens de la terre, aux voluptés de la chair, à l'honneur des hommes. Donnez-vous à Jésus-Christ; avec son esprit vous pouvez vaincre l'esprit du monde; croyez, aimez, combattez : celui qui est la pureté même vous purifiera; celui qui est mort pour vous veut vivre en vous : il veut être l'âme de votre âme, la vie éternelle de votre esprit. »

« *Le coopérateur de Jésus-Christ dans l'œuvre de la tranquillisation du malade.* « Dieu est amour; le Père a sacrifié son Fils; afin que, croyant en lui, nous obtenions par lui la vie éternelle. Il pardonne, il justifie, il donne son esprit, et avec lui la paix et la joie : ne souffrez en vous aucun attachement, soit intérieur soit extérieur, au péché, cette inimitié radicale contre Dieu et sa Providence; ne soyez rien à vos propres yeux, afin qu'il puisse être tout en vous; ne vous confiez pas en vous-même, ni en d'autres hommes; confiez-vous uniquement en lui, afin qu'il soit vo[illegible] »

« *Le coopérateur de Dieu dans l'œuvre de la fortification du malade.* « C'est lui qui vous a appelé à la vie, qui vous a dirigé jusqu'ici et qui continuera à le faire. Il est et demeure votre Dieu, même à la mort, car il est le Dieu des vivants. L'amour, la vie éternelle, qu'il vous a donnés, ne meurent point. — Vous ne mourrez point. Il y a beaucoup de demeures dans sa maison; contentez-vous de croire, en attendant que vous puissiez voir; supportez les courtes fatigues de ce pèlerinage terrestre; bientôt vous arriverez au terme; alors vous serez à la maison, et il n'y aura plus de pèlerinage. »....

« Quiconque perd de vue ces conditions préalables et ne se soucie pas de l'état réel du malade, ne sera au chevet du mourant qu'un vain discoureur, un consolateur importun, un faux prophète. Un vain discoureur, s'il parle de l'accroissement de la pureté, alors que l'égoïsme et l'impiété n'auront point disparu, que le fond du cœur n'aura point été purifié. Un consolateur

importun, s'il veut verser la paix divine dans une âme que captivent encore les plaisirs du monde, et qui ne peut ni sentir en elle-même une aspiration vers cette paix divine, ni l'éprouver en restant attachée aux voluptés de la terre. Un faux prophète, s'il promet le royaume des cieux à ceux à qui on n'a pas encore rabattu le dos de chameau qui les empêche de passer par le trou de l'aiguille......

« Celui qui veut être le coopérateur de Dieu dans l'œuvre de la purification, de la consolation et de la fortification de l'âme humaine, auprès du lit des malades, doit connaître le point de vue divin où il faut se placer pour considérer les souffrances et les douleurs ; il doit connaître les ennemis que rencontre un malade pieux et vertueux, les principales erreurs et bévues que commettent les hommes par rapport à la santé du corps et de l'âme...

« Les fréquentes visites, l'étiquette qu'on observe dans la chambre du malade, l'affluence des médecins, les larmes du conjoint, les supplications des héritiers qui demandent qu'on ne trompe pas leurs espérances, les changements subits de la maladie, les douleurs qui précèdent une dissolution prochaine sont des causes suffisantes pour que la vérité éprouve autant de difficultés pour arriver jusqu'au lit du malade, qu'elle peut en éprouver pour parvenir jusqu'à l'oreille d'un souverain. Cependant si les préjugés du malade, son entourage, la marche de la maladie rendent difficile l'accès auprès du mourant, il n'est pas moins vrai de dire que ce sont les dispositions du malade lui-même qui rendent le plus difficile l'entrée dans son cœur.

« *a*. Il se trouve parmi les malades, des pécheurs profondément endurcis et en quelque sorte pétrifiés, qui, par leur défaut de sentiment pour les choses saintes, par leur sauvage arrogance, par un silence de plomb interrompu quelquefois par des imprécations et des blasphèmes, montrent suffisamment que Dieu n'est rien pour eux, que la vie du corps est leur tout, qu'ils considèrent la vertu comme un non-sens et l'immortalité comme un rêve. Dans ce cas, le pasteur trouvera aussi peu de place dans la chambre du malade, que de religion dans son cœur. Que si, ignorant de quel esprit est le malade, il se hasardait de franchir l'escalier et d'avancer de quelques pas, on le repousserait comme un fanatique, on l'accablerait d'injures, ou du moins on le considérerait comme n'étant propre qu'à aggraver encore la maladie.

« *b*. On trouve parmi les malades des âmes bonnes mais timides, qui sont comme martyrisées par cette idée qu'on ne saurait et qu'il n'est pas permis d'être pleinement rassuré par rapport à son salut. Dans une telle situation, le prêtre qui apportera ce baume céleste : « Le Saint-Esprit répand la charité dans le cœur, et la charité produit l'espérance, laquelle ne sera point confondue, » sera certainement bien accueilli, si cette doctrine consolante de l'Apôtre n'est pas repoussée par la frayeur, jusqu'au moment où le pasteur sera parvenu à chasser le *démon de la peur*.

« *c*. Il y a, parmi les malades, de ces chrétiens comme on en voit tous les jours, qui ont partagé leur vie entre le péché et la pénitence, entre la pénitence et le péché. Chez eux la crainte de la mort domine facilement, et il n'est pas aisé de leur faire dire adieu aux choses du monde, parce qu'ils n'ont pas entièrement changé de dispositions et qu'ils n'ont pas encore l'avant-goût de l'éternité.

« *d*. Parmi les malades, il y a des pécheurs d'habitude, ralentis, il est vrai, par la maladie, mais qui n'ont pas encore saisi Jésus-Christ. Ceux-là, la tentation les attend sur le chemin pour leur inspirer des pensées de désespoir.

« *e*. Les malades qui sont exposés à laisser à leurs contemporains des dettes non acquittées, un grand nombre d'enfants non encore élevés, quantité de scandales non réparés, prouvent par leur désolation qu'ils sont victimes de cette pensée terrible, « qu'il leur est impossible d'être sauvés. »

« *f*. La plupart des malades renvoient l'unique et grand œuvre de leur conversion à un moment où la maladie menace de leur enlever tout à la fois le sentiment et la vie.

« Ce n'est pas seulement par rapport à la guérison de l'âme, mais encore en ce qui touche à la guérison du corps, que les préjugés et les abus se font jour autour du lit d'un malade. Quelques-uns, afin d'épargner de l'argent, préfèrent le chirurgien du village jusqu'à ce que tout soit gâté; alors seulement ils appellent le médecin : ceux-là préfèrent quelques francs à leur santé. D'autres font venir le médecin, mais ils ont soin de renverser les remèdes sous leur lit, ou de les faire jeter par la fenêtre. D'autres se font apporter du vin, de la bière et autres nourritures défendues, et se plaignent que la médecine ne fasse pas d'effet. Les uns ayant un médecin qui va publiquement dans la maison, et un autre qui opère en secret, il arrive que le malade prend tantôt le remède de celui-ci, tantôt le remède de celui-là. Les autres, surtout parmi les gens de la campagne, n'ont confiance ni au chirurgien du village, ni au médecin : mais ils sont tout disposés à avaler les pilules d'un droguiste, d'une vieille femme, d'un marchand ambulant ou d'un charlatan. Il faut dire aussi que plusieurs ont la petite maladie du grand Frédéric : ils murmurent et contre le médecin et contre la médecine, si, une heure après qu'ils ont pris le remède, ils n'en sentent point les effets.

« Si le pasteur, auprès du lit des malades, a pour principale mission de tran-

quilliser et de fortifier l'âme souffrante, il doit encore, outre son propre devoir, connaître celui du médecin, du garde-malade et des personnes de la maison, afin de pouvoir, par ses prières, ses conseils, ses exemples, les engager à le remplir. Elle est grande la puissance que donnent à l'homme son ministère, sa dignité, son caractère et la confiance des familles. Sa présence seule est une loi.

« Celui qui veut remplir la mesure des devoirs qu'impose la haute direction des âmes, doit savoir adapter sa conduite à la situation et à la disposition d'esprit du malade, se conformant en cela à la pratique du médecin, qui traite un malade dont l'indisposition ne révèle encore aucune trace de danger, autrement qu'une personne atteinte d'une maladie mortelle.

« Le pasteur qu'anime l'esprit de la haute direction des âmes saura le manifester dans son extérieur, dans sa démarche, dans ses gestes, dans ses paroles, dans son accent et dans ses actes.

« *a*. Il ne va jamais auprès d'un malade sans avoir excité en lui la foi en Jésus-Christ, et sans avoir invoqué l'auteur de tout don parfait, afin qu'il ouvre le cœur du malade et lui mette sur les lèvres le mot qui devra le ramener à Dieu et le réconcilier avec lui.

« *b*. Il entre dans la chambre du malade avec un air calme et sérieux, aussi éloigné de la dureté que de la susceptibilité. Il faut qu'en le voyant on soit convaincu qu'il ne vient pas par nécessité, mais par amour; qu'il prend part aux souffrances du malade et au malheur qui frappe la famille; qu'il ne craint aucune maladie et ne redoute point la contagion; qu'il considère la maladie avec des yeux tout différents de ceux du vulgaire, et que dans ce que les autres appellent un tourment, il voit, lui, une épreuve du ciel; qu'il a confiance en la vertu éprouvée de sa doctrine, sachant qu'elle est propre à purifier, à consoler et à fortifier. Le pur rayon de la vie éternelle qu'il porte en lui-même brille dans ses yeux, et l'amour qui parle dans tous ses traits, inspire la confiance.

« *c*. Sa parole est simple, son salut cordial, son regard aussi vrai que lui-même. Les précautions oratoires artistement ménagées lui sont aussi étrangères qu'au malade.

« *d*. Si le malade est un chrétien digne de ce beau nom, le prêtre lui dira sans détour ni introduction ce que saint Jean lui dirait : « Cher frère, le Seigneur m'envoie auprès de vous et vous fait annoncer que : Dieu est l'amour, et celui qui reste dans l'amour reste en Dieu. » Et : « Mes petits enfants, ne péchez plus; mais si vous l'avez fait, Jésus-Christ, le Juste, sera votre médiateur auprès du Père. »

« *e*. Le malade est-il encore faible dans la foi, ou éloigné de Dieu, le prêtre ne viendra pas de suite à parler de confession et de préparation à la mort. Il commencera par s'informer auprès des assistants de l'histoire de la maladie... Cette marque de sympathie fait du bien au malade, et a du moins cet avantage qu'elle ne rabaisse pas le prêtre à ses yeux. Ensuite, il dirigera vers Dieu l'âme du malade, en lui disant, par exemple, que dans les maladies Dieu met aussi sa main au jeu. Puis, s'adressant directement au malade, il lui demandera, avec l'accent de la commisération, comment il se trouve.

« *f*. Comme la plupart des hommes ne sauraient envisager la mort avec un regard tranquille et familier; que la crainte de la mort, même chez les personnes les plus pieuses, peut aggraver la maladie et affaiblir l'efficacité des remèdes, un sage pasteur ne croira pas sans restriction la personne qui lui dira qu'elle ne craint pas la mort, et il n'oubliera pas que le malade est homme. Que s'il a le cœur trop sincère pour vouloir le bercer de fausses illusions, il ne voudra pas non plus le tourmenter en lui montrant la mort sous un aspect trop terrifiant.

« *g*. Si la maladie prend un caractère grave, qui puisse amener le danger prochain de la mort, le prêtre tâchera, dès sa première visite, d'aller directement au but capital, qui est de purifier, de consoler et de fortifier l'âme du malade. Ici point de cérémonies ni d'exordes. « La maladie pouvant prendre une tournure sérieuse, nous voulons profiter du temps qui nous est donné, afin que, quand il plaira au maître de la vie de nous appeler à lui, nous n'ayons aucune raison de trembler. Nous avons beaucoup à faire, mais Dieu venant partout à notre rencontre, il fera lui-même le plus pénible; il suffit que nous le laissions nous diriger. »

« *h*. Si la foi en Jésus-Christ conserve encore dans le malade quelques étincelles de vie, l'œuvre de la préparation à la mort pourra, dès la première visite, se faire en quelques heures. Que si, au contraire, la foi en Jésus-Christ et à la vie éternelle s'est éteinte dans le torrent de la vie humaine, le prêtre sera souvent embarrassé de savoir à quel fil il rattachera l'Evangile de Dieu et de Jésus-Christ. L'homme qui est sûr de sa foi, dira peut-être sans détour : « Pour moi, et pour une foule d'hommes sages, bons et vertueux, Dieu en Jésus-Christ est le salut du monde, et cette foi me rend heureux. Ce bonheur, je vous le souhaite aussi, cher malade; qu'est-ce qui vous empêche d'y prendre part? Ce ne sont point vos péchés, si nombreux qu'ils puissent être; car Jésus-Christ a précisément pour mission de les pardonner. Serait-ce peut-être parce que vous seriez certain du contraire? Mais comment cette joyeuse nouvelle qui a été annoncée au genre humain pourrait-elle être fausse?

Tout ce dont nous autres pécheurs avons besoin se trouve en Jésus-Christ : pardon des péchés, renaissance à une vie heureuse, éternelle. — Si vous connaissez un meilleur Sauveur que celui-là, nommez-le-moi. »

« On a vu souvent une prière inspirée par un ardent amour envers l'impie, fondre la glace de son incrédulité ; souvent le simple récit de la mort édifiante d'un chrétien, a fait tomber les écailles des yeux du sceptique.

« *i.* Si le malade prête quelque attention aux paroles du prêtre, celui-ci parlera peu, lentement, doucement, avec l'accent du sentiment, et seulement de la vie éternelle. *Peu* ; car ses exhortations ne doivent pas être des sermons ; *lentement*, afin que l'intelligence affaiblie puisse comprendre ses paroles et arriver au sens de ses paroles ; *doucement*, afin que l'ouïe, devenue plus sensible, ne soit point fatiguée par un ton trop élevé. Que si l'ouïe s'affaiblit, il faudra élever la voix, afin d'être compris. *Avec l'accent du sentiment ;* car si la foi et la charité animent celui qui parle, ses paroles prendront le ton et l'accent de la charité, l'expression de la foi. *Seulement de la vie éternelle ;* les paroles de la vie éternelle sont le texte unique qui convienne dans la chambre d'un malade et d'un mourant. Il faut que Jésus-Christ, qui était la vie éternelle auprès de son Père, et qui est apparu sous la forme humaine, soit vu, entendu, senti, si l'on veut que le patient puisse trouver en lui le salut.

« *k.* L'œuvre capitale de la haute direction des malades une fois achevée, le prêtre renouvellera ses visites, afin de jeter de l'huile dans la flamme de la dévotion : mais ses visites seront toujours courtes.

« *l.* Il reviendra souvent, sans toutefois permettre qu'on abuse de lui. Hors le cas de nécessité, ou d'un besoin particulier, il ne passera pas la nuit dans la chambre du malade. — Il est le pasteur de tous, et non le garde-malade des individus.

« *Observation.* Cette remarque concerne spécialement les jeunes ecclésiastiques, qui ont le cœur tendre et sympathique. Sans doute que la charité peut transformer le pasteur en garde-malade quand les circonstances l'exigent ; mais cette charité sait aussi que la qualité de médecin des âmes, qui distingue le pasteur, prime celle de garde-malade.

« *m.* Quand la confiance ou le devoir l'appellent auprès d'un malade, il apparaît à toute heure de la nuit, et à toute température. Sa vie appartient à son troupeau.

« *n.* Les plaintes du malade, les insomnies et les regrets qu'il exprime de ne pouvoir s'associer que par la pensée à une solennité prochaine, fournissent au prêtre l'occasion de déposer dans son âme quelques bonnes paroles inspirées par la circonstance.

« *o.* Il saura distinguer ce qu'il faut dire au malade *entre quatre yeux*, d'avec ce qu'il peut dire et au malade, et aux personnes qui le soignent ou le visitent.

« *p.* Il ne se mêlera pas de ce qui a rapport à la médecine ; il se contentera de louer la bonté de Dieu qui a créé le médecin pour le malade, et parlera de l'obligation d'honorer en lui l'instrument de la Providence. Souvent il se verra obligé de mettre les personnes qui s'intéressent au malade en garde contre certains fossoyeurs qui apparaissent sous la forme de docteurs, comme aussi de recommander un médecin plus habile, mais méconnu. Les fossoyeurs ne manqueront pas sans doute de le maudire et de le tourmenter, mais la vérité lui vaudra la récompense qu'on accorde aux bons prophètes.

« *q.* Il évitera surtout d'apporter avec lui sa propre pharmacie et de prescrire des remèdes ; car ce qui, au lit des malades, doit s'énoncer par sa bouche, c'est la parole de Dieu, qui jaillira de son âme pour consoler et rafraîchir l'âme du malade. Quant à la guérison du corps, il doit en laisser le soin à d'autres.

« L'âme du malade est-elle refroidie et desséchée, un regard élevé vers Dieu et jeté dans l'Écriture sainte pourra lui rendre la chaleur et la vie.

« Le malade a-t-il du goût pour l'Écriture sainte, encore assez de forces pour y lire ou y entendre lire, le pasteur marquera certains chapitres ou passages qui pourront être lus de préférence. L'Écriture sainte est en effet une mine féconde, tant pour les infirmes que pour les pasteurs et pour tous les amis des malades.

« Ainsi, pour ne toucher que quelques côtés, elle contient :

« I. *Des consolations pour ceux qui souffrent :* Tout tourne à l'avantage de ceux qui aiment Dieu (*Rom.*, VIII. 28). Tous les cheveux de votre tête sont comptés (*Matth.*, X, 30). Dieu connaît ceux qui lui appartiennent (*II Tim.*, II, 19). Le Seigneur châtie celui qu'il aime (*Hebr.*, XII. 16). Ceux qui sèment dans les larmes moissonneront dans la joie (*Ps.*, CXXV). Quand je suis faible je suis fort (*II Cor.*, XII, 10). Venez à moi, vous tous qui êtes chargés, et je vous soulagerai, (*Matth.*, XI, 28). Aujourd'hui encore vous serez avec moi en paradis (*Luc.* XXIII, 43).

« II. *Des avertissements pour les pécheurs* : L'homme qui pèche aux yeux de celui qui l'a créé tombera entre les mains du médecin (*Eccli.*, XXXVIII, 15). Quand l'affliction est là on vous cherche, ô Dieu ! (*Is.* XXXVI).

« III. *Des exhortations à remplir ses devoirs de malade* : Mon fils, ne vous méprisez pas vous-même dans votre infirmité, mais priez le Seigneur, et lui-même vous guérira. Détournez-vous du péché ; redressez vos mains et purifiez votre cœur de toutes ses fautes. Offrez à (Dieu pour les expier) un encens de bonne odeur, et ce

la fleur de farine en mémoire de votre sacrifice, et appelez le médecin (*Eccli.*, XXXVIII, 9-12).

« IV. *Les sentiments qui ont animé de saints personnages :* SAINT PAUL : Je désire de mourir et d'être avec Jésus-Christ (*Philip.*). SAINT PIERRE : Nous sommes ici-bas des pèlerins et des étrangers (*Epitr.*, I, 2). JOB : Si nous avonr reçu les biens de la main de Dieu, pourquoi n'en recevrions-nous pas aussi les maux (*Job.* II, 10) ? ÉZÉCHIAS : Souvenez-vous, Seigneur, que j'ai marché devant vous sincèrement et avec un cœur droit, et que j'ai fait ce qui était bien à vos yeux.

« V. *Un exemple de fausse pénitence :* PHARAON (*Exod.*, IX, 27) : J'ai péché cette fois encore : le Seigneur est juste ; moi et mon peuple nous sommes impies. (Mais dès que la grêle et les tonnerres eurent cessé, il retomba dans son endurcissement).

« VI. *Des exemples de pénitence sincère :* DAVID (II *Rois*, XII) ; MANASSÈS (II *Paral.*, dernier chap.) ; SAINT PIERRE (*Matth.*. XXVII) ; la PÉCHERESSE repentante (*Luc*, VII).

« VII. *De grandes prières en peu de paroles :* Mon père, que votre volonté se fasse, et non la mienne ! — Mon Père, je recommande mon âme entre vos mains ! — Seigneur ! laissez aller en paix votre serviteur !

« VIII. *Des exemples d'une mort calme et sublime* : JÉSUS-CHRIST et SAINT ÉTIENNE.

« IX. *Des exhortations à croire à la vie éternelle* : Par exemple, la parabole de Lazare et du mauvais riche ; l'histoire de la résurrection de Lazare ; la résurrection de Jésus-Christ ; cette promesse : Celui qui croit en moi, quand il serait mort, vivra ; je donne la vie éternelle à mes brebis.

« X. *Des preuves de la possibilité d'endurer les souffrances* : Dieu est fidèle, et et ne permet pas que nous soyons tentés au delà de nos forces (*I Cor.*, X, 13).

« Une mère peut-elle oublier son enfant et n'avoir point compassion du fils qu'elle a porté dans ses entrailles ? Mais dût-elle l'oublier, pour moi, je ne l'oublierai jamais (*Is.*, XLX).

« *Indication de quelques fautes.* — L'image du bon pasteur indique déjà à elle seule les fautes qu'on peut commettre en cette matière.

« L'ami des malades peut manquer de bien des manières le but de sa vocation et de ses visites. Par exemple :

« *a.* Quand il récite au malade une série de textes bibliques, au lieu de lui dire quelque bonne parole qui aille au cœur ;

« *b.* Quand il ne cesse de répéter au malade que c'est fait de sa vie ; car c'est le moyen de perdre à jamais toute confiance. Le prêtre, qui devrait être un messager de l'espérance, n'est plus alors aux yeux du malade qui craint la mort, qu'un messager de la mort, un épouvantail ;

« *c.* Quand il trompe le malade en employant tous les moyens pour lui fa croire qu'il reviendra à la santé ; quan diffère d'un jour à l'autre de le prépare la mort, et ne cesse de lui dire que sa tuation changera ;

« *d.* Quand il prêche, crie, vocifère al qu'il devrait se contenter de prononcer et là, d'une voix douce et paisible, u parole de consolation et d'édification ;

« *e.* Quand, en présence d'autres p sonnes, il adresse au malade des paro qui font deviner aux auditeurs les péch qu'il a connus ;

« *f.* Quand, même auprès du lit d' malade, il ne peut s'empêcher de don des marques extérieures de sa jalousie gr sière ou raffinée ; en d'autres termes, qua il veut avoir le monopole de la parole, qu'il ne peut souffrir qu'un confrère ai visiter le malade, souvent malgré les in tantes prières des personnes de la maiso

« L'homme de bien aime la vertu parto et en tous ; mais celui qui n'en a que apparences, et qui se recherche parto veut que tout le bien se fasse par ses mai — Malheureux ! qu'il se ferait peu de bi sur la terre, si tout devait se faire par v mains ! Qui est-ce qui opérera le bien qua un jour vous dormirez sous la terre froid et qui est-ce qui l'opérait avant que vo père eût dit de vous : « Aujourd'hui, fils nous est né ? »

« *g.* Quand il visite plus assidûment riches que les pauvres, prouvant ai qu'il fait plus de cas des richesses péris bles, que de l'âme immortelle qu'il d gagner pour le ciel ;

« *h.* Quand, croyant à peine lui-mêı en Jésus-Christ, il s'imagine qu'il lui suffi de quelques sentences religieuses pour luminer l'obscurité du tombeau, et adou l'amertume de la mort ;

« *i.* Quand au lieu de recommander malade à la miséricorde éternelle et de l montrer Jésus-Christ, il fait de ses bonn œuvres, souillées par l'égoïsme, et qui o plus besoin de pardon qu'elles ne sont c gnes de récompense, un coussin qu'il m sous la tête du mourant ;

« *k.* Quand il tourmente le malade affa bli, en exigeant de lui une énumérati ponctuelle et impossible de ses péchés, a lieu de l'oindre, pour le combat de la mo du baume de l'Évangile. » (*Théol. pa.* lib. V. ch. I.) [1].

§. VI. *Quomodo se gerere debeat cum capite damnatis ?*

108. Cum his maxima charitas, et p tientia adhibenda est. Prima vice qua co fessarius reum visitat, incipiat ei signi care, mortem illam donum esse Dei, q

[1] Vide inferius, cap. XI et ultim. alia monita specia magis auctoris ejusdem.

vult eum salvum facere. Dicat quod nos omnes ex hoc mundo discessuri, sumus et de brevi, ut ad æternitatem perveniamus, quæ non habet finem. Hinc ipsi loquatur de felici Beatorum vita, et de miseria damnatorum. Deinde hortetur eum, ut gratias agat Deo, qui usque ad illud tempus ipsum expectavit : nec permisit, ut moreretur tempore quo erat in peccato. Demum inducat ut mortem hilari animo acceptet, eam conjungendo cum morte quam Christus Dominus pro suo amore perpessus est. Eumque confortet dicendo, quod ipse mortem propter sua peccata acceptando, certe salvus est, et cum magno merito salvus, unde in cœlo grandi remunerabitur præmio. Insinuet ei postea, ut confiteatur; et omnia peccata sua libere manifestet. Præcipue interroget, an odio adversus aliquem teneatur? et an servet secum particulas consecratas, aut oleum sanctum, aut superstitiosas scripturas? interroget etiam, an aliquod inierit cum dæmone pactum? postquam autem eum absolverit, curet, ut ille pluries communicet; monendo etiam, ut frequenter Deiparæ se commendet, ut bonam ipsi mortem obtineat. Dum e carceribus reus ad patibulum pergit, dicat ei : *Eja, fili mi! sequere Jesum Christum, qui ante te profectus est ad calvarium, ab subeundam pro te mortem tua longe amariorem.* Cum ad locum supplicii perventum sit, iterum eum reconcilicet, et absolvat moneatque ut aliquam indulgentiam. lucretur, et deinde sic dicat : *Eja N., hilari esto animo, jam nunc manes in gratia Dei; jam patet tibi Paradisi janua, ibi te expectant Jesus et Maria. Conjunge mortem tuam cum morte Jesu qui pro tuo amore exsanguis inter ludibria et cruciatus mortuus est. Amasne illum? dic mecum : Domine, super omnia te diligo; mori volo, ut tuam faciam voluntatem. Mortem pro meis peccatis accepto. Spero jam mihi te pepercisse; iterum te offendisse me pœnitet. Cupio cito venire ad cœlum, ad tuos pedes osculandos, ac ad te amandum in æternum.* Dum vitta super oculos reo imponitur, et ipse scalam ascendit, ei dicat : *Fili mi, invoca Dei Matrem, ut tibi assistat. Offer mortem tuam pro culpis tuis. Protestare te nolle consentire ullæ dæmonis tentationi.* Postquam scalam ascenderit (dum sententia executioni demandanda est), dicat : *Ecce Jesus Christus qui expansis brachiis te expectat ut amplectatur : Domine, te offendi, mihi displicet; nunc te amo toto corde. Deus animæ meæ, tu me vocas, ecce jam venio. Maria Virgo, adjuva me. Domine, in manus tuas commendo spiritum meum. Jesus, et Maria, Jesus, Maria, Joseph.*

109. Si autem reus obstinate nollet confiteri, quid agendum? 1. Confessarius quærat eum orationis adjuvare, et curet, ut etiam ab aliis ille Deo commendetur, ac præcipue a communitatibus religiosis, ut missis et precibus ipsum auxilientur. 2. Intimet damnato, quod sive ipse convertatur sive non, sententia exequenda erit. 3. Interroget, an forte de sua salute desperet, eo quod animam dæmoni tradiderit? eo enim casu illi suadere studeat, quod hujusmodi pactum vim non habeat, quia solus Deus est animæ Dominus, et statim ac ipse pravam revocat voluntatem, Deus ipsi omnia peccata remittit. 4. Interroget, an aliquem odio insequatur, ex quo proveniat sua obstinatio? Insuper advertat, primis vicibus quibus talem obstinatum alloquitur, ne importune cogat ut statim confiteatur, quoniam obstinatior fiet. Melius erit sermonem secum facere de morte cui omnes tenemur, de misericordia Dei, de pœnis inferni et de paradisi gaudiis. Enarret ei exemplum alicujus peccatoris, qui mortuus est impœnitens; aut nonnullius capite damnati, qui sanctam sortitus est mortem, prout illius qui, cum innocens damnatus fuisset, cumque interrogaretur, qua de re suam non defendisset innocentiam, sic respondit : *Et cur? Ego tot annos Deum rogavi, ut mihi concederet mori morte opprobriosa, sicut Salvator meus obiit pro me : ego jam obtinui quod petebam, et nunc hac optata sorte me privare vellem?* Et ita hilariter ad patibulum perrexit. Dictis his, confessarius relinquet reum, ut secum ista animo revolvat; et postea iterum sciscitetur, an forte mutatus sit, eique dicat : *Fili mi, jam tua mors appropinquat, quid decernis? In tua potestate est infernum, aut cœlum eligere. Animadverte, quod si obstinate decedis, per totam æternitatem te pœnitebit, sed tanto malo nullum amplius remedium suppetet.* Cum adhuc ipsum videat durum, curet ut circumstantes orent pro eo, et præsertim Litanias B. Virginis recitent, et deinde ante eum genuflectat, rogatque ne velit perire. Si ne proficiat quidem eum alloquendo, se vertat ad alloquendum crucifixum. Denique, si reus jam advenerit ad supplicii locum, expostulet

a populo,ut omnes genuflectentes pro illo obstinato preces effundant. Prodesse quoque poterit eum terrere dicendo : *Discede, maledicte, in infernum, quando quidem vis te perdere. Sed scito, quod tua pœna acrior in inferno erit memoria hujus temporis quod Deus tibi largitur, et tu abuteris.* At postmodum dulcem resumat sermonem. Si unquam damnatus jam scalam ascenderit, et petat confiteri, flagitet justitiæ ministros, ut permittant ei descendere, protestando quod tunc ipsi tenentur tempus illi concedere ut confiteatur. Hoc tamen currit pro eo qui nondum confessus est; nam si reus jam alias confessus fuerit, tunc confessarius moneat eum, ut actum contritionis eliciat, et inde sic interroget : *Eja, fili mi, nunc nonne intendis confiteri mihi omnia peccata tua, et præsertim illa quæ mihi dixisti?* Et cum reus annuerit, levissimam ei satisfactionem imponat (v. g. ut invocet Jesum et Mariam), et absolvat.

Quoad carcere detentum præcipue legitur in libro *Istruzione ai novelli Confessori* :

1º Que le confesseur s'ingénie à le gagner, surtout si c'est un grand criminel, d'un esprit indocile, et, comme il arrive d'ordinaire, un mauvais chrétien... Il l'avertira que, malgré l'espoir qu'il a peut-être de sa délivrance, il ne doit rien taire en confession : avant de commencer, il l'instruira sur la rigidité du secret sacramentel ; 2e il évitera de parler, soit avant, soit après la confession, avec les juges ou les employés de la justice, de peur de lui donner des soupçons ; 3º si l'accusé veut maintenir en confession son innocence supposée, il le conduira adroitement à avouer les fautes qui sont du ressort de la pénitence ; qu'il lui promette plutôt de l'entendre là-dessus après la confession, mais qu'il ne se charge pas de traiter avec les juges, si la charité jointe à la prudence ne le demande absolument... »

Fusius autem de agendi ratione confessarii erga capite damnatos disserit ac monet Episcopus Sailer :

« Avant de rendre visite à la personne condamnée à mort, le prêtre s'informe, autant que possible, de sa situation morale, si elle est ou agitée, ou abattue ou pleine de forces ; si elle est ou n'est pas disposée à changer de sentiments. L'homme qui a mission de se faire tout à tous sait éviter les embarras qui naîtraient de son manque de renseignemts ; et comme son ministère doit s'exercer sur un individu, il tâche d'adapter sa parole à toute la situation de son auditeur. L'un et l'autre but réclament des renseignements préalables.

« Quand la conscience de la personne condamnée à mort l'a déjà amenée au repentir, il lui montre dans son sort pénible le Dieu de l'amour, qu'elle avait méconnu aux jours de sa liberté et de sa légèreté.

« Voyez, c'est parce que vous aviez oublié Dieu que vous avez été capable de commettre une action qui mérite la mort. Sa justice vous a saisi et vous a remis au bras de la loi. Eh bien, cette justice elle-même n'est que pur amour, puisque la sentence de la loi devait vous en faire trouver le chemin... Dans le sort qui vous atteint, la justice et la miséricorde s'embrassent : l'un en tuant votre corps, l'autre en donnant la vie à votre âme. Reconnaissez donc dans la condamnation à mort que le juge a prononcée sur vous, et la justice éternelle qui punit le pécheur, et la miséricorde éternelle qui sauve le pécheur repentant. Dieu en Jésus-Christ est aussi votre salut à vous, et il l'est même dans ce chemin pénible qui vous conduira à lui.

« Tandis que vous avouez votre crime au tribunal de la loi, la loi vous condamne à mort ; et tandis que vous confessez avec foi et confiance votre péché devant Jésus-Christ et son ministre, et vous abandonnez à sa providence, la grâce de Dieu vous donne un gage de la vie éternelle. Et c'est ainsi que la mort se change en vie, le péché en bénédiction. Ne vaut-il pas mieux que la rigueur de la justice vous conduise, malgré vous, à votre salut, que de continuer à vous traîner aveuglément dans la voie du crime. que de mourir sans vous être corrigé, et de tomber ainsi entre les mains du souverain juge ? Oh ! que vous êtes heureux, comparativement à tant de pécheurs, qui, ca chant leurs crimes aux yeux du monde, honorés des hommes, mais infâmes aux yeux de Dieu, sont morts dans leurs péchés !

« Il y a donc deux choses que Dieu demande de vous et que sa grâce opérera en vous. Comme vous êtes pécheur aux yeux de Dieu, il n'y a de salut pour vous que dans un retour complet à Dieu, dans la foi vivante en Jésus-Christ. Ce changement complet de vos sentiments intérieurs (la pénitence), cet abandon total de votre âme à Jésus-Christ est donc la première chose que Dieu réclame de vous et qu'il accomplira en vous.

« Mais comme l'État voit en vous un criminel et que vous êtes en la puissance de la justice publique, outre cette transformation intérieure, Dieu vous impose un autre devoir, que l'esprit de Dieu vous facilitera. Le voici : Condamné à mort par la loi publique, il faut que, par respect pour l'ordre divin, vous vous soumettiez à la justice publique, qui parle au nom de Dieu, et que, par l'acceptation publique de votre peine,

vous effaciez autant qu'il est en vous le scandale que vous avez donné. »

« Quand le pasteur, par ces représentations ou autres semblables (traduites dans le langage le plus ordinaire et prononcées avec l'accent de la conviction, afin qu'elles puissent être comprises du condamné et émouvoir son cœur) a montré le fond de son cœur, qu'il a réellement excité dans son ami (car l'Église a fondé dans les prisons de vraies et solides amitiés), les sentiments du repentir et de la confiance en l'amour éternel de Jésus-Christ, et qu'il a produit cette sainte résolution : « Je veux avec Dieu ce à quoi je suis obligé devant Dieu, » il entretient cette sainte disposition de l'âme par des prières et des méditations sur ce que raconte l'Évangile de l'amitié de Jésus-Christ avec les pécheurs, etc. Ces entretiens devront être continués et répétés jusqu'à ce que l'heure soit arrivée où le pénitent fera, par un aveu sincère de son péché, par l'absolution de Jésus-Christ prononcée par la bouche du prêtre, par la sainte Eucharistie qu'il recevra dans la plénitude de sa foi et de sa reconnaissance, par les effets ineffables de la grâce, la douce expérience que le royaume de Dieu est tout justice, paix et joie dans le Saint-Esprit, et que Jésus-Christ a ouvert à tous la porte qui y conduit.

« L'infamie attachée à une exécution publique, la douleur de ce genre de mort, la crainte naturelle de la mort, et souvent aussi le souvenir de la vie passée, joint à l'amour des proches qui se réveille, pouvant troubler de mille manières l'âme, réconciliée il est vrai avec Dieu, mais peu habituée à son commerce, le pasteur réitérera ses visites plusieurs fois dans la journée, afin de tranquilliser, soulager et fortifier le condamné par la parole de Dieu. « Jésus-Christ pâtissant sur la croix pour les péchés du monde,» est le texte qui convient à toutes les exhortations adressées à un pécheur condamné à mort à cause de ses péchés, mais qui y marche résigné, consolé et plein de foi en son Sauveur.

« Le pasteur fera en sorte, comme confesseur, qu'on ne donne au condamné : *a.* ni trop de vin, ni trop de nourriture ; *b.* que les visites des curieux ou des intéressés ne lui enlèvent pas la tranquillité de son âme ; *c.* que les exhortations d'autres ecclésiastiques bien pensants, mais inhabiles, ne viennent pas troubler le calme de sa conscience.

« ..... Mon jeune ami, ne recherchez pas cette fonction du ministère des âmes ; mais quand le devoir vous appelle, soyez chrétien, agissez en homme et montrez dans le prêtre le chrétien et l'homme. La nécessité et l'amour vous feront trouver partout le mot propre : la théorie de la natation ne se sait bien qu'en nageant, et la pratique en apprend plus que la théorie.

« Aussitôt l'exécution terminée, le prêtre tombe à genoux sur l'échafaud, prie devant le peuple et recommande à l'amour éternel l'âme du condamné. « (*Théol. past.* lib. VI. ad finem.)

VII. Quomodo se gerere debeat confessarius cum infestatis a dæmone?

110. Aliqui obsessi a malis spiritibus vexantur spectris horribilibus, aut corporalibus cruciatibus. Horum facilis est cura ; insinuetur eis oratio, patientia, et super omnia divinæ voluntati uniformitas. Confessarius non sit ita incredulus ut judicet omnes has invasiones aut infestationes dæmonum esse phantasias, aut corporales infirmitates ; quia non negandum, veros obsessos etiam inter christianos existere. Ecclesia enim adversus invasiones istas tot instituit exorcismos, quorum exercitium testatur nobis concilium Tridentinum (*Trid. sess.* 23. *c.* 2.) semper in usu fuisse apud Ecclesiam. Præterquam quod, si obsessi non existerent, inutiliter ordo Exorcistatus institutus fuisset, quo super energumenos et catechumenos potestas confertur (quod certe non potest supponi) ; et quidem hic ordo est unus ex septem, qui semper in Ecclesia Dei fuerunt, ut idem concilium declaravit. Cæterum consilium est semper de talibus invasionibus suspicionem habere ; non enim negandum, majorem earum partem esse aut fictiones, aut imaginationes, aut infirmitates, præsertim in mulieribus.

111. Qui tamen magis solent confessariorum mentem gravioribus difficultatibus implicare, sunt ii qui turpibus visionibus, motibus, ac etiam tactibus vexantur a dæmone, qui non solum fomitem sensualem excitat, sed aliquando etiam cum eis carnale commercium sub forma viri aut mulieris habet, quapropter *Succubus*, vel *Incubus* appellatur. Quidam hos dæmones incubos, vel succubos dari negarunt ; sed communiter id affirmant auctores, ut *Martinus Delrio in opere Disquis. Magic. P Hieronym. Menghi l.* 1. *c.* 15. *Cardinalis Petrucci Epist. part.* 2. *lib.* 2. *opusc.* 5. *cap.* 15. *n.* 5. *et Sixtus Senensis lib.* 5. *Bibl. Sacr. Annot.* 77. *ex S. Cypr. S. Just. Tertull. etc.* Et maxime hoc confirmat S. *Aug. lib.* 15. *de Civ. Dei*, ubi sic scribit : *Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, ut non solum videre, verum etiam tangi possent, verissima scriptura testatur, et multos quos (vulgo incubos vocant,) improbos sæpe extitisse mulieribus,*

et earum appetiisse, ac peregisse concubitum. Quosdam dæmones hanc assidue immunditiam, et tentare, et efficere, plures talesque viri asseverant, ut hoc negare imprudentia videatur. Equidem possent dæmones ad hunc improbum usum defunctorum corpora assumere, vel de novo sibi assumere ex aere, et aliis elementis ad carnis similitudinem, ac palpabilium, et calidorum corporum humanorum species effingere, et sic ea corpora ad coitum aptare. Imo tenet præfatus *Delrio* citans *D. Th. D. Bonav. Scotum*, *Abulens.* aliosque plures, quod dæmon potest etiam verum semen afferre aliunde acceptum, naturalemque ejus emissionem imitari, et quod ex hujusmodi concubitu vera proles possit nasci, cum valeat dæmon semen illud accipere, puta a viro in somno pollutionem patiente, et prolificum calorem conservando, illico in matricem infundere; quo casu proles illa non erit quidem filia dæmonis, sed illius cujus est semen, ut ait *D. Thomas* apud citatum auctorem. An autem, inspectis legibus a divina providentia constitutis pro propagatione generis humani, hæc aliquando evenisse, aut evenire posse credendum sit, sapientiorum judicio remittimus. Hic autem sit dubium, an possit dæmon, permittente Deo, absque hominis culpa manus illius admovere ad se tactibus polluendum? Affirmat Pater *Gravina Dominicanus,* et quidem probabiliter; si enim valet dæmon totum corpus alicujus movere, ut narretur de *Simone Mago*, ope dæmonis in aerem sublato, cur non poterit et manum? Præterea si dæmon potest alicujus commovere linguam, ut invitus proferat obscœna verba, aut blasphemias contra Deum, quidni manus ut turpia patrentur? Idem sentit *Card. Petrucci l. c. n.* 8. ubi sic inquit *Non semel compertum fuisse, quod dæmon aliquam partem in humano corpore cœperit quodammodo possidere, puta oculos, linguam, vel etiam verenda. Hinc fit linguam obscœnissima verba proferre, licet mens talia tunc non advertat. Hinc impetus, et affectus quandoque se turpiter denudandi proveniunt. Hinc fœdiora, quæ me conscribere pudet.* Idque satis confirmatur a *S. Thom. de malo quæst.* 3. *art.* 3. *ad* 9. ubi sic docent : *Dæmones facere possunt, ut homines non discernant species a rebus, in quantum Deo permittente perturbant interiores vires sensitivas, quibus perturbatis, ligatur usus rationis humanæ, quæ indiget prædictis viribus ad suum actum, sicut patet in arreptitiis. Ligato autem usu rationis, nihil imputatur homini ad peccatum, sicut nec bestiæ. Unde secundum hoc diabolus non erit causa peccati, etiamsi sit causa actus, qui alias esset peccatum.* Potest igitur juxta *S. Thomam* dæmon esse causam actus turpis, et simul ita ligare usum rationis, ut actus minime imputetur homini ad culpam.

Huic autem opponi possunt duæ propositiones *Michaelis Molinos* proscriptæ ab *Innoc. XI.* Prima *n.* 44. dicebat : *Job blasphemavit, et tamen non peccavit labiis suis, quia fuit ex dæmonis violentia.* Altera *n.* 49. quæ magis ad casum pertinet, dicebat : *Job ex violentia dæmonis se propriis manibus polluebat eodem tempore, quo mundas habebat ad Deum preces.* Sed respondetur 1. hasce propositiones esse patenter falsas : nam prima innititur textui illi : *Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est : Conceptus est homo. Job.* 3. 3. Hunc textum varie explicant interpretes : *Estius* dicit, quod Job optaret ille nullam fieri in futurum suæ nativitatis mentionem propter suam infelicitatem : *Pereat dies, id est,* (verba Estii) *sum infelicissimus, itaque pereat dies, nec anniversaria recolatur.* Alii autem cum *Tirino* aiunt, quod Job inculpabiliter naturales malediceret ærumnas tanquam suorum cruciatuum causas. Quid igitur ad hæc pertinent blasphemia, et violentia dæmonis ? Cæterum non repugnat, ait *Card. Petruccius loc. sup. cit.*, quod dæmon possit linguam hominis movere ad turpia verba proferenda. Refertque *P. Joannes Baptista Scaramelli* (in vit. Ven. Sororis *Mariæ Crucifixæ*) quod dæmones ipsam ad blasphemandum cogerent hoc modo : *Dopi averla commossa ad empj affetti, le muoveano velocemente la lingua alle maledizioni delle cose piu sante; ed alle volte si servivano delle sue mani per gittare a terra medaglie, e libri sagri* [1]. Deinde refert verba ejusdem sanctimonialis, quæ suam enarrans pœnam sic suo Directori scribebat : *Con questa lingua consagrata ogni mattina dal contatto di Gesu Cristo io abbia poi a maledirlo? mi sento morire, benche fossi senza peccato. Le maledizioni variano se-*

[1] *Id est :* Postquam impiis mentis affectibus eam commoverant, linguam ipsius celeriter movebant ad maledicendum rebus maxime sacris ac quandoque manibus utebantur od projicienda numismata librosque sacros.
Edit. A Leclerc.

condo le solennita, proferendo bestemmie ereticali, negando i ministerj sacrosanti ec. [1]. Idem dicendum de altera propositione 49. *Michaelis Molinos;* nempe quod sit falsa, et insuper scandalosa, dum Job non loquitur de pollutione, sed tantum dicit : *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ , cum haberem mundas ad Deum preces.* Job. 16. 18. Explicat *Malvenda : Quasi dicat, hæc venerunt mihi præter culpam meam :* Et *Menochius : Cum manus supplices ad Deum elevarem, quas neque rapina, neque alio scelere contaminaveram.* Repeto, quid ad hæc pertinet pollutio, et violentia dæmonis? en quam falsæ erant duæ propositiones relatæ !

Sed quoad propositiones istas, responsio magis propria et convincens hæc est. Propositiones proscriptas, nemo ignorat intelligendas esse juxta sensum auctoris qui eas protulit. Quædam *Quesnelli* propositiones videntur primo intuitu æquæ et sanctæ, attamen juxta illius sensum sunt perversæ. Ex. gr. Propos. 30. sic dicit : *Omnes quos Deus vult salvare per Christum salvantur infallibiliter.* Hæc propositio in sensu recto et catholico tenetur ab omnibus, qui propugnant pro gratia efficaci ab intrinseco; sed damnata est in sensu *Quesnelli,* nempe quod Deus velit tantum salutem prædestinatorum. Et sic dicendum damnatas etiam esse propositiones relatas 44 et 49. *Michaelis Molinos.* Hujus impii systema hoc erat, quod cum persona libertatem suam Deo donaret, non debet amplius resistere malis commotionibus, nec ullum exercere conatum ad actus malos impediendos; quoniam illi imputandi sunt, non jam propriæ voluntati, sed violentiæ dæmonis, aut sensualis passionis. En propositio ejus fundamentalis (quæ est *n.* 17.) quomodo loquitur : *Tradito Deo libero arbitrio , et eidem relicta cura et cognitione animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita industria. Et si natura commovetur, oportet sinere ut commoveatur, quia est natura.* Adest alia illius propositio (*n.* 47.) quæ magis individualiter ad casum nostrum pertinet, et dicit : *Cum hujusmodi violentiæ ocurrrunt sinere oportet, ut satanas operetur, nullam adhibendo industriam nullumque proprium conatum.... etiamsi sequantur pollutiones, etc.* Notentur verba, *sinere oportet, nullum adhibendum conatum, etc.* Sed quomodo potest sine culpa omittere resistentiam in hujusmodi commotionibus, et sinere ut dæmon operetur, etiamsi pollutiones sequantur? Nonne patenter hic apparet concursus propriæ voluntatis? Hoc quidem erat quod aiebat Molinos, et ita intelligendæ sunt omnes aliæ ipsius damnatæ propositiones.

Cæterum cur, permittente Deo, non potest dæmon cogere hominem sine ullo ipsius voluntatis sensu ad faciendum aliquem actum malum? Nequimus autem nos, ait S. *Augustinus,* per rationes philosophicas, et humanum ratiocinium scire, ad quid extendatur vel ne potentia naturalis Angelorum : quapropter in hac materia plusquam philosophicæ rationes movere nos debent ad judicandum auctoritates theologorum, qui juxta lumina ex sacris Scripturis accepta loquuntur. Habemus in Evangelio *Matthæi,* quod dæmon usum linguæ bene potest impedire : *Obtulerunt ei* (sic ibi dicitur) *hominem mutum, dæmonium habentem, et ejecto dæmonio, locutus est mutus. Matth.* 9. 32. *et* 33. Inquit *Chrysostomus* apud *Cornelium a Lapide* : *Hinc videtur, quod dæmon fecerit cum mutum, impediendo usum linguæ.* Sicut igitur dæmon humanorum usum membrorum impedire potest, sic illa commovere sine hominis voluntate. Idem in eodem *Matthæi* Evangelio habetur, quod dæmon transtulerit ipsum Christum super templi pinnaculum : *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi, et dixit ei : Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Matth.* 4. *v.* 5. *et* 6. Si igitur potuit dæmon movere, et totam transvehere ipsius Domini personam, tanto magis linguam aut manus alicujus hominis poterit movere. Præterea habemus apud *Danielem,* quod Habacuc fuerit ab angelo translatus in lacum leonum : *Et apprehendit eum angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitis sui : posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. Dan.* 14. 35. Animadvertantur verba, in impetu spiritus sui, quæ clare denotant naturalem angeli potentiam.

Hinc merito dicunt theologi sat posse dæmonem sua natura vi, Deo permittente, membra hominis agitare. Præter

[1] *Id est :* Hac mea lingua, quæ quotidie corpore Jesu Christi sacratur, huic maledicere deberem? Videor mihi subire mortem, quamvis sim absque peccato. Maledictiones istæ variant pro solemnitate dierum, modo blasphemiæ hæreticales proferuntur, modo sanctissima negantur mysteria fidei etc.

S. Thomæ, et *S. Bonaventuræ* auctoritates supra relatas, idem scribunt plures auctores neoterici. Id scribit *Card. Gotti* : *Diabolus quidem potest cogere ad actum, qui ex genere suo est peccatum, ut energumenis quos cogit ad enuntianda verba blasphema, vel etiam ad alios actus ex objecto malos. Sed tunc ratione ligata, id non imputatur homini ad peccatum, quia deest libertas arbitrii. Theol. tom.* 2. *tr.* 4. *de Vitiis q.* 6. Idem scribit *Wigandt tr.* 4. *eod. tit. Exam.* 2. *num.* 69. *in fin.* Idem scribit *Calmet* (auctor, quem omnes sciunt, quam sit ponderatus in suis effatis) ; ipse in dissertatione quam apponit in Evangelio S. *Lucæ* de energumenorum veritate, postquam suam exposuit sententiam de præfata potentia dæmonis, hanc sibi objicit oppositionem. *Si dæmon de se operaretur in homine, adessent eodem tempore duo principia activa, nempe duo spiritus ; sed hoc repugnat. quia unus posset agere in contrarium ad id quod alter vult.* Sed respondet, quod, cum dæmon, permittente Deo, operatur in humano corpore, tunc eodem tempore (prout docet etiam *S. Thomas*) impedit, et ligat in homine usum rationis. Nec dubitat, quin Satan sua vi naturali possit libertatem hominis ligare, eumque cogere contra ipsius voluntatem etiam ad blasphemias proferendas. Deinde *Calmet* ait signum esse, quod sit opera dæmonis, *si homo alio veluti spiritu animatur, angitur invitus, plura admittit ab insita sibi indole longe aliena, sed ita admittit, ut singularia omnia videantur et violenta.*

Idem scribit laudatus *P. Joannes Scaramelli in suo Directorio Myst. tr.* 5. *c.* 11. *n.* 124., sic dicens : *Cio ben puo succedere senza peccato formale della persona, se il demonio nel mentre che opera esternamente, internamente impedisce in tutto l'uso della ragione, e toglie ogni liberta a resistere (secundo parla S. Tommaso) movendo con tal veemenza l'appetito sensitivo, e perturbando di tal fatta la mente, che cessi ogni lume di ragione. Che per cio il Confessore dee esaminare il penitente, se in quelle cose che patisce, avverte alquanto la malizia del peccato, e se ha qualche sentimento, che lo ritrae da quell'azione. Se egli dice, che allora talmente se gli offusca la mente, che niente conosce, e non ne sente alcun rimorso, allora potra giudicarsi esente dal peccato. Altrimenti poi, se allora ha qualche lume di ragione, e la ragione non e totalmente legata sicche ben possa resistere* [1]. Insuper prædictus auctor monet confessarios ad curandum, ut illi qui patiuntur turpes commotiones, patefaciant in confessione hujusmodi actus; isti enim difficulter erunt ab omni culpa saltem levi immunes, ratione alicujus advertentiæ imperfectæ, vel defectu resistentiæ, quæ erat adhibenda.

112. Si quis unquam advenit infestatus ab hoste hujusmodi genere tentationis (dictæ *spiritus fornicationis* a quo S. Ecclesia nobis præcipue injungit petere a Domino, ut ab eo nos liberet), debet confessarius multum satagere ad præmuniendum pœnitentem in tam horrendo conflictu; nam ait doctus *Cardinalis Petruccius*, has animas in magno periculo versari, si remedia non adhibeant multum efficacia, et aliquando si oportet etiam extraordinaria : cum enim ad resistendum requiratur ingens subsidium ex parte Dei et magna violentia ex parte patientis, difficulter ab hujusmodi pugnis victor egredietur ; qui perseveranter non adjicit magnam mortificationem, et super omnia validam orationem, centies et millies se commendando, gemendo, et misericordiam petendo ad Crucifixi et Deiparæ pedes. Alioquin si anima tepescit, et deficit in orando, aut se mortificando, dicit *Petruccius*, quod ipsa in magno erit periculo ruendi saltem indirecte in aliquam occultam illarum turpium delectationum complacentiam. Itaque, ut deveniamus ad remedia, si confessarius judicare potest nullam omnino adesse culpam in hac tentatione ex parte pœnitentis, ipsum ante omnia moneat hæc adhibere : jugibus precibus sibi subveniat, frequenter invocando SS. nomina Jesus, et Mariæ : se diligenter avertat a sensuum voluptatibus : communionem frequentet : protestetur sæpe nolle consentire cuicumque tentationi, aut delectationi, quam opera dæmonis sentiret : sæpe utatur signo crucis (illam ferendo

[1] *Id est :* Illud accidere quidem potest sine peccato formali ex parte personæ, quando scilicet eodem tempore, quo dæmon operatur exterius, interius impedit omnino usum rationis et tollit omnem resistendi libertatem (ut S. Thomas loquitur) commovens vehementissime appetitum sensitivum adeoque perturbans mentem, ut omne rationis lumen deficiat. Idcirco pœnitens interrogandus est, num in iis, quæ patitur, advertat aliquo modo peccati malitiam et an aliquem experiatur stimulum, quo ab actione avertatur. Quod si dicit tunc adeo obscurari mentem, ut nihil dignoscat seque nullo remorderi peccato, judicari poterit, eum a culpa esse immunem; secus vero, si rationis lumen, quod non sit omnino impeditum, affulgeat ita ut resisti possit.

Edit. A Leclère.

quoque secum), et aqua benedicta, cum ipsa lectum et cubiculum aspergendo : afferat etiam secum aliquam reliquiam Sanctorum, et Evangeliorum librum : secum pariter adhibeat exorcismos privatos, dicendo : *Spiritus nequam, in nomine Jesu Christi præcipio tibi ut a me discedas, et ne me amplius vexes* : hortetur præterea, ut vexatus ille sæpe humilietur, et in hujusmodi humilitatis actibus sæpe se exercitet; cum Deus aliquando, ad aliquam internam superbiam ab anima removendam, hujusmodi tentationes permittit.

113. Si quis autem in his tentationibus misere cadit, aut earum occasiones magis quærit quam effugit, hujus curatio est valde difficilis; nam hujusmodi peccatores qui cum dæmone commercium habent, difficillime ex corde convertuntur. Ex una parte enim erga hos dæmon dominium quoddam acquirit super eorum voluntates, et ex altera ipsi remanent nimis debiles ad resistendum; indigerent extraordinaria gratia Dei, sed difficillime solet hanc Deus hujusmodi impiis concedere. Verumtamen confessarius, si quis eorum accesserit, non diffidat, sed curet cum ipso summam adhibere charitatem, confortetque dicendo, quod ubi non est voluntas, non est peccatum; hinc si ipse voluntate resistit, minime peccat. In his casibus ante omnia confessarius adversus dæmonem præmittat exorcismum, saltem privatum : qui certe licitus est (*L.* 3 (IV). *n.* 193. *de adjuratione*) hoc modo : *Ego ut Dei minister præcipio tibi, aut vobis, spiritus immundi, ut recedatis ab hac creatura Dei.* Deinde pœnitentem interroget, an unquam hostem invocaverit, et cum eo aliquod inierit pactum? an aliquando fidem negaverit, aut contra ipsam actum aliquem exercuerit? interroget, qua forma ipsi dæmon appareat, an hominis, mulieris, aut belluæ. Tunc enim, si cum illo coit, præter peccatum contra castitatem, et religionem, reus erit peccati fornicationis, aut sodomiæ, aut incestus (intellige affectivi), adulterii, aut sacrilegii. Item interroget, quo loco et tempore hoc commercium habuerit? Ostendat ei postea hujusmodi criminis immanitatem, quæratque eum inducere ad veram conversionem, et confessionem integram faciendam; isti enim perditi homines, etiamsi confiteantur, de facili peccata committunt. Eadem demum remedia supra annotata illi præscribat, nempe ut sæpe ad Deum et B. Virginem recurrat : frequenter nomina Jesu et Mariæ invocet : aquam lustralem et crucis signum adhibeat : aliquam reliquiam et Evangelium secum ferat : sæpe etiam privatum proferat exorcismum, prout dictum est supra. Differat deinde eum absolvere, sed hortetur ut sæpe redeat, ut sic cognosci possit, quomodo se gerat in resistendo hostis invasionibus, et in remediis adhibendis : nec eum absolvat, nisi post longum experimentum, tales enim conversiones, ut diximus, raro sunt veræ, et rarissime perseverantes.

CAPITULUM VIII.

De prudentia confessarii. I. in seligendis opinionibus II. in corrigendis erroribus a se commissis. III. in custodiendo sigillo sacramentali. IV in excipiendis confessionibus mulierum, illisque tractandis.

114. I. Confessarius summam adhibere debet prudentiam in seligendis opinionibus. Hic non loquar de quæstione ita hodie controversa, utrum sequi liceat opinionem minus probabilem, et minus tutam in concursu probabilioris? satis de hac passim loquuntur auctores, et præcipue tot docti scriptores, qui nuper de ea scripserunt, in quibus profecto desiderassem, ut potius rationibus quam mordacibus insectationibus veritatem nos docuissent. Tantummodo hic repetam quod superius dixi *n.* 65 et 69. cum egimus de occasione proxima, quod scilicet quando agitur de vitando peccato formali, regulariter confessarius sequi debet (quantum licet) sententias benigniores; cum solum peccatum formale sit Dei offensa : at quando opiniones benignæ exponunt pœnitentem periculo peccati formalis, tunc confessarius sequi debet opiniones rigidiores, quoniam istæ in hoc casu sunt magis pœnitentibus salutares. Verumtamen quando pœnitens uti vellet aliqua opinione probabili, et aliunde jam foret dispositus, tunc tenetur confessarius eum absolvere, quoniam ratione confessionis jam factæ, habet pœnitens jus certum et strictum ad absolutionem, ne cogatur eam recipere ab alio sacerdote cum gravissimo onere repetendi confessionem. Hæc opinio est communis, illamque admittunt etiam multi auctores rigidioris sententiæ, ut sunt *Pontassus*, *Cabassutius*, *Victoria*, et præcipue *S. Antoninus*. Videatur Liber, in quo hoc probatum est (*L.* 6 (V). *n.* 604.).

115. Tanto magis hoc currit in casu quo confessarius vellet obligare pœnitentem ad aliquam restitutionem, ad quam iste probabiliter non teneretur (*Lib* 3 (IV). *n* 669). Imo hoc currit, etiamsi confessarius non haberet tanquam solide probabilem opinionem pœnitentis, et pœnitens non esset rudis, eamque cum aliis gravibus doctoribus tamquam probabilem teneret, ita ut pœnitens rectam jam sibi formet conscientiam bene operandi. Hoc tamen intelligendum est, quando opinio pœnitentis haberet aliquam (ut dixi) probabilitatem saltem apparentem; nam si confessarius haberet eam ut omnino falsam, ex eo quod haberet contra eam principium aliquod certum seu rationem convincentem, contra quam existimaret nullum esse responsum quod posset inducere ad dubitandum de certitudine propriæ sententiæ, tunc enim non debet, neque potest absolvere pœnitentem, qui illi non vult acquiescere (*Vide lib.* 6 (V). *n.* 604.). Attamen si prævideret confessarius suam monitionem non esse pœnitenti profuturam, sed potius redderet formale peccatum illud quod in pœnitente est tantum materiale, tunc debet dissimulare, exceptis aliquibus casibus; videatur quod dictum est supra *n.* 8. *et* 9.

116. II. Si aliquando confessarius commiserit aliquem errorem circa valorem sacramenti sine sua culpa, non tenetur ex justitia monere pœnitentem, sed solum ex charitate, quæ non obligat cum gravi incommodo (*Lib.* 6 (V). *n.* 619. *et n.* 620); dummodo confessarius non sit ejus parochus, qui teneretur reparare grave damnum subditi : et dummodo pœnitens non sit in mortis periculo, aut in periculo amplius non confitendi, quia tunc charitas obligat etiam cum gravi incommodo. Quod si confessarius in hoc gravem culpam commiserit, tunc semper tenetur etiam cum gravi incommodo resarcire errorem (et præcipue si reliquit pœnitentem in aliqua occasione proxima); nisi pœnitens aliis confessus non fuerit, aut saltem sacram Eucharistiam susceperit. At sine licentia pœnitentis nunquam debet, neque potest fieri præfata monitio extra confessionem ; quotiescumque posset illi aliquod afferre gravamen. Si vero error fuerit solum circa integritatem confessionis, puta quia pœnitentem non interrogaverit de speciebus, aut numero peccatorum, etiam cum sua culpa; non tenetur confessarius errorem illum emendare extra confessionem, quia in hoc adest semper erubescentia pœnitentis, dum audit rursus sibi sua peccata rememorari. Si vero ex sua malitia, vel ignorantia culpabili exemerit pœnitentem a restitutione, aut ad illam injuste obligaverit; tunc tenetur eum monere, obtenta prius licentia; alias tenetur ipse ad restitutionem. Si autem in hoc gravem culpam non commiserit, non tenetur monere cum gravi suo incommodo; verum si absque suo gravi incommodo posset reparare errorem, et non faceret, tunc etiam tenetur ad restitutionem. Denique si confessarius omiserit admonere pœnitentem de restitutione, non tenetur ipse restituere, quamvis esset parochus, et etiamsi gravem culpam in hoc commisisset. Vide Lib. 6 (V). *n.* 621.

117. III. Debet quoque confessarius esse summe prudens in custodiendo sigillo sacramentali. Jam notum et certum est, quod confessarius numquam potest loqui de iis quæ in confessione audivit, quoties adest periculum revelationis sigilli (directe vel indirecte), aut gravaminis pœnitentis; et hoc currit etiamsi tantummodo dubitet, utrum ea in confessione audierit, vel non, aut in ordine ad confessionem (*Lib.* 6 (V). *n.* 636). Verumtamen non prohibetur confessarius sermocinari (generaliter loquendo) de aliquo peccato in confessione audito, quoties alii non possent venire in cognitionem pœnitentis, aut quoties haberet expressam licentiam a pœnitente. Nihilominus etiam in hoc cautissime est procedendum : et 1. Nunquam loquendo de peccatis in confessione auditis, coram simplicibus personis, quæ possent suspicari de revelatione confessionis. 2. Nunquam dicendo e suggestu in concionibus, regnare in ea urbe aliquod vitium, quod ipse excipiendo confessiones, intellexerit ibi magis frequentari. (Hoc tamen intelligitur (*l. c. n.* 654.), quando id aliunde non scivit, et quando locus est parvus), et præsertim si concionetur in aliquo monasterio, in quo non debet vehementius invehere contra aliquem defectum, quem in confessione audivit ibi esse communiorem. 3. Non sit confessarius nimis importunus in obtinenda licentia a pœnitente, quoniam ea licentia, quæ non est omnino spontanea, et plene libera, ipse nequaquam uti poterit. Unde sit parcissimus, quantum fieri poterit in exquirendis hujusmodi licen-

tiis sine speciali necessitate : et tunc tutius erit insinuare pœnitenti, ut de eo, quod est necesse, loquatur extra confessionem. Nemo autem ignorat, quod extra confessionem non potest confessarius nec etiam cum ipso pœnitente loqui de rebus in illa auditis, sine ejusdem expressa licentia : in ipsa vero confessione bene potest de illis loqui, quoties existimat hoc ipsi pœnitenti expedire (*l. c. n.* 652.). 4. Nequit exquirere nomen complicis, et si negaverit absolutionem ei qui dicere recusaverit, incurrit suspensionem *ferendæ sententiæ* : et qui docuerit hoc fieri posse, incurrit excommunicationem papalem *ipso facto* (*Lib.* 6 (v). *n.* 491.).

118. Casu vero quo pœnitens teneatur sub gravi manifestare nomen complicis, ad reparandum puta aliquod damnum commune (*Ibid. n.* 294.), contra aliorum opinionem, nec etiam tunc posse a confessario obligari pœnitentem ad manifestandum sibi nomen complicis, sed tantum posse et debere imponere pœnitenti, ut manifestet complicem iis qui possunt scandalum impedire. Quod si pœnitens ex se vellet complicem confessario manifestare, tunc bene potest illum audire, et quemadmodum oportet, damnum reparare. Insuper advertendum est, ex hoc non prohiberi confessariis exquirere a pœnitenti circumstantias quas scire oportet, ut intelligat, an adsit species peccati diversa, vel ut consulat saluti pœnitentis : hinc bene potest interrogare, an complex sit conjunctus? an ligatus voto castitatis? an cohabitet in sua eadem domo? an sit ancilla? et his similia : etiamsi per istas interrogationes indirecte manifestare debeat persona complicis; nunquam tamen exquiratur illius nomen (*Ibid.*).

« Il est une chose inouïe (disait saint Jean Climaque, il y a douze cents ans) que les péchés accusés au tribunal de la pénitence aient été jamais révélés. Dieu le permet ainsi pour que les pécheurs ne soient pas détournés de la confession et privés de la seule espérance de salut qui leur reste. Les douze siècles qui se sont écoulés depuis saint Jean Climaque n'ont fait que confirmer la vérité de ses paroles. On a vu malheureusement bien des prêtres catholiques oublier la sainteté de leur ministère; donner de graves scandales, se révolter contre l'Église, apostasier; mais on n'en peut citer aucun qui ait violé le secret sacramentel. Luther, Carlostad, Œcolampade, qui ont administré le sacrement de pénitence avant d'abolir la confession, n'en ont pas violé le secret, on ne saurait le prouver. Il n'est pas même rapporté que, dans le délire ou dans la folie qui arrachent tant d'autres révélations, celles de la confession aient été faites. Preuve manifeste que la Providence veille sur ses ouvrages. » (*Amico cattolico*, vol. IV, p. 296.)

« Les législations civiles, inquit Nardi, ont reconnu au moins implicitement cette imprescriptible règle de l'Église. La Prusse, le Hanovre, la Saxe et la Hesse électorale y forment seules une scandaleuse exception, en imposant au confesseur la dénonciation dans le cas d'un danger public ou quand il s'agit d'empêcher un crime (Parmender, *Kirchenrecht*, t. II, p. 212, nota 45). Étrange égarement, qui ne s'expliquerait point si l'on ne savait comment les protestants et même certains catholiques indignes de ce nom veulent enchaîner l'Église et ses institutions aux intérêts de l'État. (*Éléments de droit ecclésiastique*, § 352.)

« Frustra nonnulli politici, ait Staf, causantur silentium tum severum saluti publice adversari: imo potius salus publica hoc ipso rigore egregie promovetur. Si enim crimina quæ in reipublicæ perniciem tendunt, a Confessario licite manifestarentur, nemo talium sibi conscius eadem confiteretur. Nunc vero ubi de absoluta sigilli integritate constat, erunt qui conscientiæ remorsibus acti de illis se accusent, tumque Confessarius occasionem nanciscitur eos ad saniora consilia reducendi, ut et ipsimet a cœptis desistant, et suos simul socios omni modo retrahere conentur. (§ 377.)

« Nonnullos prædicatores, inquit Scavini, missionarios, etc., ceteroquin doctos et pios, graviter monitos esse volumus, qui identidem, ad bonum utique fidem, auditoribus suis enarrant exempla peccatorum, qui a viis suis pessimis ad vitæ sanctitatem se converterunt, notando eos sibi fuisse confessos, in Confessione tales ac tales circumstantias sibi aperuisse, etc. Esto quod hæc propalatio non sit vere sigilli sacramentalis violatio, quia prædicatores a longinquo veniunt et nonnisi generice loquuntur; attamen id nullimode probare possumus; ingratus nimis nobis descendit ille sermo, et populus (quidquid sit de licitate rei) illo non parum offendditur, timens etiam ne quod de aliis nunc proferunt missionarii, id alibi evulgent de seipso, si illis confiteatur. Igitur prædicatores recentia exempla pœnitentium ad aliorum ædificationem enarrando, de conversione dicant (et hoc satis est ad finem illorum) : at de Confessione sibi facta, vel aliis prorsus sileant; tacerem, etsi licentiam daret ipse pœnitens loquendi : mavult publicari ? faciat ipse, non ego. Sacrum nobis omnibus esse debet nomen Confessionis et Confessio; sacrum, velatum, et secre-

tum ; ideo non risui, non ludis, non diffidentiæ, non suspicionibus, non denique publicis alienationibus et offendiculis quoquomodo objiciendum. » (T. IV. II. 296.)

« Secretum Confessionis, ait *Gury*, indirecte violat. — 1. Qui unum præ aliis quos audivit laudens, dicit eum sola venialia commisisse ; quia alii inde facile in suspicionem culpæ mortalis adducuntur. — 2. Qui de peccato pœnitentis per solam Confessionem cognito loquitur cum aliis qui hoc aliunde norunt, etiamsi audientes non advertant illud ex Confessione acceptum esse. — 3. Qui dicit se non absolvisse talem, eum remisisse ad tale tempus, vel nondum absolvisse : quia longa Confessio denotat ordinarie multa peccata, aut indispositionem pœnitentis (nisi sciretur esse Confessionem generalem, aut a longo tempore resumptam, ita ut pœnitens hoc non agere ferret). Item qui de Titio ut cognito fure dicit eum sua furta cum contritione magna sibi confessum esse. — 4. Qui alta voce, aut alio modo a circumstantibus intelligibili, arguit pœnitentem ; quia est gravamen pro tali pœnitente ; et alii possunt suspicari illud gravia peccata confessum esse : *a fortiori* si nimis vocem extollendo repeteret peccata pœnitentis, aut de eorum circumstantiis interrogaret. Hic etiam grave monitum sit pro Confessariis, ne videlicet permittant, ut adstantes nimis ad Confessionale accedent ; sunt militiosi, qui Confessarii munus exercere vellent, cum tamen Confessarii non sint ; proh quod inde dicteria ac scandala ! »

Quid (dices) *si Confessarius necesse habeat consilii?* Audiatur B. Leonardus :

« Le canon *Omnis utriusque, de pœnitent.*, l'y autorise pourvu qu'il consulte avec une telle précaution, que le pénitent ne puisse jamais le savoir. Mais, d'abord, quelle nécessité de dire que le cas lui a été appris en confession? Qu'il l'expose comme s'il était arrivé à d'autres, ou comme se pouvant présenter, et s'il y a plusieurs Confesseurs, comme dans une mission, qu'il ne l'expose qu'à celui-là seul qu'il croit capable de le résoudre. Abstenez-vous toujours alors de certaines expressions indignes des lèvres d'un confesseur, comme : Le premier pénitent que j'ai confessé aujourd'hui... la première femme que j'ai entendue hier.. Ce matin il m'a été soumis un cas horrible... Un jeune homme qui m'a fait une confession générale dans tel endroit : — un noble qui vint me trouver dans telle mission ; — ceux que je trouve chargés de tel péché, je leur impose telle pénitence ; — la première personne que j'ai confessée cette année était une adultère; parmi les nombreux pénitents que j'ai entendus aujourd'hui, deux seulement n'avaient commis que des péchés véniels. Ne voyez-vous pas que, si de la sorte vous ne présentez pas l'*original* de votre pénitent, vous en dessinez néanmoins une *copie* assez ressemblante pour qu'on puisse le reconnaître ? » (*Discorso mistico morale*, § 30.)

119. IV. Summe cautus debet esse confessarius in excipiendis confessionibus mulierum. Et primo notandum quod in Decr. S. C. Episcoporum 21 Jan. 1610. dicitur : *Confessarii sine necessitate audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum et ante auroram.* Loquendo autem de prudentia confessarii, ipse regulariter in confessionario cum junioribus sit potius rigidus quam suavis; nec permittat illas ante confessionarium accedere, ut sibi loquantur, et multo minus, ut manus deosculentur. In actu confessionis non ostendat eas agnoscere; aliquæ enim, quæ religiosæ haberi volunt, aliquando advertentes se nosci a confessario, non faciunt integram confessionem. Imprudentia quoque est conjicere oculos in pœnitentes, cum a confessionario recedunt, easque per aliquod tempus intueri. Extra confessionarium nec etiam immoretur ad colloquendum cum ipsis in Ecclesia, omnemque familiaritatem devitet. Abstineat etiam a recipiendis munusculis; et præcipue ad illarum domos nunquam accedat; uno excepto casu gravis infirmitatis, et tunc non nisi vocatus accedat; tunc magnam adhibeat diligentiam in audiendis illarum confessionibus, unde januam apertam relinquat, sedeat in loco ubi videri possit ab aliis, oculosque in faciem pœnitentis nunquam defigat. Et hoc præsertim currit, si sint personæ spirituales, quibuscum est periculum majoris adhæsionis. Dicebat *Ven. P. Sertorius Capotus*, diabolum ad conjungendas inter se personas spirituales, ab initio uti prætextu virtutis, ut deinde affectus a virtute transeat ad personam : unde ait *S. Augustinus* apud *S. Thom.* (*Opusc.* 64. *de Famil. Dom. etc.*) : *Sermo brevis, et rigidus cum his mulieribus habendus est; nec tamen quia sanctiores, ideo minus cavendæ, quo enim sanctiores fuerint, eo magis alliciunt.* Et idem Angelicus Doctor addit : *Licet carnalis affectio sit omnibus periculosa, ipsis tamen magis perniciosa, quando conversantur cum persona quæ spiritualis videtur; nam quamvis principium videatur purum, talem frequens familiaritas domesticum est periculum; quæ quidem familiaritas quanto plus crescit, infirmatur principale motivum, et puritas*

maculatur. Et subjungit, quod tales personæ hoc non statim advertant; quoniam diabolus ab initio non emittit sagittas venenatas, sed illas tantummodo, quæ aliquantulum feriunt, et augent affectum. Sed brevi hujusmodi personæ eo deveniunt, ut non amplius agant secum tamquam angeli, quemadmodum cœperant, sed tamquam carne vestiti; vicissim se intuentur mentesque sibi feriunt blandis allocutionibus, quæ adhuc a prima devotione videntur procedere : hinc alter alterius præsentiam incipit appetere; *sicque* (concludit) *spiritualis devotio convertitur in carnalem*. Et quidem oh quot sacerdotes, qui antea erant innocentes, ob similes adhæsiones quæ spiritu cœperant, Deum simul et spiritum perdiderunt! Advertatur hic quod ex Decr. S. C. Epis. sub 21 Jan. 1610. *confessarii sine necessitate audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum, et ante auroram*.

Novariensis episcopus prohibuit confessariis adhibere cum junioribus fœminis pronomen TU (*Litt. ad clerum*, ut videre est in Kal. 1852).

« N'employez,inquit Gaume, aucun terme qui sente la faiblesse, et tandis que sans péril vous pouvez dire *mon cher fils* à un jeune homme, vous vous abstiendrez par prudence de dire *ma chère fille* à une personne de l'autre sexe.) — Latet anguis in herba, inquit Scavini.

Quoad collationibus spiritualibus (vulgo *Conférences*) quæ habere solent quidam animarum directores cum devotis mulieribus sic ad rem Ricardi :

« Comme si la confession des femmes ne présentait pas assez de dangers par elle-même, quelques confesseurs croient gagner le titre d'excellent directeur en y ajoutant des *Conférences*. Ils ne craignent pas de recevoir dans leur appartement, pour des entretiens particuliers, certaines dévotes qui bientôt attirent sur elles et sur le pasteur le ridicule et peut-être les soupçons. Ils ne voient pas combien cette pratique est mauvaise et condamnable. Sous prétexte de cultiver l'esprit, ils le dissipent ou l'amolissent. Les sentiments d'affection qu'il entretiennent ainsi et qui leur semblent spirituels deviennent bientôt charnels. *Sæpe videtur esse charitas et est magis carnalitas* (*De Imit. Chr.*, l. I, c. XV). L'amour de Jésus s'éteint à mesure que s'augmente l'attachement pour le confesseur. La dévotion se fausse par le moyen même que l'on emploie pour la perfectionner. S'il n'y a pas de danger encore du côté du confesseur, il peut y en avoir facilement pour les pénitentes : et l'on connaît trop la faiblesse des femmes. Disons donc que ce sont là de fausses dévotes et de mauvais directeurs. On rapporte de saint Philippe de Néri qu'il ne raisonnait pas volontiers des choses spirituelles avec les femmes qui s'adonnaient à la spiritualité. Saint Augustin et saint Bonaventure racontent plusieurs exemples malheureux de personnes pieuses de leur temps qui, après avoir commencé par s'aimer spirituellement, n'ont pas fini de même. Il faudrait appeler ces entretiens moins des conférences que des familiarités dangereuses. Une âme peut très-bien être dirigée, sans en venir à ces colloques particuliers tenus en dehors du tribunal de la pénitence; là du moins on sent la présence de Dieu, et il se communique plus facilement aux âmes. La maxime des saints et des prêtres prudents a toujours été de n'entendre leurs pénitentes qu'au confessionnal. » (*Dei doveri e dello spirito degli eccles.* XV. a. 15).

Et in sacro pœnitentiæ ipso tribunali, sic Abrate :

« Le confessionnal est ce siége redoutable où est assise la justice divine; il ne doit servir que pour l'expiation des fautes et pour la vie éternelle, et non pour les conversations et les bavardages, pour les conseils domestiques ou quelque autre affaire terrestre que ce soit. Pour cela veillez à ce que la confession soit aussi courte que possible; n'y employez que des paroles graves et remplies d'une sainte onction, évitant scrupuleusement tout son de voix trop empreint de douceur, toute façon d'agir qui dénote une dangereuse familiarité. C'est là, en effet, que le serpent envieux cache sa trame infernale pour enlacer les âmes, là que par des discours trop prolongés les idées se confondent facilement, et les affections changent de nature : *Persæpe amorem sanctum sequitur non sancta dilectio* (S. Hier., *in cap.* II *ad Titum*; » et confesseurs et pénitents finissent par tourner la grâce elle-même à leur propre détriment : *Dei gratiam transferentes in luxuriam* (*Ep. cath. Judæ* IV.) »

120. Deinde confessarius non adeo mulierum confessionibus sit addictus, ut per hoc homines ad se venientes audire recuset. Oh qualis miseria est cernere tot confessarios qui impendunt bonam diei partem in audiendis religiosis aliquibus mulierculis, quas vulgo dicunt *Bizocas*, et cum postea vident ad se accedentes homines aut fœminas uxoratas qui sunt pleni augustiis, et molestiis, et qui ægre domos, et negotia sua relinquere potuerunt, dimittunt eos, dicendo : *Habeo aliud quod agam, ite ad*

alios; unde fit ut isti, non invenientes cui sua peccata confiteantur, vivant per tot menses et annos sine sacramentis, et sine Deo. Hoc non est audire confessiones, ut Deo placeamus, sed potius, ut genio serviamus; quare nescio quale meritum apud Deum sint habituri confessarii illi, qui hoc modo suum ministerium exercent. Scio ego, imo et contra aliorum opinionem, qui asserunt esse tempus frustra impensum, teneo esse opus valde Deo carum dirigere animas ad viam perfectionis; ideoque de hoc fusius loquar capite ultimo; sed assero probos confessarios, qui tantum, ut Deo placeant, confessiones excipiunt (quemadmodum facere consueverunt *S. Philippus Nerius*, *S. Joannes a Cruce*, *S. Petrus Alcantara*, aliique) quando cernunt aliquam animam indigentem, præferre eam animabus devotis, quibus audiendis auxiliandisque, quando confessarius vult tempus non deerit.

CAPITULUM IX.

Quomodo se gerere debeat confessarius in dirigendis animabus spiritualibus.

121. Quod olim dixit Dominus Jeremiæ : *Ecce constitui te super gentes, ut evellas, ut dissipes, et ædifices et plantes* : idem nunc repetit singulis confessariis, qui non solum debent evellere vitia ex suis pœnitentibus, sed etiam debent in illis virtutes inserere. Unde expediens est addere hic in fine caput hoc, quod poterit inservire confessariis tyronibus ad dirigendas animas spirituales ad perfectionem. Non sunt quidem expellendi peccatores, ut superius diximus, sed e contra opus est etiam multum Deo acceptum sponsas illi adornare, animas scilicet spirituales excolere, ut in totum se illi donent tradantque. Acceptior est ejus oculis anima sola perfecta, quam mille imperfectæ. Unde cum videt confessarius pœnitentem vivere immunem a culpis mortalibus, omnem curam adhibere debet, ut eum in viam perfectionis, et divini amoris introducat, illi repræsentando meritum, quod habet Deus, ut ametur, et gratitudinem quam debemus Jesu Christo, qui nos amavit usque ad moriendum pro nobis; nec non periculum in quo versantur omnes animæ, quæ vocatæ a Deo ad vitam perfectiorem, illi resistunt. In tribus igitur præcipue posita est directio confessarii quoad animas spirituales, scilicet in meditatione, in contemplatione, in mortificatione, et in frequentia Sacramentorum, et de omnibus his sigillatim dicemus.

Sic repetit, quoad personas devotas, ac citat Gousset laudatus Scavini de directione ad perfectionem :

« Confessarius ducat pœnitentes ad perfectionem per gradus et ordinate, ut prius nempe discant operari recta intentione, et actiones ordinarias rite peragere, quam alta concupiscant; prius discant levia patienter ferre, quam gravia appetant; prius discant pati æquo animo, quam de adversis velint gaudere. Et maxime id insinuet, veram perfectionem non tam sitam esse in multis operibus, quæ sint supererogationis, quam in rite peragendo opera ordinaria, et quæ sunt status proprii, id est ut bene orent; refectionem qua par est, sumant; charitatem habeant, et studiose adimpleant quæ sunt propriæ conditionis. Postea gradum faciat ad cætera, quæ sunt uti ex S. Alphonso notat Gousset : « 1° De mettre toute sa confiance en Dieu et de se défier absolument de soi-même; de ne pas s'inquiéter après ses fautes, de s'en humilier sur-le-champ, en recourant à Dieu par un acte de contrition et de ferme propos; puis il faut se tranquilliser. 2° D'éviter tout péché de propos délibéré, quelque léger qu'il soit. 3° De travailler à se détacher de plus en plus des biens du monde, des plaisirs même permis, des amusements les plus innocents. 4° De fuir les inutilités et les familiarités des persones de différent sexe, fussent-elles vraiment pieuses. 5° De se réjouir intérieurement, ou du moins être parfaitement résigné, quand on se voit méprisé. 6° De désirer ardemment d'aimer Dieu de tout son cœur; de se conformer à sa sainte volonté en tout, principalement en ce qui contrarie nos désirs; d'obéir exactement à la règle, à ses supérieurs, à son directeur spirituel. La parfaite obéissance consiste à faire promptement, ponctuellement, de bonne grâce, les choses qui nous sont commandées, toutes les fois qu'il n'est pas constant qu'elles soient contraires à un ordre supérieur. 7° D'avoir constamment la pensée de la présence de Dieu. 8° De rapporter toutes ses pensées, ses affections, ses désirs, ses paroles, ses actions, ses démarches, à Dieu. 9° D'avoir une dévotion particulière à saint Joseph, à son ange gardien, à son patron, mais surtout à la sainte Vierge, que l'Église appelle notre vie, notre espérance. « Il est » moralement impossible, dit saint Alphonse, » qu'une âme fasse de grands progrès dans » la perfection sans une dévotion tendre » et toute spéciale envers la Mère de Dieu. » 10° De faire, autant que possible, un jour de retraite chaque mois, et une retraite de plusieurs jours chaque année. A ces moyens, qui nous donnent une juste idée de la piété et de la perfection chrétienne, il faut ajou-

ter l'oraison mentale, la mortification et la **fréquentation** des sacrements. Sans ces **trois** derniers moyens, les premiers sont **impuissants** et ne se soutiennent pas long**temps.** » (T. IV. n. 263.)

§ I. *De oratione meditationis.*

122. Prudens ergo confessarius cum **cernit** animam aliquam abhorrentem **peccata** mortalia, et desiderantem pro**gredi** in amore divino, ante omnia debet **illam** disponere ad faciendam orationem **mentalem,** scilicet ad meditationem ve**ritatum** æternarum, et bonitatis divinæ. **Et** quamvis necessaria non sit ad æter**nam** salutem consequendam, sicut est **necessaria** petitio; nihilominus videtur **valde** necessaria animabus, ut in Dei **gratia** perseverent. Cum reliquis pietatis **operibus** potest peccatum consistere; sed **non** possunt cohabitare oratio, et pecca**tum.** Anima aut relinquet orationem, **aut** peccatum. Dicebat S. Theresia: *Ani**mam,** quæ in oratione perseverat, quot**quot** illi peccata opponat diabolus, tan**dem** pro certo habeo quod eam Dominus **ad** salutis portum conducet.* Et ideo dia**bolus** nullum aliud exercitium tam quæ**rit** impedire, quam illud orationis, quo**niam,** inquit eadem Sancta: *Novit dæmon **quod** certe amittet animam quæ perseve**ranter** incumbit orationi.* Præterea solus **amor** est qui animam Deo jungit et **stringit**; sed fornax in qua accenditur **flamma** divini amoris est oratio, seu **meditatio**: *In meditatione mea exardescet **ignis.*** Ps. 38. 4.

123. Incipiat ergo confessarius intro**ducere** animam in orationem. Ab initio **non** plus quam mediæ horæ spatium **assignet,** quod deinde crescente spiritu, **plus** minusve augebit. Neque desistat **ex** eo quod pœnitens difficultatem addu**cit,** quod desit sibi tempus, et locus ad **se** colligendum: imo imponat ei, ut **saltem** mane, vel vespere, quando in **domo** major est quies, vel etiam in ipsis **occupationibus** (quando aliud non posset **efficere** elevet) identidem mentem ad **Deum,** et meditetur veritates fidei; ut **sunt** novissima, quorum cogitatio, et **præcipue** mortis; est utilior pro inci**pientibus.** Meditetur quoque Christi pas**sionem,** quæ meditatio est omnibus **fructuosa.** Si vero pœnitens non sit lit**terarum** rudis, expediens est, ut utatur **aliquo** libro spirituali, quo magis habeat **ingressum** in orationem, quemadmodum **facere** solebat *S. Theresia.* Moneat quo**que,** ut seligat materiam illam, in qua anima majorem experitur devotionem, et, in iis locis, in quibus anima se vehementius affici sentit, et commoveri, moretur aliquantum, et, relicta meditatione, totam se exerceat in actibus voluntatis, vel incumbat petitioni, aut faciendis propositis. Dico 1. se exerceat in *faciendis actibus*, scilicet humilitatis, actionis gratiarum, fidei, spei, et præsertim in repetendis actibus contritionis, et charitatis erga Deum, offerendo se illi totam, totamque suæ sanctissimæ voluntati resignando, et repetendo plus quam alios, actum illum cui anima se magis sentit inclinatam. Dico 2. exerceat se *in petendo*, nam a petitione omne nostrum bonum dependet, et *S. Augustinus* inquit Deum ordinarie nullam gratiam hominibus concedere, et præsertim gratiam perseverantiæ, nisi per canalem petitionis. Dominus dixit: *Petite, et accipietis*; ergo concludit *S. Theresia*, qui non petit, non accipit. Quapropter si volumus animam nostram salvare, necesse est semper orare, et ante omnia petere perseverantiam, et amorem erga Deum. Et quidem nullum tempus opportunius est ad petendum, quam tempus orationis mentalis. Qui non orat, difficiliter se actuat ad considerandas gratias, quibus eget, et necessitatem ipsam petendi; et ideo qui non facit orationem, difficulter in Dei gratia perseverat. Dico 3. *in statuendo*, ut ratio non remaneat infructuosa, et anima mandet executioni ea lumina, quæ in oratione incipit: unde, quemadmodum inquit *S. Franciscus Salesius*, nemo debet imponere finem orationi, nisi prius fecerit particularem aliquam determinationem, puta vitandi defectus quosdam magis usuales; aut exercendi virtutem aliquam, in qua se noscit debiliorem. Videatur circa hoc quod dicitur in Appendice versus finem, cum loquemur de instructione pro oratione mentali § III.

124. Exigat igitur confessarius ab animabus istis rationem orationis; exquirendo ab illis quomodo aut in ea se gesserint, aut saltem si fecerint; et imponat illis, ut in confessione ante omnia alia se accusent de oratione omissa, quando eam intermiserint; quoniam relicta oratione anima salvari non poterit. *Anima quæ omittit orationem* (dicebat *S. Theresia*) *tamquam a semetipsa se collocat in inferno sine opera dæmonum.* Oh Deus et quantam confessarii affer-

rent animabus utilitatem adhibendo hanc minimam diligentiam! Et oh qualem Deo rationem sunt reddituri, nisi ita se gerant, quoniam ipsi tenentur procurare, quantum in se est, spiritualem progressum suorum pœnitentium! Oh quot animas possent ipsi ad viam perfectionis dirigere, easque a recidivis in peccata gravia liberare, si adhiberent hanc tenuem industriam dirigendi eas per viam orationis; et interrogandi postea saltem sub initiis vitæ spiritualis utrum eam fecerint, vel non! Quando anima aliqua se in oratione solidavit, difficillime plus Deum amittit; et ideo oratio mentalis insinuanda est non tantum timoratis, sed etiam peccatoribus, qui sæpe ob defectum considerationis redeunt ad vomitum.

125. Super omnia confessarii adhibere debent diligentiam hanc, cum pœnitentes patiuntur desolationem spiritus. Initio quo anima se tradit vitæ spirituali solet Deus illam allicerè specialibus quibusdam luminibus, lacrymis et sensibilibus aliis consolationibus: sed elapso aliquo tempore, solet claudere hanc venam, ut probet earum fidelitatem, et ut eas ad majorem perfectionem extollat, subtrahens eis sensibilem omnem dulcedinem, cui facile animæ adhæret non sine impuritate quadam, et culpa ex amore sui ipsius. Consolationes sensibiles (quin et attractiones supernaturales) sunt quidem Dei dona, sed non sunt ipse Deus; unde ipse, ut animas sibi dilectas avellet etiam a donis suis, ut donatorem puriori amore diligere cogantur, efficit, ut non inveniant amplius in oratione pabulum consuetum, et solitam consolationem; sed tædia, ariditates, tormenta, et quandoque etiam tentationes. Invigilet ergo summopere confessarius ad confortandas animas istas, ne orationem omittant, et præscriptas communiones: revocet illis in memoriam verba illa S. *Francisci Salesii*, scilicet: *Plus valere coram Deo unicam unciam orationis in medio desolationum, quam libras centum in medio consolationum*. Quoniam ille qui Deum diligit ob consolationes, plus Dei consolationes quam Deum ipsum diligit; sed qui Deum amat eique adhæret sine consolationibus illis, hic verum ostendit amorem. Hæc de meditatione sufficiunt, sed opportunum duco aliquam hic novis confessariis præbere notitiam contemplationis infusæ, ac suorum graduum, nec non aliorum donorum supernaturalium una cum regulis præscriptis a spiritualis vitæ magistris ad directionem animarum, quibus Deus hujusmodi gratias voluerit impertiri.

§ II. *De oratione contemplationis, et diversis suis gradibus.*

126. Quando anima aliqua a Deo contemplationis gratia donatur, oportet, ut confessarius optime sciat modum quo eam dirigere debeat, et ab omnibus illusionibus liberet; alias maximum illi afferret damnum, et quemadmodum ait S. *Jo. a Cruce*, magnam ipse Deo redditurus est rationem. Contemplatio multum differt a meditatione. In meditatione quæritur Deus labore discursus, in contemplatione sine hujusmodi labore contemplatur Deus jam inventus. Insuper in meditatione anima operatur actibus suarum potentiarum; in contemplatione operatur Deus, et anima tantum patitur, et recipit in se dona quæ a divina gratia sibi infunduntur absque eo quod aliquid operetur, quoniam ipsa lux, et divinus amor, quo tunc tota impletur, reddunt eam suaviter attentam ad contemplandam Dei sui bonitatem, qui tot illam cumulat donis.

127. Advertere etiam oportet, quod Deus, antequam concedat animabus donum contemplationis, solet eas introducere in orationem recollectionis, vulgo dictam *di Raccoglimento*, vel *Otii contemplativi* (sic illud vocant mystici), quæ non est adhuc contemplatio infusa, quoniam anima adhuc est in statu activo. Hæc recollectio (loquor hic de naturali, quoniam de supernaturali et infusa inferius loquemur. *n.* 132.) est quando intellectui opus non est cum labore quasi extra animam exire ad considerandum mysterium aliquod, aut æternam veritatem, sed avulsus a rebus externis, et collectus quasi intra animam ipsam absque labore, imo cum magna suavitate attendit illi veritati, aut mysterio quodcumque sit. *Otium contemplativum* est fere idem, nisi quod in collectione anima attendat alicui devotæ cogitationi particulari; in otio vero cum generali quadam Dei notitia sentit in seipsa collectam, et suaviter Deo attractam. In hac collectione, sive otio contemplativo, dicunt quidam mystici, quod etsi hæc oratio sit naturalis, nihilominus anima cessare debet non solum a meditatione, sed etiam ab actibus voluntatis, scilicet amoris, oblationis, resignationis, etc., et tantum manere debet in quadam

amoris vigilantia, et attentione ad Deum, absque eo quod actum aliquem faciat. Verumtamen hujusmodi incantationibus ego prorsus acquiescere non valeo. Nulli dubium, quin quando anima collectam se sentit, non debet se applicare meditationi, quia jam invenit sine ullo labore quidquid ipsa postulabat; præterquam quod ipsa ordinaria meditatio, ut ait *P. Segneri* in suo aureo opusculo de *concordia inter laborem et quietem* (*Part.* 1. *c.* 1. *n.* 1.) producit post aliquod tempus contemplationem quæ dicitur *acquisita*, nempe illa quæ unico intuitu cognoscit veritates, quas ante nonnisi longo discursu et labore cognoverat. Sed his non obstantibus, nescio cur anima cessare debeat a bonis actibus voluntatis: et quodnam tempus opportunius his faciendis actibus esse poterit, quam tempus quo anima se collectam sentit? Verum quidem est quod *S. Franciscus Salesius* consilium dedit B. Joannæ de Chantal, ut in sua oratione, cum se Deo unitam sentiret, non repeteret novos actus; sed quare? quia scilicet Beata jam pervenerat ad contemplationem passivam. Unde quando anima adhuc est in statu activo, non est ratio cur actus boni impedire debeant gratiæ operationem. Idem *S. Franciscus Salesius* præfigebat animabus devotis a se directis determinatum quemdam numerum aspirationum amoris, faciendum intra certum temporis spatium. Quando anima pervenit ad statum passivum contemplationis, tunc anima etsi non mereatur, quia eo tempore non operatur, sed tantum *patitur*, nihilominus acquirit magnum quemdam vigorem ad operandum postea cum majori perfectione: sed quando anima adhuc est in statu activo, ut mereatur, operari debet, actus bonos faciendo; atque hæc sunt opera, quibus anima meretur gratiam divinam. Unde recte concludit idem *P. Segneri*, quod quando Deus loquitur et operatur; et oportet, ut anima taceat, et cesset a suis operationibus, nihil aliud ponendo ex latere suo circa principium, quam attentionem quamdam amoris ad divinas operationes, sed quando Deus non loquitur, necesse est, ut anima se adjuvet eo modo quo potest ad conjungendum se Deo, scil. meditationibus (quando hæ sunt necessariæ), affectibus, precibus, et determinationibus, dummodo actus isti non eliciantur inviti: unde illi tantummodo sunt faciendi, quibus se anima sentit suaviter inclinatam.

128. Insuper advertendum est, quod Deus, antequam introducat animam in orationem contemplationis, solet eam purgare, ponendo in ariditate supernaturali, quæ appellatur *purgatio spiritualis*, ut eam purificet a suis imperfectionibus, quæ illi impediunt contemplationem. Atque hic distinguendum est inter ariditatem *sensibilem*, quæ pertinet ad sensum, et ariditatem *substantialem*, quæ pertinet ad spiritum. Ariditas *sensibilis* (de *substantiali* loquemur num. sequenti) quando est naturalis, fert secum quoddam tædium rerum spiritualium, et obscuritatem quamdam leviorem, et minus durabilem; sed quando est supernaturalis, de qua hic agimus, ponit animam in quadam obscuritate profundiori, quæ diutius durat, et quotidie majus accipit incrementum. Nihilominus anima in tali statu constituta, licet sentiat se magis a creaturis alienatam, et habeat cogitationem semper in Deum defixam, una cum ingenti desiderio, et determinatione eum perfecte amandi, tamen sentit se redditam tanquam impotentem ad hoc exequendum ob suas imperfectiones, quarum causa videtur facta Deo odibilis: sed interea, hoc non obstante, non cessat se recte gerere in virtutibus. Hæc molesta ariditas est quidam tractus gratiæ, est lux quædam supernaturalis, sed lux quæ affert pœnam, et obscuritatem, quoniam volens se nudo spiritui communicare, et inveniens sensus, atque potentias animæ sui non adhuc capaces, ex eo quia nondum prorsus a consolationibus sensibilibus sint disjunctæ, et consequenter materialibus, quæ plenæ sunt formis, imaginibus, et figuris; producit in anima hujusmodi tenebras tam molestas, sed valde utiles, quoniam per ipsas anima pervenit ad alienationem quamdam ab omnibus voluptatibus sensibilibus tam terrenis, quam spiritualibus; et insuper acquirit magnam suarum miseriarum cognitionem, atque impotentiæ ad quodvis opus bonum perficiendum, et simul magnam erga Deum venerationem, qui illi repræsentatur venerabilis, et terribilis. In hoc statu Director debet animam confortare ad sperandas res magnas a Deo, qui ad hunc finem ita se gerit cum ea. Insinuet ei, ne conetur se exercere in meditatione, sed humiliet se, faciet actus oblationis, totamque se Deo committat, perfectissime resignata dispositionibus suæ voluntatis, quæ tota tendit ab bonum nostrum.

129. Post hanc purgationem sensus solet Dominus concedere donum contemplationis, quæ dicitur gaudii; scilicet recollectionis supernaturalis, quietis, et unionis, de qua deinceps loquemur; sed ante unionem, et post recollectionem, et quietem, solet Deus purgare animam ariditate spiritus, quæ dicitur ariditas *substantialis*, qua Dominus vult, ut anima se totam in seipsa annihilet. Ariditas sensus est subtractio devotionis sensibilis, sed ariditas spiritus est quædam lux divina, qua Deus facit, ut anima suum nihilum agnoscat. Atque hic est, ubi anima se cernit in quadam terribiliori agonia ; nam etsi tunc ipsa sit magis determinata ad se vincendum in omnibus, et magis attenta ad Deo placendum, nihilominus quo magis agnoscit suas imperfectiones, eo sibi videtur a Deo expulsa, atque derelicta tamquam ingrata beneficiis acceptis : imo et ipsa spiritualia exercitia, quæ peragit, ut sunt orationes, communiones, mortificationes, eam magis constristant; nam cum ea omnia non sine magno tædio et pœna perficiat, credit omnia digna suppliciis, et se Deo odibiliorem. Quin multoties animæ illæ videntur sibi summopere odisse Deum, quam ob causam Deus eas jam reprobaverit tanquam sibi inimicas; et adhuc in vita faciat illis experiri damnatorum pœnas, et divinam derelictionem. Et aliquando Deus permittit, ut hujusmodi desolationes comitantur mille aliæ tentationes, ut motus impuritatis, iracundiæ, blasphemiæ, incredulitatis, et præsertim desperationis : ita ut miseræ in magna illa obscuritate, et confusione non valentes discernere resistentiam voluntatis (quæ revera tunc adest, sed ipsis est occulta, aut saltem dubia ratione præsertim tenebrarum) timeant se jam consensisse, et ideo tanto magis existimant se derelictas a Deo.

130. Hic ergo confessarius quando ei aliqua ex animabus istis occurrit, quæ jam per perfectionem progreditur; et opinatur se derelictam ; in primis non terreatur videndo confusionem hanc, et audiendo tot expressiones timoris et desperationis; nec se ostendat timidum aut ullo modo hæsitantem, sed viriliter eam confortet ad nihil timendum : et eo tempore plus quam alias animet ad confidendum in Deo, recitans illi ea verba, quæ Dominus dicit *S. Theresiæ*, quod scilicet nemo Deum amittit absque eo quod cognoscat amittere. Dicat ei omnes illas suggestiones blasphemiarum, incredulitatis, impuritatis, et desperationis non esse consensus, sed pœnas, quæ si cum resignatione tolerentur, animam magis magisque Deo conjungunt. Dicat, a Deo nunquam odio haberi animam, a qua amatur, et quæ bonæ est voluntatis. Addat Deum ita se gerere cum animabus a se magis dilectis. *Ariditatibus* et tentationibus (dicebat *S. Theresia*) probat Deus suos amatores. Quamvis ariditas tota vita perduret, anima non omittat orationem; veniet tempus quo omnia ei ei *persolventur*. O quam pulchram pro anima desolata sententiam ! Hortetur ergo, ut forti animo sit, et viriliter expectet res magnas a Deo, dum eam per tutiorem viam deducit, scilicet per viam crucis, moneat etiam, ut primo humiliet se utpote dignam ita a Deo tractari ob anteactæ vitæ defectus : secundo, ut divinæ voluntati se totam resignet, paratissimam se præbendo ad ea omnia perferenda, imo et majora pro omni tempore quod Deo placuerit : tertio projiciat se tanquam mortuam in brachia divinæ misericordiæ, et committat protectioni Mariæ SS. quæ mater misericordiæ, et afflictorum consolatrix jure appellatur.

131. Ariditas sensus perdurat quousque, purificatis sensibus, anima apta ad contemplationem reddatur. Ariditas vero spiritus durat quousque reddatur capax divinæ unionis : quamvis aliquando etiam post unionem permittat Dominus, ut anima iterum redeat ad hanc ariditatem, ea potissimum de causa, ne anima seipsam negligat, et ut identidem suum nihilum agnoscat.

132. Completa ergo purgatione sensus, et ad finem perducta ariditate sensibili, ponit Deus animam in statu contemplationis. Contemplatio vel est affirmativa, vel negativa. *Affirmativa* est quando anima beneficio lucis divinæ, sine ulla sua opera cernit aliquam veritatem, aut creatam, ut esset infelicitas inferni, felicitas paradisi etc. aut increatam, ut divinam misericordiam, amorem, potentiam, bonitatem. *Negativa* est quando dignoscit perfectiones divinas non in particulari, sed in genere cum confusa quadam notitia, sed quæ ingerit conceptum longe majorem magnitudinis divinæ; et ita etiam in confuso agnoscit aliquam veritatem creatam, ut horribilitatem inferni etc. Sed transeamus ad primos contemplationis gradus : hi sunt, recollectio

interior spiritus, et quies : de unione loquemur post.

133. Primus igitur gradus contemplationis est *recollectio supernaturalis*. De naturali jam diximus supra *n.* 127. quæ tunc habetur, quando animæ potentiæ colliguntur ad considerandum Deum intra se ; et dicitur *naturalis*, non quia anima ex se valeat illam operari; omnis enim actio virtutis, ut possit æternum præmium promereri, indiget auxilio gratiæ ; unde generatim loquendo est etiam supernaturalis; sed *naturalis* dicitur, quia anima tunc est in statu activo, et beneficio gratiæ ordinariæ operatur. Recollectio vero *supernaturalis* est illa, quam operatur Deus ministerio cujusdam gratiæ extraordinariæ, et per quam Deus collocat animam in statu passivo ; ita ut recollectio supernaturalis, seu infusa, tunc proprie habeatur, quando collectio potentiarum non evenit opera ipsius animæ, sed beneficio lucis, quam Deus infundit, et per quam excitatur in anima magnus et sensibilis amor divinus. In hoc statu non est cogenda anima ad suspendendum tranquillum eum discursum, quem forte ei lux ipsa suaviter insinuaret : quemadmodum nec debet incumbere considerationi rerum particularium, aut determinationibus quas valet efficere. Nec debet curiosius investigare quidnam sit interior ea spiritus recollectio : sed sinat se dirigi a Deo ad considerandas res illas, illosque actus faciendos, ad quos se magis a Deo ferri cognoscit.

134. Secundus gradus est *quietis*, In recollectione vis amoris communicatur immediate sensibus externis, quos Deus ipse intra animam facit colligere. Sed in quiete amor communicatur immediate spiritui in ipso animæ centro : et amor ipse est ardentior, qui deinde etiam ad sensus externos diffunditur : hoc vero non semper : unde multoties accidit, quod anima habeat orationem quietis, sed sine ulla dulcedine sensibili. Dicit *S. Theresia* (*In vita c.* 14.) quod in hac oratione non suspenduntur omnes potentiæ : suspenditur quidem voluntas, et remanet tamquam ligata, quia tunc nullum aliud objectum præter Deum valet amare, qui eam sibi trahit ; sed intellectus, et memoria, aut phantasia quandoque remanent liberæ, et huc illucque excurrunt. Unde dicit Sancta (*Camm. di perfez. p.* 209.) animum de hoc non debere tristari : *Rideat* (inquit) *de sua cogitatione, illamque deserat veluti stultam, et maneat in sua quiete : et cum voluntas sit domina, ipsa cogitationem ad se reducet, absque ullo vestro labore.* Quod si anima velit se applicare ad colligendam cogitationem , nihil omnino aget, et suam quietem amittet. In hoc statu multo minus quam in recollectione anima debet se applicare ad faciendas determinationes, aut alios actus ex se ipsa emendicatos : eos tantum modo faciat, ad quos se sentit a Deo suaviter impelli.

135. Dicamus nunc aliqua de oratione puræ contemplationis, scilicet de contemplatione negativa superius enuntiata, quæ est longe perfectior quam affirmativa. Hæc contemplatio *negativa* dicitur *Clara Caligo*, quia ob nimiam lucis abundantiam intellectus obscuratur : quemadmodum qui intuetur solem, radiorum fulgore obcæcatus nihil cernit, sed tantum intelligit solem esse magnum quoddam lumen : sic Deus in ista caligine infundit animæ lucem magnam, quæ facit, ut illa intelligat non jam veritatem aliquam particularem, sed acquirat generalem quamdam, et confusam notitiam suæ incomprehensibilis bonitatis, unde anima incipit efformare altissimam de Deo ideam, licet confusam. Quando anima aliquantulum noscit aliquam ex divinis perfectionibus, altum quidem conceptum suæ bonitatis concipit, sed longe melior est conceptus quem format, quando cognoscit divinam perfectionem non posse comprehendi. Scribit *Cardinalis Petruccius* in doctissimis suis Epistolis, hanc orationem propterea vocari orationem caliginis, quia in hac vita anima non est capax clare intelligendi divinitatem, unde in hoc statu intelligit non intelligendo ; sed intelligit longe melius omni alio modo intelligendi. Non intelligit, quia, cum Deus non sit res quæ formet imaginem aut figuram, intellectus nequit de eo ideam efformare, et ideo nihil aliud intelligit, quam quod illum non valet intelligere ; quapropter hujusmodi intelligentia vocatur ab Areopagita : *Sublimis cognitio Dei per ignorantiam.* In hac oratione caliginis suspenduntur omnes interiores potentiæ animæ, et quandoque etiam sensus exteriores : ita ut anima aliquando ingrediatur in *Ebrietatem Spiritualem,* quæ facit eam prorumpere in quædam amoris deliria, ut cantus, clamores, fletus immodicos, saltus, et his similia, quemad-

modum eveniebat *S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.*

136. Post gradus istos facit Dominus animam ad unionem transire. Unicus animæ scopus hic esse debet, unio scilicet cum Deo ; sed ut anima perfectionem attingat, non est necessaria unio *passiva ;* satis est illi pervenire ad unionem *activam.* Paucissimæ, inquit *S. Theresia,* sunt animæ illæ, quæ diriguntur a Deo per vias supernaturales : et nos in cœlo permultas aspiciemus, quæ sine hujusmodi gratiis supernaturalibus erunt gloriosiores illis, quæ gratias istas receperunt. Unio *activa* est perfecta uniformitas divinæ voluntati, in qua certe consistit tota perfectio divini amoris; *Perfectio,* inquit *S. Theresia,* (*Conc. dell' Amor di Dio non consistit in extasi, sed vera unio anima cumDeo est unio voluntatis cum divina voluntate.* Hæc unio est necessaria, non vero unio *passiva ;* et animæ illæ quæ solam habent activam, inquit eadem Sancta *Avvisi per l'oraz.* 22.), *fieri poterit quod habeant meritum longe majus ; quia majorem patiuntur laborem, et Dominus dirigit eas ut fortes, et consolationes quas in hac vita non habent, servat ut postea det eis in alia. Cardinalis Petruccius* inquit, quod absque contemplatione infusa recte quidem possit anima beneficio gratiæ ordinariæ pervenire ad annihilationem propriæ voluntatis, et ad eam transformandam in Deum, nihil aliud volendo, quam voluntatem Dei. Et quamvis sentiat passionum motus, tamen hi non impediunt illi præfatam transformationem ; unde subdit, quod cum in hoc posita sit tota sanctitas, unusquisque nihil aliud debet desiderare, et petere a Deo, quam ut dirigatur ab ipso, et in ipso suam efficiat voluntatem. *S. Theresia* tractando de unione passiva, inquit (*Mans. V. c.* 1.), quod anima posita in ea, *non videt, non sentit, neque advertit ita se habere;* quoniam ex abundantia lucis et amoris efformatur illa beata caligo, in qua suspenduntur omnes potentiæ animæ ; memoria enim non recordatur, nisi Dei : voluntas conjungitur Deo tali amore, ut nequeat amare illud objectum ; et intellectus tanta luce repletur, ut nullam rem aliam valeat cogitare, nec etiam gratiam quam actu tunc recipit ; unde intelligit multum, sed nequit percipere quid intelligat. In summa, anima in hoc statu constituta habet claram et experimentalem cognitionem Dei præsentis, qui in animæ centro eam sibi conjungit. Hæc unio, inquit *S. Theresia* (*Vita c.* 18.), non multum perdurat; sed ad summum dimidiam horam non excedit. In aliis contemplationibus de quibus antea locuti sumus, Deus præbet se videndum tanquam proximum animæ, hic vero tanquam præsentem; et anima experitur eum sibi conjunctum per suavem quemdam contactum. Unde, inquit Sancta (*Mans. V. c.* 1.), in aliis contemplationibus posse animam dubitare, utrum fuerit Deus, in hac vero non. Hoc tamen non obstante, debet eam confessarius monere non ideo evasisse impeccabilem, et propterea, quo magis se videt a Deo hujusmodi gratiis donatam, eo magis esse debet humilior, et ab omnibus alienata, unice diligendo crucem, et vivendo in totum divinis dispositionibus uniformata, cum assiduo timore ne suæ infidelitates ex eo tempore acerbius puniendæ sint, ob majorem qua committentur ingratitudinem. Inquit *S. Theresia* (*Mans. V et VI.*) sibi cognitas plures animas, quæ, cum ante ad hunc statum unionis ascendissent, postea in peccata mortalia præcipites ceciderunt.

137. Tres dantur species unionis, et sunt : unio *simplex,* unio *desponsationis,* et unio *consummata,* quæ vocatur unio *matrimonii spiritualis.* Unio simplex est illa, de qua usque adhuc locuti sumus. Dicendum nunc est de unione *desponsationis.* Hanc unionem solet ordinarie præcedere ariditas substantialis, quæ est purgatio spiritus, de qua jam supra locuti sumus *n.* 128. In hac vero unione desponsationis tres sunt alii gradus diversi, scilicet *Extasis, Raptus, et Elevationis spiritus.* In simplici unione suspenduntur potentiæ, sed non sensus corporei, quamvis hi remaneant valde infirmi ad operandum. In unione autem extasis amittitur quoque usus sensuum, ita ut persona non videat, non audiat, et non percipiat neque incisiones, neque adustiones. Raptus vero nihil aliud est quam impressio quædam gratiæ validior ; qua Dominus non solum elevat animam ad unionem, sed etiam rapit illam motu quodam subitaneo, et violento, ita ut aliquando elevetur etiam corpus, et reddatur leve ad instar plumæ. *Elevatio spiritus* est, quando anima sentit se rapi quasi extra se, et extolli supra seipsam cum magna quadam violentia, unde anima ab initio magnum experitur timorem. In elevatione spiritus continetur tam extasis, quia interve-

nit amissio sensuum, quam raptus, id est motus violentus. Retulit mihi persona quædam similibus gratiis a Deo donata, quod in talibus elevationibus spiritus videretur sibi tanquam si anima e corpore fuisset avulsa, et elevata cum tanta velocitate ac si conficeret decies centena millia milliaria in quovis temporis momento, non sine magno terrore quoniam ignorabat quo esset ascensura; sed cum postea subsedisset, tunc illustrabatur ad cognoscendum aliquod divinum arcanum. Sed hic oritur dubium : Si in hac unione suspenduntur potentiæ, et intellectus obscuratus a lucis abysso nequit attendere rebus quas intelligit, quas unquam ratione potest ibi anima intelligere, et verba facere de illo divino arcano? Respondent mystici,quod quando Deus vult, ut anima intelligat aliquod secretum, aut immittere illi aliquam visionem intellectualem, vel imaginariam, minuit nonnihil lucem, ita ut anima remaneat habilis ad cognoscendum et perpendendum quodcumque Deus voluerit.

138. Tandem perfectior unio, quæ dicitur *consummata*, et major quam in hac vita possit Deus concedere animæ viatrici, est illa quæ dicitur *matrimonii spiritualis*, per quam anima transformatur in Deum, et fit unum quid cum Deo : eodem modo quo vas aquæ infusum mari evadit unum cum aqua maris. Et advertendum hic est, quod in reliquis unionibus, ut loquuntur mystici, potentiæ remanent suspensæ; in hac vero minime suspenduntur; quoniam potentiæ purificatæ a sua sensibilitate, et materialitate, jam effectæ sunt capaces divinæ unionis, ita ut voluntas amet Deum suum placidissime, intellectus recte cognoscat, et attendat huic intimæ divinæ unioni, quæ jam facta est in animæ centro, quod accidit eodem modo ac si quis intueretur solem, et sine ulla offensione oculorum solis splendorem cognosceret. Insuper est advertendum, quod hæc unio non est transitoria, ut duæ priores, sed permanens; ita ut anima fruatur habitualiter divina præsentia jam sibi conjuncta, et fruatur in pace stabili : nam passiones nihil amplius eam perturbant : illas quidem anima cernit dum faciem suam ostendunt; sed non tristatur, nec ullam patitur molestiam ab illis, ad instar ejus qui forte habitans super nubes, cerneret tempestates inferius evenientes, et ipse non tangeretur ab illis.

139. Hic abs re non erit aliqua dicere de visionibus, locutionibus, et revelationibus ad discernendas falsas a veris. Visiones vel sunt *externæ* vel *imaginariæ*, vel *intellectuales*. *Externæ* sunt quæ oculis cernuntur. *Imaginariæ* quæ spectantur in phantasia, seu imaginativa. *Intellectuales*, quæ neque oculis, neque in phantasia videntur, sed a solo intellectu divina luce adjuto, quæ species intelligibiles ingerit; atque hæc visionum species, teste *S. Theresia*, tota est spiritualis; nullam enim in ea partem habent sensus neque externi, neque interni, qui sunt imaginativa, et phantasia. Notandum quod neque oculis, neque phantasia potest anima cernere res sibi repræsentatas, nisi in apparentia corporea, etiamsi essent substantiæ spirituales; e contra beneficio intellectus res cernuntur tantum spirituales, etiamsi fuerint materiales; vel ut melius dicam, noscuntur, non videntur, sed noscuntur longo melius quam si oculis cernerentur.

140. Advertendum tamen hic est, quod visiones istas tam Deus, quam diabolus possit operari; quod est intelligendum etiam de intellectualibus, ut videtur innuere *S. Joannes a Cruce*, (*Salita l.* 2. *c.* 24.) contra id quod sentit *Cardinalis Petruccius*, quamvis multo facilius corporales, quæ ut plurimum, et præcipue in fœminis, ab ipsa phantasia efformantur. Signa ad distinguendas veras a falsis sunt : 1. Si veniant ex improviso sine ulla præcedenti animæ cogitatione. 2. Si ab initio afferant confusionem, et terrorem, sed postea relinquant animam in pace. 3. Si sint raræ, quia frequentes sunt valde suspectæ. 4. Si parum durent, quoniam, inquit *S. Theresia* (*Mans. VI. c.* 9.) quando anima intuetur per longum tempus rem sibi repræsentatam, signum est quod sit potius actus phantasiæ. Visio divina ut plurimum transit ad instar fulguris, sed remanet inde immobiliter menti infixa. 5. Vera visio relinquit animam in summa pace, et vivida cognitione miseriæ suæ, non sine ingenti desiderio perfectionis; ad differentiam visionum diabolicarum, quæ parum remanent impressæ, et relinquunt animam in quadam siccitate, perturbatione, motibus propriæ æstimationis, et cum fame sensibili harum gratiarum. Verum cum omnibus signis superius memoratis, inquit *S. Theresia* (*Ibid.*), nullam certam haberi posse securitatem quoniam multoties dæmon fecit simu-

lare quietem, cogitationes humilitatis, desideria perfectionis; quæ omnia incertum est a quo procedant; quoniam sæpe ipse dæmon, ut ei fides præstetur, solet hæc insinuare, ut tandem illum percipiat fructum, et deceptiones, quas intendit. Unde director, regulariter loquendo, non prohibeat animæ enarrare sibi hujusmodi visiones, imo imponat illi, ut manifestet quæcumque videt, sive vera ea sint, sive falsa, ut docet S. *Theresia* (*Mans. V c.* 9.), sed e contrario nullam ostendat curiositatem sciendi hujusmodi visiones, neque de his minute animam interroget : nec præveniat dicendo : *Non fuit sic? Vidistine hoc, vel illud?* quia tunc facile anima respondet affirmative aut ex sua malitia, aut simplicitate. Si aperte noverit hujusmodi visiones opus phantasiæ, aut diabolicum, quia forte arcent animam ab obedientia, humilitate, aut ab alia virtute, tunc patenter ei hoc dicat. Si vero id confessarius non discernat, non omnino expedit indubitanter asserere visiones illas esse vel diabolicas, vel phantasias, quemadmodum solent quidam nimis increduli (ad differentiam aliorum qui nimis creduli omnes habent ut veras); sed dicat pœnitenti, ut oret Deum quo non amplius ducatur per vias adeo periculosas, se protestando quod quamdiu vivet in terris, velit Deum cognoscere solum per viam fidei. Cæterum insinuet, ut ex visionibus habitis, vel falsis, vel veris, illum percipiat fructum, qui magis est necessarius, et præcipue se recte cum Deo gerendi; ita enim agendo, quamquam visiones fuerint a dæmone, dæmon remanebit elusus.

141. Quod vero ad *locutionem* attinet, *locutio esse potest sucessiva, formalis et substantialis*. Successiva est quando anima meditando aliquam veritatem fidei, sentit sibi quasi responderi ab ipsomet suo spiritu, sed veluti ac esset persona extranea. Hæc quando bonos parit effectus, ut essent amoris, aut humilitatis extraordinariæ, esse potest speciale Dei lumen : sed quando non videt augeri consuetum amorem, indicium est, eam esse intelligentiam proprii intellectus. *Formalis* est quando anima audit aliqua verba formata, sed extra se; et potest hæc percipi vel auribus, vel imaginativa, vel intellectu. Hæc, ut discernatur utrum sit divina, vel diabolica, videndæ sunt res quas exprimit, aut faciendas imponit; et effectus quos relinquit. Præcipue, si est divina, imponitque opera patientiæ, propriæ abjectionis, aut quodvis aliud opus spirituale, relinquet facilitatem quamdam ad omnia toleranda, ad operandum, et se humiliandum. *Substantialis* est eadem ac formalis, et solum differt in effectu; quoniam formalis aut instruit, aut imponit; substantialis vero cito operatur id quod exprimit; ut e. c. si diceret : *Consolare; noli timere : dilige me*; anima tunc in eodem temporis puncto remanet consolatione repleta, intrepida, aut amoris igne succensa. Hæc locutio cæteris omnibus est securior; prima enim est valde incerta : secunda, id est formalis, est multum suspecta, præsertim quando jubet res exequendas; unde director si observat ea quæ jubentur esse christianæ prudentiæ opposita, debet ea omnino prohibere; si vero non sint prudentiæ contraria, expedit, ut earum suspendat executionem quousque deveniat in majorem securitatem, et multo magis si res sint extraordinariæ.

142. Denique quod attinet ad *revelationes* rerum occultarum, aut futurarum, ut scilicet mysterium fidei, status conscientiarum, prædestinationis animarum, mortis, promotionis ad aliquam dignitatem, et his similia; hæ possunt tripliciter haberi, nempe per visiones, per locutiones, et per intelligentias nudarum veritatum. In hujusmodi revelationibus debet director magnam adhibere prudentiam, nec sit nimis facilis ad credendum et præcipue ad exequendum, quando agitur de certiorando aliquem ob notitiam in revelatione acceptam. Ante omnia jubeat animæ, ne revelationem aliis indicet, et ipse cautissime semper procedat, imo utatur sapientiorum consilio, quoniam ut plurimum tales revelationes dubiæ sunt, et suspectæ. Minus vero suspectæ sunt intelligentiæ simplicium veritatum circa mysteria, attributa divina, malitiam peccati, damnatorum infelicitatem, et his similia : hæc quando sunt fidei conformia, inquit S. *Joannes a Cruce* (*Salita. l.* 11. *c.* 33.), quod anima non debet illas expetere; sed si ipsi concedantur, humiliter sunt ab ea accipiendæ, et non refutandæ.

143. Oritur hic dubium : Utrum omnes istæ species gratiarum et communicationum supernaturalium debeant rejici aut acceptari. Et distinguendum est, ut ait doctus quidam Auctor (*F. Bernard. da Castelvetere, Dirett. Miss. l.* 2. *p.* 2.

c. 1.) cum *S. Joanne a Cruce*, et aliis : gratiæ illæ quæ elongant a fide, ex eo quia consistunt in quibusdam notitiis distinctis, ut sunt visiones, et revelationes, has oportet omni conatu rejicere; sed illæ, ex opposito, quæ sunt uniformes fidei, ut sunt notitiæ confusæ, et generales, et tactus divini, qui uniunt animam Deo, non sunt rejiciendæ, imo possunt humiliter expeti, et desiderari, ut magis magisque Deo uniatur, et in suo sancto amore solidetur. Hoc nihilominus intelligitur pro illis animabus, quæ jam donantur similibus favoribus, quoniam pro aliis tutior via est desiderare et expetere tantummodo unionem activam, quæ, ut diximus, est unio voluntatis nostræ cum divina voluntate. Director igitur quando ei occurrerit anima cum his communicationibus contemplationis, aut caliginis, aut unionis, non debet ei imponere, ut eas rejiciat, sed ut humiliter, et cum gratiarum actione recipiat. Semper vero utatur verbis, quæ animam non omnino securam efficiant, sed relinquant quemdam timorem, qui eam, etsi non conturbet, detineat vero in humilitate, et ab omnibus alienatione. Gratias autem quarumdam notitiarum distinctarum quæ habentur per viam visionum, et his similium, ut superius diximus, jubeat confessarius constantissime recusari, semper tamen in spiritu humilitatis (et sine ullo contemptu, ut expuendi in faciem, irridendi, etc. quod non licet, ut plures asserunt); et protestando se coram Deo : Se velle ei in pura fide servire. Cæterum, inquit S. *Theresia (Vita c. 15. et Mans. VI. c. 9.)*, quod quotiescumque anima sentit se suaviter accendi ad amorem erga Deum, habere debet communicationem tanquam divinam, non ideo ut credat se aliis meliorem, sed ut animum faciat ad perfectius coram Deo ambulandum; ita enim agendo Deus efficiet ut dæmon, etiamsi iste aliquam partem haberet, victus remaneat, et suis ipsis armis sibi damnificet.

144. Sed concludamus. Director ergo 1. imponat animæ, ut superius diximus, ut fideliter enarret omnes communicationes quas habet in oratione, nullam tamen eas sciendi gulam demonstret : nec unquam aliis manifestet gratias supernaturales suo pœnitenti concessas; fiet enim ut illi ejus precibus se commendent, eamque maximo superbiendi periculo exponant; vel si post hanc notitiam, levissimum intueantur defectum, multum scandalizabuntur, et in derisione habebunt. 2. Non ostendat huic animæ talibus favoribus distinctæ particulare aliquod signum æstimationis, et multo minus mittat alias pœnitentes ad petendum consilium ab ea, vel ad exposcendum solatium, aut directionem : potius ostendat minoris eam facere, quam alias animas quæ ambulant per viam fidei, quoniam animæ his favoribus ornatæ, regulariter loquendo, semper et multum sunt humiliandæ. 3. Si advertat animam servare humilitatem, atque timorem in istis divinis communicationibus, oportet eam adjuvare, imo et securam facere, quoties expedire cognoverit. Inquit S. *Theresia*, quod anima nunquam movebitur ad magna pro Deo gerenda, nisi agnoverit se magna accepisse a Deo. Et quidem eadem Sancta, quando a SS. *Francisco Borgia, et Petro de Alcantara* fuit facta securior, dona quæ ipsa acceperat, esse vere divina, ex eo tempore ad perfectionem non amplius cucurrit, sed evolavit. Neque ex eo quod cernit director animam identidem in aliquem defectum incidere (quoties defectus non sunt plene deliberati, aut commissi cum adhærentia, et contemptu) reputare debet omnes hujusmodi communicationes pro mendaciis, et illusionibus. Dominus tales gratias concedit non tantum animabus perfectis, sed aliquando etiam imperfectis, ea scilicet ratione, ut liberet a suis imperfectionibus, et ad vitam perfectiorem extollat. Unde quando dignoscitur quod per hujusmodi communicationes anima magis magisque se liberat a passionibus, et proficit in amore divino, atque in desiderio perfectionis signum est quod illæ sint bonæ. De reliquo quando agitur de gratiis externis, ut sunt visiones, locutiones, et revelationes, regulariter loquendo, ut diximus, tutius est, ut director ostendat se parvi eas facere, dicendo id quod ait *S. Theresia* e cœlo post obitum suum cuidam personæ religiosæ : *Ne fidant animæ visionibus, et revelutionibus particularibus, ne collocent perfectionem in eis habendis : licet enim aliquæ ex eis sint veræ,*[1] *plures nihilominus sunt falsæ, et mendaces : et difficile est invenire unam veritatem inter plura mendacia* (quare plures sunt visiones falsæ quam veræ), *et quo avidius expetentur, et in pretio habebuntur, eo magis persona aberrabit a fide, et humilitate, quæ est via.*

tutior, quam posuerit Deus. Quare det ei consilium, ut oret Deum, ut veram concedat extasim, scilicet totalem a rebus terrenis, et a semetipsa alienationem, sine qua ad perfectionem nunquam valebit pervenire. Quod si unquam director advertat animam non esse bene fundatam in suæ miseriæ cognitione, et vellet pro certo tenere quod suæ communicationes sint divinæ; et turbaretur audiendo, quod director nollet eas credere uti tales, pessimum signum est: signum est quod illæ sint dæmonis ex effectibus qui observantur, scilicet adhæsionis superbiæ; aut indicium est quod anima non bene ambulet, quoniam ipsa saltem dubitare deberet, quoties dubitat confessarius, et ideo in hoc casu omnibus modis est humilianda, et in timore detinenda quantum fieri potest; et tunc si nec etiam acquiescit, privet eam communione, et severius mortificet, quia tunc in magno versatur periculo, ne decipiatur a dæmone. Denique director etsi indicarat reddere animam certiorem, quod suæ communicationes sint a Deo, tamen ei insinuet, ut in oratione semper præ oculis habeat (vel saltem in principio) punctum aliquod vitæ, vel passionis Jesu Christi. Dicebat S. *Theresia*, animam quæ amittit directionem boni Jesu, nunquam perventuram ad perfectam cum Deo unionem. Animæ incipientes meditantur Domini passionem per modum discursus; contemplativæ vero non utuntur discursu, sed proposito sibi mysterio aliquo, admirantur bonitatem, misericordiam, amorem divinum, et hinc Deus facit eas transire, quando ei placuerit, ad contemplationem suæ divinitatis.

§ III. *De mortificatione.*

145. Quoad mortificationem oportet advertere, quod quando animæ vitam spiritualem incipiunt, ex eo quod solet tunc Dominus, ut diximus, eas allicere consolationibus sensibilibus, in primis illis fervoribus vellent se interficere disciplinis, ciliciis, jejuniis, et similibus exercitiis afflictivis. Interea oportet, ut director sit parcissimus in hujusmodi mortificationibus concedendis: nam alias superveniente inde tempore ariditatis, ut ordinarie solet accedere, facile anima destituta suo pristino fervore sensibili, omittet omnes suas mortificationes, et incipiens inde diffidere, relinquet etiam orationem, et vitam ipsam spiritualem utpote res minus sibi accommodatas, et consequenter amittet omnia. Aliquando etiam accidit, ut hæ animæ incipientes ratione primi illius fervoris dent in res immoderatas, et incidant in morbos corporales, et tunc ut reficiantur, omittunt omnia exercitia spiritualia non sine ingenti periculo amplius ea non resumendi. Ideo director curare debet, ut prius ipsæ in vita spirituali solidentur, et postea consideratis circumstantiis sanitatis, occupationum, atque fervoris, concedat illis eas mortificationes externas, quas ipsis magis judicaverit convenire secundum christianam prudentiam. Dico *secundum christianam prudentiam*; quoniam dantur aliqui directores adeo imprudentes, qui omnem animæ progressum collocare videntur in onerando eam jejuniis, ciliciis, disciplinis sanguineis, adustionibus, et his similibus. Alii vero omnes omnino mortificationes externas videntur reprobare tamquam inutiles spirituali progressui, totam perfectionem in interiori mortificatione collocando. Sed hi etiam errant ut primi, quoniam mortificationes corporales adjuvant internas, et sunt quodammodo necessariæ (quando possunt exerceri) ad frænandos sensus, et ideo legimus ab omnibus sanctis plus minusve fuisse frequentatas. Verum quidem est, quod mortificatio interior passionum est a pœnitentibus potissimum exigenda; ut ex. gr. esset, non respondere injuriis, non quærere, neque manifestare aliis quæ tendunt ad propriam æstimationem, cedere in contentionibus, aliorum voluntati condescendere (sed sine damno spirituali); unde expedit aliquando alicui animæ prohibere omnes mortificationes externas, quousque se sentiat liberam ab aliqua passione magis dominante, ut vanitatis, rancoris, cupiditatis rerum hujus mundi, æstimationis propriæ, aut propriæ voluntatis. Sed absolute asserere, mortificationes externas nihil, aut parum prodesse, maximus error est. Dicebat *S. Joannes a Cruce*, ei qui reprobat pœnitentias, nullam præstandam esse fidem, etiamsi miracula perpetraret.

146. Ab initio ergo director ante omnia injungat pœnitenti, ut nihil unquam faciat contra, aut sine ejus obedientia. Qui contra obedientiam pœnitentias agunt, inquit S. *Joannes a Cruce*: *Hi magis progrediuntur in vitiis, quam in virtutibus.* Sit quoque, ut dixi, valde

retinens in concedendis hujusmodi mortificationibus, quamvis id importunius efflagitent pœnitentes; satis erit ab initio eis concedere aliquem tenuem, sed raram mortificationem, ut disciplinam, catenulam ferream, abstinentiam, potius ad ingerendum in eorum animis mortificationis desiderium, quam ad eos ut convenit, mortificandos; et postea processu temporis poterit liberalius agere juxta progressum quem anima faciet in virtutibus; quando enim illa erit in spiritu solidata, non poterit ei sine scrupulo opportunas mortificationes denegare. Cæterum, ordinarie loquendo, generalem hanc regulam sibi proponat, nunquam scilicet concedendi mortificationes externas, nisi prius requisitus, quia hæ non multum prosunt, si absque magna appetentia recipiantur : et quoties concedit, semper minus quam postulatur concedat, et potius, ut inquit *Cassianus*, excedat in denegando, quam in concedendo. Præcipue curet suadere mortificationem externam circa gulam, cujus quædam animæ spirituales non admodum sunt amantes : hæc revera est omnium durissima, sed utilissima spiritui, et sæpe etiam corpori : dicebat S. *Philippus Nerius* : *Qui non coercet gulam, nunquam perveniet ad perfectionem.* E contrario sit parcus in concedendis mortificationibus somni, quoniam hæ facile tum corporis, tum spiritus saluti sunt nocivæ; sublato enim somno sufficienti, patitur caput, et languente capite remanet persona inhabilis ad meditandum, et ad cætera alia exercitia devotionis. Qamcumque vero mortificationem concesserit pœnitenti, ut omnem illi auferat superbiendi occasionem, persuadeat illi hoc nihil prorsus esse respectu ejus quod Sancti fecerunt, et respectu pœnarum quas pro nobis perpessus est Jesus Christus. Dicebat S. *Theresia ; Totum est immunditia quidquid agere possumus in comparatione unius sanguinis guttæ quam Dominus effudit pro nobis*. Meliores mortificationes, utiliores, et periculis minus obnoxiæ sunt negativæ, ad quas faciendas, regulariter loquendo, non est necessaria obedientia directoris, ut esset privare se visione, aut auditione rerum curiosarum : loqui parce : contentus esse cibis gustui minus acceptis, seu male conditis : non accedere ad ignem tempore hyemis : eligere pro se res viliores : exultare et lætari deficientibus quibusdam rebus etiam necessariis; quoniam in hoc consistit virtus paupertatis, ut ait *S. Bernardus; Virtus paupertatis non est paupertas, sed amor paupertatis*. Insuper non queri de incommodis temporum; de contemptu sui ipsius; de persecutionibus, molestiisque infirmitatum corporis. Scalpro cruciatuum et dolorum perficiuntur lapides Hierusalem cœlestis. Dicebat S. *Theresia : Credere quod Deus admittat in suam amicitiam gentem commoditatis amicam, dementia est. Animæ, quæ vere diligunt Deum, nesciunt quietem expetere.*

147. Hic oritur dubium : Evangelium in quodam loco ait : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Matth.* 5. 16. Alio loco dicit : *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Matth.* 6. 3. Quæritur ergo, utrum actus virtutis sint manifestandi aliis, vel occultandi? Et respondetur distinguendo : opera communia ad virtutem christianam necessaria exerceri debent palam; ut esset frequentia Sacramentorum, oratio mentalis, visitatio Venerabilis, audire missam genibus flexis, et cum interiori spiritus recollectione; deferre oculos modestos, silentium in Ecclesia servare; dicere : *Volo sanctus evadere;* fugere garrulitatem, conversationes periculosas, curiositates et his similia. Opera vero quæ dicuntur supererogationis extraordinariæ, et quæ sapiunt singularitatem, ut supra enarratæ pœnitentiæ externæ ciliciorum, flagellorum, orationis cum brachiis in crucem expansis, comestionis herbarum amariorum, suspiriorum, fletus tempore orationis, etc. occultari debent, quantum possibile est. Reliqua vero opera virtutis ut ministrare infirmis, erogare eleemosynam pauperibus, humiliare se facienti injurias, et similia, hæc melius erit occultare quantum fieri potest : sed si forte exerceri nequeant nisi publice, non debent prætermitti, dummodo fiant tantum intuitu placendi Deo.

§. IV. *De frequentia Sacramentorum.*

148. Tandem dicenda sunt aliqua de modo quo confessarius dirigere debet animas spirituales circa frequentiam Sacramentorum, scilicet confessionis, et communionis. Quod spectat ad confessionem, expedit ipsis insinuare, ut generaliter de suis peccatis confiteantur, si adhuc non fecerint; quia si forte jam

fecerint, vel si anima esset scrupulis agitata, oportet omnino confessionem hanc prohibere ; quoad vero confessionem ordinariam, quædam animæ delicatioris conscientiæ consueverunt quotidie confiteri ; sed, generaliter loquendo, sufficiet personis spiritualibus præsertim scrupulosis confiteri semel, aut ad summum bis in hebdomada. Sed quando aliqua ex istis gravaretur aliqua culpa levi, et non habet opportunitatem confitendi, dicit *P. Barisonius* in suo tractatu de Communione, innixus auctoritati *S. Ambrosii*, et complurium aliorum Auctorum (quod etiam suadet *S. Franciscus Salesius* in quadam sua epistola), quod non ideo omittere debet communionem ; ad remissionem enim venialium docet sacrum Concilium Tridentinum esse quoque alia media, ut essent actus contritionis, et amoris ; unde melius tunc est ad purificandum animam a culpa illa, uti istis mediis, quam privari communione propter absentiam confessarii. Et sapiens quidam director dicebat, quod aliquando longe fructuosius est pro quibusdam animabus timoratis disponere se ad communionem actibus suis, quam cum ipsa confessione. Et multoties accidit, quod tunc anima se disponat actibus ferventioribus contritionis, confidentiæ, et humilitatis.

149. Quoad vero communionem, non loquimur hic de obligatione pastorum animarum non negandi communionem cuicumque subdito qui non sit publice peccator, et quoties rationabiliter petat. Satis de hoc legimus in Libro (*Lib.* 6 (v). *n.* 854.), in quo vidimus, *Innocentium XI.* in quodam suo Decreto ordinasse usum communionis frequentis totum remitti prudentiæ confessariorum ; unde sine evidenti causa, nescio quomodo parochi possint tuta conscientia denegare petentibus communionem. Et notandum est, quod in præfato Decreto prohibetur Episcopis præscribere in genere suis subditis dies ad faciendam communionem ; sed loquimur hic duntaxat de modo quo confessarii debent se gerere in concedenda communione suis pœnitentibus. In hoc quidam errant ob nimiam indulgentiam, alii ob nimium rigorem. Non est dubium quin error sit, ut advertit *SS. P. Benedictus XIV.* in aureo suo libro de Synodo, concedere communionem frequentem iis qui sæpe in peccata gravia labuntur, nec solliciti sunt de agenda pœnitentia, ac de sua emendatione ; aut iis qui accedunt ad communionem cum affectu ad peccata venialia deliberata sine ullo desiderio se ab eis liberandi (*Lib.* 6 (v). *n.* 270.), Expedit quidem aliquando concedere communionem aliquibus, qui essent in periculo labendi in peccata lethalia, ut vires recipiant ad resistendum : sed respectu earum personarum, quæ non existunt in tali periculo, et e contra committunt ordinarie peccata venialia deliberata, et nulla in eis emendatio, neque desiderium emendationis effulget, optimum erit non permittere eis communionem plus quam semel in hebdomada, imo poterit expediens esse illis aliquando per integram hebdomadam communionem interdicere, ut majorem concipiant horrorem in suos defectus, et majorem erga Sacramentum hoc reverentiam (*C. Peracta* 10. *Dist.* 2. *de consecration.*). Tanto magis, quod sententia communior tenet, recipere Eucharistiam cum peccato levi actuali, aut cum affectu ad ipsum, novam esse culpam ratione irreverentiæ quæ irrogatur Sacramento. Quidem afferunt Decretum *S. Anacleti* (*Catech. Rom. de Sacram. Eucharist.* p. 2. *n.* 61.), in quo habetur : *Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus ; sic enim et Apostoli statuerunt et S. Romana tenet Ecclesia.* Sed inprimis negatur a *P. Suarez*, et aliis quod unquam fuerit tale Apostolorum præceptum. Secundo Decretum istud, ut Glossa ibidem testatur, et Catechismus Romanus (*Ibid. n.* 60.), non obligabat omnes fideles, sed tantum ministros assistentes altari. Et tandem posito quod Decretum obligaret omnes, certum est, hodie in desuetudinem abiisse.

150. E contrario errant certe quidam alii directores, et multum se elongant a spiritu Ecclesiæ, dum sine ullo respectu ad exigentiam aut progressum animarum, negant indiscriminatim communionem frequentem, non alia ratione ducti, quam quia frequens est. Ipse Catechismus Romanus (*Ibid.*) explicans desiderium S. Concili Tridentini, ut omnes sacrificio missæ adstantes communicent, docet esse officium parochi sedulo hortari fideles ad communionem non modo frequentem, sed etiam quotidianam, cum obligatione instruendi illos, quod sicut corpus, ita et anima eget quotidiano alimento. Prætermitto hic afferre sanctorum Patrum, et magistrorum spiritus auctoritates omnino conformes, quoniam hæ repe-

riuntur annotatæ in tot libris, qui tractant de frequenti communione. Sufficiat scire ex Catechismo Romano loco supra citato, et ex Decreto *Innocentii XI.* relato in nostro Libro (*Lib.* 6 (v). *n.* 254.), quod frequens communionis usus, imo quotidianus fuit semper ab Ecclesia et ab omnibus Patribus approbatus, qui, ut demonstrat doctus quidam auctor, quoties adverterunt frigescere usum communionis quotidianæ, omnem diligentiam adhibuerunt ad illum redintegrandum. Et in III. Synodo Mediolanensi habita sub S. *Carolo Borromæo*, injunctum fuit parochis exhortari fideles in concionibus ad hanc frequentiam communionis: et insuper impositum fuit Episcopis provinciæ, ut prohiberent concionari, et severius punirent eos qui oppositum disseminarent tanquam scandalorum satores, et totius Ecclesiæ sensui contradicentes. Insuper in præfato Decreto *Innocentii* imponitur Episcopis, ut diligentissime caveant, ne alicui communio denegetur, etiam quotidiana, et quærant, ut par est, in suis subditis hanc alere devotionem. Fatentur ultro quidam spiritus rigidiores licitam quidem esse communionem quotidianam, sed dicunt requiri ad hoc debitam dispositionem; sed scire ab ipsis desideramus quidnam intelligant hoc nomine *debitæ dispositionis?* Si intelligunt dignam, ecquis unquam deberet amplius ad Eucharistiam accedere? Solus Jesus Christus digne Eucharistiam sumpsit, quia solus Deus digne Deum potuit recipere. Si vero convenientem dispositionem intelligunt, jam superius dictum est, quod iis qui actualia habent peccata venialia, aut affectum ad illa, sine desiderio emendationis, æquum est frequentem communionem denegare. Sed si postea loquamur de illis, qui sublato jam affectu etiam ad venialia, et superata majori parte pravarum suarum inclinationum, magnum communicandi desiderium habent, inquit S. *Franciscus Salesius* (*Introd. alla vita divota c.* 20.) quod hi prævio sui directoris consilio recte possunt communicare quotidie. Et S. *Thomas* (4. *Sent. Dist.* 12.) docet quod quando anima aliqua experitur beneficio communionis se crescere in amore divino nec imminui reverentiam in Sacramentum, non debet abstinere a communione etiam quotidiana; en ipsa S. Doctoris verba : *Si aliquis experientia comperisset ex quotidiana communione augeri amoris fervorem, et non minui reverentiam, talis deberet quotidie communicare.*

151. Et quamvis aliquo die a communione abstinere sit etiam virtus, tamen inquit *P. Granata* in suo tractatu de communione, esse communem Doctorum opinionem, quod melius sit accedere quotidie ad communionem ob amorem, quam abstinere ob reverentiam. Et hoc confirmat idem S. *Thomas* (*p.* 3. *qu.* 80. *art.* 10. *ad* 3.) dicens : *Et ideo utrumque pertinet ad reverentiam hujus sacramenti, et quod quotidie sumatur, et quod aliquando abstineatur.... Amor tamen, et spes, ad quæ semper Scriptura nos provocat, præferuntur timori.* Imo recte ait *P. Barisonius*, quod ille, qui ad Eucharistiam accedit cum desiderio crescendi in amore divino, etiam reverentiæ actum exercet erga Jesum Christum : imo hic facit actum positivum, quando ille qui abstinet, facit tantummodo negativum. Plures sancti, qui magnam erga hoc sacramentum reverentiam habuerunt, non abstinuerunt a quotidiana communione: ut consueverunt S. *Gertrudis*, S. *Catharina Senensis*, S. *Theresia*, *B. Joanna de Chantal*, et alii. Et asserentibus hodie non amplius existere has S. *Theresias*, recte reponit idem *P. Barisonius*, temeritatem hanc esse supponere quod hodie manus Domini sit abbreviata. V. P. *Magister Avila* non dubitat dicere quod illi qui damnant eos, qui sæpius ad Eucharistiam accedunt, dæmonis officio funguntur.

152. Cæterum considerando relatas doctrinas, videtur non posse director sine scrupulo negare communionem frequentem et etiam quotidianam (excipe ordinarie loquendo unum diem in quavis hebdomada, ut facere solent prudentes aliqui directores, et excipe tempus illud quo privare velint pœnitentes communione, ad probandam eorum obedientiam, aut humilitatem, aut ob aliquam aliam justam causam) quibusdam animabus eam desiderantibus, ut proficiant in divino amore ;semper vero ac illa vivendo alienata ab affectu cujuscumque culpæ venialis, incumbit insuper multum orationi mentali, et conatur tendere ad perfectionem ; et amplius non labitur in peccata, etiam venialia plene voluntaria. Hæc enim, ut ait *S. Prosper*, est perfectio, quæ potest in hac vita haberi, attenta humana fragilitate. Et quando confessarius utile esse cognoverit concedere communionem frequentem simi-

libus personis, inquit *Innocentius XI.* in suo Decreto, nihil obstare, quod sint etiam negotiatores, et conjugati. En ejus verba : *Frequens* (ad Eucharistiam) *accessus confessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, et frequentiæ fructu, et ad pietatem processu laicis, negotiatoribus, et conjugatis, quod prospiciunt eorum saluti profuturam, id illis præscribere debebunt.*

153. Et quamvis anima aliqua caderet aliquando in veniale peccatum voluntarium ob meram fragilitatem, sed cito postea doleret, emendationemque proponeret; si deinde communionem desideraret ad robur accipiendum a sacramento, ne cedat, et ad progrediendum in via perfectionis, quanam de causa ei esset deneganda communio? Damnata jam fuit ab *Alexand. VIII.* propositio 22. Baji, quæ dicebat : *Sacrilegi sunt judicandi qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam de delictis suis pœnitentiam egerint.* Et propositio 23. *Similiter arcendi sunt a sacra communione quibus nondum inest amor Dei purissimus, et omnis mixtionis expers.* Sacrum Concilium Tridentinum vocabat hoc sacramentum : *Antidotum quo liberamur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus præservamur.* Et quidem ad hunc finem præservandi animam a recidivis, Apostoli communionem quotidianam primitivis christianis concedebant, inter quos sine ullo dubio reperiebantur similiter imperfecti, et fortasse imperfectiores, ut arguitur ex Epistolis *SS. Pauli*, et *Jacobi.* S. Ecclesia (in postcommunione Dom. XXIII. post Pentecosten) orat, *ut quidquid in nostra mente vitiosum est, dono medicationis hujus sacramenti curetur.* Ergo communio fuit instituta etiam pro imperfectis, ut virtute hujus cibi sanentur. Notandum insuper est id quod *S. Franciscus Salesius* in sua Philothea (*Vita divota* c. 21.) in hoc proposito *Si quærunt a te cur tam frequenter communices, responde illis, quod duplex personarum genus debeat sæpius communicare, perfecti scilicet, et imperfecti, perfecti, ut se in perfectione conservent; imperfecti, ut ad perfectionem valeant pervenire. Fortes, ne debiles fiant; debiles, ut fortes evadant; infirmi, ut curentur, bene valentes, ne infirmentur Et quod ad te attinet utpote imperfectam, infirmam ac debilem, eges frequenti communione. Dic illis, quod ii, qui mundanis negotiis non sunt implicati, debeant sæpius communicare, quia habent opportunitatem; qui vero hujusmodi negotiis detinentur, quia egent communione.* Denique Sanctus concludit, dicens : *Accede sæpius, o Philothea, ad Eucharistiam, imo quam sæpissime consilio tui directoris, et crede mihi, quod lepores in nostris montibus albi evadant non alia ratione, nisi quia non edunt nisi nivem : et tu comedendo puritatem in hoc sacramento tota pura evades.* Item *P Granata* in suo tractatu de communione ait : *Non debet homo recedere ab hoc sacramento ob propriam indignitatem; pro pauperibus enim relictus est hic thesaurus, et pro infirmis hæc medicina : itaque nemo* (subdit) *quantum imperfectum se noscat, debet se longe al hoc remedio tenere, si vero curari desiderat.* Imo, ait idem auctor, quod quanto magis quis se debilem noscit, tanto magis ad hunc cibum fortium debet accedere : quod valde consonat cum eo quod inquit *S. Ambrosius* (*Lib.* 4. *de sacram. c.* 6.) : *Qui semper pecco, debeo semper habere medicinam* ; et *S. Augustinus* (*Lib.* 5. *de sacram. c.* 4.). *Quotidie peccas, quotidie sume.*

154. Adde, quod *S. Thomas* docet (*S. Th.* 3. *p. q.* 79. *art.* 8.), effectum sacramenti, quantum ad augmentum gratiæ, non impediri peccatis venialibus, dummodo non committantur in ipsa communione et quamvis hæc impediant in parte, non tamen in toto effectum sacramenti impediunt. Hanc sententiam communiter tenent *Sotus*, *Suarez*, *Valentia*, *Vasquez*, *Coninkius*, et plures alii apud Salmanticenses (*Lib.* 6. (v). *n.* 270. *v. Qu. II*). Insuper tenent plures graviores Auctores (*Ibid. n.* 269. *v. Eff. II.*), hoc sacramentum ex *opere operato* remittere peccata venialia, de quibus anima actualem complacentiam non habeat; atqui hoc concordat cum eo, quod ait Catechismus Romanus (*De Euchar. p.* 2 *n.* 52.) : *Remitti vero Eucharistia, et condonari leviora, quæ venialia dici solent non est quod dubitari debeat; quidquid enim cupiditatis ardore anima omisit totum id Eucharistia, eas minores culpas abstergens, restituit.* Saltem, ut ait Angelicus (*D. Th.* 3. *p. qu.* 79. *art.* 4.) cum communi, excitatur per communionem actus charitatis, quo inde peccata remittuntur : *Qui* (actus charitatis) *excitatur in hoc sacramento, per quem peccata venialia solvuntur.*

155. Quod si postea dignoscatur, ne

obstante frequentia communionis, animam nihil proficere in via perfectionis, neque se emendare a culpis deliberatis, licet venialibus, ut si adhæret etiam voluptatibus sensuum in videndo, audiendo, edendo, cum aliqua vanitate vestiendo, tunc certe consulto restringendus erit usus communionis, etiam ut serio cogitare incipiat de sua emendatione, et suæ spirituali perfectioni consulere. Cæterum advertendum est, quod licet juxta S. *Thomam* (*Ibid. qu.* 80. *art.* 10.), ut possit quis ad communionem accedere, *requiratur, ut cum magna devotione accedat*, nihilominus non est necessarium, ut illa sit summa, vel aperte sensibilis. Sufficit directori detegere in intimo voluntatis sui pœnitentis quamdam alacritatem ad exequenda quæcumque Deo placuerint. Qui a communione abstineret, quia non sentiret in se magnum quemdam fervorem, inquit doctus *Gerson*, esset comparandus illi qui nimis frigescens nollet ad ignem accedere, quia nullum in se experitur calorem. Unde docet *P. Granata* cum *Cajetano*, personas pusillanimes, quæ ob immoderatum timorem suæ indignitatis communionem omittunt, magnum suo proprio progressui inferre præjudicium. Neque ad prosequendas communiones, inquit S. *Laurentius Justinianus*, oportet, ut anima sentiat, aut aperte in se discernat augmentum fervoris, quoniam non raro hoc sacramentum operatur, absque eo quod nos ipsi animadvertamus. S. *Bonaventura* inquit (*De Profectu Religios.* c. 78.) : *Licet tepide, tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedas, quia qui se indignum reputat, cogitet, quod tanto magis egeat medico, quanto senserit se ægrotum : neque ideo quæris te jungere Christo, ut tu eum sanctifices, sed ut sanctificeris ab illo.* Et postea subdit : *Neque prætermittenda est sancta communio, si quandoque non sentit homo specialem devotionem, cum se ad illam præparare studeat, vel in ipsa perceptione, vel post forte minus devotum se sentit, quam vellet.* Ergo bene sentit Sanctus, quod etsi anima experiretur minorem devotionem post susceptam Eucharistiam, quam antea, nec etiam debeat eam omittere. Quapropter, quemadmodum quando anima sentit se maximopere ad communionem inclinatam, expedit identidem eam mortificare communionem differendo (præsertim si advertatur, quod per illam prohibitionem turbetur; hujusmodi enim contristatio est argumentum superbiæ, quæ eam vere reddit indignam); ita ex opposito quando sentit in se ariditatem, et tædium ad Eucharistiam suscipiendam, expedit tunc illam sæpius ad communionem impellere, ut a sacramento vires acquirat.

O utinam! concludo, o utinam et in mundo plures animæ hujusmodi invenirentur (quæ a nonnullis ultra quam convenit rigiditati addictis, irreverentes, et temerariæ vocantur), quæ odio habentes etiam culpas leviores, expeterent communicare, non modo frequenter, sed etiam quotidie cum vero desiderio se emendandi, et in divino amore proficiendi : si enim hoc esset, longe plus in mundo Jesus Christus diligeretur. Bene experientia demonstrat omnibus his qui dirigendarum animarum munus exercent, ut et ego expertus sum, valde quidem proficere personas illas, quæ recto cum desiderio ad communionem accedunt; et Dominum mirum in modum eas ad suum amorem pertrahere, quamvis sæpe hoc eis non manifestat pro majori earumdem bono : quin et multoties eas relinquit in tenebris, et desolatione, et sine ulla devotione sensibili. Animabus istis (ut docent. S. *Theresia*, et S. *Henricus Suso*) nullum efficacius est remedium, quam frequens communio. Unde, ut concludamus, curet confessarius communionem suadere, quoties verum desiderium demonstret, et quoties advertat animam in spiritu proficere beneficio communionis. Curet etiam insinuare, ut post communionem immoretur in gratiarum actione pro eo tempore quo potest. Paucissimi sunt directores qui sedulo id faciunt; scilicet inculcare suis pœnitentibus, ut per aliquod notabile tempus post susceptam Eucharistiam gratias agant, et ratio est, quia paucissimi sunt sacerdotes qui post missæ sacrificium cum Jesu Christo in gratiarum actione subsistant; et ideo pudet eos aliis insinuare quod ipsi non faciunt. Gratiarum actio ordinarie per integram horam durare deberet ; fiat saltem per dimidiam, in qua anima in amando et petendo se exerceat. Inquit S. *Theresia*, quod post communionem Jesus existit in anima tanquam in throno misericordiæ, ut illi gratias elargiatur, dicens : *Quis vis, ut tibi faciam?* Et alibi : Post communionem non amittamus tam præclaram opportunitatem negotiandi. Non solet divina majestas male

rependere hospitium, si bene in anima excipiatur. Insinuet etiam ut sæpius spiritualiter communicet : quæ res valde a Tridentino Concilio commendatur. *Spiritualiter communicare* (inquit *S. Theresia*) *est valde utile. Nolite id prætermittere : hic enim experietur Dominus quantum eum ametis.*

Hic putamus nos non discessuros a mente nostri divi auctoris si demus confessariis et parochis explanationes quæ sequuntur trium theologorum recentiorum, Vincent Scavini et Martinet de frequenti communione :

« Quidam, ait Vincent, e schola potissimum Janseniana, tot et tam perfectas requisierunt ad frequentem communionem dispositiones, ut nullus fere sit qui possit frequenter communicare; unde statuunt generatim perfectius et utilius sese a frequenti communione abstinere. Ita imprimis Antonius Arnaud in libro cui titulus : *De la fréquente communion*, anno 1643, qui rectius inscriberetur : *Contre la fréquente communion.* »

Ac ponit et probat idem Vincent assertionem sequentem :

« *Frequens communionis usus est per se valde utilis et rariori præferendus.* —PROB. 1. Praxi primitivæ Ecclesiæ. — Quod primis Ecclesiæ seculis factum est, et sub ipsorummet Apostolorum oculis peractum, opposito est certe melius saltem per se : porro in primitiva Ecclesia frequens communio valde commendabatur ; legitur enim, Act. II. 42 : *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, in communicatione fractionis panis et orationibus.* — S. Justinus, *in Apologia I, n.* 67, hæc habet : « Solis qui dicitur die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eumdem locum conventus fit... et distributio communicatioque fit eorum in quibus gratiæ sunt actæ cuique præsenti, absentibus autem per diaconos mittitur. — S. Cyprian., *in expositione orationis dominicæ,* ait : « Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus. »

« PROB. 2. Decisionibus Ecclesiæ. — Conc. Trid., *sess. XXII, cap.* 6, ait : « Optaret sacrosancta synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret. » — Et *sess. XIII, cap.* 8 : « Paterno affectu admonet sancta synodus, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur,... hæc sacra mysteria corporis et sanguinis ejus (Jesu Christi) ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ac pietate et cultu credant, et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint. » — Innocent. XI in suo decreto, die 15 febr. 1679 dato, dicit : « Etsi frequens quotidianusque SS. Eucharistiæ usus a SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen aut sæpius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus aut hebdomadis dies statuerunt... illud omnino provideat (episcopus) ut nemo a sacro convivio seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur. » — S. Congregatio Conc Trid., damnavit episcopum qui quosdam in hebdomada dies indixerat extra quos communionem dare non licebat. De Lugo, *disp* 17, *n.* 2.

« PROB. 3. Auctoritate SS. Patrum et doctorum. — S. Basilius, *epist.* 289, *al.* 93 : « Singulis diebus communicare et participem esse sacri corporis et sanguinis Christi, bonum et fructuosum est. » — S. Hieronym., *epist.* 52, *al.* 28 *ad Lucinium :* Utinam omni tempore jejunare possimus... Eucharistiam quoque absque condemnatione nostra, et pungente conscientia semper accipere. » — S. Chrys., *in epist. ad Eph., c.* 1, *hom.* 3, *n.* 4, ait : « Non Epiphania neque quadragesima facit dignos qui accedant, sed animæ sinceritas et puritas. Cum ea semper accede, absque ipsa nunquam. » — S. Aug., *epist.* 54 *ad Jan., n.* 4 : « Si peccata tanta non sint, ut excommunicandus quisquam homo judicetur, non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. » — S. Francis. Sales., *Introduction, part.* 2, *ch.* 21 : « Communiez souvent, Philothée, et le plus souvent que vous pourrez, avec l'advis de vostre père spirituel ;... et à force d'adorer et manger la beauté, la bonté et la pureté même en ce divin sacrement, vous deviendrez toute belle, toute bonne, et toute pure. » Ita in vita spirituali magistri.

« PROB. 3. Rat. th. — Eo ipso quod Christus Eucharistiam per modum alimoniæ spiritualis instituit, sufficienter significavit hunc cœlestem cibum sæpe sæpius sumendum esse, sicut panis materialis ad vitam corporalem servandam et augendam sæpe sumitur.

« NEC DICENDUM has omnes probationes frequentis communionis utilitatem minime ostendere ; semper enim supponunt dispositionum requisitarum præsentiam, quæ omnia ultro admittit Arnaldus ; sed demonstrandum superest has dispositiones haud ægre haberi posse, quod negat præfatus auctor, nec evincunt citati textus. — RESP. Manifeste apparet ex dictis SS. Patres, animarum rectores, ipsammet Ecclesiam valde laudare frequentis communionis praxim, illam summopere exoptare, et ad illam totis viribus fideles adhortari : porro hæc absurda essent si nonnisi rarissime et in mere commentitiis casibus præ-

dictæ dispositiones reperiri possent; quinimo et in errorem inducerentur fideles; cum impellerentur ad communionem frequentem, quam tamen paucissimi tantum utiliter facere possent, et alii plures nonnisi imprudenter et temere, ob dispositionum requisitarum defectum. » (*De Euch.* n. 179 et 80.)

Postea dat idem theologus de agendi ratione confessarii circa communionem frequentem regulas sequentes generales et speciales :

« REGULÆ GENERALES.

« REGULA I. *Communionum frequentia ex utilitate pœnitentis potissimum determinari debet.* — « PROB. Quod primario intendere debet confessarius, est pœnitentis profectus spiritualis; ergo ex illo profectu potissimum determinanda est communionum frequentia. — Cæterum profectus ille non dijudicandus est solum ex progressu in fervorem; sed etiam ex victoria supra dæmones, ex resistentia tentationibus, ex perseverantia in operibus bonis; quæ omnia sedulo pensanda sunt. Attendat etiam confessarius ad Spiritus S. impulsum : non enim eadem via fideles ad cœlum diriguntur : alii amore, alii timore; in istis amor præcellit, in illis vero major est timor vel reverentia in SS. Eucharistiam. Sic S. Vincentius a Paulo nonnisi unicam communionem in hebdomada puellis charitatis regulariter permittit. Et S. Ignatius, *in Constitutionibus societatis, p. 4, c. 4,* § 3, ait : « Frequentius quam octavo quoque die communicare, nonnisi peculiares ob causas, et potius necessitatis, quam devotionis habita ratione, permittatur. »

« REGULA II. *Nulla conditio per se removet a communione, multum tamen attendendum est ad pœnitentis conditionem.* — 1. Nulla conditio per se removet a communione; in primo quippe Ecclesiæ ævo quotidie communicabant fideles, quamvis in variis societatis conditionibus versarentur. « Ceux qui n'ont pas beaucoup d'affaires mondaines, inquit S. Fr. Salesius, doivent souvent communier, parce qu'ils en ont la commodité, et ceux qui ont beaucoup d'affaires mondaines, parce qu'ils en ont la nécessité, et que celui qui travaille beaucoup, et qui s'est chargé de peines, doit aussi manger les viandes solides et souvente fois. » *Introduction*, *p.* 2, *ch.* 21. — 2. Multum attendendum est ad pœnitentis conditionem; ex ea enim plurimum pendet profectus spiritualis. Hinc 1. Primis conversionis temporibus in frequentissima communione adest tum superbiæ, tum desidiæ periculum. — Hinc 2. Discrete permittatur communio eis qui ad sacram synaxim postea probabilius raro accedent, ne in majorem incidant tepiditatem : quod, teste experientia sæpe accidet. Unde merito dicit DD. Bouvier : « Probare non possumus agendi rationem confessariorum qui juniores pueros et puellas ad frequentissimas communiones inducunt; sufficit ut recte viventes identidem admittantur, donec futura rerum destinatio cognoscatur et præsumi possit quid in hoc genere prudenter eis consulendum sit. — Hinc 3. Potest confessarius pœnitentem suum sacra communione orbare aliquo tempore; sive probationis causa, ut illius fidem, patientiam obedientiamque probet; sive pœnitentiæ causa, in pœnam scilicet alicujus peccati vel notabilis imperfectionis. « J'avoue, inquit Fenelonius, *lettre sur la comm.*, *n.* 14, qu'un sage et pieux directeur peut priver un fidèle de la communion pour un temps court. Mais ces épreuves ne doivent être faites que dans un vrai besoin et doivent durer peu ; il faut revenir au plus tôt à la nourriture de l'âme. » — Hinc 4. Quando agitur de quibusdam tentationibus, potissimum carnis, superandis, utiliter frequentior permittitur communio; valde enim cor emundat Agnus ille totius puritatis, vires auget, fomitem peccati minuit et diaboli audaciam retundit.

« REGULA III. *In dubio non quidem status gratiæ pœnitentis, sed illius dispositionum ad communionem, plus vel minus frequentem, potius est concedenda quam deneganda communio.* — PROB. In prædicto dubio certum est communionem nec sacrilegam, nec nullam fore, ac proinde aliquam gratiam sanctificantem ex opere operato ab ea producendam esse; porro ista ratio est gravis et ad partem mitiorem valde inclinat. Insuper hæc decisio conformior est tum naturæ SS. Eucharistiæ, quæ, cum sit panis quotidianus, quotidie sumi debet nisi aliquod obstet impedimentum; tum praxi primitivæ Ecclesiæ, juxta quam omnes fideles SS. Eucharistia quotidie reficiebantur.

« REGULÆ SPECIALES.

« REGULA I. *Ad communionem concedendam aliquoties in anno, vel singulis mensibus, præter gratiæ statum nulla alia requiritur specialis dispositio.* — PROB. Illa regula admittenda est quæ nec auctoritate, nec ratione impugnatur, et fidelibus utilis est; atqui prædicta regula — 1. Non impugnatur auctoritate; nullus quippe in oppositum affertur Patrum vel Doctorum textus; e contra illi toti in eo sunt ut communionem suadeant. — 2. Ratione non prohibetur, nihil enim in ista communione reverentiæ SS. Eucharistiæ exhibendæ contrarium detegitur. — 3. Fidelibus utilis est; tum ob gratiam sanctificantem sacramentis ex opere operato annexam, quamque suscipiunt fideles; tum ob varios actus pietatis, quos ante et post sacram synaxim elicere debent. Sine hac menstrua communione perdifficilis est tentationibus resistentia

et in vita christiana perseverentia. Satagant igitur confessarii ut sui pœnitentes ante et post communionem per aliquot dies quibusdam piis operibus vacent, de communione quadantenus cogitent; tuncque sine ulla hæsitatione communionem permittant, etiamsi in peccata mortalia aliquoties relabantur.

« REGULA II. *Ut communio singulis hebdomadis permittatur, requiritur in pœnitente aliquod communionis desiderium, consuetudo quasdam preces quotidie recitandi, et cura devitandi aliqua peccata venialia saltem graviora.* — PROB. 1. Auctoritate. S. Thom., 3, *q.* 80, *a.* 10, *o.* : « In sumente requiritur ut cum magna devotione et reverentia ad hoc sacramentum accedat. » Porro hæc magna devotio et reverentia esse nequit in illo qui nullam adhibet curam in vitandis peccatis venialibus. — Bened. XIV. ait *de Syn.*, *lib.* 7, *c.* 12, *n.* 9 : « Præcipue monendi sunt confessarii, ne frequentem ad Eucharistiam accessum iis aut suadeant, aut permittant, qui,... etsi gravia evitent crimina, voluntatem tamen habent venialibus inhærentem; qua de re legendi sunt S. Fr. Salesius et Joan. Taulerus. » — S. Fr. Salesius, *Introd.*, *p.* 2, *ch.* 20 : Communiez tous les dimanches, Philothée; « puisque, comme je le présuppose, vous n'avez nulle sorte d'affection au péché mortel, ni aucune affection au péché véniel, vous estes en la vraye disposition que S. Augustin requiert.... Pour communier tous les huict jours, il est requis de n'avoir ny péché mortel, ny aucune affection au péché véniel, et d'avoir un grand désir de se communier. » Ita communiter theologi et conscientiarum directores; nec aliter sentit S. Ligorius, si omnia illius verba sedulo perpendantur, et si attendatur quod laudabiliter appellet Benedictum XIV in suo libro de Synodo, quem *aureum* dicit. *Praxis*, *n.* 149, 150. — PROB. 2. Rat. theol. Illæ communiones prudenter permitti nequeunt, quæ exiguos fructus producentes, satis reverentes in Christum non videntur, torpori spirituali ac SS. mysteriorum profanationi facilem aditum præstant; atque tales sunt communiones quæ fiunt sine ulla devitatione peccatorum venialium. — 1. Exiguos fructus producunt, ex dictis in Tract. de *Sacramentis*, *n.* 173. — 2. Non satis in Christum reverentes apparent; quomodo ad Christi familiaritatem aspirare audent qui illum quotidie in multis levibus offendunt, nec de illis dolent? — 3. Facilem auditum torpori spirituali et SS. mysteriorum profanationi præbent; nam qui tremendam Dei majestatem in corde suo suscipit sine amore ac reverentia, levibus adductus peccatis, mox spiritualibus rebus assuescet, pluribus necessario abutetur gratiis et sic paulatim decidet.

« REGULA III. *Permitti potest communio bis aut ter in heddomada fidelibus qui non modicum experiuntur communionis desiderium, qui culpas deliberatas ut plurimum devitant et piis exercitiis incumbunt.* — Dicitur 1. Qui non modicum experiuntur communionis desiderium, quod quidem desiderium verum et reale esse potest, quamvis totum in corde et sola fide innixum. — 2. Qui culpas deliberatas ut plurimum devitant, non agitur proinde de culpis fragilitatis, sed malitiæ, ut puta detractionis, superbiæ, contemptus proximi, quæ ordinarie quamvis non semper devitantur. — 3. Qui piis exercitiis incumbunt, scilicet: meditationi, Christi in tabernaculis delitescentis visitationi, sacris lectionibus, et charitatis tum spiritualis, tum corporalis operibus. « Le cas dont il s'agit, inquit Fenelonius, *lettre sur la communion*, est celui d'un fidèle dont la conscience paraît pure, qui vit régulièrement, qui est sincère et docile à un directeur expérimenté et ennemi du relâchement. Ce fidèle est faible, mais il se défie de sa faiblesse, et a recours à l'aliment céleste pour se fortifier. Il est imparfait, mais il en gémit, et travaille pour se corriger de ses imperfections. Je dis qu'un bon directeur auquel il obéit avec simplicité, peut et doit le faire communier presque tous les jours. » — Ex dictis patet præsens regula.

« REGULA IV. *Ad communionem quotidie faciendam, præter dispositiones in regula præcedenti requisitas, necesse est ut præcipuæ imperfectiones superatæ fuerint.* — Prob. 1. Auctoritate Doctorum, post S. Fr. Salesium dicentem : « Pour communier tous les jours, il faut outre cela avoir surmonté la pluspart des mauvaises inclinations, et que ce soit par advis du Père spirituel. » — 2. Ratione, quia si pluribus adhuc subjiceretur imperfectionibus notabilibus, non videretur sufficienter dispositus, et ex illa quotidiana communione aliquod scandalum paterentur fideles. » O quam mundæ debent esse manus illæ, quam purum os, quam sanctum corpus, quam immaculatum cor erit sacerdotis, ad quem toties ingreditur auctor puritatis! » *De Im.*, *lib.* 4, c. 2, n. 6.

« O utinam! concludo, ait S. Lig., *praxis*, *n*, 155, o utinam et in mundo plures animæ hujusmodi invenirentur etc.» (Vide superius) (*de Euch.* n. 183 ad 198).

« *Quænam Communio potest dici frequens*, quæritur Scavini ac respondet :

« Consentiunt Communionis frequentis nomine intelligi non solummodo quotidianam; sed eam etiam quæ plusquam semel vel bis fit in hebdomada. De communione singulis dominicis peracta quæstio est : hæc nobis per se loquendo non videtur habenda uti frequens; multo ergo minus quæ fit singulis quindecim diebus, vel singulis mensibus : quod quidem erudite probat S. Al-

phonsus [1]. Et sane postquam in Ecclesia fidelium plebs numero aucta fuit, sed sanctitate diminuta, id est a sæculo VI, statutum est, *ut fideles omnes singulis dominicis communicarent, nisi criminali peccato et manifesto impedirentur* [2]. Primitus enim singulis vel fere singulis diebus communicabant, ut refert Cardinalis Bona [3].

Jam vero si tunc omnibus Communio hebdomadalis erat in præcepto, ac sola immunitas a mortali requirebatur, ea in se præcise frequens non potest dici : neque enim Eucharistia immutata est. ut hodie major, quam ante reverentia eidem tribuenda sit [4]. Hæc igitur ad eam satis sunt ; 1. immunitas a mortali, ne sacrilegio anima gravetur ; 2. Communionis desiderium, ne cibus iste fastidio habeatur ; 3. Confessarii consilium, ut omnis hallucinatio auferatur.

« *An suadenda Communio frequens in hebdomada,* quærit idem :

« Certum est contra Jansenistas (præsertim Arnaldum) Communionem sæpius factam in hedbomada, imo quotidianam, debitis conditionibus intervenientibus, esse optandam exemplo fidelium primitivorum, qui *erant perseverantes in doctrina Apostolorum, et communione fractionis panis* [5]. Id vehementer exoptat Tridentinum [6] : quod desiderium explicans Catechismus R. docet esse officium Parochi hortari (non tamen acriter, sed blande) fideles ad Communionem etiam quotidianam, eos instruendo, quod sicut corpus, ita et anima eget quotidiano alimento ; addens id semper fuisse a sanctis Patribus et Ecclesia valde probatum. Unde S. Carolus Episcopis suæ Provinciæ injunxit severe puniendos esse Parochos, qui oppositum disseminarent. Hoc demum Episcopis omnibus inculcavit Innocentius XI decreto S. C. C. 1679 approbando, ut videlicet in suis subditis hanc alerent devotionem, declarans nihil obstare, quod sint laici, negotiatores, aut conjugati [7]. Concludendum ergo cum Basilio M. [1] *singulis etiam diebus communicare ac participem esse sancti Corporis et Sanguinis Christi, bonum est et perutile.*

« Quæ frequentia Clericos maxime urget, quorum quidem assiduum ministerium erga tantum Sacramentum esse debet. Neque enim facile dixeris eos Sacerdotes ex solida devotione quotidie celebraturos esse, si nunc conspicis Clericos sacram mensam fastidire, et forsan etiam frequenter accedentes irridere. De hisce pessime vaticinamur.

« Diximus tamen *debitis intervenientibus conditionibus;* quæ ex D. Salesio verificantur in illis, qui sublato jam affectu ad venialia, et superata majori parte pravarum suarum inclinationum, magnum communicandi desiderium habent, et Directoris consilium.

« Cæterum cum ex decreto Innocentii XI *Cum ad aures* (quod refert Billuart) judicio Confessariorum frequens ad Eucharistiam accessus sit relinquendus, nonnulla hic adnotamus, ut Confessarii prudens judicium ferre valeant : neque enim una pro omnibus regula.

« 1. Quando anima experitur, communicando se crescere in divino amore, nec minui reverentiam Sacramenti, non debet abstinere a Communione etiam quotidiana : *Unde si aliquis experimentaliter cognosceret ex quotidiana sumptione fervorem amoris augeri, et reverentiam non minui, talis deberet quotidie communicare.* Ita D. Thomas [2].

« 2. Quando anima sentit se maxime ad Communionem inclinari, expedit identidem eam mortificare Communionem differendo, et præsertim si inde turbetur, quod argumentum esset superbiæ. Non ita tamen expedit eam mortificare, si sit in ariditate ac tædio ; ex Sacramento enim vires acquiret : *Licet tepide,* ait D. Bonaventura, *tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedas* [3].

« 3. Si Confessarius vult animas valde proficere, curet ut ad sacram Synaxim imparatæ non accedant : et post in gratiarum actione immorentur tempore quo possunt. *Paucissimi sunt directores,* ait S. Alphonsus, *qui sedulo id faciunt ; quia paucissimi sunt Sacerdotes, qui post Missam cum Jesu Christo in gratiarum actione subsistant; et ideo pudet eos aliis insinuare quod ipsi non faciunt. Gratiarum actio ordinarie per integram horam durare deberet : fiat saltem per dimidiam, in qua anima in amando ac petendo se exerceat* [4].

[1] In Opusc. *Riposta apologetica sulla materia della Communione frequente. — Homo Apost.*, app. 1, n. 20. — It. *Praxis confessarii*, n. 149.

[2] *Capitular.*, l. VI. c. XVII.

[3] *Rer. Litturg.*, l. II, c. XVII.

[4] Si semper fuit reverentia dignissima, et tamen sola immunitas a mortali præcipiebatur ad communicandum singulis hebdomadis, id pro frequentia non habebatur ; ad frequentiam enim tanti Sacramenti omnes conveniunt aliquid amplius requiri.

[5] Act. II.

[6] Sess. XXII, c. VI.

[7] Quid enim hosce potest impedire ? *Non familiæ curæ ac domus ;* cum potius ab hac frequentia robur percipiant ad propria munia accuratius obeunda : unde tunc tantum esset modus imponendus, si revera familiæ cura passura esset damnum vel familia turbetur. *Non actus conjugalis*, ut supra dictum est ; tum quia redditio debiti est actus virtutis, tum quia primi fideles, licet conjugati, quotidie tamen communicabant. — Ad rem etiam Salesius, lib. III, tit. III, scribit : « Quand vous pouvez communier sans troubler vos supérieurs, faites-le selon l'avis de vos confesseurs ; quand vous craignez de les troubler, contentez-vous de communier d'esprit ; et, croyez-moi, cette mortification spirituelle, cette privation de Dieu agréera extrêmement à Dieu, et vous le mettra bien avant dans le cœur.

[1] Epist. XCIII ad Oceaniam Patriciam. *De commun.* — Benedictus XIV, *De Syn.*, l. VIII, c. XII.

[2] In 4 de sent., d. 12, q. 4, a. 1.

[3] *De profess. religiosa*, c. LXXVIII.

[4] *Praxis confess.*, § 4, n. 156.

« 4. Tandem placet concludere cum Clericato a Benedicto XIV valde laudato : *Nullus est, cui menstrua Communio consuli non possit* : *pauci, quibus Communio hebdomadaria sit prohibenda* : *paucissimi, quibus quotidiana sit concedenda*, si excipias aliquam peculiarem circumstantiam, puta aliquod Novennarium. Neque obstat, quod Sacerdotes quotidie celebrent, quamvis non ita ferventiores ; nam præterquam quod non excusantur si non conformant mores suos ad tanti Sacramenti dignitatem, alia urget ratio : quod nempe ipsi ex officio constituti sunt mediatores inter Deum et homines, ac Ministri Sacrificii, quod quidem prodest toti Ecclesiæ ex opere operato. » (T. III. n. 627 ad 629.)

Atque dat citatus Theologus sequentes citationes, notationes et monitiones, de materia eadem :

« Plures plura objiciunt contra *Communionem frequentem*. Aiunt enim inter cætera : « La communion trop fréquente engendre trop de familiarité envers Notre-Seigneur. » Au contraire, cette familiarité est agréable à Dieu et avantageuse pour nous. — « Je ne communie pas souvent parce que je ne me sens aucune dévotion. » On peut avoir de la piété sans la sentir. — « Je crains de communier par habitude. » — L'habitude des choses louables est excellente. — « Mais je n'en retire pas de fruit. » — Si vous évitez le péché mortel, c'est grâce à la communion fréquente. — « Je ne communie pas souvent parce que, malgré mes communions fréquentes, je tombe souvent dans les impatiences, la jalousie, la vanité, la paresse. » — Dans notre cœur, il est vrai, croissent continuellement de mauvaises plantes, mais la communion fréquente vous sert à les déraciner et les empêche d'étouffer le bon grain. Remarquez encore que les guérisons ne se font d'ordinaire que lentement et par la continuation des remèdes. — « Je ne communie pas souvent, parce que je crains d'en abuser. » — Alors ne mangez pas non plus, ne buvez pas, vous pourriez en abuser. — « Les gens qui communient souvent, quels exemples nous donnent-ils ? » — La communion fréquente ne rend pas impeccable ; mais elle purifie certainement l'âme et la préserve de bien des fautes. Je vous le demande, ceux qui ne communient point sont-ils plus vertueux ? Les voyez-vous plus attentifs à leurs devoirs, charitables, patients, humbles, obéissants, studieux ? Communiez comme il faut et vous verrez des prodiges. — « Je ne communie pas souvent parce que j'éprouve mille tentations contre la foi, la pureté, la sainte Vierge, Notre-Seigneur, » etc. — Ce sont là autant d'illusions du démon pour empêcher le résultat de la communion. Méprisez-les, n'en faites aucun cas, et ne ressemblez pas à celui qui prendrait au sérieux les inconvenances d'un fou. Sainte Thérèse appelle l'imagination la folle du logis ; s'en préoccuper ou vouloir la mettre à la raison, c'est perdre son temps. — « Je ne communie pas souvent, parce que je n'éprouve plus de consolations. » — Cherchez Dieu, et non les consolations de Dieu. C'est même un bon signe. Jusqu'ici le Seigneur vous a nourri de lait comme des enfants, maintenant il veut vous fortifier par des aliments plus solides. C'est ainsi qu'il traite ses amis. Saint François d'Assise vécut deux ans dans cet état d'aridité ; sainte Marie-Madeleine de Pazzi cinq ans ; sainte Thérèse vingt-deux ; saint Hugon, évêque, toute sa vie. — « La nourriture que l'on prend sans appétit ne profite point. » — Ceci est vrai de la nourriture matérielle, et non de la communion qui ne dépend point de nous et produit ses effets nécessairement dans les âmes bien disposées. Cette chair, dit Bossuet, ne se digère point, mais c'est elle qui nous change en elle-même. — « L'Église n'a point ordonné la communion fréquente, et dans ma paroisse, dans mon collége, elle n'est point d'usage. » — L'Église ne l'ordonne point, mais elle la désire instamment, et elle nous la conseille. Si elle ne commande pas, elle demande. — « Ce n'est pas l'usage. » — Sacrifiez-vous votre intérêt à l'usage ? Introduisez vous-même cet usage et montrez par votre progrès dans l'accomplissement de vos devoirs les effets de la fréquente communion ; personne ne pourra vous blâmer. — V. Favre, *le Ciel ouvert par la communion fréquente*. Careno, *Regles et Examen XIX*.

« Neque, ut verbis Oberauchii utar, illam frigidorum cantilenam occinas : *Res sancta nimio usu vilescit; in tanta frequentia debita præparatio deesse solet; prudens suspicio est illis, qui toties communicantes, in virtute tamen potentes progressus non faciunt, occultum vitium subesse*, etc.

« *R. Hæc* in frequenter communicantibus, præsertim qui prudenti conscientiæ moderatore utuntur, *plerumque* non contingunt. Si vero ex quibusdam abusibus regulam generalem statuere velis, omnium pene rerum usum sustulisti. Revera numquid in *raro communicantibus* major reverentia diligentior præparatio, et exactior cordis puritas deprehendi consuevit ? Quosnam facilius ad Communionem admittis? num eos, qui ante aliquot menses, vel omnino ante annum confessi fuerunt ; vero qui frequenter se sistunt? Hæc nempe inter divina humanaque commercia differentia datur ut *homines*, quibuscum frequenter conversamur, ex detectis illorum nævis plerumque nobis vilescant ; contra quos sæpius familiariusque cum civibus regni cœlestis, et præsertim cum Deo ipso agimus ; eo magis reverentia et charitas nostra augentur ; ibi enim mens nostra novos in dies ardores concipit. Si denique a frequenter communicantibus conspicuos in virtute progressus requiras, numquid, si raro tantum accesse-

rint, eosdem magis profecturos speras? Vah! cave, ne in ætate præsertim juvenili peccatis hucusque levibus mox gravia succedant, et omne proficiendi concilium penitus demittatur! *Proni enim sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua; et nisi succurrat divina medicina, labitur homo mox ad pejora. Retrahit ergo sancta Communio a malo, et confortat in bono. Si enim modo tam sæpe negligens sum et tepidus quando communico aut celebro; quid fieret, si medelam non sumerem, et tam grande juvamen non quærerem?* De Imitat. Chr., l. IV, c. III. Hæc Stapf, *Theol.*, § 589.

« Ce ne fut pas une réunion d'hommes, disait S. Alphonse de Liguori, mais de démons que celle de Bourg-Fontaine, et Antoine Arnault ne pouvait trouver de moyen plus sûr d'éloigner de l'Eucharistie que de changer le sens des dispositions que requiert le grand apôtre pour nous en approcher. Je sais que les anges n'en sont point dignes. Mais J. C. a voulu en gratifier l'homme pour le soulager dans ses malheurs. Tout le bien nous vient de ce sacrement. Que ce secours nous manque, et tout est perdu. » *V.* Tannoja, *Vita di S. Alfonso* l. IV, c. XXX, tip. Marietti, Torino.

« *Sed nonne* (dices) *clamabat Augustinus quotidie Eucharistiæ Communionem recipere nec laudo, nec vitupero?* Hæc verba cum Gratiano retulerunt Salesius, et alii ut propria Augustini; at hodie certum est ea Augustini non esse; sed cujusdam Gennadii, qui in pluribus Augustino adversabatur. Huic autem Gennadio opponimus tum S. Ambrosium, qui ait (l. III de Sacr. c. IV): *Accipe quotidie quod quotidie tibi prodest: sic vive ut quotidie merearis accipere;* tum verum Augustinum *Epist. ad Januar.*, qui scribit: *Quotidie peccas? quotidie sume.* Quod si adhuc quis ea verba ab Augustino dicta putaret objiceretque; ad eum pulcherrimam præberet responsionem S. Catharina Senensis. Cum enim quidam ipsam reprobaret, quod adeo frequenter communicaret; atque hanc quam putabat Augustini sententiam, ad nauseam exaggerarat, *respondit Virgo sacra in præsentia plurium: Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare tu, Reverendissime me vituperas? sicque confusus tacuit.* Ita refert S. Antoninus.

« *Sed nonne* (subjunges) *qui singulis in mensibus per annum fornicatur, dicitur peccare frequenter, atque pravam consuetudinem habere? Ergo a pari qui singulis communicat mensibus, frequenter communicare dicendus est.* Negamus paritatem; frequentia enim quoad peccata ex impellentibus circumstantiis est metienda. Sic nonne qui toties peccat quoties ei occurrit occasio, dicitur pravum habitum habere, quamvis semel tantum in anno ei occasio contingat? Adde a corrupta natura nos ad malam jam nimis inclinari: adde unum peccatum quasi suo pondere ad aliud trahere, unde manifestum est quod etiam paucis vicibus mala consuetudo constituitur. Sed diversa ratio in casu nostro; cum enim Eucharistia cibi rationem habeat, longe sæpius est sumenda, ut frequenter sumi dicatur: cibi enim frequentia ipsum diem potius quam mensem respicit.

« *Verum* (addes) *nonne congruentius est abstinere ob reverentiam, quam ita frequenter accedere* Respondet P. Granata esse communem opinionem, quod melius sit accedere quotidie ob amorem, quam abstinere ob reverentiam. Quod confirmat Angelicus dicens (3 p., q. 80, a. 10): *Utrumque pertinet ad reverentiam hujus Sacramenti et quod quotidie sumatur, et quod aliquando abstineatur; amor tamen et spes, ad quæ semper Scriptura nos provocat, præferentur timori.* Sane qui se abstinet, actum reverentiæ negativum exercet; qui accedit, positivum.

« *Quis* (regeres) *potest digne tam frequenter sucipere Deum?*

« R. Si hoc valeret, numquam esset suscipiendus. Unde dicimus sufficere dispositionem nostræ conditioni convenientem; nam etsi magna devotio requiratur ad tantam cum Christo, familiaritatem, tamen nostris viribus accommodari debet. Nempe *requiritur et sufficit, ut sublato affectu ad venialia et superata majori parte pravarum inclinationum, magnum habeatur communicandi desiderium, ardens in dies semper proficiendi studium, atque directoris consensus.* De hac perfectione contentus est Salesius: et hæc est juxta S. Prosperum, quæ in hac vita potest haberi, attenta humana fragilitate. Hinc merito ab Alexandro VIII damnata est hæc propositio: *Sacrilegi sunt judicandi qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint;* et alia *similiter arcendi sunt a Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus et omnis mixtionis expers.* Non solis perfectis hæc preferentia convenit. Hinc laudatus Salesius: *Si quærunt a te, cur tam frequenter communices? responde illis, quod duplex personarum genus debet sæpius communicare, perfecti et imperfecti: perfecti, ut se in perfectione conservent; imperfecti, ut ad perfectionem valeant pervenire.. Dic illis, quod ii qui mundanis negotiis non sunt implicati, debent sæpius communicare, quia habent opportunitatem: qui vero iis detinentur, quia habent necessitatem,* etc. (Introduction à la vie dévote).

« Monitum gravissimum. — Hodie maxime viri fortiter urgendi sunt ad frequentandum tale convivium; quot enim sunt qui id fere erubescunt! Hac in re vid. *Lettres à Eugène sur l'Eucharistie.* Paris, 1830.

« *V.* Castelvetere. *Direttorio mist.*, l. I, p. III. t. I. — Scaramelli, *Direttorio ascetico.* — Crescimbeni, *Le provinciali all' Italia-*

na, opus cl. Vittadini. — Martinet, *L'Emmanuel, ou Le remède à tous nos maux.* — Fénelon, *Lettre sur la première Communion.* — Careno, *Delle regole*, esome XIX, ecc. — Franco, *Risposte popolari alle obiezioni piu comuni contro la religione.* — Faure, *Oper* supra cit. ubi probat quod communionis frequentia omnibus suadent *hujus institutionis finis, intentio Christi, primitivorum fidelium praxis, Patrum sensus Episcoporum, Pontificum et Ecclesiæ desiderium, ardens ascetarum et Sanctorum consilium bonum animarum*, etc. » (t. III. p. 749 ad. 753.)

Tandem, de gradu præparationis generatim adhibendo ad communionem hebdomadariam, frequentem, et quotidianam, ita generatim principia repetit Martinet.

« Ut vitentur extrema laxismi et rigorismi, damnata a SS. Pontificibus [1], in disputatissima quæstione de dispositionibus animæ exigendis ad communionem plus minusve frequentem, duo præ oculis habenda sunt nunquam dissocianda : reverentia debita augustissimo Sacramento, et necessitas vel utilitas spiritalis communicantium. Si sola attendatur dignitas Sacramenti, nulla invenitur reverentia sufficiens. « Solus Jesus Christus digne Eucharistiam sumpsit, quia solus Deus digne Deum potuit recipere (S. Alph. *Praxis Confess.* n. 150.) » Spectata vero ineffabili charitate qua Christus se exinanivit usque ad *formam cibi*, ut subveniat inopiæ nostræ, vitamque ita pani eucharistico alligavit, ut expertes vitæ dicat eos qui *non manducant*, nemini dubitare fas est quin amantissimus Redemptor velit hunc cibum præberi universis ovibus suis, benevalentibus *ut vitam abundantius habeant*, et languidis ut convalescant. Quin etiam, ex sententia sua, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*, ad istos præsertim ait : *Venite ad me omnes qui laboratis*, etc. In parabola Cœnæ nuptialis, de invitandis ait ad ministros : *Ite ergo ad exitus viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias... et pauperes, ac debiles et cæcos et claudos*, neminem excludens præter hominem *non vestitum veste nuptiali*, id est carentem gratia habituali (*Matth.* XXII, *Luc.* XIV). Unde, ex confesso omnium qui Janseniano veneno non inficiuntur, pugnaret cum manifesta intentione Christi, et constanti Ecclesiæ disciplina, qui communionem infrequentem denegaret justis imperfectis, hac una de causa quod imperfecti sunt. Ita quippe excluderet a refectione spirituali multitudinem eorum qui illa maxime egent, quos explicite Christus vocat, ut magis laborantes et oneratos : aut nollet agnoscere in pane eucharistico vim imperfectos ad perfectionem promovendi, quod esset contra fidem; aut vellet effectum dari ante causam, vitam nempe perfectam ante esum *panis vitæ;* quod esset absurdum.

« Verum, quia debiles et imperfecti non sunt removendi a mensa eucharistica, non ideo omnes indiscriminatim invitandi sunt ad eam frequentandam, sed habenda est ratio dispositionis *positivæ* singulorum ad communionem; siquidem ex modo dictis, ad communionem vere fructuosam non sufficit dispositio mere *negativa*, seu immunitas a censura et peccato gravi — In dispositione autem positiva triplex distingui potest gradus. Primus est imperfectorum qui, in imperfectione sibi placentes, aut saltem non sibi displicentes, vitant quidem actum, habitum et affectum peccati mortalis, etsi in illud interdum labantur, sed remanent otiosi in habitu et affectu peccati venialis, ideoque ad communionem accedunt magis animo vitandi mortem animæ, quam in vita proficiendi. Secundus est proficientium, qui, solliciti de extirpatione vitiosorum affectuum virtutumque exercitatione, etsi ab illis nondum expediti et in isti solidati, communicant animo non solum *vitam habendi, sed abundantius habendi.*

[1] Disputatum est in scholis utrum ad fructuosam communionem requiratur devotio *actualis*, qua in actu communionis vitetur omnis irreverentia, et voluntas pie moveatur in Christum, an vero sufficiat devotio *virtualis* quæ prius actualis non fuerit revocata, ideoque censetur perseverare, licet in actu communionis mens alio distrahatur plus minusve voluntarie. Obsolevit ut durior opinio S. Bonaventuræ, S. Antonini, Alex. Alensis, Durandi, Cajetani, etc., arbitrantium defectu devotionis actualis impediri totum effectum sacramenti. Communissima sententia tenet discernendum esse fructum proprium sacramenti, qui dicitur *ex opere operatio*, ab accessorio, *ex opere operantis*, seu ex suscipientis dispositione; istum quidem non percipi a communicante cum affectu actuali ad peccatum veniale, aut venialiter peccante in actu communionis; fructum vero principalem, situm in augmento charitatis habitualis, conferri omnibus communicantibus in statu justitiæ. Ita, post S. Thomam (III. q. LXXIX, a. 8, correcta opinione adversa, cui visus erat suffragari in IV sent. d. XII, q. II, a. 10), omnis ferme schola recens, subnixa gravissimis rationibus, quas videre est apud Suarez, Disp. LXIII, sect. 3, et card. de Lugo, de Euch. disp. XIV, sect. 3. Duas tantum proferemus, unam ex mente Christi, alteram ex natura Eucharistiæ. « Christus, inquit Suarez, non solum respexit ad dignitatem sacramenti, sed etiam ad hominis fragilitatem; et ideo propter dignitatem sacramenti, voluit hominem accedere cum justitia : propter hominis vero fragilitatem, devotionem actualem requisivit solummodo ut utiliorem et magis fructuosam, non ut necessariam. » Ad objectum Cajetani : « Eucharistia debet operari suum effectum per modum cibi; cibus autem non nutrit absque actuali cooperatione viventis, a quo digeritur et convertitur in propriam substantiam; » egregie resp. de Lugo, « hunc cibum non requirere in rigore operationem sumentis, quia non convertitur cibus in sumentem, sed potius contra sumentem convertit in seipsum; atque ideo in parvulis et perpetuo amentibus operatur suum effectum (*loc. cit.* n. 53), »

Quoad autem damnata a SS. Pontif : Decreto Innocentii XI, 2 mart. 1679, damnata est hæc prop. n° 56 : *Frequens confessio et communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.* — Decreto Alexandri VIII, 7 dec. 1690, damnatæ sunt seqq. n° 22-23 : *Sacrilegi sunt judicandi, qui ad communionem prætendunt antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint. — Similiter arcendi sunt a S. communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus et omnis mixtionis expers.*

— Tertius gradus est provectiorum qui,deposito jam affectu et habitu venialium deliberatorum, licet interdum in ea ex fragilitate incidant, non aliud in communione quærunt quam incrementum fervoris « et antidotum quo liberentur a culpis quotidianis (*Trid. De Euch.* c. II). »

« Quibus prænotatis, veniamus ad regulas vulgo receptas a TT. practicis, mediæ viæ inter laxismum et rigorismum.

I. *Prima dispositio, ut imperfecta convertendaque in meliorem, sufficit ad communionem minus frequentem, ad eam scilicet quæ fit non solum pluries in anno, semel in mense,sed etiam singulis diebus dominicis et festis......*

II. *Ut quis regulariter admittatur ad communionem frequentem, et disponatur ad quotidianam, constitui debet in secundo dispositionis gradu, et conari ad tertium, scilicet verum demonstrare animum proficiendi in via ad perfectam præceptorum Dei et Ecclesiæ,suique status officiorum observationem.....* (*Theol. mor.* lib. II. art. XVI. §. 5.)

Demum quoad devotionem nonnullorum personarum, quæ vera devotio non est, prodit Scavini verba sequentia Salvatori, verissima certe nec robusta nimis :

« La dévotion, selon l'enseignement de S. Thomas, de tous les Pères et de tous les théologiens, n'est pas autre chose qu'une résolution ferme et sincère de faire tout ce qui plaira à Dieu. Or il n'y a rien qui puisse certainement autant plaire à Dieu et qui porte davantage le cachet de sa volonté que l'accomplissement de la loi divine et des devoirs de notre état. Dans l'état de mariage, une des principales charges, c'est le support des ennuis qui viennent de la part des maris et des enfants. Vous êtes contentes lorsque vous parvenez à passer plusieurs heures à l'église : employant peut-être la majeure partie de ce temps à bavarder avec l'une et avec l'autre, et même, ce qui est pire, à médire du tiers et du quart, et vous ne vous faites aucun scrupule d'avoir laissé votre famille aussi longtemps. Vous vous croyez parvenues au comble de la perfection pour quelques soupirs que vous poussez, pour quelques larmes que vous versez, quelques légers coups que vous donnez sur votre poitrine, et si vous ambitionnez d'être réellement dévotes (et ce serait une noble ambition), réfléchissez aux souffrances de Notre-Seigneur Jésus-Christ ; rappelez-vous qu'il est né, qu'il a vécu et qu'il est mort dans une extrême pauvreté; songez aux injures, aux mépris, aux coups qu'il a soufferts, et dites-vous à vous-mêmes : « Puis» je comparer les mauvais traitements que » je reçois de mon mari, les commérages de » mes voisines, les ennuis qui me viennent » de mes enfants, avec les calomnies, la fla» gellation, les clous, la croix que Jésus» Christ a voulu subir ? Puis-je me » comparer, moi pécheresse, avec mon Dieu » crucifié pour moi ? Cependant, pour » entrer au ciel, Jésus-Christ a dû passer » par ces souffrances, et je prétendrais y en» trer en menant une vie commode guidée » par ma fantaisie ! » Animez-vous avec ces sentiments et d'autres semblables à supporter les inconvénients de votre état. Croyez qu'ainsi vous serez plus véritablement dévotes que ces béates qui se vantent d'avoir entendu quatre ou cinq messes par jour, de communier trois ou quatre fois la semaine, tandis qu'il faut bien se garder de leur dire quelque parole piquante, de leur montrer un peu de mépris. Quelle illusion est la leur ! elles sont dévotes, oui.... mais non pas dévouées à Dieu;c'est leur caprice, c'est l'orgueil, c'est le démon qu'elles servent. » (*Istruzione pei novelli confessori.* § 15. part. I.)

§ V. *Methodus vitæ pro aliqua moniali quæ exposceret dirigi per viam perfectionis.*

156. Ante omnia præmittere oportet ea, quæ inferius exponam, intelligenda esse, quoties non obstet pœnitenti aliquod impedimentum sanitatis, officii, aut obedientiæ : quod etiam intelligendum est cum licentia Patris spiritualis, est etiam Præsulis monasterii, pro eo quod spectat mortificationes externas quæ aliorum oculis sunt expositæ.

157. Et primum quoad orationem, 1. Tres saltem horas orationis mentalis et ficere, unam mane, aliam vespere et aliam post communionem. 2. Visitare SS. Sacramentum, et Mariam SS. per semihoram, vel saltem quadrantem. In his orationibus incumbat renovandis votis pluries in die, si jam emiserit professionem, vel illis quibus forte se obligavit. 3. Recitare rosarium saltem quinque decadum cum aliis orationibus vocalibus ; sed hæ non sint plus justo, quia cum plures sunt, recitantur cum tenui fructu, caput aggravant, et inde orationem mentalem impediunt. 4. Uti sæpissime orationibus jaculatoriis, ut e. c. *Deus meus, et omnia, quam bonus es Deus meus! Diligam te, Jesu, amor meus, pro me crucifixum, Domine, quare non amaris ab omnibus? Oh utinam et nunquam offendissem te! Volo, Domine quæcumque tu vis. Quando te videbo, et amabo de facie ad faciem! Ecce me, fiat de me quodcumque vis.* Insinuet magnopere director hujusmodi jaculationes amoris, et anima magni eas faciat. 5. Orationi adjungere lectionem spiritualem per semihoram, legendo Opera vel *Rodri-*

guez, vel *Santejurœi*, vel Monita ad religiosos, vel alium librum qui tractet de virtutibus, vel legere vitas Sanctorum, quarum lectio est fortassis cæteris omnibus utilior

158. Secundo accedere quotidie ad communionem, uno excepto die in quavis hebdomada. Sed in novenis Spiritus sancti, Nativitatis Domini et Mariæ sanctissimæ, et sanctorum Patronorum communicet quotidie, et quotidie saltem ter communicet spiritualiter.

159. Tertio quoad mortificationes, 1. Quotidie flagellationem incruentam per horæ quadrantem circiter, et sanguineam bis, vel saltem unam in mense adhibere. 2. Mane catenulam ferream usque ad prandium : post prandium vero aliquam parvam in brachio. Nunquam tamen catenam circa cincturam, neque cilicia equinis crinibus contexta, quoniam hæc valde officiunt sanitati. 3. Jejunium in pane et aqua in die sabbati, et vigiliis septem festivitatum Mariæ, si commode per valetudinem poterit, vel saltem unico tantum uti obsonio. In refectione vespertina ordinarie non excedere octo uncias cibi, nisi adfuerit aliqua extraordinaria urgentia; abstinere a fructibus diebus Mercurii et Veneris, et in novenis superius enuntiatis, in quibus potest etiam abstinere ab aliqua alia portione cibi consueti ; et in edendo miscere cibis aliquam particulam herbæ amarioris, sed nunquam cinerem. Extra mensam nihil comedere, quoniam melius est, comparative loquendo, quotidie præfatam abstinentiam exercere, quam bis, vel ter in hebdomada jejunare. Somnus non extendatur ultra sex horas : semper vero ad quinque; quoniam excedens defectus somni nocet capiti, et impedit cætera exercitia spiritualia. 4. Servare silentium per tres horas diei, quod intelligi debet de non proferendis verbis non necessariis.

De scientia autem necessaria confessario directori in viam perfectionis sic judicabat S. Theresia generaliter de se ipsa loquens:

« J'ai toujours eu une prédilection marquée pour les confesseurs éminents en doctrine, car les demisavants ont nui grandement à mon âme ; mais il ne m'a pas toujours été facile de les rencontrer au gré de mes désirs. J'ai vu par expérience qu'il vaut mieux, quand ils sont gens de bien et de bonnes mœurs, qu'ils n'aient pas du tout d'études que d'en avoir de médiocres ; alors du moins ils se défient, tout comme moi, et ils prennent conseil d'hommes vraiment éclairés Les savants ne m'ont jamais trompée. (*Vie de sainte Thérèse, écrite par elle-même*, et traduite par Bouix, c. v,)

Monita in genere pro perfectione.

160. I. Collocare omnem fiduciam in Deo, et omnino diffidere de se, et de suis bonis propositis. Mascula determinatio se vincendi, et vim sibi in occasionibus inferendi. Ait *S. Theresia : Si defectus non procedit a nobis, ne timeamus quod Deus se abstineat ab impertiendo nobis auxilia ad nostram sanctificationem.*

161. II. Cavere a quocumque minimo defectu deliberato, sive apertis oculis admisso. *A peccato deliberato*, (inquit eadem Sancta) *quantumvis parvo, Deus vos liberet.* Subditque : *Dæmon enim per opera minimarum rerum aliqua facit foramina, per quæ res magnæ ingrediuntur.*

162. III. Non tristari post admissos defectus, sed cito se humiliare, et ad Deum confugiendo cum brevi actu contritionis, et proposito, se in pace remittere; et ita semper se gerere, etiamsi centies in die quis caderet. Et in hoc monet *S. Theresia* ne communicentur propriæ tentationes animabus imperfectis, quia ita et sibi, et aliis damnum affertur.

163. IV. Alienare se ab omnibus propinquis, rebus, voluptatibus ; aliter, inquit S. *Theresia : Anima non recedendo a voluptatibus mundanis, non post multum denuo recedet a via Dei.* Effugere familiaritatem personarum diversi sexus, quantumcumque fuerint religiosæ; sæpe enim diabolus introducit cum illis quasdam affectiunculas non puras, eas obstrudendo pro spiritualibus. Videantur notata *n.* 119. Oportet ante omnia renuntiare propriæ æstimationi, et propriæ voluntati, imo et rebus spiritualibus, ut orationi, communioni, et mortificationibus, quando hæc obedientia non permittit. Uno verbo oportet expellere a corde omne quod non est Deus, et quod non est secundum majus Dei beneplacitum.

164. V. Lætari cum spiritu quoties se cernit contemni, irrideri, et omnium vilissimum reputari. O quam pulchre orat anima illa quæ vilipendia libenter amplectitur ! præcipue in communitatibus in quibus hæc virtus est omnium longe necessaria; consequenter oportet fovere affectionem specialem erga nos-

tros inimicos, et persecutores, illis inserviendo, benefaciendo, honorando, saltem benedicendo, et commendando specialiter Deo quemadmodum Sancti facere consueverunt.

165. VI. Alere ardentissimum desiderium amandi Deum, illique placendi. Ait S. *Theresia : Dominus adeo desideriis delectatur, ac si fuissent executioni demandata.* Sine hoc desiderio anima non progredietur in via perfectionis, nec Deus largietur illi gratias valde speciales. Eadem Sancta ait : *Ordinarie Deus non impertitur favores multum singulares, nisi iis qui diu desideraveruut ejus amorem.* Ei desiderio oportet semper conjungere determinationem faciendi quantum possumus, ut Deo placeamus Præfata Sancta inquit : *Diabolus potissimum timet magnanima corda.* Et alibi : *Nihil aliud a nobis exigit Dominus quam validam determinationem, ut reliquum ipse inde perficiat.* Oportet quoque fovere affectum summum erga orationem, quæ est formax in qua accenditur amor divinus. Omnes Sancti, quoniam unice Deum diligebant, unice quoque dilexerunt orationem. Est etiam necessarium, ut quis ardenter desideret paradisum ; in cœlo enim animæ diligunt Deum cum omnibus viribus suis, quod consequi nemo potest in terra, et ideo vult Deus, ut ardentissime hoc regnum desideremus , quod Jesus Christus nobis acquisivit sanguine suo.

166. VII. Habere magnam uniformitatem divinæ voluntati in omnibus rebus appetitui nostro contrariis, et se pluries in die Deo offerre. S. *Theresia* hoc quinquagies in die facere consueverat : *Non consistit progressus (*inquit Sancta*) in sibi procuranda majore fruitione Dei, sed in adimplenda illius voluntate.* Et alibi : *Vera unio est unire nostram cum divina voluntate.*

167. VIII. Præstare exactam obedientiam regulis, superioribus, et patri spirituali. Dicebat *V P. Vincentius Caraffa : Obedientia est regina omnium virtutum ; omnes enim virtutes obediunt obedientiæ.* Et. S. *Theresia : Deus ab anima, quæ sibi proposuit illum amare, nihil aliud exigit quam obedientiam.* Perfecta vero obedientia consistit in cito, fideliter, alacriter, et sine ullo judicio obediendo, nullam exquirendo rationem, quoties res jussa non sit certe peccatum, ut inquiunt *SS. Bernardus, Franciscus Salesius , Ignatius Loyola,* et omnes spiritualis vitæ magistri : et in rebus dubiis eligere id quod præsumitur quod jussisset obedientia; et quando hæc præsumptio non posset haberi, id eligere quod magis nostris inclinationibus adversatur. Hoc est illud *Vince te ipsum* toties inculcatum a S. *Francisco Xaverio,* et *S. Ignatio,* qui solitus erat dicere longe pluris proficere animam mortificationis amicam unico horæ quadrante, quam alias non mortificatas per plurimas horas.

168. IX. Attendere semper divinæ præsentiæ. Inquit *S. Theresia : Omne malum proveniet ex eo quod non consideremus Deum præsentem.* Qui vere amat, nunquam obliviscitur objecti amati. Ad conservandam vero memoriam hujus divinæ præsentiæ juvat in praxi aliquod speciale signum gestare, vel intra cubiculum habere. Maxime vero oportet hanc præsentiam fovere, sæpius in die repetendo actus amoris in Deum, et petendo divinum amorem. E. G. Deus meus, et omnia. Diligam te ex toto corde meo. Totum me tibi do. Fac de me quod tibi placuerit. Nil aliud volo nisi te, et tuam voluntatem. Da mihi amorem, tuum, et dives sum satis, etc. Advertendum tamen est quod actus isti faciendi sunt sine ulla vi, et nullam desiderando consolationem sensibilem ; sed cum suavitate quadam et voluntate pura unice Deo placendi. Asserebat S. *Theresia : Ne vereamur relinqui irremuneratam a Deo vel unicam elevationem oculorum ad ejus recordationem.*

169. X. Dirigere intentionem placendi Deo in quacumque actione quotidiana sive spirituali, sive corporali, dicendo : Domine, hoc facio tantum, ut placeam tibi. Recta intentio appellatur alchimia spiritualis, quæ omnes actiones, etiam viliores, aureas facit.

170. XI. Quotannis exercitia spiritualia peragere per octo, vel decem dies, alienando se, quantum fieri potest, ab omni conversatione, et officio quod distractiones afferat, ut solum cum Deo versetur. Similiter singulis mensibus aliquem diem ad se colligendum destinare. Devote celebrare novenas nativitatis Domini, Spiritus sancti, septem festivitatum Mariæ, S. Josephi, Angeli sui custodis, et Sancti tutelaris. In his novenis poterit quotidie accedere ad communionem orando per horam, vel saltem dimidium plus consueto. Recitare aliquas alias orationes vocales, sed

non multas; quoniam longe melius erit exercere determinatum quemdam numerum actuum amoris, vel similium.

171. XII. Habere devotionem specialem erga S. Josephum, Angelum suum custodem, Sanctum suum tutelarem, et præcipue erga S. Michaelem universalem cunctorum fidelium patronum : sed ante omnia erga beatissimam Virginem Mariam, quæ ab Ecclesia nostra vita, et nostra spes appellatur; est enim moraliter impossibile, ut anima multum in perfectione proficiat, sine particulari, et tenera quadam devotione erga sanctissmam Dei Genitricem.

CAPITULUM X.

De quibusdam monitis magis notatu dignis ad confessarios et parochos : cum praxi docendi orationem mentalem.

§ I. *Monita ad confessarios.*

172. Ex his quæ superius diximus annotanda sunt hic aliqua principaliora, et quæ advertere debet confessarius in suo officio exercendo.

173. I. Ante omnia curet ex una parte summam adhibere charitatem in excipiendis peccatoribus, iisque animandis ad confidendum in divina misericordia; ex altera vero ob humanum respectum non prætermittat eos fortiter admonere, simulque ostendere ipsis statum infelicissimum, in quo reperiuntur, ac assignando media opportuna ad se liberandum ex malis habitibus jam contractis; et præcipue sit inflexibilis in differenda eisdem absolutione, quoties oporteat.

174. II. Ut plurimum interroget rudes, utrum sciant principalia fidei mysteria. Videatur circa hoc quod diximus *n.* 22.

175. III. Hujusmodi rudes, aut alios neglectæ conscientiæ non omittat interrogare circa ea, in quæ frequentius solent incidere; quoties ipsi ex se non confitentur.

176. IV Cautissime se gerat in interrogationibus de materia turpi, præsertim cum puellis, puerisque, ne isti addiscant quod ignorant. Et si ipse in hujusmodi materia tentationes patiatur, elevet sæpius mentem ad Deum, se convertendo ad aliquam sacram imaginem; et prius quam incipiat confessiones audire, renovet semper rectitudinem intentionis.

177. V. Patres, matresque familias interroget non modo in genere circa filiorum educationem, sed etiam in particulari, et maxime exquirat, utrum filios corrigant sicut oportet; si curent, ut sciant doctrinam christianam : ut vitent consortium personarum pravi exempli, et præsertim si sint puellæ. diligentissime cavendo, ne conversentur cum juvenibus, et multo minus cum personis suspectis, scilicet uxoratis, religiosis, et ecclesiasticis.

178. VI. Pœnitentes, de quibus justa potest esse suspicio, quod propter erubescentiam aliqua peccata tacuerint, (ut sunt rudes, mulieres, et pueri) interroget, utrum anteactæ vitæ scrupulum aliquem habeant, eos animando ad dicendum omnia. Per has interrogationes solent liberari plures animæ a sacrilegiis.

179. VII. Etiamsi magnus esset pœnitentium concursus, non se acceleret plus quam oportet, ita ut pro audiendis plurium confessionibus, deficiat vel circa debitam dispositionem, aut omittat illis præbere monita necessaria.

180. VIII. Quando quis confitetur aliquod grave peccatum, et præsertim si pluries illud commiserit, non sufficit exquirere tantummodo speciem et numerum; sed interroget, utrum antea in illud cadere consueverit : et insuper cum quanam persona peccaverit; et quo loco? ut intelligat utrum sit habitus, aut occasio quæ sit auferenda. In hoc plures errant confessarii, et inde tot tantarumque animarum ruina procedit; omittendo enim confessarius hujusmodi interrogationes, nequit dignoscere, utrum pœnitens sit recidivus, et consequenter nequit illi tradere media opportuna ad evellendum habitum, et occasionem. Observetur quod dictum est in cap. IV. et V. in quibus vidimus pœnitentem recidivum omnino absolvi non posse, nisi post experientiam emendationis, vel post exhibitum extraordinarium aliquod signum suæ dispositionis. Et quando agitur de occasione proxima, fortiter se gerat sine ullo personarum respectu in differenda absolutione, quousque pœnitens occasionem removeat, quando actu existit, ut explicavimus *n.* 64. Et si occasio est necessaria, saltem quousque e proxima evadat remota adhibendo media sibi assignata.

181. Speciali modo sit inflexibilis in deneganda absolutione sponsis qui secum conversantur, sicut et genitoribus qui id permittunt : neque credat illis asserentibus nullum inesse malum; hoc

enim est moraliter impossibile, ut docet experientia.

182. IX. Deneget quoque absolutionem illis qui volunt ad aliquem ordinem sacrum ascendere, dum adhuc sunt aliquo vitioso habitu irretiti. Nisi viderit illos adeptos esse bonitatem positivam ad hunc gradum necessariam, ut dictum est *n.* 79.

X. Caveant etiam, et diligenter caveant dissuadere aliquem adolescentem a vocatione religiosa propter humanos respectus; quod excusari non potest a peccato mortali, ut docet *S. Th. Quodlib.* 3. *art.* 14. Oh quot confessarii imperiti sine ullo scrupulo abstrahunt juvenes a vocatione ad statum magis perfectum, nulla alia ratione ducti quam ut placeant eorum propinquis, asserendo filios teneri præstare obedientiam genitoribus ! Docent communiter Doctores cum *S. Thoma*, in electione status unumquemque frui sua libertate : et magis quam genitoribus præstandam esse obedientiam Deo vocanti. E contrario advertat confessarius, quod ipse nequit absolvere quosdam alios, qui sine vocatione vellent ad ordines sacros ascendere. *Vide Lib.* 6 (v). *n.* 803.

183. XI. In excipiendis sacerdotum confessionibus reverenter se gerat; sed gerat se etiam fortiter in faciendis debitis correctionibus, et in deneganda absolutione, quoties oportet. Et sacerdotem parum meticulosæ conscientiæ non omittat interrogare præcipue circa hæc tria : 1. Utrum distulerit celebrationem missarum per mensem, si fuerint missæ mortuorum; et per duos, si fuerint vivorum: hoc enim non excusatur a peccato gravi (*vide Lib.* 6 (v). *n.* 317. *Qu. II.*). 2. Utrum celebravit festinanter; impendens enim in missæ celebratione minus quam horæ quadrantem, etiamsi esset missa votiva BB. Virginis, aut Mortuorum, nec etiam excusabitur a culpa gravi (*L.* 6 (v). *n.* 400.), quoniam in tali temporis spatio non poterit non deesse notabiliter cæremoniis, aut saltem convenienti earumdem gravitati tam necessariæ ad venerationem tanti hujus sacrificii. 3. Utrum satisfecerit obligationi divini officii, præcipue si est beneficiatus. Non omittat etiam insinuare, ut se habilitet juxta suam capacitatem ad lucrandas Deo animas, ut celebret missam cum debita præparatione, et gratiarum actione, ut incumbat orationi mentali, sine qua difficillime bonus erit sacerdos.

184. XII. In materia restitutionis ordinarie non absolvat pœnitentem, nisi prius, cum possit, restituerit rem ablatam. Nihilominus advertat multos excusari a restitutione præscriptionis cum bona fide. Et hic notandum, 1. Bona mobilia, quando adest titulus præsumptus, præscribi spatio decem annorum *inter præsentes*, et viginti *inter absentes*. 2. Probabile esse præfatam præscriptionem valere in foro conscientiæ, etiam in illis locis, in quibus in foro externo non viget lex præscriptionis, ut in regno nostro, ob difficultatem probandi bonam fidem. Excipiendæ vero sunt præscriptiones illæ, quæ expresse prohibentur ab aliqua lege municipali, ut ex. c. in regno nostro reprobatur præscriptio hæredis, quoties testator mala fide possederit. Videantur aliæ doctrinæ circa præscriptionem relatæ in Morali (*Lib.* 2 (III). *n.* 504. *usq. ad. n.* 517.).

185. XIII. Si pœnitens aliquam acceperit injuriam, propter quam inimicus sit inquisitus in curia, non absolvat illum, (ordinarie loquendo) nisi prius in scriptis fecerit remissionem. Videatur præsens Praxis *n.* 38.

186. XIV Quando prævidet monitionem non esse profuturam, et pœnitens est in bona fide, illam omittat : præsertim quando agitur de nullitate matrimonii jam contracti. Excipienda tamen est obligatio denuntiandi confessarios sollicitantes in materia turpi, quoniam confessariis directe est injunctum præceptum imponendi omnibus sollicitatis hanc obligationem. *Vide Praxim, n.* 8. 9. *et* 12.

187. XV. Curet, ut omnes in confessione eliciant actum contritionis, nisi certe præsumat pœnitentem jam rite fecisse : nec omittat præbere illis motiva attritionis, et contritionis eo modo, quo annotavimus *n.* 10. Et speciali modo advertat, si pœnitens venerit indispositus teneri confessarium, quantum fieri potest, eum disponere ad absolutionem. *Vide n.* 7. *in fine.*

188. XVI. Non absolvat pœnitentes illos, qui afferunt tantummodo peccata venialia, sed habituata; nisi cognoscat illos vere pœnitere, et proponere emendationem saltem de aliquo ex illis ; aut si non ponant pro materia aliquod peccatum gravius vitæ prioris, ut notavimus *n.* 99. Oh quot confessiones invalidæ (quæ in se vera sunt sacrilegia) fiunt in hoc ob confessariorum negligentiam?

189. XVII. Illas tantummodo pœnitentias injungat, quas judicaverit facile a pœnitentibus adimplendas, ut diximus *n.* 11 Sed curet, ut illæ sint medicinales, ut essent, frequentia sacramentorum, visitationes[1], commendare se Deo mane et vespere, lectio alicujus libri spiritualis : adscribere se alicui congregationi, et similia.

190. XVIII. Personis devotis, quæ frequentant sacramenta, non omittat insinuare usum orationis mentalis, exigendo inde rationem de ea, vel saltem interrogando, utrum illam fecerint. Adhibendo hanc minimam diligentiam quisque confessarius poterit multas animas sanctificare. Nec sit renitens in concedenda communione frequenti, quoties cernit aut prudenter existimat, pœnitentem fructum ex ea percepturum.

191. XIX. Scrupulosis personis insinuet ante omnia obedientiam, illisque semper inculcet, quod obediendo erunt securæ; inobediendo vero exponent se periculo damnationis. Viriliter semper, et rigide exigat obedientiam, intrepide semper loquendo; quia si cum timore loquetur, illas pejus quam antea confundet. Det illis regulas generales ad dubia sua deponenda, quemadmodum cuique magis expediet : e. c. Illi, qui semper dubitat de transactis confessionibus, jubeat amplius non confiteri, nisi peccata illa, quæ certo sciat fuisse peccata mortalia, et certo etiam sciat nunquam se confessum esse. Et circa hoc confessarius constantissime se gerat nunquam audiendo, si non obediat; si enim confessarius aliquando cedat, pœnitens nunquam curabitur. Quidam confessarii maximam hujusmodi animabus causant perniciem, eas audiendo. Alicui vero timenti singulas suas actiones esse peccata, imponat vincere scrupulum, et libere operari quoties non advertat certum esse peccatum.

192. XX. In seligendis opinionibus, quando agitur de subtrahendo pœnitente a periculo peccati formalis, confessarius non raro uti debet opinionibus benignioribus, quantum christiana prudentia permittit. Quando vero aliqua opinio reddit magis proximum periculum peccati formalis, tunc omnino suadere debet opinionem rigidiorum. *Vide dicta n.* 65. Dico suadere, quia quando opinio est probabilis, et pœnitens vult eam sequi, non potest illi absolutionem denegare ob jus certum, quod ille acquisiverit per confessionem jam factam suorum peccatorum, ut *n.* 115.

193. XXI. In audiendis confessionibus mulierum, illisque pertractandis, adhibeat eam majorem austeritatem, quæ conveniens est secundum prudentiam; et ideo recuset munuscula, effugiat familiaritatem, et omnia alia, quæ possunt esse causa adhæsionis. Ob aliquam circa hoc negligentiam, oh quot confessarii et suas, et pœnitentium animas perdiderunt!

194. XXII. Sit humilis, nec de sua doctrina præsumat; unde frequenter oret Deum ob merita Jesu Christi, et præsertim in casibus dubiis, ut velit sibi lucem ad bene solvenda dubia impertiri : *Invocavi, et venit in me Spiritus sapientiæ, Sap.* 7. 7. Et ideo confessarius, qui orationem non facit, difficiliter recte incedet; et in dubiis magis implicatis, aut majoris consequentiæ non omittat consulere alios viros doctos, et majoris experientiæ. Præsertim ita se gerat in directione alicujus animæ elevatæ, et quæ a Deo aliquibus gratiis supernaturalibus sit donata, quando ipse in hac materia est parum expertus. Aliquos, qui scientiam mysticam vix primoribus labris degustarunt, pudet ab aliis consilium petere : non ita se gerunt vere humiles; hi non modo consilium petunt, immo et a pluribus petunt, quoties oportet : sed etiam nullam omnino sentiunt difficultatem præcipiendi hujusmodi animabus, ut se conferant, ob directionem, ad magistros magis peritos : vel saltem, ut illorum subeant judicium. Has vero animas confessarius numquam audiat in diebus festivis, sed tunc det locum magis indigentibus, et præcipue pauperibus campestribus.

§ II. *Monita ad parochos.*

195. Expedit hic breviter annotare quasdam particulares parochorum obligationes circa curam suarum ovium.

196. I. Parochus tenetur eas instruere circa fidei mysteria, et res alias ad salutem necessarias, ut sunt : 1. Quatuor mysteria principalia; scilicet quod existat unus Deus, qui est omnipotens, sapientissimus creator, et Dominus omnium, misericors, et amabilior quocumque bono; et præcipue quod tam bonorum, quam malorum sit justus remunerator; insuper mysterium SS. Trinitatis, Incar-

[1] Sc. Sanctissimi Sacramenti.

nationis, et mortis Jesu Christi. 2. Sacramenta necessaria, ut Baptisma, Eucharistia, Pœnitentia, et alia saltem quando sunt suscipienda. 3. Symboli articuli, inter quos præsertim virginitatis Mariæ Sanctissimæ; sessio Jesu Christi ad dexteram Patris, scilicet quod ipse in cœlis sedeat cum Patre in gloria coæquali : resurrectio corporum in judicio finali faciendo a Christo Domino : unitas Romanæ Ecclesiæ, in qua sola reperitur animæ salus; et denique æternitatis paradisi, et inferni. Quæ omnia unusquisque fidelis tenetur scire sub gravi. 4. Præcepta Decalogi, et Ecclesiæ. 5. *Pater noster*, *et Ave*, *Maria*, et actus fidei, spei, amoris, et contritionis. Sicuti graviter peccat ille, qui scire hæc negligit (quæ scienda sunt non modo in quantum ad nomina, sed etiam in quantum ad sensum), ita etiam graviter peccat parochus, ut aiunt communiter Doctores, si per se, vel per aliam idoneam personam (quoties ipse fuerit legitime impeditus), ut habetur in Concilio Tridentino (*sess.* 5. *c.* 2.) omiserit docere saltem in substantia suos parochianos, pueros et adultos, qui ea ignorant. Unde quoties ipse videt patres, aut dominos non curantes mittere filios, aut servos ad doctrinam, tenetur apprehendere media opportuna apud Episcopum, qui, ut habetur in Tridentino *sess.* 25. *cap.* 3., potest cogere genitores etiam per ecclesiasticas censuras. Parochi probi retinent notam puerorum ut sciant eos qui desunt. Immo dicit *Croix l.* 2. *qu.* 149. *et l.* 3. *p.* 1. *n.* 767, si extent personæ aliquæ rudes, quæ nequeant ad Ecclesiam venire, ex eo quia debent custodire domos, aut greges; si illæ existant in gravi necessitate spirituali, debet parochus privatim accedere ad eas instruendas *cum quantocumque suo incommodo*, ut loquitur idem auctor. Saltem, quando hoc difficillimum esset ob magnum numerum harum rudium personarum, procuret eas examinare, et instruere tempore præcepti paschalis; vel quando veniunt ad petendas fides pro susceptione sacramenti confirmationis, vel matrimonii. Operæ quoque pretium est, ut parochus exploret magistros, et magistras, ut bene instruant pueros et puellas circa doctrinam, et media bene vivendi in sancto Dei timore.

197. II. Parochus tenetur per se ministrare sacramenta, quoties parochiani juste exposcunt. Et si forte œconomum constituerit, ejus vitam et scientiam diligenter examinet; alias omnium inconvenientium, quæ postea evenient, ipse Deo redditurus est rationem. Insuper tenetur assistere morientibus, nisi adsit alius idoneus. Peccatoribus autem habituatis morientibus specialem tenetur præstare assistentiam, quoniam isti existunt in gravi necessitate suæ assistentiæ. Et circa Extremam Unctionem, attendat id, quod habetur in Catechismo Romano (*part.* 2. *cap.* 6. *n.* 9.) : *Gravissime peccant qui illud tempus ægrotos ungendi observare solent, cum jam omni salutis spe amissa, vita, et sensibus carere incipiant.* Tenetur quoque se informare, utrum sui subditi præcepto paschali satisfecerint; *Barb. de Off Par. c.* 2. *n.* 7. *et Segneri Par. Instr. c.* 23. Et diligentissime caveat nunquam committere cuicumque clerico schedulas communionis.

198. III. Cavere quoque debet parochus, ne concedatur habitus clericalis illis pueris, aut adolescentibus, qui moribus suis non præ se ferunt indolem ecclesiasticam. Diligenter postea erudire debet circa statum ecclesiasticum clericos suos jam habitum deferentes; aliter illi sine instructione relicti, et moribus depravatis, aut per fas, aut per nefas ad ordines, inde non sine magno suæ urbis scandalo et detrimento, ascendent. Prætermitto hic loqui de maxima ratione, quam Deo reddituri sunt parochi illi, qui exhibent fides ordinandis, quos ipsi bene noscunt indignos, aut exhibent illas priusquam se reddant securos, prævia diligenti informatione, de ordinandorum bonitate.

199. IV. Tenetur parochus se informare de iis, qui vivunt in peccato lethali, ut eos corrigat : de inimicitiis, et scandalis præsertim inter sponsos, ut, quantum possibile est, illis afferat remedium. Inquit S. *Th.* (2. 2. *qu.* 33. *a.* 2. *ad* 4.) : *Qui habet spiritualiter curam alterius, debet eum quærere ad hoc, quod eum corrigat de peccato.* Et quando scandalum est alicujus personæ potentis (et præcipue sacerdotis) cui ipse enim non valet remedium afferre, debet saltem de hoc Episcopum certiorare pro remedio opportuno : et ob quemcumque respectum, aut timorem hoc non potest omittere. Bonus pastor tenetur dare vitam pro ovibus suis.

200. V. Curet, ne sponsalia celebrentur longe prius quam celebraretur ma-

trimonium : perfectis enim sponsalibus, toto tempore quod nuptias præcedet, tam sponsi, quam eorum genitores in mortali peccato existent.

201. VI. Quando in aliqua urbe cernuntur notabilia inconvenientia, quibus parochus nequit afferre remedium, ipse tenetur omnem curam adhibere ad missionem obtinendam. Et semper expediens erit, ut quandoque advocet etiam aliquos presbyteros exteros pro bono animarum verecundiorum; et multo magis si ad suum oppidum non solet concionator quadragesimalis accedere ad audiendas confessiones : parochus vero ille, qui rejicit missiones, magnam ingerit suspicionem suæ probitatis [1].

202. VII. Non modo parochus debet auferre malum, sed etiam bonum promovere, quemadmodum faciunt omnes boni pastores, qui nunquam omittunt exhortari ad frequentiam sacramentorum, et congregationum, ad visitandum sanctissimum sacramentum, et divinam Matrem: ad novenas, ad associationem Venerabilis, quando datur tamquam Viaticum, et ante omnia ad orationem mentalem, de qua in § III. ubi exponemus praxim, et methodum facilem, quæ parochis et confessariis poterit inservire ad cæteros in ea erudiendos.

203. VIII. Parochus tenetur ad concionandum diebus dominicis, et festis festis principalioribus; ex quo Doctores (*vide l.* 3 (IV). *n.* 269. *et* 360.) affirmant graviter peccare parochum qui per mensem continuum, aut per tres menses discontinuos concionare omittit, exceptis duobus mensibus, in quibus permittit Trid. parochis, ex justa causa ab Episcopo approbanda, posse licite abesse. Et hic notandum est Trident. (*sess.* 5. *c.* 2. *de Ref.*) præcepisse, ut parochi gregem suum verbo divino pascant, sermones faciles pro ejus captu habentes, quo possit populus capere, quæ illi concionantur : cum enim expertum habetur, fidem, sicut ipsa diffunditur prædicatione, ita per eamdem conservari (*fides ex auditu*), parum utilitati erunt populis eæ conciones, quæ similes non erunt illi concionandi rationi, quam tenuerunt Christus, et Apostoli, qui prædicabant non in *persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et veritatis*, ut Apostolus ait. Ideoque jure merito V. P. Magister *Avila* non Jesu Christi ministros, sed proditores appellabat eos, qui inanis gloriæ cupiditate conciones habent. Et *P. Gaspar Sanctius* aiebat, his nullos esse crudeliores in Ecclesiam Dei insectatores, dum sic concionando causa sunt cur pereant multæ animæ, quæ si illis juxta Apostolorum normam prædicaretur, utique salvæ fierent. Verba inania, periodos sonoros, descriptiones inutiles, dicebat *S. Franciscus Salesius*, esse pestem concionis, cujus unicus finis esse debet, auditorum voluntates erga bonum movere, non autem intellectum inutiliter pascere. Experientia jam docemur, per hujusmodi conciones tot figuris, et tropis, et dicenti fucato artificio adornatas, animas ad bonam frugem non redire, quia auxilium suum Deus vanitati non confert. Et hoc omnium concionatorum gratia, qui ex vanitate concionantur, dictum sit, sed potissimum eorum, qui curam animarum habent, quibus Tridentinum loco citato præscribit : *Archipresbyteri quoque, plebani, et quicumque parochiales... curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis, et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, et earum capacitate pascant salutaribus verbis.* Notentur illa verba, *pro earum capacitate*; unde certe Concilio contraveniunt illi pastores qui sublimi stylo utuntur populi audientis capacitatem excedente.

204. Hic quoque juvat animadvertere quædam magna consideratione digna, quæ parochus, conciones habens, populo sibi commisso inculcare debet. Et 1. quod ad emendationem non sufficit proponere peccata vitare, sed etiam debent occasiones peccandi removeri. Et loquendo de sponsis, qui domos sponsarum frequentant, dicat tam ipsos, quam illarum parentes, qui hoc permittunt, non posse absolvi, nisi præfatas occasiones auferant.

205. Insistat 2. in homines qui cauponas frequentant, eis patefaciendo plu-

[1] Propositio Synodi Pistoriensis enuntians : *irregularem strepitum novarum institutionum, quæ dictæ sunt exercitia vel missiones... forte nunquam aut saltem perraro eo pertingere, ut absolutam conversionem operentur ; et exteriores illos commotionis actus qui apparuere, nil aliud fuisse, quam transeuntia naturalis concussionis fulgura*, in Constitutione *Auctorem fidei a Pio VI.* 28 Aug. 1794 damnata est ut temeraria, male sonans, perniciosa, mori pie ac salutariter per Ecclesiam frequentato et in verbo Dei fundato injuriosa.

Edit. A LECTEUR.

rima peccata quæ ibi præter ebrietates committi solent, blasphemias nempe, contentiones, scandala, obscœnitates, discordias cum domesticis, defraudationes victus a familia, etc.

206. Increpet 3. atque invehatur sæpe contra vitium (quod est generale, præcipue in campis, et in officinis) inhoneste loquendi; et tanto magis si hæc verba inhonesta proferantur coram pueris, puellis, aut personis diversi sexus. Ob hos turpes sermones, quot pueri perversi fiunt! Et de hoc admoneat parentes, dominos, et opifices officinarum, ut vigilantes sint in corripiendis, et castigandis filiis, aut famulis, qui hos sermones effutiunt, præcipue messis et vindemiæ temporibus.

207. Insistat 4. in ostendendo sacrilegii enormitatem, quod committunt illi, qui confitentur, et communicant, aliquod peccatum propter erubescentiam reticentes. Et ut horrorem concipiant adversus tantum scelus, curet sæpe narrare aliquod formidabile exemplum ex illis, qui erubescentes de aliquo peccato, sacrilege confessi sunt; et ad hoc potest uti præcipue illo libello *P. Vega*, cui titulus : *Casi della Confessione*, etc.

208. Sæpe insinuet 5. necessitatem doloris et propositi ad confessionem requisitorum, etiam pro venialibus, exhortans, ut nemo ad absolutionem recipiendam accedat, nisi saltem de aliquo peccato veniali eorum, de quibus se accusat, verum habeat dolorem; aut nisi exponat pro materia certa aliquod peccatum vitæ præteritæ, jam alias confessum, cujus vere se pœnitet, ut valida sit confessio. Et quoniam rudes parum intelligunt, quomodo debeat esse dolor, sæpe ostendat quod pœnitentes, ut valide confiteantur (sive contritionis, sive attritionis sit dolor) debeant eam concipere displicentiam de suo peccato, ut illud odio habeant, et abhorreant plus quam cætera mala.

209. Hortetur 6. ut in iracundiæ motibus, vice blasphemiarum aut imprecationis, assuescant dicere : *Maledictum sit peccatum meum, maledictus sit dæmon*; aut dicere : *Maria SS. adjuva me. Domine, concede mihi patientiam.*

210. Inducat 7. in horrorem superstitiones, aut vanas observantias, quæ in usu sunt apud plures ad finem morbi medendi, aut latrones dignoscendi.

211. Instet 8. in parentes, ut in filios animadvertant, præcipue cum sunt pueri, tunc quando blasphemant, aut furantur, etc. Item, ut invigilent ad observandum et inquirendum, quibuscum illi versentur; et interdicant eos versari cum pravis sociis, et cum personis diversi sexus. Item, ut filios non admittant in lectum suum cubandos; aut enim sunt nimis parvuli, et timetur ne illi suffocentur; aut grandiores, ut si sextum annum jam excesserint, et timetur ne illis aliquod præbeatur scandalum. Et tanto minus permittant simul dormire pueros, et puellas.

212. Monet 9. jugiter suos parochianos, ut internas tentationes, (præcipue contra castitatem) superent invocando nomina sanctissima Jesu et Mariæ; hoc enim est maximum contra tentationes remedium.

213. Moneat 10. jugiter quoque, ut si quis in peccatum mortale labatur, statim se conterat cum proposito quantocius confitendi, quo amissam gratiam recuperet; et hanc dæmonis fraudem ab eis eripiat, Deo idem esse unum, quam duo peccata remittere; nam potest contingere, quod Deus post unum peccatum ad pœnitentiam expectet, post secundum vero eos derelinquat.

214. Doceat 11. actus, in quibus quisque mane, die et vespere se exercere debet; et ut hos in promptu habeat, breviter illos hic describimus. — Actus faciendi de mane. Signet se signo crucis, et postea dicat I. *Te adoro, Domine Deus; et ago tibi gratias de omnibus beneficiis in me collatis, et præcipue, quia hac nocte me custodire dignatus es.* II. *Amo te ex toto corde, et quidquid mihi hodie patiendum contigerit, et quidquid faciam, tibi offero in unione operationum, et cruciatuum Jesu, et Mariæ; cum intentione lucrandi omnes indulgentias, quotquot possum, in animarum purgatorii suffragium.* III. *Propono evitare hodie quodlibet peccatum, ac omnem occasionem; et obsecro te propter amorem Jesu Christi, ut concedas mihi perseverantiam. Propono, præcipue in rebus adversis, obsequi voluntati tuæ, dicendo semper : Domine, fiat voluntas tua. Jesu mi, ne removeas hodie manus tuas a me. Maria sanctissima, custodi me : Angele custos, et sancti Advocati, præsto mihi estote.* Deinde recitet *Pater, Ave, et Credo*, et ter Ave puritati Mariæ sanctissimæ. — Cum laborare incipit dicat : *Domine Jesu, in unione perfectissimorum operum tuorum commendo tibi hoc opus meum, secundum tuam voluntatem regendum.* — Ante

comestionem : *Benedic, Domine, cibum istum, et me quoque, ut in comedendo nullum committam defectum, et hoc totum sit ad gloriam tuam.* — Post comestionem : *Ago tibi gratias, quod bona tribuisti mihi inimico tuo.* — Ad sonitum horologii : *Jesu mi, amo te ; ne permittas me offendere te.* — Si urget aliqua tentatio, replicet *Jesus et Maria.* Si lapsus sit in aliquod peccatum : *Deus meus, me pœnitet offendisse te, nolo amplius hoc facere.*— Et si peccatum fuerit grave, statim confiteatur. Vesperi, dum cubitum se confert, agat gratias de bonis sibi collatis. Examinet conscientiam, et postea eliciat actum doloris. Deinde eliciat actus christianos, quorum exemplum habebis infra *n.* 286. Hortetur omnes matres, ut quotidie hos actus practicari faciant a filiis suis. Præterea ostendat, parentes teneri operam dare, ut filii sacramenta frequentent ; nam si ad ea frequenter non accedunt, facile Dei gratiam perdunt ; et parentes huic damno prospicere debent. Insuper eosdem moneat, quod peccant, si, causa justa non accedente, impediant filios quominus matrimonio conjungantur, aut eos invitos ad matrimonium cogant. (*Vide l.* 6 (v). *n.*849. *v.Conveniunt, ad* VI.). Sicut contra peccant filii qui parentibus juste invitis, matrimonia ineunt. (*l.* 6 (v). *dict. n.* 849.).

215. Item 12. cum pro comperto habeatur, ut supra ostensum est, quod parochus nedum tenetur ad mala impedienda, sed etiam ad bonum promovendum, populum hortetur ad quotidianam sanctissimi Sacramenti, ac B. Mariæ Virginis visitationem. Hæcque visitatio potest fieri vespere ab ipso in communi, una simul cum populo sibi commisso, designando horam populo magis accommodam, prout usus in multis regionibus cum magno fructu introductus est. Et hortetur, ut quibus commoditas Ecclesiam adeundi non est, ex domo propria eam faciant. Præ cæteris insinuet hominibus, ut frequentent congregationem. Et omnibus, ut sæpe communicent, præcedente debita animi præparatione, et gratiarum actionibus eam consequentibus, per exercitium actuum fidei, charitatis, oblationis, et petitionis, eos docendo practicum modum, quo hi actus fieri debeant.

216. Invigilet 13. sæpe reddere suas oves erga devotionem Mariæ Virginis studiosas, declarando quanta sit potentia et misericordia hujus divinæ Matris in suis devotis adjuvandis. Ideoque insinuet, ut in communi cum familia quotidie recitent quinque decades Rosarii, ut Sabbato jejunent, et celebrent Novenas in festivitatibus nostræ Dominæ, quas ipse ab altari annuntiet, quotiescumque illæ incident. Valde laudabile erit, si in Sabbato ille conciunculam faceret de B. Virgine, semper narrando aliquod exemplum, et semel in anno celebrando Novenam aliquam solemnem nostræ Dominæ cum sermone, et expositione SS. Sacramenti ; et ad hoc uti posset inter cæteros illo libro, quem ego ad hunc finem typis dedi, cui titulus, *Glorie di Maria*, ubi congestas reperiet materias, et exempla. Felix ille parochus, qui suos parochianos fervidos tenet in beatissimæ Virginis devotionem ; nam illi cum ejusdem Virginis auxilio vitam morigeram ducent, et ipse in vitæ exitu ipsam fidelem et potentem advocatam habebit. Denique insinuet ante omnia, ut assuescant sæpius se Deo commendare, ab eo sanctam perseverantiam per merita Jesu Christi et Mariæ postulantes. Sæpius quoque prædicet gratias, et præcipue perseverantiæ donum non concedi nisi petentibus ; *Petite, et accipietis.* Notamque faciet illam promissionem Jesu Christi, quidquid a Patre postulabimus in nomine ejus, id omne Patrem daturum nobis : *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem nomine meo, dabit vobis*, (Joann. 16. 23.). Insinuet etiam orationis mentalis usum, et curet in Ecclesia cum populo quotidie, aut saltem diebus festivis, ut illa fiat ; docendo etiam modum, quem domi in ea faciendo tenere possunt ; ideoque hic subjungitur sequens instructio ubi exponitur necessitas, et modus practicus orationis mentalis.

§ III. *Brevis praxis orationis mentalis.*

217. Non est dubitandum quin ex considerationis veritatum æternarum defectu, mundus peccatis scateat, et infernus animabus repleatur : *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recoget corde. Jerem.* 12. 11. Et contra, ait Spiritus sanctus, eum qui sæpe mortem, judicium, et æternitatem memoratur, a peccatis liberari : *Memorare novissima tua, et in æternum non peccabis. Eccli.* 7. 40. Quidam auctor dicit, quod si a damnatis sciscitaretur : *Cur vos in inferno estis ?* major eorum pars responderet : *Nos hic sumus, quia infernum non cogitavimus.* Ait *S. Vincentius* de Paula, quod si peccator missionem, aut exercitia spi-

ritualia audiret, et non converteretur, miraculo id tribuendum esset. Jam in oratione mentali Deus est qui loquitur : *Ducam eum in solitudinem, et loquar ad cor ejus. Oseæ* 2. 14. Deus utique omni concionatore melius loquitur. Omnes Sancti per orationem mentalem sancti facti sunt. Et experientia scimus, quod, qui orationi mentali dant operam, difficulter in peccata mortalia decidant, et si casu aliquando in ea labuntur, orationi insistendo, statim resipiscunt, et ad Deum redeunt. Oratio mentalis, et peccatum, una simul consistere nequeunt. Aiebat quidam servus Dei, quod multi recitant rosarium, Officium Virginis Mariæ, jejunant, et in peccatis vivere pergunt ; sed qui orationem non intermittit, impossibile est, ut in Dei offensa vitam prosequatur ducere ; aut enim orationem omittet, aut a peccatis cessabit. Sed si orationem non omittet, non solum peccata relinquet, sed a creaturis amorem suum removebit, et ad Deum convertet. *In meditatione mea exardescet ignis. P* 38. 4. Oratio est fornax, ubi animæ accenduntur in divinum amorem.

218. Loquendo de loco, ubi oratio facienda sit, magis proprior est Ecclesia ; sed illis qui illuc ire aut ibi morari nequeunt, quisque locus erit orationi aptus, sive sint domus, sive villæ. Etiam iter, et labor orationi non disconveniunt, cum etiam tunc possit mens in Deum elevari. Quot rusticulæ, cum eis nihil temporis nec loci supersit laborando, et iter agendo, suam faciunt orationem ? Quærenti enim Deum in omni loco, et in omni tempore invenire ille se facit.

219. Quoad tempus, aptius erit tempus matutinum. Bonum non habebunt exitum, qui in die fiunt, cum mane orationem suam quisque facere neglexit. Orationi proprie bis in die vacari deberet, mane, et vesperi ; sed cum vespere commoditas non est, fiat saltem mane. Aiebat *V. Carolus Carafa* piorum operariorum fundator , unum actum amoris cum animi fervore mane in oratione factum, sufficere ad retinendam animam in suo fervore per totum diem. Quoad autem tempus, quod in oratione insumendum erit, parochus, aut confessarius pro sua prudentia se dirigat. Certum est, ut ad perfectionis gradum sublimem perveniatur, mediæ horæ spatium non esse sufficiens. Cæterum satis erit hoc tempus pro incipientibus ; quos vero sedulo moneat, ne orationem omittant cum tempus desolationis advenerit. Observetur quod dictum est *n.* 125. Sed progrediamur ad modum practicum orationis, quem docere decet. Oratio tribus constat partibus, præparatione, meditatione, et conclusione. In præparatione tres continentur actus quibus se exercere debet , *fidei* nempe per præsentiam Dei, *humilitatis*, et *supplicationis* divini luminis. Dicendo 1. *Deus meus, credo te mihi esse præsentem, et in mei nihili abysso demersus majestatem tuam adoro.* 2. *Domine, propter peccata mea nunc ego in inferno cruciandus essem ; me pœnitet offendisse te, per pietatem tuam mihi parce.* 3. *Pater æterne, propter Jesum et Mariam, præbe mihi lucem tuam in hac oratione, ut ab ea fructum percipiam.* Deinde dicatur semel salutatio Angelica Mariæ SS. ut ipsa hanc impetret lucem, et semel *Gloria Patri* S. Josepho, Angelo custodi, et S. Patrono. Hi actus fiant cum animi attentione, sed breviter, et statim progrediatur ad meditationem.

220. Circa meditationem, juvat illum, qui legere scit, uti aliquo libro, sistendo ubi sentiat animum suum moveri. Ait *S. Franciscus Salesius* in hac re debere nos apes imitari, quæ tamdiu immorantur uni flori, usquedum totum mel extraxerint , et postea ad alium meant. Qui autem legere nescit, meditetur novissima, Dei beneficia, et ante omnia vitam et passionem Jesu Christi : hæc (ait *S. Franciscus Salesius*) nobis debet esse nostra meditatio ordinaria. Oh quam excellens liber est passio Christi animabus devotis ! ibi melius quam in quolibet libro percipitur peccati malitia, et Dei amor erga hominem. Quædam imago Redemptoris semel quondam allocuta est *Vener. Fr. Bernardum a Corlione*, qui ab illa scire petiit, an vellet, ut ipse legere disceret ? et crucifixus respondit : *Quid tua legere refert ? Quid tibi libri ? Ego sum liber tuus, hic tibi sufficit.*

221. Oportet autem advertere orationis mentalis profectum non solum, nec tam consistere in meditatione, quam in affectibus faciendis, in supplicando, et in deliberandis agendis : et hi sunt tres meditationis fructus ut supra innui *n.* 123. Igitur postquam aliquam æternam veritatem quis meditaverit, et postquam Deus cor ejus allocutus fuerit, oportet, ut ipse suo corde Deum alloquatur, eliciendo affectus, ut sunt actus fidei, aut actionis gratiarum, adorationis, laudis, humilitatis, et præ cæteris amoris, et contritio-

nis, qui etiam est actus amoris. Amor est illa catena aurea, quæ astringit animam cum Deo. Quilibet actus amoris est thesaurus, per quem certi efficimur de Dei amicitia : *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Sap.* 7. 14. *Ego diligentes me diligo. Prov.* 8. 17. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo. Jo.* 14. 21. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* 1. *Pet.* 4. 8. Observatur id quod in Opere morali dictum est circa hoc *l.* 6 (v). *n.* 442. Ven. sorori Mariæ crucifixæ visa fuit ingens quædam flamma, in quam, cum projectæ fuissent quædam paleæ, statim visæ fuerunt consumi : et hac visione et ostensum fuit, quod per unum actum amoris auferantur, atque consumantur in anima omnes culpæ commissæ. Accedit id, quod docet *S. Thomas*, nempe, quemlibet actum amoris mereri unum gradum gloriæ æternæ. *Quilibet actus charitatis meretur vitam æternam.* Actus autem charitatis sunt dicere : *Deus meus, super omnia te æstimo. Te diligo ex toto corde. Cupio te ab omnibus diligi.* Aut se totum divinæ voluntati committere, dicendo : *Domine, fac, ut cognoscam quod tibi de me placet fieri, nam promptus sum totum exequi.* Aut se ita offerat Deo, quin sibi aliquid reservet, dicendo : *Ecce me, de me, et de iis, quæ ad me pertinent, dispone vero tua voluntate.* Et hi actus oblationis sunt actus amoris, qui valde sunt Deo cordi, propterea. *S. Theresia* quinquagies quolibet die se Deo offerebat. Sed inter alios prætantius erit dicere : *Gaudeo, Deus meus, quod es, qui es ; quod es summum bonum nullius indigens, etc.* Cum autem anima cognosceret se supernaturali sive infusa recollectione elevatam (ut explicatum est *n.* 133.) tunc non debet ipsa niti ad alios actus faciendos, præter illos, ad quos sentit se a Deo suaviter trahi ; cum debeat tunc animo amabiliter intento attendere id quod Deus in se operatur. Alioquin obstaculo posset esse divinæ operationi. Insuper notetur, ut advertit *S. Franciscus Salesius*, quod si unquam Spiritus sancti afflatu mens nostra ad aliquem bonum affectum ante considerationem concitata fuerit, tunc, posthabita consideratione, locus dandus est affectibus, nam consideratio ad id deservit, ut affectus concitentur : quare, obtento fine, medium derelinquendum est.

222. Item summopere juvat petitiones in oratione repetere, cum humilitate, et fiducia exposcendo a Deo suum ipsius lumen ; peccatorum remissionem, perseverantiam, bonam mortem, paradisum, et in primis donum sui sancti amoris. Hortabatur *S. Franciscus Salesius* inter cæteras gratias postulandam esse cum animi vehementiori fervore divini amoris gratiam, quia (aiebat) obtento amore, omnes reliquæ gratiæ obtinentur. Igitur sufficiens erit animæ, si propter spiritus desolationem in qua reperitur, aliud facere non posset, sufficiens (dico) ei erit, ut repetat hanc Davidis petitionem : *Deus, in adjutorium meum intende! Domine, adjuva me, festina mihi auxiliari.* Dicebat *Ven. P. Paulus Segneri* se experientia didicisse, nullum aliud exercitium esse animabus utilius in meditatione, quam iterum atque iterum petere, in nomine sive per merita Jesu Christi, qui nobis illam magnam jucundamque promissionem fecit, ut superius dictum est : *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

223. Item expedit, in oratione, saltem in ipsius fine aliquid deliberare, non solum in genere, ut evitare omnem culpam deliberatam etiam levem, et se totum Deo committere ; sed etiam in particulari, ut est accuratius evitare aliquem defectum, in quem sæpius offendit, aut vigilantius attendere ad aliquam virtutem, circa quam frequentiores habet occasiones se exercendi, ut tolerandi alicujus molestias, tali superiori, aut tali regulæ diligentius obediendi, et majus studium adhibendi, ut in tali et tali re desideria sua cohibeat ; et ab oratione non discedendum nisi aliquid in particulari deliberatum sit.

224. Demum conclusio orationis tribus actibus terminatur : 1. Gratiæ Deo agantur de omnibus illustrationibus quæ in meditatione acceptæ sunt. 2. Proponatur omnes deliberationes factas fideliter observare. 3. Oretur æternus Pater, ut propter Jesum, et Mariam auxilium suum præbeat, ad fideliter exequendum quod ei sponsum est. Et in fine orans commendet Deo animas purgatorii, Prælatos Ecclesiæ peccatores, et omnes sibi conjunctos, amicos, benefactores, recitando semel *Pater* et *Ave*, quæ sunt omnium precum, quas a Christo et Ecclesia docti sumus, utilissimæ.

225. Antequam tamen ab oratione exeatur, oportet (ut ait *S. Franciscus Salesius*) colligere fasciculos florum, ut totum diem illi olfiant, nimirum seligere præ cæteris unam, vel alteram rem, in

qua anima magis se moveri sensit, ut reliquum diei illam recogitet. 2. Oportet operam dare, ut statim executioni mandet deliberationes factas, tam in parvi, quam magni momenti occasionibus, quæ nobis occurrent, ex. gr. superet cum mansuetudine molestias, quæ sibi inferuntur ab aliquo in se ira succenso ; aut ut se mortificet in visu, auditu, in loquendo. Et præcipue refert, ut cum silentio, quantum possibile est, conservet illos animi pios motus affectuum, quos in oratione Deus ei communicavit, alioquin si statim ad actiones externas, et ad inutiles sermones divertet illico fervor ille devotionis in oratione conceptus, tepescet, et irritus reddetur.

226. Præ cæteris denique director suum pœnitentem sedulo admoneat, ne orationem intermittat, neque ab illa aliquid temporis detrahat, præcipue in ariditatis tempore, et numquam turbetur, licet nimis et diu cognosceret animam in ariditate positam, ac omni devotionis fervore carentem. Quod aulici, aiebat S. *Franciscus Salesius*, eunt suum principem honoratum, et contenti sunt, si duntaxat ab eo aspecti sunt? Ad orationem nos pergimus, ut obsequium præstemus Deo, et ei obsecundemus; si ipsi lubet nos alloqui, et suis consolationibus nobis favere, de tanta gratia ei rependamus; sin minus, sufficiens erit nobis suæ divinæ præsentiæ adesse æquo animo, eum ad orando, et nostras necessitates ei exponendo; et si tunc Dominus nobiscum non loquetur, utique acceptabit nostram attentionem, et nostram fidelitatem, et pro nostra in eum fiducia nostras petitiones exaudiet.

CAPITULUM XI ET ULTIMUM.

227. Non adest charitatis opus magis Deo acceptum, magisque ad animarum salutem conducens, quam in extremo vitæ periculo positos ad sancte moriendum adjuvare; nam tempore mortis (a qua uniuscujusque æterna vita pendet) inferni vires fortiores sunt, infirmorum vero debiliores. Deus, ut manifestaret quam gratam habet assistentiam moribundis præstitam, multoties S. *Philippo Nerio* ostendit angelos religiosis infirmorum ministris verba suppeditantes.

228. Nec id parochorum tantum munus est, ad quos animarum cura ex officio pertinet, sed omnium etiam sacerdotum. De parochis tamen Ritualis Romanus præsertim loquens, ait præcipuam illorum muneris partem esse ægrotantium curam habere : quapropter vult, ut ipsi, statim ac aliquem ex suis parochianis ægrotare intelligunt, non expectent, ut infirmus parochum accersat, sed ipse parochus ultro eum invisere curet; idque non semel tantum, sed frequentius, si infirmum etiam spiritu ægrotare advertit. Quod si legitime sit impeditus, id saltem præstandum providebit per alium sacerdotem, modo hic sit pius, et prudens; quidam enim sacerdotes, hoc munus exercendo, magis quam utilitati, damno esse solent, tam infirmis, quam sibi, et infirmorum domesticis, quorum profectum sacerdos assistens etiam respicere debet. Monet insuper Ritualis, quod si sacerdos forte deesset, id parochus præstandum curabit saltem per aliquem laicum pium et christiana charitate præditum, qui sanctis verbis infirmo præsto sit.

§ I. *Monita ad sacerdotem assistentem.*

229. I. Sacerdos clam procuret a medico scire, an infirmitas sit mortalis. Dico *clam*, quia detestabilis usus medicorum est ægrotos decipere, ne eos et propinquos contristent, pene ac si infirmis obligationem intimare confessionis (quam, cognito periculo, illis imponere debent), idem sit ac mortem denuntiare.

230. II. A conjunctis, amicis, necnon ab ipsomet ægroto, ejus naturam, indolem, et defectus perquirat : item quibus indulserit passionibus, et præsertim si ad aliquam bonorum aut famæ restitutionem teneatur : si odium aut pravam habuerit amicitiam, ut omnibus opportunum præbere possit remedium. Caveat memorare infirmo personas odio habitas, aut impure dilectas, si ad hoc ex necessitate non obstringatur. Vulneratos, postquam quidquid ad remissionem pertinet provisum fuerit, ne interroget quis illos, qua de causa, vel quomodo læserit; et si infirmus de hoc loquitur, sermonem ad aliud divertere curet. Et ita etiam, si necessitas non urgeat, nec de litibus, filiis, bonis, aliisque rebus impertinentibus verbum quidem faciat.

231. III. Post igitur quam morbum periculosum esse deprehenderit, in primis non alloquatur infirmum de confessione, sed tantum eum de infirmitate, doloribus, et quomodo valeat benigne interroget. Hortetur inde, ut se Dei vo-

luntati conformet, utque suas cum Christo in cruce languenti pœnas conjungat, necnon ut eas pro peccatorum satisfactione patienter ferat. Et sic paulatim, qua par est prudentia, illum, tempus a quo confessus sit interrogando, ad confessionem inducat. Moneat, ut omnem suam spem in Deo ponat, qui potens est ipsum in pristinam, si velit, reducere sanitatem. At eodem tempore sensim efficiat, ut ægrotus suæ infirmitatis periculum agnoscat. Præsertim advertat, ne ille omnino fidem præbeat medicis, et propinquis, qui forte morbi gravitatem ei celabunt, ne ipsum mœrore afficiant. Dicat, sapientis esse prævidere futura. Hortetur, ut dum mens valet, confessionem suscipiat, quæ corporis saluti (si animæ expedierit) etiam proderit. Refert *Belluacensis* de quodam moribundo, quod statim ac ipse sua confessus fuerit peccata, e strato incolumis surrexerit. Pariter *Cantipratensis* enarrat quod quidam eques, ubi multæ non profuerant medicinæ, confessionis virtute statim convaluerit.

232. Si tamen ægrotus dilationem quærit, et periculum mortis, lethargi, vel delirii imminens non est, poterit ei indulgere. Curet tamen, ut ille determinet tempus, puta vesperarum, vel diem crastinum, confessioni explendæ. Si tamen periculum imminens est, ipsum cum *D. Augustino* moneat, quod Deus non promiserit peccatores expectare, sed tantum parcere eis si pœnitentiam agant: *Crastinum non promisit, fortasse dabit, fortasse non dabit.* Quod si adhuc infirmus nec etiam per hæc monita ad confessionem adduci possit, sacerdos nunquam eum deserat, sed quandoque terroris, quandoque fiduciæ argumentis curet ipsum expergiscere; et provideat, ut tam privatæ, quam publicæ pro hujus miseri salute preces ad Deum adhibeantur.

233. IV. Si morbus increbuerit, infirmum hortetur, ut de suis domesticis rebus opportune disponat; id enim expedit pro familiæ pace, et eo magis si opus sit pro illius conscientiæ levamine. In hoc tamen sacerdos sedulo caveat, ne ipse in aliquam lucri notam incidat. Si autem ægrotus fratres vel sorores indigentes habeat, moneat ipsum sub gravi obligatione teneri illi bona sua relinquere, saltem quod ad eorum necessitatem sublevandam sufficiat. Hæc tamen gravis obligatio non videtur urgere pro remotioribus propinquis. Observa quod dictum est in opere *lib.* 3 (IV). *n.* 946. Si vero ægrotus vult pro sua anima aliquod testari, ipsum moneat, ne onus illud hæredibus imponat; quia experientia docet, legalis piis pene nullis satisfieri, sed potius hortetur, ut aliquod corpus relinquat, aut pecuniæ summam, ad Sacrificia, aut aliam piam operam persolvendam. Caveat sacerdos, ne consulat infirmis quidquid aliis præjudicio esse potest, cum Christi ministros non deceat aliorum odium sibi commovere.

234. V. Cum rudibus, dum actus christianos eis suggerit, Italico imo vernaculo semper loquatur sermone. Cum litteratis contra comioribus verbis, et aliquoties etiam latinis ex Scriptura excerptis, sed brevibus sententiolis utatur. Monet tamen Rituale, ne sacerdos nimis loquendo, et crebris sententiis, ut aliqui solent, infirmo potius caput obtundet, quam adjuvet. *Pater Recupit`s*, e Soc. Jesu de seipso refert, morti proximum quidquid ei dicebatur, non intellexisse, sed tantum quoddam molestum murmur; ita ut, ne magis caput læderent, coactus rogaverit, ut aliquam verbis moram interponerent.

235. VI. Præter parvas Christi Domini crucifixi, beatæque Virginis imagines, quas juxta infirmum apponi curaverit, si fieri potest, etiam ob oculos ejus collocare faciat imagines Deiparæ et Redemptoris majoris molis, ut sic ægrotus, quocumque se vertat, eas cernere possit, et illis se commendare.

236. VII. Curæ ei etiam sit, ut ab infirmi cubiculo periculosa objecta removeantur, veluti arma, imagines parum honestæ, et præsertim personæ quæ aliquo modo occasionem peccati præbere possunt; et istæ non solum a cubiculo, sed a tota domo expelli debent. Et dum infirmus agoniæ proximus videtur esse, sacerdos omnes ab ejus cubiculo depellat, præter unum aut duos tantum, qui ipsi dum oportet præsto sint. Cæterum, omnino prohibeat in ægroti cubile propinquos ingredi, ne alicui passioni causam præbeant.

De agendi ratione confessariorum erga periclitantes et moribundos, audiantur, inquit Scavini, monita quæ legere est in libro : *Il sacerdote presso gli infermi ed i moribondi con norme per ogni pia assistenza fisica e morale*, del P. Stub, Torino 1859.

« 1° Dans certains cas de syncopes, de perte de la connaissance ou de l'usage des sens, le moyen ordinaire de se faire comprendre des malades, c'est de leur prendre la main en leur disant d'un ton élevé de serrer la vôtre pour indiquer les réponses affirmatives. Un autre moyen est de leur comprimer fortement (sed dedeceret ut hoc fieret a sacerdote maxime si cum muliere) l'épigastre, ou la région de l'estomac. Souvent, après cela, les malades ouvrent les yeux et reprennent la parole.

« 2° Si le prêtre avait l'habitude de ne se présenter chez les malades que lorsque le médecin les lui abandonne, son apparition serait regardée comme une annonce de mort, et, par suite, déplairait peut-être autant au malade qu'à ses parents. De plus il n'aurait probablement pas le temps de le préparer à mourir. Si au contraire, il a soin de visiter toute sorte de malades, en même temps qu'il accomplit une œuvre de miséricorde méritoire, il rend son ministère plus utile.

« 3° Le pasteur ne doit pas se laisser entraîner à visiter plutôt les malades riches que les pauvres, les malades d'un caractère facile plutôt que ceux d'une humeur fâcheuse : il ne doit pas plus se décourager des mauvais procédés de celui-ci qu'être séduit des bonnes grâces de celui-là. Lorsqu'il apprend qu'un de ses paroissiens est malade, n'importe lequel, qu'il se dise en lui-même: *Qui diligit Deum, diligit et fratrem suum.*

« 4° Le prêtre doit se faire tout à tous ; compatir à la tristesse de ceux qui sont chagrins ; se tenir sur la réserve avec ceux qui parlent beaucoup ; s'insinuer peu à peu dans l'esprit des gens craintifs ou soupçonneux ; laisser passer l'agitation de ceux que la folie ou la passion emportent : se montrer plein de douceur vis-à-vis des esprits vifs ; presser avec autorité les lâches et les faibles : quelquefois remettre à plus tard les reproches; être pour tous un consolateur. Avec les personnes d'autre sexe, il doit être circonspect dans ses paroles ; il lui est permis d'être plus libre avec les hommes. Point de familiarité pourtant, point de ces expansions de cœur superflues : ce n'est pas là de la médecine spirituelle.

« 5° Qu'il ne veuille pas trop obtenir. Ce serait trop demander, par exemple, que de vouloir, en certains cas, empêcher les gémissements et les cris : les efforts intérieurs que cela exigerait du malade pourraient aggraver son état. Que dira-t-il donc à ceux qui sont en proie à des élancements, à des spasmes? Il me semble qu'il pourrait leur parler ainsi : « Plaignez-vous, mon fils, oui, plaignez-vous ; mais en union avec N. S. J. C. souffrant. »

« Ce serait encore trop exiger que de demander de tels malades une prière continuelle ou des oraison jaculatoires de chaque instant. Le prêtre obtiendra ce qu'il pourra, mais qu'il engage le malade à offrir brièvement à Dieu chaque jour ses souffrances.

« 6° S. Vincent de Paul se sentit animé d'un grand zèle pour prêcher sur la confession depuis le jour où il rencontra un malade qui avait la réputation d'être un bon chrétien et un homme instruit, et dont, pourtant, il avait fallut refaire les confessions de plusieurs années.

« 7° Si le malade a vécu habituellement dans l'occasion prochaine de péché et que la personne complice se trouve encore auprès de lui, le prêtre, avant de donner l'absolution, doit s'employer à faire renvoyer cette personne sous un prétexte convenable ; ou, comme le dit S. Liguori, dans un mouvement de zèle, la chasser. Si cela n'est pas absolument possible, il doit défendre à cette personne de se montrer, en attendant qu'elle puisse s'en aller, et ce remède doit être employé avec une véritable décision. Dans quelques cas extrêmes, il peut être utile de célébrer le mariage entre le malade et sa complice[1].

« 8° Quand il y a dans la chambre du malade des peintures ou d'autres objets qui peuvent lui rappeler ses désordes, le prêtre demandera à les faire disparaître, engageant à les remplacer par des objets de piété.

« 9° S'il y a des restitutions à faire, il engagera le malade à accomplir par lui-même celles qui sont à sa porté et à ne pas les confier à d'autres : il doit insister avec fermeté et douceur et ne pas accepter facilement des délais : le lendemain est incertain pour tous, surtout pour des malades en danger. En général, qu'il ne se contente pas d'ordres donnés aux héritiers ; ceux-ci ne manqueront pas de prétextes pour se dispenser de les exécuter. Mais convient-il qu'il se charge lui-même de faire ces restitutions avec l'argent ou les objets qu'on lui remettra? Rarement, et seulement dans quelques cas vraiment exceptionnels où le secret doit être entier. Autrement il pourrait arriver qu'il fût en butte à des accusations ou à des soupçons fâcheux dont le secret de la confession l'empêcherait de se disculper. Il sera donc mieux d'employer un tiers, une personne de confiance. S'il s'agit de réparer la réputation du prochain et qu'on ne puisse convenablement employer un autre moyen, le prêtre pourra en toute sûreté accepter la charge de faire connaître à qui il appartient que le malade a dit du bien de telle et telle personne.

« 10° Si le malade est en danger de mort, le prêtre ne le bercera pas d'illusion sur son retour à la santé ; mais avec charité et prudence il lui fera entendre qu'après tout Dieu peut l'appeler bientôt, et, en même temps, il lui suggérera des motifs pour l'encourager à faire à Dieu, dans cette éventualité, le sacrifice de sa vie. Cependant, si le malade

[1] In Gallia, ubi præcedet matrimonium civile, posset quidem sacerdos promissionem absolutam ineundi matrimonii exigere, ante absolutionem. *Edit. Scavini.*

espère sa guérison, sans qu'il en existe de bonnes raisons, il n'est pas nécessaire que le prêtre insiste d'une manière fatigante, dans le but de lui persuader le contraire; il prendra seulement ses précautions pour que son âme soit chrétiennement préparée. Ce qu'il doit lui conseiller de préférence, c'est de mettre toute sa confiance en Dieu, de lui soumettre sa volonté, de prendre de bonnes résolutions pour accomplir ses devoirs de chrétien, s'il revient à la santé (en évitant de lui faire émettre des vœux ou de le charger de graves obligations).

« 11° Quand le malade demande à différer sa confession et qu'il n'y a pas de risque qu'il perde connaissance ou qu'il meure, on peut le lui accorder, en profitant toutefois de cette concession pour fixer avec lui le moment où il accomplira ce devoir, comme le soir ou le matin suivant... La confession aide singulièrement même à la santé physique; le calme d'une âme délivrée des remords se transmet aux sens, leur rend une certaine force et produit une heureuse influence sur l'organisme.

« 12° Dans les tentations le malade ne doit pas essayer de disputer avec le tentateur; il doit détourner son esprit de l'objet mauvais et prononcer sans se troubler quelque oraison jaculatoire; faire des actes d'amour de Dieu, de piété envers le crucifix, envers Marie. L'ennemi est confus de voir qu'on ne prend pas garde à lui, et que l'esprit est entièrement tourné vers Dieu et vers Jésus, qui a vaincu pour nous.

« 13° Quand l'agonie approche, le prêtre veillera à ce que le malade ne soit point troublé par les paroles, les pleurs et les gémissements de son entourage. Surtout il ne le laissera pas entretenir de choses inutiles ou importunes, quand même on en parlerait à voix basse, sous prétexte qu'il n'entend plus, car il arrive souvent que les malades ayant perdu la parole conservent encore l'usage de l'ouïe. Il ne faut à ces moments-là que des assistants peu nombreux, des personnes prudentes et pieuses pour rendre au mourant les services nécessaires, l'édifier par leur tenue et le recommander au Seigneur. »

Ad rem, pergit Scavini, etiam liber : *Regole per la direzione delle anime ad uso dei parochi, dettato dal servo di Dio F. B. Derossi*, ecc. Torino 1847, tip. Castellazzo :

« Qu'il visite fréquemment les malades, spécialement les pulmoniques et ceux qui ont d'autres maladies rebutantes, par exemple, des ulcères, parce qu'étant jeunes, pour l'ordinaire, et ayant une grande sensibilité, ils ne sont que plus exposés à être tentés, à tomber dans l'accablement, à se préoccuper de leur mal et à devenir à charge à eux-mêmes.

« Appelé le soir par un malade, qu'il ne tarde pas jusqu'au matin, dans la crainte de ne plus le trouver en vie, ou dans un état où il ne puisse se confesser; se disant à lui-même comme le vénérable M. d'Avila: *Dieu veut peut-être procurer le salut de cette âme par mon entremise*. Arrivé au domicile du malade, et surtout d'un moribond, qu'il ne s'arrête pas à des entretiens superflus avec les gens de la maison, et ne fatigue pas le malade par de longues et fréquentes exhortations; mais qu'il lui suggère de temps en temps et sobrement quelques ferventes aspirations vers Dieu; et, dans les intervalles, qu'il prie pour lui obtenir la palme de la victoire dans ces terribles moments; c'est ainsi qu'il faut se comporter pour bien remplir ce ministère. »

« Neque, prosequitur idem Scavini, id parochorum tantum munus est, ad quos animarum cura ex officio pertinet; sed omnium etiam Sacerdotum. — V. Audisio, *Lezioni d'Eloquenza*, p. II, lez. XVII. — Pavone, *Spicilegio*, ecc., nn. 297 et seqq. — *Analecta juris pontificii*, 1859 : obligations des Curés envers les malades. — Liguori, *Homo Apost.*, tract. ult., nn. 46 et 47; it. *Append.* II, §4; it. *Praxis Confess.* nn. 105, 276 et seqq. agit quomodo se gerere debeat generatim Confessarius cum moribundis; nn. 230 et seqq. plura suggerit Sacerdoti assistenti; nn. 238 et seqq. remedia adversus tentationes enumerat; nn. 265 et seqq. monita aperit circa ultima Sacramenta; et nn. 277 et seqq. agit de agone et aliis mortis signis. — It. *Rituale Romano spiegato* proposto dal card. Delfino Patriarca d'Aquileia. — Abrate, *Lo spirito del Parroco*.

« Plura adhuc ad praxim quoad modum agendi cum infirmis.

« Q. 1. *Quid si infirmus jamjam per Viaticum communicaturus petat Confessionem?* — R. Tunc si sacerdos, qua Viaticum defert, est approbatus ad Confessiones excipiendas, si tota Confessio audiri non possit sine aliorum admiratione, dicat pœnitenti, ut breviter alicujus peccati gravioris Confessionem eliciat, si prævideat Confessionem esse longiorem; et eum si dispositum inveniat, absolvat atque communicet. Dein vero Sacramento ad Ecclesiam delato, redeat ad infirmum, ut integram Confessionem excipiat. — Si tamen Sacerdos ad Confessionem approbatus non sit, tantum poterit infirmum audire et absolvere, cum urget casus, nec adest Sacerdos approbatus; nam in mortis articulo quilibet Sacerdos valide et licite absolvere potest, ut constat ex capite *Presbyter* 26, q. 6, ex Rituali romano, ex declaratione S. C. C. et ex antiqua quoque Ecclesiæ consuetudine, prout Tridentinum declaravit (Liguori, l. VI (v), n. 562). Si vero casus nos urget, et presto adest Confessarius approbatus, eum debet accersere, ut Confessionem excipiat; secus

infirmum brevi adjuvet ad eliciendum actum perfectæ contritionis (quæ quidem in illo necessitatis casu sufficit, si sit cum voto postea confitendi) ; atque sic ad scandalum vitandum eumdem communicet : ita Alasia, *De Pœnit.* p. I, c. III, n. 7. Sed advertendum, quod hoc scandalum timeri non potest, si commode audiatur Confessio antequam Viaticum administraretur in iis montanis regionibus, ubi ob distantiam talis est usus, ut nempe statim a notitia gravis morbi deferatur Viaticum ante Confessionem.

« Q. 2. Que faire si, après la communion, le malade ne peut avaler la sainte hostie, même après avoir pris une ablution pour aider la déglutition, ou s'il la vomit presque aussitôt après l'avoir reçue? Le prêtre doit la mettre dans un vase autre que le ciboire, la porter à l'église, la conserver dans un endroit bien fermé, et attendre qu'elle soit entièrement corrompue pour la jeter dans la piscine. » (*Sacrario* vocabulum variam habet significationem : modo sumitur pro *sacristiæ* loco, ubi reponuntur res sacræ ; modo pro *presbyterio*, vel *Sancta Sanctorum;* modo pro isto *tabernaculo*. Sed hic ac generatim pro piscina sacra in quam mittuntur ablutiones corporalium et similium, quæ proprius sacra attingunt. Si situs non est ad id specialiter designatus, inservit locus ubi manus abluunt Sacerdotes). *Gousset.*

« Q. 3. *Comment préparer les malades à la confession?* Le prêtre ne doit pas se hâter d'expédier cette importante affaire, pour dire que le plus utile est fait : il doit procéder à la fois avec zèle et avec calme. S. Alphonse est d'avis que, lors même que la maladie est dangereuse, il ne faut pas parler immédiatement au malade de se confesser, mais plutôt après qu'on lui aura demandé des détails sur sa maladie. On l'exhorte alors à se résigner à la volonté divine, à unir ses peines aux souffrances de J. C. sur la croix, à les offrir à Dieu en expiation de ses péchés, et ainsi peu à peu on vient à parler de la confession en lui demandant depuis combien de temps il ne s'est pas confessé. Le prêtre l'aidera en tout, à se recommander à Dieu, à faire l'examen, etc., etc. *Stub.*

« Q. 4. Il est un abus contre lequel nous devons nous élever avec force. Trop souvent, on voit des malades abandonnés de leur confesseur après qu'il leur a donné les derniers sacrements. On accumule à la hâte la confession, la communion, l'extrême-onction et l'indulgence *in articulo mortis,* afin de pouvoir respirer un peu et dormir tranquille. On a grand soin de calmer les inquiétudes des parents en leur disant que l'on n'a plus rien à faire, que l'on a donné au malade tous les secours spirituels dont il pouvait avoir besoin, et qu'il suffit maintenant de lui suggérer de fois à autres quelques sentiments de confiance et de résignation... Le malade est abandonné à lui-même ; peut-être, hélas ! comme il arrive assez souvent, s'est-il rappelé quelques péchés graves qu'il aurait un grand désir de confesser ; qui sait même si, ce qui n'est pas sans exemple, il n'a pas retenu par timidité quelque péché énorme qu'il serait actuellement disposé à déclarer à son confesseur, s'il avait le bonheur de le voir?

« Dans tous les cas, combien ne lui serait-il pas avantageux d'être encouragé, fortifié par de pieuses exhortations contre les assauts du démon, qui fait quelquefois, au moment de la mort, des efforts incroyables pour jeter les âmes dans des troubles affreux et même dans le désespoir.

« Compter sur les parents et les amis en de telles circonstances, c'est bien souvent une pure illusion. C'est donc au confesseur à faire entendre la voix du zèle et de la piété ; c'est lui qui doit, autant qu'il est possible, rendre jusqu'aux derniers moments les devoirs que réclame l'âme dont il est chargé. Hélas ! elle va faire son entrée dans l'éternité ! Peut-elle jamais être trop bien disposée à paraître au tribunal du souverain Juge? Dans ces dernières visites que nous recommandons, on doit toujours demander au malade s'il ne désirerait pas un entretien particulier.

« S'il n'a rien à dire et qu'il n'ait besoin que de consolations, on devra lui suggérer brièvement (car les longues exhortations fatiguent les malades et leur sont peu utiles) les actes de foi, d'espérance, de charité, de contrition, de soumission à la volonté de Dieu, etc. On fera bien de mettre entre les mains du malade un petit crucifix qu'on lui recommandera de baiser de temps en temps, en disant au fond de son cœur : « O mon » Jésus ! je vous aime de toute mon âme, » augmentez en moi votre saint amour. — » O mon Jésus ! je suis content de souffrir » pour vous qui avez tant souffert pour » moi. — O mon Jésus ! j'unis mes souf- » frances aux vôtres ; appliquez-moi le mé- » rite de toutes vos douleurs. — O mon Jésus ! » je vous fais de bon cœur le sacricrifice de » ma vie ; j'unis ma mort à votre mort ; » ayez pitié de ma grande misère. — Tout à » vous, Jésus, tout à vous pour le temps et » pour l'éternité ! — Sainte Marie, ma tendre » mère, priez pour moi. — Mon bon ange, » priez pour moi. — Mes saints patrons, » priez pour moi. — Saint ange, qui fûtes » choisi pour fortifier et consoler Jésus » dans son agonie, fortifiez-moi, consolez- » moi, » etc.

« Q. 5. *Que faire si les parents ou les amis du malade s'opposaient à la visite du pasteur?* Il faudrait employer toutes les ressources du zèle pour les y déterminer.

« Ainsi, par exemple, il conviendrait de leur dire : — que rien n'est plus naturel que de voir un pasteur visiter les brebis de son troupeau quand elles sont malades ; — que cette visite ne fait pas, à beaucoup près, une impression aussi pénible que les parents

le supposent; — que, d'ailleurs, on prendra toutes les précautions pour éviter ce qui serai tant soit peu de nature à effrayer; — que l'on donnera même à sa visite une couleur de pure bienséance; — que, du reste, l'expérience prouve et les médecins conviennent que la présence du prêtre, ses pieuses exhortations et les secours spirituels qu'il administre, bien loin de *tuer le malade*, comme quelques-uns le disent, lui procurent au contraire une paix et un bien-être dont les heureux effets secondent puissamment les remèdes de la médecine.

« Souvent ses observations, faites avec l'accent du zèle et des démonstrations d'affectueux intérêt, produiront d'heureux résultats. Si cependant il en était autrement, il faudrait aller un peu plus loin et faire voir avec modération d'abord, mais avec énergie ensuite, qu'il s'agit du salut d'une âme; que, comme pasteur de la paroisse, on est chargé de cette âme devant Dieu; que la maladie, déjà grave, peut devenir d'un moment à l'autre bien plus grave encore, et trop grave peut-être pour que les secours spirituels puissent être efficacement appliqués; qu'il ne faut pas, pour des appréhensions chimériques, ménager au malade et se ménager à soi-même des regrets éternels.

« Si ces divers moyens ne produisent aucun résultat avantageux, il faudra bien se retirer; mais on devra, pour dernier mot, annoncer qu'on reviendra savoir des nouvelles du malade et faire une nouvelle tentative pour sauver son âme. En attendant cette seconde visite, il sera très-utile de prier et de faire prier les bonnes âmes, d'offrir même le saint sacrifice et de s'imposer quelques pénitences pour fléchir la divine justice, à l'exemple de tant de saints qui obtenaient par cette voie la conversion des pécheurs les plus endurcis.

« *Il arrive que quelquefois les parents* ne s'opposent pas à l'entrevue que sollicite le pasteur; mais c'est le malade lui-même qui refuse de recevoir sa visite. Que faire en cette triste occurence?

« S'il y a de sa part un refus positif, opiniâtre et que rien ne peut vaincre, peut-être pourrait-on se présenter malgré cette triste opposition, surtout si le danger de mort était imminent; mais si, ce qui est probable, on est formellement et énergiquement repoussé, il faudra bien alors se borner à faire agir avec toutes les industries du zèle, les parents, les amis, les âmes pieuses qui environnent cet infortuné, et recourir ensuite aux moyens spirituels, à la prière, aux bonnes œuvres, au saint sacrifice de la messe, et même, comme nous l'avons déjà recommandé, aux pénitences corporelles, si propres à toucher le cœur de Dieu quand c'est un pasteur qui se les impose pour sauver une brebis de son troupeau.

« Il arrive quelquefois qu'un de ces pécheurs endurcis se détermine à recevoir la visite d'un prêtre; seulement il a soin de déclarer que c'est comme ami, et non comme confesseur, qu'il consent à le voir. Il va sans dire que, malgré cette restriction, bien pénible pour le cœur d'un prêtre, il ne faut pas balancer à se transporter immédiatement auprès du malade; car souvent la visite de l'ami pourra bien préparer la voie au ministère du confesseur. Quand on sera près du chevet, on devra redoubler de précautions pour ne rien dire qui le froisse, tâcher de gagner son affection, ou du moins son estime, par des témoignages vifs et sincères de l'intérêt le plus tendre; et, si le danger est pressant, aborder le point délicat et tâcher, avec une douceur angélique, de dissiper les préventions que l'on a contre une confession qui va procurer de si abondantes consolations si on se détermine à la faire.

« Malheureusement il arrivera peut-être que, dès la première ouverture que l'on fera sur ce point, on sera réduit au silence par certains mots si fermement articulés, qu'une nouvelle tentative sera bien difficile; cependant on pourra, toujours avec de grandes précautions, revenir encore à la charge, prier, conjurer, supplier, pleurer même, si la divine miséricorde donne en ce moment quelques larmes, et enfin, pour dernière ressource, faire retentir aux oreilles de ce pécheur endurci les menaces formidables du Dieu vengeur entre les mains duquel il va bientôt tomber; ayant soin toutefois de ne pas faire ceci sur un ton grondeur et indigné, mais avec une sainte impétuosité de zèle, tempérée de douceur et de compassion vive.

« Si l'emploi de ces moyens ne produit pas l'effet que l'on en attend, on pourra, du moins, se rendre devant Dieu le témoignage que l'on a rempli jusqu'au bout son devoir de pasteur, et se consoler tristement en méditant ces paroles du prophète Ézéchiel : *Si... annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua et a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur : tu autem animam tuam liberasti.* (Ch. III, v. 19.)

« Quelques prêtres instruits et zélés emploient, à l'égard de certains malades qui refusent de se confesser, un ingénieux moyen qui est assez souvent couronné de succès. Ce moyen consiste à les faire se confesser sans qu'ils sachent qu'il se confessent.

« Après les préambules ordinaires au début de toute conversation, on arrive peu à peu sur le terrain religieux, et l'on essaye de faire parler le malade de l'ensemble de sa conduite passée, en fait de religion; on lui dit, le sourire sur les lèvres, que sans doute il n'était pas très-fort sur cet article; que peut-être il avait à peu près perdu la foi; qu'il ne priait guère, ou point du tout; que depuis longtemps il n'assistait plus à la messe et ne s'embarrassait guère des commandements de l'Église, etc.

« Puis, après quelques courtes digressions,

on passe à la conduite envers le prochain, puis enfin à la conduite envers soi-même, toujours par forme de conversation et avec un certain entrain aimable et familier.

« Il est certain que, l'entretien roulant sur ces diverses matières que nous ne faisons qu'indiquer, on obtient une connaissance générale de l'état spirituel du malade, et cette connaissance suffit pour qu'on lui dise avec plus ou moins de liberté, selon les circonstances, que la confession ne doit pas l'effrayer, puisque la voilà faite sans qu'il s'en soit douté. Très-souvent il rira de cette ruse innocente et consentira à achever sérieusement ce qu'il a commencé en badinant. Il va sans dire qu'on rectifiera dans la confession sérieuse ce qu'il sera nécessaire de rectifier : l'essentiel était de déterminer le pécheur à se confesser.

« Sans doute ce pieux artifice ne peut pas toujours s'employer ; c'est à chaque prêtre en particulier à voir quand il peut y recourir avec chance de succès.

« *Avis.* — Quoi qu'il en soit, et de quelque côté que viennent les obstacles au zèle d'un pasteur dans ces pénibles rencontres, nous croyons devoir donner un avis qui, bien suivi, aplanira souvent les voies et rendra l'accès auprès de tels malades incomparablement plus facile. Nous voulons parler des visites qu'un curé doit faire habituellement à ses paroissiens, et plus spécialement à ceux qu'il craint de ne pas pouvoir aborder quand une maladie grave mettra leurs jours en danger.

« Il serait nécessaire qu'un curé connût parfaitement ceux de ses paroissiens qui ont le plus d'éloignement pour les pratiques religieuses et qui, suivant les apparences, refuseront de recevoir les secours spirituels à leurs derniers moments. Quand il saurait au juste quels sont les paroissiens ainsi disposés, il faudrait qu'il leur fît assez fréquemment des visites de politesse, afin que plus tard, au moment du danger, ils reçussent encore, comme une visite de cette nature, celle qui, dans l'intention du pasteur, aurait cette fois un autre motif.

« Sa présence au temps de la maladie ne jetterait plus l'alarme dans la maison : bien plus, on trouverait tout naturel qu'un curé qui fait des visites quand on se porte bien vînt s'informer de l'état de la santé quand on est malade.

« Rien donc de plus avantageux que de visiter habituellement les pécheurs de la paroisse, que l'on craint de ne pouvoir aborder quand une maladie grave surviendra. Gardons-nous d'agir comme certains curés qui ne font de visites qu'aux pieux fidèles de leur paroisse, et qui n'en font jamais à ceux qui , éloignés de toute pratique religieuse, ont évidemment plus besoin que les autres des assiduités de leur zèle. » (Scav. cit. T. IV. n. 212 ad 224.)

§ II *Remedia adversus tentationes.*

237. Præcipua contra tentationes remedia sunt Jesu ac Mariæ SS. nomina sæpius invocare, et crucis signaculo se munire. Pro aliquibus tamen specialibus dæmonis insidiis quædam hic annotare expedit.

238. Et I. *Adversus fidei tentationes.* Ab hac terribili tentatione præsertim agitantur, qui cum perditam egerint vitam, sibi suoque judicio nimis adhæserunt ; præcipue si viri eruditi fuerint. Hic sedulo advertendum, quod si dæmon aliquod eis circa fidem dubium aut subtilitatem suggerat, statim constanti animo tantum generatim respondeant : *Ergo credo quod S. Mater Ecclesia credit, quæ veritatem credit et confitetur.* Horteturque sacerdos infirmum, ut maximas Deo gratias agat, quod ipsum in Ecclesiæ sinum ab incunabulis accipere dignatus sit ; ideoque in ipsa fide usque ad extremum vitæ perseverare velle profiteatur. Præcipuus tamen modus, et utilior ad hujusmodi tentationes repellendas erit mentem alio divertere, aliosque varios elicere actus, nempe contritionis, spei, charitatis erga Deum, et similia. De quodam Doctore *Bellarminus* refert, quod hic dum in morte cum dæmone disserere de quodam fidei articulo voluerit, deceptus succubuit, et mortuus est.

239. Si tentatio tamen pergit vexare, ostendat infirmo quod nostræ fidei (per se sanctæ et intemeratæ, a pauperibus piscatoribus per totum orbem diffusæ, tot miraculis, ac tot millium martyrum sanguine, qui vitam suam pro ipsa immolaverunt, confirmatæ) argumenta luce clariora sunt, et manifeste illam veram esse patefaciunt, licet res, quas ipsa docet, nunc per speculum in ænigmate videamus ; nam si mysteria de quibus nos instituit essent evidentia, ubi esset meritum fidei ? quæ ideo fides dicitur, quia res, quas docet, obscuræ sunt et non apparentes. Hinc dictum fuit : *Beati qui non viderunt, et crediderunt.* Jo. 20. 29.

240. II. Adversus tentationem *desperationis.* Hæc est præcipua tentatio, qua infernus vehementius ægrotos impetit ; unde illis de divina justitia, de damnatorum pœnis loqui, eorumque patrata scelera exaggerare, sacerdos caveat ; sed potius ipsis fiduciæ in misericordia Dei, Salvatoris passione, divinis promissis, et

Dei Matris intercessione argumenta insinuentur.

341 Primum igitur nostræ spei motivum est divina misericordia, dum Deus vocatur, et vere est pater misericordiarum (2. *Cor.* 1. 2.). ipse occurit etiam non quærentibus se : *Invenerunt, qui non quæsierunt me. Isaiæ* 65. 1. Magis Deus cupit nos salvos facere, quam nos salutem optamus : quare ipse merito de illis queritur, quos etiam fugientes amplexari desiderat, ut ait *D. Bernardus* : *Amplecti quærit, a quibus desertum esse se queritur.* Ipse est totus pronus ad ignoscendum : *Multus est ad ignoscendum. Is.* 55. 7. Protestatur se nolle mortem peccatoris : *Nolo mortem impii, sed ut convertatur..., et vivat. Ezech.* 33. 11. Inquit quod cum peccator sua detestatur peccata, ipse eorum memoriam amittit : *Si impius egerit pœnitentiam... omnium iniquitatum ejus... non recordabor Ezech.* 18. 21. Post hæc divina testimonia, quis unquam de Dei misericordia diffidere pôterit ? Unus tantum pœnitentiæ actus ad innumerabilia peccata delenda sufficit. Publicanus, vix ingemendo dixit : *Propitius esto mihi peccatori*, et justificatus est. Prodigus filius, statim ac ad patris pedes rediit, patereum amplexus est. David, ut dixit, *peccavi*, Natan ei respondit : *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. *Reg.* 12. 13.

242. Secundum motivum, est passio Jesu Christi, qui non ad aliud quam peccatorum salutem in terram se descendisse protestatur : *Non... veni vocare justos, sed peccatores, Matth.* 9. 13. Profitetur etiam nullum a se abire pati : *Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. Jo.* 6. 37. Et apud *Matthæum* 18. 12. inquit, quod ipse est bonus ille pastor, qui dispersas oves quærit, et si quam reperit, exultat, eam amplectitur, suisque humeris imponit : et videtur deinde hanc majori diligere affectu, prout se gessit cum *S. Maria Ægyptiaca, B. Angela a Fuligno, S. Margarita a Cortona*, aliisque pœnitentibus. Qui igitur rectam habet voluntatem, timere non debet damnari a Domino, qui ne damnaret nos, seipsum ad mortem crucis damnare non dubitavit.

243. Tertium motivum, sunt divina promissa. Multis in locis Evangelii petentibus divina promittitur gratia : *Petite, et accipietis. Jo.* 16. 24. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Jo.* 16. 23. Et hic non solum de justis, sed etiam de peccatoribus sermo fit, juxta textum Matthæi : *Omnis qui petit, accipit ; Matth.* 7. 8. Satis igitur est gratias a Deo petere ad salutem, ut certe obtineantur. *Bonus est Dominus... animæ quærenti illum*; *Thr.* 3. 25.

244. Quartum motivum, est Sanctorum intercessio, et præsertim Deiparæ, quam vult Deus, ut nos cum tota Ecclesia salutemus nostrum refugium, vitam, et spem nostram, ac dicamus : *Refugium peccatorum, ora pro nobis : vita, spes nostra salve.* Unde merito ipsa B. Virgo appellatur a Blosio, *Spes desperantium*, et a S. Ephrem, *Adjutrix destitutorum.* Eadem Dei mater B. Birgittæ revelavit, quod sicut aliqua mater, videns filium inter enses suorum hostium versantem, animosa in tutelam suam illum suscipit ; ita ipsa curat devotos suos tutari, dum a dæmonibus vexantur, eique se commendant. Insuper dixit, quod cum accedit ad eam peccator, ipsa non ejus merita discutit, sed cum quali intentione veniat, attendit. Et Deus ipse *B. Catharina Senensi* revelavit, Mariæ suæ filiæ concessisse, quod quivis peccator ad eam recurrens, nullo modo possit a dæmone rapi.

245. III. Adversus tentationem *vanæ gloriæ. D. Bernardus* ait, quod vana gloria est quædam sagitta, quæ *leviter penetrat, sed non leviter vulnerat ;* præsertim si persona timoratæ sit conscientiæ. Si igitur sacerdos unquam adverteret moribundum nimis se reputare securum de sua salute, quia nimis suis operibus fidit ; ei dicat quod peccata solummodo nostra sunt, omnia autem bona a Deo recipimus, ex illo : *Quid... habes, quod non accepisti ?* 1. *Cor.* 4. 7. Et cum certum sit nullum suæ salutis æternæ, divinæque gratiæ infallibilem certitudinem habere posse (*Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, Eccles.* 9. 1.) ; ideo quisque pavere debet, et cum metu et tremore salutem suam operari, ut ait Apostolus *Philipp.* 2. 12.

246. IV. Adversus tentationem *impatientiæ.* Si infirmus ex morbi cruciatibus impatientia afficitur, huic ostendatur, quanta martyres pro Christi nomine tormenta sint passi, vivi excoriati, adusti, trucidati. Et præsertim ei ob oculos ponantur omnia quæ innocens Jesus propter nostrum amorem est perpessus. Dicatur ægroto, quod infirmitatis dolores vitari nequeunt ; unde si ipse invitus

eos patitur, male nunc, et in altera vita se habebit; si autem libenti animo pro Deo acceptet, non solum hic a morbi pœna levabitur, sed ibi minus purgatorii tormenta luet, magisque postea in cœlo remunerabitur : *Tristitia vestra vertetur in gaudium. Joan.* 16. 20. Moneatur, quod extremæ vitæ cruciatus nostram complent æternam coronam, quoniam (ut *S. Bonav.* dicit) pœnas patienter tolerare, aliis cunctis operibus perfectius opus est, juxta illud *Jacobi* : *Patientia... opus perfectum habet. Jac.* 1. 4. Et ita Deus suos in hac vita amicos tractat, dum crux est nostræ prædestinationis securius signum. *B. Clara* per 28. annos doloribus vexata vitam duxit. *S Lidovina* per 38. annos semper infirmitatum pondus toleravit. Et divina Mater quodam die *B. Birgittæ* ægrotanti sic dixit : *Scis quare tua infirmitas tam in longum abierit? abiit, quia te Filius meus, et ego nimis diligimus.* Nos miseros viatores inter hujus sæculi ærumnas Apostolus valde consolatur dicendo : *Momentaneum et leve tribulationis nostræ... æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. *Cor.* 4. 17. Et alibi : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Rom.* 8. 18.

247. Et sic infirmo sedulo oportet suadere, ut Dei voluntati conformetur, non solum si dolores patitur, sed etiam si medici errant, aut assistentes ipsius curam negligunt. Hinc crebro moneat illum, ut a Deo patientiam expostulet.

248. V. Iis qui ægre ferunt mori tam immature, ob oculos ponantur præsentis vitæ miseriæ, infirmitates, animi angores, nec non peccandi et damnationis pericula. Ideo sancti viri tam avide mortem exoptabant. *S. Theresia* aiebat : *Heu mihi, quia in omni vitæ meæ momento Deum amittere possum;* unde quoties horologium sonabat, toties valde gratulabatur, eo quod jam hora hujus periculi transacta esset. Martyres sancti hilares ad patibula procedebant, ut citius hoc periculum effugerent, et Deo fruerentur. Hinc dicitur in Apocalypsi (14. 13.) : *Beati mortui, qui in Domino moriuntur... ut requiescant a laboribus suis.* In hac lacrymarum valle viatores sumus : *Non... habemus hic manentem civitatem. Hebr.* 13. 14. Unusquisque, aut Rex, aut Pontifex, mortem subire debet.

249. Hortetur infirmum, ut Deo gratias agat qui non permisit eum mori tempore quo erat in peccato; et quia tunc ipsum sacramentis munitum discedere disponit. Dicat, saltem mortem libenti animo excipiendam esse, quia evadimus tot leves culpas, a quibus in hac vita immunes esse non possumus.

250. Dicat ægroto : *Frater mi, oportet, ut te conformes voluntati Dei, quia omnia disponit propter nostrum bonum. Quis scit, an si amplius viveres, animam perderes?* Sed dicet infirmus : *Ego vivere optarem, ad aliquam Deo de culpis meis satisfactionem præbendam, et aliquid boni ante mortem peragendum, dum usque adhuc nihil egi.* Respondeat sacerdos : *Fili, nulla pœnitentia est Deo magis accepta, quam mortem in peccatorum expiationem libenter acceptare ; nullusque actus perfectior est, quam mortem accipere ad voluntatem Dei exequendam.*

251. VI. Adversus tentationem *adhæsionis* bonis, et propinquis. Eis quibus mori displicet, quia nimis adhærent bonis, dicat confessarius, hæc non esse vera bona, cum sint transeuntia, et de brevi defectura, et si non deficiunt, potius animum angunt, quam solantur.

252. Si autem affligitur infirmus propter uxorem, filios, aut nepotes dilectos, quos relinquit, blande sic hortetur : *Fili mi, statutum est omnibus mori, omnes te ordine sequentur; nunc tuæ saluti consule, et animam tuam salva, et sic pro ipsis in cœlo orabis, unaque cum ipsis eris aliquando beatus in æternum. Sed nunc quid dulcius, quam proficisci ad manendum cum Jesu Christo, cum Regina cœli, et omnibus Sanctis!*

253. Si autem angitur, quia conjunctos suos relinquit inopes, ei dicat : *Audi fili, si tu æternam salutem assequeris, multo melius de cœlo, quam de terra tuis opem ferre poteris. Sed ne dubites, quia Deus, qui volatilia pascit, non omittet eis providere. Si tu illos amas, Deus plus te diligit.*

VII. Adversus tentationem *odii* et *vindictæ*. Si quis propter aliquam acceptam offensam odio tenetur, 1. ipsi intimetur divinum præceptum : *Diligite inimicos vestros.* 2. Dicatur ei quod qui non dimittit, nec veniam sperare possit a Deo, qui dicit : *Foris canes, Apocal.* 22. 15. Canes (vindicum symbolum) repelluntur a cœlo. E converso Deus veniam certam promittit illi peccatori, qui veniam dat offensori suo, ex illo : *Dimittite, et dimittemini, Luc.* 6. 37. 3. Subdat, quod si inimicus injuste læserit, ipsum quanto injustius ipse Deum? Quamo-

brem, si ipse petit a Deo ut sibi ignoscat, quanto magis proximo ipse ignoscere debet? *Sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos. Col.* 3. 13. Ultimo ostendat eidem, quam gratam rem Deo exhibeat, qui injurias dimittit. *S. Joannes Gualbertus*, postquam fratricidæ pepercit, Ecclesiam ingrediens, imaginemque Crucifixi salutans, vidit Redemptorem erga se caput inclinasse, ac si propter veniam datam ipsi gratias ageret. *Sanctus Jacobus* ante mortem amplexatus est eum qui se accusaverat. *Sanctus Stephanus* oravit pro eis qui eum lapidabant. *Sanctus Ludovicus* Galliæ rex apud se cœnare fecit hunc qui sibi mortem fuerat molitus. *Sanctus Ambrosius* per multum tempus cuidam suo proditori alimenta subministravit. Et præcipue primum exemplum de hoc præstitit Dominus noster Jesus Christus, qui in cruce positus pro persecutoribus et maledicentibus sibi valde Patrem exoravit.

§ III. *Varia motiva, et affectus ægrotis suggerendi.*

254. I. Motiva *fiduciæ*. De his supra (*in* § II.) jam locuti sumus; illis possunt sequentes adjungi ex Scriptura : *Nullus speravit in Domino, et confusus est. Eccli.* 2. 11. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* 1. *Joan.* 2. 2. Jesus Christus ad hoc mortem subiit, ut nobis veniam criminum obtineret. *Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Rom.* 8. 32. Quomodo igitur Deus remissionem nobis negabit, qui nobis proprium dedit Filium?

255. Affectus fiduciæ : *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? Ps.* 26. 1.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me, Domine Deus veritatis.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti

In te Domine speravi, non confundar in æternum.

O bone Jesu, intra vulnera tua absconde me.

Vulnera tua, merita mea. S. Bernardus.

Jesu mi, non negabis mihi veniam, qui vitam et sanguinem mihi non negasti.

Passio Jesu, tu es spes mea. Merita Jesu, vos estis spes mea. Vulnera Jesu, vos estis spes mea. Mors Jesu, tu es spes mea.

Maria mater mea, salva me, miserere mei.

Spes nostra salve.

Sancta Maria, mater Dei, ora pro me peccatore.

Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei genitrix.

256. II. Motiva et affectus *contritionis*. Dicit S. *Augustinus* quod quisque ad extremum vitæ non debet omittere peccata sua deplorare.

Non intres in judicium cum servo tuo. Ps. 142. 2. *Jesu mi, et judex meus, parce mihi, antequam venias ad me judicandum.*

Cor contritum et humiliatum Deus non despicies. Deus meus, oh si nunquam te offendissem!

Domine mi, non debebas sic tractari a me, sicut impie feci.

Pater, non sum dignus vocari filius tuus. Ego a te discessi, tuam despexi gratiam, ultro te amisi : toto corde me pœnitet, Deus meus, propter amorem et sanguinem Jesu Christi parce mihi.

Maledicta peccata mea, quæ Deo me privastis, ego vos detestor, abominor, et maledico!

Deus meus, quid mali fecisti, quod ipse sic offendi te? Propter Jesum Filium tuum miserere mei.

Nunquam, Domine, te offendam quoadusque vivam; aut parum, aut multum mihi supersit, volo te amare.

Offero tibi in satisfactionem contumeliarum, quas tibi irrogavi, mortem meam, et dolores, quos usque ad mortem perferam.

Domine, merito me punis; nimis te offendi. Sed quæso in hac, non in alia vita, me castiga.

O Maria, impetra mihi dolorem culparum mearum, remissionem, et perseverantiam.

257 III. Motiva et affectus *amoris*. *Deus meus, qui es bonitas infinita, super omnia te diligo, amo te plus quam me, amo te ex toto corde. Deus meus, non sum dignus te amare, quia nimis te offendi, sed propter amorem Jesu fac me dignum. Oh utinam et omnes te diligerent!*

Jesu dulcissime, cupio pati et mori pro te, qui propter me pati, et mori dignatus es.

Domine, castiga me uti vis, sed ne me prives te amare.

Deus meus, salva me; salus mea est amare te.

Opto paradisum, ut in æternum, et ex totis viribus meis te diligam.

Deus meus, ne me dejicias in infernum

ut mereor : ibi tu odio mihi habendus esses, sed animus mihi non suppetit te odio habere. Et quid mali, Domine mi, fecisti mihi, ut tu odio mihi habendus esses ; fac, ut te amem, et mitte me quo vis.

Volo pati, quantum tibi placet : volo mori, ut tibi placeam. Devinci me tecum, Jesu mi, ne permittas me unquam separari a te.

Deus meus, fac, ut sim totus tuus, antequam moriar.

Quando erit, ut dicere possim : Deus meus, non possum amplius amittere te.

Oh Deus meus, amare te vellem, quantum tu mereris !

O Maria, trahe me totum ad Deum !

Mater mea, ego multum te diligo; volo venire ad cœlum, ad te amandum in æternum.

258. IV Motiva, et affectus *conformitatis*. Omne nostrum bonum et vita consistit in eo, ut conformemur Dei voluntati, juxta illud : *Vita in voluntate ejus. Ps.* 27. 6. Deus quidem vult quæ nobis sunt meliori bono. S. *Gertrudi* cum Jesus apparuisset mortem et vitam offerens, respondit ipsa : *Domine, quod tu vis et ego volo.* Pariter S. *Catharina Senensis*, cum Jesus se illi præbuerit, offerens duplicem coronam, unam gemmarum, spinarum alteram, ut ipsa eligeret, ipsa respondit: *Ego eligo, quæ tibi placet.*

259. Affectus. *Eia N. si Deus te vocat ad aliam vitam, contentus es ? Es contentus. Dic igitur semper : Domine, ecce me, fac de me, quod tibi placet. Semper fiat voluntas tua; volo tantum, quod tu vis. Volo pati, quantum vis. Volo mori, quando tu vis.*

In manus tuas commendo animam, et corpus meum, vitam, et mortem.

Benedicam Dominum in omni tempore; aut me consolaris, aut me crucias, Deus meus; ego te amo, et semper te amare volo.

Deus meus, cum morte Jesu mortem meam conjungo, et sic eam tibi offero.

O voluntas Dei, tu es amor meus.

O beneplacitum Dei mei, me tibi totum in holocaustum trado.

260. V Motiva, et affectus *desiderii* erga paradisum. *Motiva.* Refert *Blosius* plures revelationes, ex quibus habetur, quod in purgatorio illi, qui tepide cœlum optavere, excruciantur peculiari pœna, appellata a Doctoribus mysticis pœna *desiderii*, aut *languoris*. Præsens vita est pœnarum carcer, in quo Deum videre non possumus; unde merito rogabat David : *Educ de custodia animam meam, Ps.* 141. 8. et S. *Augustinus* clamabat : *Eia, Domine, moriar, ut te videam. S. Hieronymus* appellabat mortem, sororem suam, eique dicebat : *Aperi mihi, soror mea.* Et quidem recte, nam mors est illa quæ paradisi januas nobis reserat. Et ideo pariter S. *Carolus Borromæus*, videns mortis effigiem cum falce in manu depictam, pictori præcepit, ut falcem deleret, et ejus vice clavem auream tanquam cœli clavem depingeret. Expedit igitur, ut sacerdos sæpius alloquatur moribundos de cœlestis patriæ bonis, in mentem eis revocans quod Apostolus ait: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* 1. Cor. 2. 9.

261. *Affectus. Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei ? Ps.* 41. 3. Quandone erit, Deus meus, quod tuam infinitam pulchritudinem videbo, et facie ad faciem te diligam ?

In cœlo semper te amabo, tu semper me amabis; invicem igitur in æternum nos amabimus, Deus meus, amor meus, et omnia.

Jesu mi, quando osculabor vulnera, quæ pro me sustulisti ?

O Maria, quandonam erit, ut me videam ad pedes illius matris, quæ tantum me amavit, et auxiliata est ?

Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.

262. VI. *Affectus, qui infirmo suggeri possunt dum crucifixum deosculatur.*

Dulcissime Jesu, ne respicias quid ego in te, sed quid tu pro me fecisti.

Recordare quod sim una ex ovibus tuis, pro qua mortuus es.

Libenter pro te, qui pro me passus es, Jesu mi, moriar.

Accepto, Jesu mi, consumi pro te, qui totus consumi voluisti pro me.

Domine, majora tu pro me, quam ego pro te patior : tu innocens, ego peccator.

Deosculare, frater mi (*dicat sacerdos infirmo*) pedes illos, qui tam ad te perditam ovem quærendam et salvandam laboraverunt. Dic quæso : Amabilissime Redemptor, amplector pedes tuos, ut Magdalena amplexa fuit, fac ut audiam te mihi pepercisse, ut illa audivit.

Deus meus, mihi propter amorem Jesu Christi parce, et fac, ut bene moriar.

Pater æterne, tu mihi Filium tuum tradidisti, me ego tibi trado.

Jesu mi, multum tibi ingratus fui, miserere mei. Multoties infernum merui; non in alia, sed in hac vita me puni.

Si me fugientem quæsivisti, me te quærentem ne derelinquas.

Jesu dulcissime, ne permittas me separari a te.

Quis me separabit a charitate Christi?

Domine Jesu Christe, per illam amaritudinem, quam sustinuit nobilissima anima tua, quando egressa est de benedicto corpore tuo, miserere animæ meæ peccatrici in egressu de corpore meo. Amen.

Jesu mi, tu propter amorem meum mortuus es : ego propter amorem tuum mori volo.

263. VII. *Affectus qui suggeri possunt sacerdotibus, et religiosis infirmis.*

In pace in idipsum dormiam, et requiescam.

Deus meus et omnia. O me beatum, si omnia amittam, ut acquiram te meum summum bonum.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Ne projicias me a facie tua.

Jesu dulcissime, ne permittas me separari a te.

Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. *Ita dicebat sanctus Franciscus.*

Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

In te Domine speravi, non confundar in æternum.

Diligam te, Domine, fortitudo mea.

Eia moriar, Domine, ut te videam.

Quid mihi est in cœlo; et a te quid volui super terram?

Deus cordis mei, et pars mea in æternum.

Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo?

Pater, peccavi, non sum dignus vocari filius tuus.

Averte faciem tuam a peccatis meis.

Tuus sum ego, salvum me fac.

Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Quis nos separabit a charitate Christi?

Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis *S. Ignatius Loyola.*

Dilectus meus mihi, et ego illi.

Misericordias Domini in æternum cantabo.

Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, etc.

Vita, dulcedo, spes nostra salve.

Refugium peccatorum, ora pro nobis.

Maria, mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe.

O salus te invocantium! *S. Bonav.*

§ IV. *Monita circa ultima Sacramenta, et modum quo utiliter recipi possunt.*

I. *Circa confessionem.*

264. Jam supra in praxi monitum est (*vide nostram Moralem l.* 6(v). *n.* 260. *et* 484.) quod dum periculum mortis instat, aut forsan Viaticum delatum est, et longa esset confessio, tunc infirmus non tenetur omnia et singula peccata confiteri. Hic amplius animadvertenda sequentia, nimirum. 1. Quisque sacerdos in mortis non solum articulo, sed etiam periculo (ut *Trid. sess.* 14. *c.* 7. declaravit) censuris et casibus reservatis districtos potest absolvere (*l.* 6 (v). *n.* 561.). Advertendum tamen est, quod circa censuras reservatas tenetur confessarius facultate carens infirmo imponere, ut elapso mortis periculo, se præsentet superiori, secus in censuras reincidet, *l. c. n.* 563 *v. Secus.* 2. Simplex sacerdos absolvere non potest, præsente confessario approbato; secus tamen, si confessarius approbatus veniat jam incepta confessione; secus etiam, si approbatus sit complex personæ infirmæ in peccato turpi, uti decrevit summ. Pontif. *Benedictus XIV.* (*lib. cit. n.* 553.). 3. Moribundus sensibus destitutus recte potest absolvi, saltem sub conditione (quod securius est), dummodo constet infirmum absolutionem desiderasse, pœnitentiæ signum præbens; aut si confessionem quæsierit: *l. c. n.* 481. et id intelligitur, etiamsi moribundus in actu peccati sensus amiserit, *l. c.* ex *D. Augustini* auctoritate, et ratione; quia ex una parte conditio Sacramenti irreverentiam removet, et ex alia semper in tali casu quemque velle suæ saluti consulere judicatur, et sensibile aliquod signum ostendere, licet morbi causa signum non bene intelligatur. 4. Si infirmus post tertium diem, licet de periculo monitus, nec tamen confiteri vellet, optimum erit si sacerdos medicum monefaciat, ut juxta *S. Pii V.* Bullam, eum non amplius invisere est.

Si tamen infirmus in sua adhuc maneat pervicacia, tunc medico curam denuo accipere licebit; *vide l.* 6 (v). *n.* 664.

II. *Circa communionem.*

265. Sequentia adnotantur monita. I. Ut infirmo Viaticum ministrari possit necesse non est, ut omni vitæ spe destitutus sit, sed sufficit mortis periculum *l.* 6 (v). *n.* 284. II. Si vomitus periculum adsit, Viaticum dari non potest, licet præmittatur experientia cum particula non consecrata, *n.* 292. *v. In dubio.* III Pueris ratione pollentibus etiam rite Viaticum dari potest; necnon phreneticis, dummodo sancte vixisse constet, aut paulo ante confessi sint, et periculum irreverentiæ non adsit : ideoque cum istis probabiliter licitum est experiri cum particula non consecrata. IV. Infirmis etiam in Parasceve, ut habetur ex S. Rituum Congregationis decreto anno 1622. edito, Viaticum ministrare, non tantum licet, sed ad hoc parochi tenentur.

266. V Communis sententia tenet, quod in eadem infirmitate ægroto non jejuno pluries Viaticum dari possit; saltem si intersit sex vel octo dierum spatium; imo multi Doctores minus temporis intervalli exigunt, *vide n.* 284. *et* 285. Si tamen ægrotus mane ex sua devotione communicavit non potest eo ipsomet die Viaticum dari, nisi tamen mortis periculum ex aliquo superveniente morbo violento, nempe vulneris, veneni, casus et similis advenerit. Secus si ægrotus in infirmitate jam constitutus mane communicavit; *vide rationem cit. n.* 285. *Dub.* 3.

267. VI. Si tamen infirmus tantum confessus sit, et malum increbrescit; tunc sacerdos eum, ut quanto citius Viaticum accipiat, sedulo disponat, ut sana mente, et majori fructu recipiat, ideoque desiderium recipiendi Viaticum in animum inducere curet, ut ita munitus dæmonis viribus majori nixu et gratia obstare possit, utque Jesu Redemptori nostro magis se uniat; qui eum invisere cupit (dicat) ut suas possit in se gratias effundere, et ad cœlestem patriam brevi perducere : sin autem, ut si expedierit, etiam corporis salutem impertiatur. *S. Cyrillus Alexandr.* ait, quod sancta Eucharistia *etiam morbos depellit et ægrotos sanat.* Et de suomet patre *S. Gregor. Nazianz.* refert, quod statim ac Communionem accepit, convaluit.

268. Sacerdos igitur sic infirmum alloquetur : Frater mi, licet tua sanitas non sit desperata, in periculo tamen est ; ideoque optimum est, ut quanto citius potes, Viaticum accipias; nam Christus in pristinam te restituet sanitatem, si hoc tuæ æternæ saluti expedierit; si tamen mori debes, contra diabolum in tuum auxilium veniet, et tui itineris ad beatam patriam comes erit. Quid dicis? cupisne Viaticum accipere. Quidem : Eja igitur præpara animam tuam ad amplectendum tuum Redemptorem, qui pro te mortuus est. Dic toto corde : Veni Jesu mi, veni amor meus, omne bonum meum, veni, ad te anima mea desiderat. *Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram ? Deus cordis mei, et pars mea in æternum.*

269. Sacerdotis autem, cum Viaticum pervenerit, sit cura ab infirmi cubiculo parentes, uxorem nempe, sorores, filios, etc. qui passionis ei esse possunt causa, depellere. Tunc ei subjungat : *S. Philippus Nerius*, cum in suo cubiculo SS. Sacramentum viderit, exclamavit : *En amor meus, en amor meus.* Dic etiam, frater, dic : En amor meus. En hic est Filius Dei, qui pro tua salute descendit de cœlis, homo factus est, pro te in cruce mortem subire voluit, et nunc te invisum in ipso tuo cubiculo venit. Bono sis animo, jam tibi peccata condonavit. Culparum tuarum jam te pœnituit, et adhuc pœnitet. Sed nunc diligis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; itane est? Eja ergo dic : Amo te, Deus meus, super omnia, et quia diligo te, me pœnitet peccasse : propter amorem tuum libenter morior; jam tibi placet, mori cupio, ut videam te, et in æternum amem.

270. Dicat inde : Si igitur N. Jesum amas, parcis nunc amore sui omnibus, qui te in aliquo offenderunt; non est ita? petisne etiam veniam, quibus injurias et offensas irrogasti? Eja igitur converte faciem tuam ad Jesum, qui te amplecti cupit : dic toto corde : Domine, non sum dignus, sed licet indignum te tanto munere fatearis, ad te tamen Dominus venire vult. Iterum igitur eum ardenter voca, veni Domine, veni amor meus, Deus meus, et omnia, veni; ad te sitit anima mea, et præter te nihil aliud cupit.

271. Communicatio jam infirmo, ad gratiarum actionem illum adjuvet sacerdos : Eja igitur frater age nunc Domino gratias, qui ad te venire, teque

amplecti dignatus est. Sacramentum est, et vere dicitur, *futuræ gloriæ pignus.* Dominus tecum est, quid amplius times? Exulta, frater, Deus tibi dare vult paradisum, ideoque totum se tibi impertiri dignatus est; dic ergo : Dominus meus, amor meus, te amplector. Tibi gratias ago, te amo; et in æternum me te amaturum spem habeo : me pœnitet te offendisse, et nunc quidquid mihi superest vitæ, in tuum amorem impendere firmiter propono.

272. Jesu mi, vitam meam in holocaustum libenter offero, si tibi placet eam mihi auferre. Fiat semper voluntas tua. Sanctam perseverantiam, amorem tuum mihi tantum concedere precor, ita ut amando te animam efflem, ut veniam ad te semper amandum in cœlo. Tu me non deseres, ergo non deseram te; ergo Deus animæ meæ, in æternum nos invicem diligemus.

III. *Circa Extremam Unctionem.*

273. Extrema Unctio, uti est ultimum Sacramentum, ita ex *D. Thoma* est vitæ spiritualis corona; ipsa homo munitus, ad cœlestem patriam ingredi disponitur. Unde Sacramentum hoc, dum ægrotus mente pollet, ut ei magis prosit, opus est ut conferatur, quoniam, licet conferri non possit, nisi grave mortis periculum (saltem probabile) immineat (ut in nostra Morali *l.* 6 (v). *n.* 714. *Dub.* 4.) ; tamen ad ultimum vitæ discrimen prorsus differendum non est; *l. c. Advert.* 1. Unde ait Catechismus Romanus § 9. graviter peccare parochos illos, qui conferunt Extremam Unctionem , quando nulla adest spes vitæ et ægrotus jam privatur sensibus.

274. Ægroto sacerdos suadere studeat, quod Extrema Unctio, si animæ profutura erit, etiam ad corporis sanitatem confert, ut Trident. *sess.* 14. *cap.* 2. *Interdum sanitatem corporis consequitur, ubi saluti animæ expedierit.* Hæc tamen sanitas non confertur, cum naturaliter impossibile sit iterum restitui ad salutem. De quodam jam defuncto refert *Joannes Eroldus,* hunc revelasse, quod si Extremam Unctionem prius accepisset, statim e morbo convaluisset; sed quia distulerat, ideo vita defunctus erat , et ad purgatorii ignem centum annis damnatus. Secundo, Extrema Unctio peccatorum reliquias remittet, et per consequens ipsa peccata mortalia occulta, ut docet *D. Thomas* : *vide l. c. n.* 731. *v. Commune;* ideoque instruatur infirmus , ut dum quinque corporis sensus unguntur, ipse de culpis per ipsos, commissis doleat, et cum astantibus etiam respondeat, *Amen.* Tertio, particularia auxilia, quibus in illo extremo agone inferni vim, et impetum frangat, subministrabit. Quare multum probabile est gravi se obstringi scelere, qui hoc Sacramentum accipere recusaret, ut supra diximus *n.* 107

275. Aliqua hic de hujus Sacramenti administratione scitu necessaria adnotare licebit. I. Speculative tantum probabilis est opinio dicens; sufficere ministrare hoc sacramentum cum una gutta olei, illam per partes non diffundendo, non tamen practice, quia hæc vera unctio non esset ;*vide in Morali l.* 6 (v). *n.* 709. *Dub.* 4. II. Unctio quinque sensuum, secundum communiorem sententiam, est de necessitate Sacramenti; unde pestis tantum tempore, aut alicujus imminentis mortis periculi, una tantum : et in uno sensu (consultius in capite) unctio adhiberi potest; sed semper sub conditione si valet, et cum unica forma dicendo : *Per istam sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per sensus, nempe visum, auditum, odoratum, et tactum.* Si tamen æger supervivat, unctiones etiam sub conditione reiterari debent in omnibus quinque sensibus solitis orationibus. III. Non est de necessitate Sacramenti geminam unctionem in geminis partibus adhiberi ; imo unum tantum oculum, unam manum, etc. ungere, licite sufficit, dum periculum infectionis, aut alia necessitas adest, ut si infirmus nequit verti ad aliud latus. Unctio renum in mulieribus, et etiam in viris, *quando infirmus* (ut Ritualis monet) *commode moveri non potest, relinquitur*. Unctionem tamen pedum non esse de necessitate Sacramenti, communis sententia tenet; sed quoad hoc Ecclesiarum consuetudo servanda est, *l.* 6 (v). *d.* 710. *v. Certum.* Nec etiam de necessitate Sacramenti est in unctione partium ordinem servari : gravi tamen culpa se obstringit, qui receptum ordinem non servat, *l. c. v. Nec etiam.* IV. Extrema Unctio rite confertur pueris, qui ratione pollent, licet non adhuc S. Communionis idonei sint; in dubio tamen de usu rationis, sub conditione administrari potest. Hoc tamen cum prorsus carentibus non procedit, *n.* 719. *et* 720. V. Amentibus, phreneticis, delirantibus

qui dum rationis usum habuerunt, pii animi significationem dederint, et Extremam Unctionem petierint, aut verisimiliter petiissent, aut contritionis signum dederint, remoto irreverentiæ periculo, dari potest; et eo magis, si lucidum aliquod rationis intervallum habent. In dubio autem, an quis unquam rationis usum habuerit, conditionate dari potest. Item de ebriis, si in mortis periculo sint, nisi tamen constet in mortali culpa fuisse, cum sensus ipsi amiserint; impœnitentibus enim, et qui in manifesto peccato moriuntur, necnon excommunicatis penitus denegari debet, ut Ritualis Rom. monet, vide *l. c. n.* 732. Mulieribus etiam, si ob partus dolores in mortis periculo sint, conferri potest. VI. Orationes præscriptæ, extra formam in casu necessitatis omitti possunt, quæ postea dicentur, si tempus suppetet, *l. c. n.* 727. et in tali casu Sacramentum dari potest, etiam sine luminibus, et ministro, *l. c. n.* 728. et etiam probabiliter sine superpelliceo, et stola *l. c. n.* 726. VII. Extrema Unctio in eadem infirmitate iterari non potest, nisi infirmus a priori probabiliter convaluerit, et in aliud simile vitæ discrimen inciderit, ut docet, Trid. *sess.* 14. *c.* 3. *vide l. c. n.* 715. VIII. Cautus sit sacerdos in movendo ægroto, ut partes viciniores ungat; si tamen caute revolvat, et casu ille e vita decedat, irregularitatem non teneat incurrisse, quia in hoc casu irregularitas non potest incurri nisi ob delictum, a quo qui charitatis causa aliquod inculpabiliter agit, immunis est. Denique recte parochus in sua domo oleum sanctum in nocte servare potest, dum probabile periculum prævidet, ut si vocatus ad conferendam Unctionem præsto non esset, *l.* 6 (v). *n.* 730.

§ V *Monita circa agonem, et mortem.*

276. Cum infirmus ad agonem pervenit, solitis Ecclesiæ armis, ad eum juvandum quantum potest, sacerdos utatur. 1. Sæpius infirmum aqua benedicta aspergat, præsertim si diabolicis tentationibus exagitatur, dicendo: *Exurgat Deus et dissipentur inimici ejus.* 2. Crucis signaculo eum muniat, et benedicat, dicens: *Benedicat te Deus Pater, qui te creavit, benedicat te Filius, qui te redemit, benedicat te Spiritus sanctus, qui te sanctificavit.* 3. Salvatoris necnon Mariæ aliquam imaginem sæpius osculandam præbeat. 4. Curet, ut infirmus lucretur omnes indulgentias, quas potest, et præsertim accipiat benedictionem in articulo mortis *Bened. XIV.* cum indulgentia plenaria quam infra *n.* 287. annotabimus 5. Identidem suggerat aliquam sententiam doloris, conformitatis, spei in Domini passionem ac B. Mariæ intercessionem, necnon desiderii videndi Deum. Curet tamen sacerdos intervallum aliquod interponere, ut infirmus habeat et ruminandi tempus, et quiescendi. 6. Studeat, ut sæpissime SS. Jesu, et Mariæ nomina, saltem corde, si loqui non potest, invocet, ac multoties dicat orationem illam: *Maria Mater gratiæ, etc.* 7. Agonis tempore faciat, ut circumstantes plures B. Mariæ Virginis litanias pro ægroto dicant. Proderit etiam procurare, ut tunc pulsetur campana agonis ad significandam omnibus instantem mortem expirantis ægroti, ut pro ipso orent; quod etiam sanis juvare potest. Et hic generatim animadvertendum est, quod cum infirmus est sensibus destitutus, magis illi prosunt orationes, quam verba. 8. Cum tempus expirandi instat, sacerdos flebili voce, et flexis genibus consuetas Ecclesiæ orationes recitet: *Proficiscere, etc.* ut in fine Breviarii, aut Rituali habentur. 9. Dum manus, pedes, etc. infirmi tangit, ut an friguerit videat, caveat saltem ne sæpius fiat, ne eum perturbet; et ne illum vertat, curet illo agonis statu, nam id mortem accelerare posset. 10. Dum infirmus proximus est ad transitum, tradit ei candelam benedictam, ut teneat, et ita in fide mori profiteatur. 11. Dum infirmus adhuc sensibus viget, absolutionem pluries ei conferri post brevem reconciliationem juvabit, ut ita ille magis circa statum gratiæ securus reddatur, si forsan præteritæ confessiones invalidæ fuissent, aut saltem gratiæ augmentum recipiat, nec non purgatorii pœnæ ei minuantur. Et si forte infirmus tunc in lethale incidat peccatum, ne exterreat, sed monens, ut Jesu ac Mariæ nomina invocet, si rursus tentatur benigne ipsum confortet, procuret ut contritionis actum eliciat, et statim absolvat. Si tamen infirmus jam sensibus caret, et nullum doloris, nec absolutionis desiderii signum ostendit, non expedit valde sæpius intra eumdum diem absolutionem ei impertiri; quia tunc, licet conditionate detur, tamen ut Sacramentum valeat administrari sub conditione, urgens et gravis causa requiritur; unde opus est, ut aliquod notabile temporis spatium intermediet. Verum

in hoc sacerdos ex conscientia quam noverit infirmi, se dirigere debet; nam si ille habituatus fuit in pravis cogitationibus, si aliquo vulnere moritur, aut aliqua odii vel impuri amoris passione est irretitus, si infirmitas est nimis acerba, et ipse non libenti animo suffert, tunc sæpius absolutio dari potest, sin autem, sufficit ut trium aut quatuor horarum spatium intercedat : frequentius tamen, si jamjam moriturus est. Non abs re autem erit ægrotum, dum mente pollet, monere, ut si loqui non possit, signum aliquod determinatum det, dum absolutionem quærit, aut dum sacerdos ipsi conferre vult, ex. gr. oculos claudat, vel reseret, manum elevet, caput inclinet, et similia.

277. Denique cum e vita jam migrasse videtur, caveat sacerdos, ne statim det hujus mortis signum, nec et statim oculos, aut os claudat, aut visum pannis cooperiat; quia si nondum mortuus esset, fieri posset, ut mors acceleraretur. Cum autem certo scit animam jam ad æternitatem migrasse, circumstantes, ut pro illo orent, moneat, et ipse flexis genibus dicat orationem : *Subvenite, etc.* ut in Rituali, vel in Breviario.

§. VI. *Affectus, qui suggeri possunt agonis, et exspirationis tempore.*

278. In te, Deus meus, infallibilis veritas, credo ; in te, immensa misericordia, spero ; te, infinita bonitas, amo.

In te Domine speravi, non confundar in æternum.

Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea in æternum.

Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.

In pace in idipsum dormiam, et requiescam.

Deus meus, ne permittas me separari a te. Nihil aliud quam te cupio. Bonitas infinita, te amo, te amo.

(*Hic animadvertendum est, actus frequentiores, qui moribundis suggeri debent, esse amoris, et doloris.*)

Jesu mi, qui mox me judicaturus es, parce mihi antequam judices. Te amo, et quia te amo, me pœnitet te offendisse.

Jesu mi dulcissime, ne permittas me separari a te.

Sanguis Jesu, lava me. Passio Christi, salva me.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Moriar, Domine, ut te videam.

Maria, Mater Dei, ora Jesum pro me.

Illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.

O Maria, nunc tempus est auxiliandi servum tuum.

Mater mea, ne derelinquas me.

O paradise, o pulchra patria, o amoris patria, quando te videbo?

Deus meus, quandonam facie ad faciem te amabo?

Quandonam, Jesu mi, te non amplius amittendi securus ero?

Deus meus, et omnia.

Contentus sum omnia amittere, ut acquiram te, Deus meus,

Deus meus, propter amorem Jesu miserere mei.

Mitte me, Domine, in purgatorii ignem, per quantum vis; noli tamen in infernum, ubi te amare non possum.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Æterne Deus, spero, et cupio in æternum te amare.

Amor meus crucifixus est. Jesus meus, amor meus pro me mortuus est.

Deus, in adjutorium meum intende : Domine, ad adjuvandum, etc.

Pater æterne, propter amorem Jesu Christi da mihi gratiam tuam. Te amo, me pœnitet.

Quomodo possum de tot tantisque beneficiis quæ mihi fecisti, Deus meus, tibi rependere gratias? spero in æternum in cœlo tibi gratias agere.

Maria, Mater gratiæ, Mater misericordiæ, etc.

Miserere mei, Deus, secundum magnam, etc.

Misericordias Domini in æternum cantabo.

Dum jam ægrotus est proximus ad exspirandum.

279. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Jesu mi, tibi animam quam tuo sanguine redemisti, commendo.

(*Hic notandum, quod dum infirmus jam ad exhalandam animam vicinus est, actus suggeri debent sine pausa, et fortiori voce.*)

Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum.

Deus meus, adjuva me; sine me venire ad amandum te in æternum.

Jesu mi, amor meus, te amo me pœnitet. O utinam nunquam te offendissem!

O Maria, spes mea, adjuva me, ora pro me Jesum.

Jesu mi, propter passionem tuam salva me. Te amo.

Maria Mater mea, in hac hora adjuva me. S. Joseph, adjuva me, Archangele Michael, defende me. Angele Custos, custodi me, S. N. (*hic præcipue protectoris ægroti fiat mentio*) commenda me Jesu Christo. Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro me.

Jesus, Jesus, Jesus.

Jesus et Maria, vobis cor et animam meam dono.

Inseramus hic monita specialia a D. Sailer in theologia sua pastorali proposita:

« *Quand la maladie est une conséquence avouée, ou du moins probable, d'une vie dissolue*, le prêtre trouvera là un motif pour détruire les causes de la maladie et prononcer son *noli peccare*. Il fera sentir au malade : *a.* combien la justice éternelle agit sagement en attachant des douleurs sensibles aux jouissances du péché ; que c'est là un moyen que Dieu emploie pour nous ramener à lui, et pour nous préserver de retomber dans ce péché; *b.* avec quelle évidence la miséricorde se manifeste dans la justice, puisque, par la maladie qu'elle nous envoie, elle fait tourner à notre avantage notre péché et les conséquences de ce péché. *Nuper animi languor me monuit optimos nos esse, dum infirmi sumus. Infirmus meminit se hominem esse* (SENECA).

« *c.* L'homme, continuera le prêtre, ne saurait donc rien faire de plus raisonnable que de considérer sa maladie comme un châtiment paternel infligé à ses désordres, de méditer sur ce qu'ils ont d'odieux, de les regretter de tout son cœur, d'implorer la grâce et le pardon du Père des miséricordes, de mettre entièrement son cœur entre les mains du Sauveur mort pour nous sur la croix, de supporter en patience les souffrances de cette maladie, et d'abandonner en toute confiance sa destinée future au maître de la vie. *d.* Dès qu'il sera soumis sans réserve à la direction de Jésus-Christ, toute inquiétude devra disparaître. Le Seigneur aime celui qui donne de bon cœur ; et quand il exige la foi et la pénitence, la foi et la charité, la foi et la patience, il ne manque pas de répandre son Saint-Esprit dans notre cœur, et avec lui toutes les grâces qui adoucissent les choses les plus amères et allégent les fardeaux les plus pénibles.

« Si la maladie n'est pas une suite probable d'un péché probable, et si le malade est tourmenté par cette idée que sa maladie est une punition de Dieu et une preuve manifeste qu'il est dans sa disgrâce, le pasteur s'efforcera de lui enlever ce préjugé, en lui montrant, à l'exemple de saint Jean, que Dieu est l'amour même :

« Les hommes même les plus vertueux ne laissent pas d'être visités par des souffrances ; devenir malade n'est point une marque qu'on est dans la disgrâce de Dieu. Il permet que nous souffrions, afin de nous rendre meilleurs. Il ne veut pas plus de mal aux malades qu'aux bien portants. Un malade qui élève en toute humilité ses regards vers Dieu, vaut mieux qu'un homme bien portant qui se perd dans le bien-être et la vanité, et qui ne pense ni à soi-même ni à Dieu. »

«Toutefois, continuera le pasteur, si la maladie n'est point un châtiment particulier du ciel, et si le malade ne se l'est attirée par aucun péché dont il ait conscience, nul homme n'est assez pur pour que l'œil de Dieu ne puisse découvrir en lui aucune souillure. Par conséquent, cher malade, la maladie trouve aussi en vous de quoi purifier, lors même que vous n'y apercevez aucune tache particulière.

Si le malade est encore jeune, et que, pour ce motif ou pour d'autres, il ait une horreur particulière de la mort, il faudra le familiariser insensiblement avec le danger de la mort, et, quand elle approchera réellement, l'armer de courage.

« Les personnes bien portantes, pas plus que celles qui sont malades, ne sont jamais éloignées de la mort : elle arrive sans nous demander avis. Dieu possède un moyen infaillible de rendre à l'homme la vie amère et la mort douce. Il lui suffit de faire que la maladie soit excessivement douloureuse pour montrer ce que peut la piété, en inspirant le courage de mourir avec joie. Quand la maladie doit être suivie de la mort, Dieu donne à ses amis la force de ne rien craindre et il leur apprend à mourir heureux. Dieu peut aussi sauver du danger ; quand on abandonne tout à Dieu, il faut aussi lui sacrifier l'incertitude où l'on est si la maladie amènera le danger de mort, ou la mort elle-même. Celui qui a réglé son compte avec sa conscience, avec son Dieu, avec sa maison, et mis ordre aux affaires de son état, celui-là peut s'endormir doucement dans l'attente de son salut éternel. La crainte de la mort peut rendre dangereuse la maladie qui ne l'était pas encore ; les jeunes et tendres fleurs tombent plus facilement des arbres que les fruits d'automne, qui tiennent solidement à la branche. Ce qu'il y a de vraiment terrible, c'est d'être surpris par la mort sans s'y être préparé. Celui qui croit au Sauveur, ressuscité de la mort, vainqueur de la mort et du tombeau, ce Sauveur qui ne laisse pas mourir les siens, même lorsqu'ils meurent, celui-là ne tremble pas devant la mort. »

» *Quand la maladie commence à devenir dangereuse.* — Au pieux chrétien, c'est-à-dire à celui qui est ce que le mot indique, vous pouvez lui dire sans circonlocution ni détours : « Mon cher frère, le Seigneur arrive! Préparez-vous à le recevoir ! » Et à votre parole il remplira sa lampe d'huile, s'examinera dix fois pour voir s'il pourra supporter le regard de Dieu qui voit tout et il se confiera en la miséricorde éternelle.

« L'habitant des campagnes, habitué à entendre la pure vérité, pourra sans doute apprendre la nouvelle de la mort sans qu'on la lui présente sous une forme déguisée. « Mon ami, nous ignorons ce qu'apportera le jour qui va venir, et puisque celui-ci est encore en notre pouvoir, nous voulons nous préparer avant que l'heure arrive où il sera trop tard, etc. »

« Au vieillard il est encore plus facile de lui dire ce que ses cheveux blancs lui ont annoncé depuis longtemps : « Il vous faudra mourir. » Mais porter la nouvelle d'une mort prochaine à un pécheur, à un courtisan, à un jeune homme et surtout à une *dame*, n'est pas ce qu'il y a de plus facile, ni surtout de plus agréable.

« Quand le médecin spirituel remplit bien son devoir, le pasteur a plutôt à rappeler le danger de la mort qu'à en préparer l'annonce.

« Pour un grand nombre de personnes qui ont une crainte extraordinaire de la mort, il n'est pas même bon que le prêtre soit le messager de la mort ; car par là il se ferme souvent l'accès auprès du lit des malades; or, cet accès doit toujours lui être ouvert.

« Ici encore, les circonstances, l'expérience et la confiance sont les meilleures conseillères.

« Il y a des malades qui aiment qu'on leur dise franchement : « Voilà ce qu'il en est ! » D'autres exigent qu'on leur fasse avaler la vérité à petite dose : ils veulent être épargnés jusqu'au moment où la mort implacable rend tout ménagement impossible. D'autres veulent être instruits du prochain danger de leur mort par telle bouche, et non par telle autre.

« Un sage pasteur, sans dédaigner ces mille considérations, fera néanmoins en sorte que son zèle pour le salut de l'âme, son indépendance dans une matière si importante, sa confiance en la bonté de Dieu, et avant tout son ardeur pour les choses de l'éternité n'en souffrent aucune atteinte.

« Les prophètes ne font pas tant de compliments, du moins des chrétiens n'en doivent point tant exiger, et les conducteurs des chrétiens n'en doivent point faire sans nécessité.

« Quand le malade a vu d'assez près la figure de la mort, ce n'est pas le moment de commencer pour la première fois à lui montrer sa conscience, et l'auteur même de son salut : Dieu en Jésus-Christ ; c'est le moment pour le malade de se jeter entre les bras de la miséricorde éternelle, d'avouer ses péchés, de recevoir avec reconnaissance les consolations que l'Église lui offre dans l'absolution, la communion et l'extrême-onction, et de n'avoir plus d'autres désirs que de tenir ses regards fixés sur sa patrie spirituelle. Que si le malade est encore éloigné de Dieu, le prêtre, conformément à ce que nous avons dit de « la direction des individus au confessionnal, » ne devra point négliger de toucher son âme par les terreurs de la mort, afin de la ramener à Dieu. Dans ce dernier cas, il répétera tantôt l'histoire du bon larron, qui entendit ces paroles : « Aujourd'hui même vous serez avec moi en paradis ; » tantôt celle du mauvais larron, qui mourut impénitent. »

Quand quelqu'un est surpris tout à coup par une maladie ou par une blessure mortelle.

« Si dans ces cas douloureux il n'est pas rare de voir presque toutes les personnes de la famille perdre la présence d'esprit, le pasteur doit au moins, lui, la conserver. Il est clair qu'ici tout consiste à saisir de suite l'occasion qui se présente, et à en tirer tout le profit possible pour montrer au malade le doigt de Dieu dans la maladie ou dans la blessure, pour lui faire comprendre le devoir de se résigner à la volonté de Dieu qui parle si éloquemment, et d'utiliser aussi bien que possible les derniers instants de vie qui lui sont encore accordés, pour l'exciter à la confiance en Dieu et en Jésus-Christ, salut du monde; pour l'exhorter au repentir et à l'aveu de ses fautes, et pour faire le nécessaire dans le moins de temps posible.

« Ordinairement la nécessité vient au secours du pasteur. Quelques paroles, qui bannissent tout délai, font plus d'effet et impressionnent plus que ne le feraient des centaines d'autres.

« Le malade, ne pouvant résister à la volonté du Tout-Puissant, et sentant qu'il ne le peut, se résigne avec une volonté déterminée et se rappelant les miséricordes divines dont il a été si souvent l'objet, il ramasse une dernière fois toutes ses forces pour se préparer à quitter ce monde aussi consolé que le lui permet sa position.

« Et c'est ainsi qu'un danger de mort survenu inopinément est souvent un bienfait tant pour le malade que pour le pasteur.

« Quand la personne mortellement blessée est *grossière* ou chargée de grossiers péchés, il est plus difficile de faire naître en quelques instants la lumière, le repentir et l'espérance dans une âme qui sait à peine ce que c'est que la vie spirituelle. Mais la justice éternelle ne demande à aucun semeur au delà de ce qu'il peut semer, ni à aucun terrain plus qu'il peut porter. Le regard fixé sur Dieu, faites ce que vous pouvez, et laissez au juge le soin de juger ; adorez, puis

profitez pour vous-même et pour les autres de ce qu'il y a d'incontestable dans cet événement : « O homme, vous n'êtes pas maître d'un seul jour ! Ne renvoyez pas l'affaire la plus importante à une époque incertaine ; et ne choisissez pas un moment inopportun pour accomplir l'œuvre la plus importante. »

Quand la personne dangereusement malade divague dans ses discours, il ne reste qu'à attendre patiemment les intervalles lucides où le malade revient à lui-même, à les épier soigneusement et à en bien profiter.

«Ces intervalles ne sauraient naturellement être mieux employés : 1° qu'à tranquilliser le malade sur le passé ; 2° à le préparer à recevoir les sacrements des mourants ; 3° à l'armer de bonnes résolutions pour les souffrances qui l'attendent, ou pour le combat de la mort ; 4° à lui faire mettre ordre à ses affaires temporelles aussi promptement et aussi exactement que possible.

« Mais, ô mon Dieu ! comment ceux qui ont vécu sans vous durant cinquante ou soixante années, pourront-ils vous retrouver dans un si court moment, alors surtout que la douleur leur enlève presque toujours la présence d'esprit ? « Travaillons pendant qu'il est jour ! » On pourra encore répéter en esprit ces paroles du disciple bien-aimé, saint Jean : « Mes petits enfants, ne péchez plus, ne différez pas un seul intant votre retour à Dieu, et surtout ne le différez pas jusqu'à la mort. Ne péchez plus ; mais si vous avez péché, prenez courage ! Nous avons un intercesseur auprès du Père, qui s'est offert en expiation pour tous les péchés du monde... »

« Si le malade s'est préparé d'avance par la foi, l'amour, la confiance, et par une vie irréprochable, a toute espèce de danger de mort imprévu, il sera facile au prêtre de le fortifier pour le voyage qu'il sera sur le point d'entreprendre, en lui rappelant par de courtes et vigoureuses paroles, Jésus-Christ, notre précurseur et notre maître.

« Dans les cas de blessures, de mutilations et de contusions violentes qui ne laissent aucun sentiment, il est très-difficile de modérer assez l'inquiétude du malade préoccupé de sa vie et de sa guérison, pour qu'il ne perde pas de vue le salut de son âme.

On pourra lui montrer, par un exemple sensible, qu'il vaut mieux entrer au ciel avec un seul pied, un seul œil, une seule main, que d'entrer avec deux dans le pays des tourments éternels. Heureux celui qui, en de telles circonstances, peut dire avec Feneberg : « Ce n'est pas par les pieds, mais par le cœur que l'on aime Dieu. »

Avec les suicidés que l'on peut encore sauver avant que la vie ne se soit échappée, le seul traitement à employer est celui de la douceur. Il faut au moins que le discours et les actes du prêtre, en les ressuscitant à la vie de la grâce, leur fasse mieux connaître la « tendresse de Dieu pour les hommes, » comme saint Paul appelle l'amour éternel, qu'ils ne la connaissaient avant de se suicider.

«*Dans les maladies chroniques et opiniâtres, qui ne laissent espérer aucune guérison.*» La leçon à tirer de la longueur et de la persistance de la maladie, le prêtre qui entreverra une mort certaine, ne manquera pas de l'indiquer au malade. « Mon cher ami, Dieu vous montre de loin ce que vous allez devenir. Il a recommandé à la mort de ne point vous enlever inopinément. Le signal de son arrivée vous est donné longtemps d'avance, afin que vous ne soyez point effrayé quand elle viendra. Il ne veut pas qu'elle abatte violemment le mur de séparation qui s'élève entre vous et l'éternité ; il veut qu'elle le mine insensiblement jusqu'à ce qu'il tombe de lui-même, afin que vous mettiez vos espérances en lieu sûr, et que vous ne soyez point enseveli sous les ruines de ce mur.

« Il permet que vos forces s'évanouissent peu à peu, afin que votre cœur ne brise pas violemment ses rapports avec le monde et avec la terre, mais qu'il en rompe peu à peu le lien, comme on élève successivement les fils d'un tissu.

« Apprenez donc à considérer les diverses périodes de votre maladie comme autant de messagers que le Seigneur vous envoie pour lui préparer les voies, en attendant qu'il vous emmène dans le séjour de la félicité.

Apprenez à considérer votre longue maladie comme un purgatoire qui purifie votre cœur et vous prépare à recevoir votre Seigneur.

Apprenez à suivre Jésus-Christ en portant votre croix, et ne tremblez pas si la maladie vous y tient cloué ; tôt ou tard vous serez obligé de céder et de mourir. »

Sans doute qu'on ne saurait annoncer la mort à toute espèce de malades en des termes si directs ; mais si le malade était mon ami, c'est le langage que je lui tiendrais ; or, tout pasteur doit faire en sorte d'avoir autant d'amis que de paroissiens. »

« *A l'égard de ceux qui ne veulent point se préparer à la mort*, — le pasteur cherche à découvrir et à faire disparaître les causes qui s'opposent à cette préparation.

« Les causes qui font qu'un grand nombre de malades ajournent leur préparation à la mort sont faciles à trouver pour l'homme qui connaît le cœur humain, et elles sont suffisamment connues de celui qui connaît le christianisme.

« Ces causes, d'après Uhlenberg, sont celles-ci :

« I. Quelques personnes, pieuses d'ailleurs, trouvent un obstacle à cette préparation dans un attachement extraordinaire à la vie, et dans la frayeur naturelle que fait éprouver la pensée de la mort.

« II. Ceux-ci sont tellement attachés aux

honneurs temporels, qu'ils ne veulent point entendre parler de préparation à la mort.

« III. Ceux-là sont tellement préoccupés de leurs parents, de leur conjoint, de leurs enfants, de leurs proches, de leurs amis, de leurs connaissances, qu'ils oublient de se préparer à la mort.

« IV. Les uns sont tellement absorbés dans les affaires et les soucis du monde, qu'ils ne peuvent ou ne veulent point en sortir.

« V. Les autres sont si exclusivement occupés de savoir quelle médecine ils prendront pour guérir ou diminuer leurs souffrances corporelles, qu'ils n'ont pas le temps de penser ni à Dieu ni à leur âme.

« VI. Il en est que la maladie rend si découragés et si tristes, qu'on ne saurait leur parler ni de l'union de leur cœur avec Dieu, ni des choses de l'éternité.

« VII. D'autres se montrent revêches et opiniâtres, et refusent par pure impiété de se préparer raisonnablement à la mort.

« VIII. D'autres ont perdu toute délicatesse de conscience, et s'inquiètent assez peu d'être en union ou en désunion avec Dieu quand ils sortiront de ce monde.

« IX. D'autres ont l'habitude de remettre d'un jour à l'autre leur préparation à la mort, et, comme le dit dans son langage énergique l'auteur que nous citons, ne cessent de répéter ce cri désagréable du corbeau : *Cras, cras.*

« Toutes ces causes peuvent facilement se réduire à une seule : Les choses visibles, temporelles, terrestres, enchaînent tellement le cœur humain, qu'il ne saurait, même en pensée, souffrir qu'on les lui arrache violemment. Les liens du temps, qui nous attachent à cette vie, sont trop puissants, et ceux qui nous rattachent à l'éternité sont trop faibles, pour que nous puissions nous arrêter sérieusement à la pensée qu'il faut briser les premiers avec peine et douleur.

« Puis donc que la plupart des malades *ne veulent pas mourir*, il importe grandement que le pasteur sache comment il doit venir à leur secours.

Nous allons reproduire ici quelques-unes des plus belles pensées dont se sert Uhlenberg pour faire expliquer la première des causes que nous avons signalées, abandonnant le reste à la méditation de chacun.

« I. Tous les hommes étant les membres vivants du corps mystique de Jésus-Christ, et devant, par la foi et la charité, rester unis jusqu'à la fin à Jésus-Christ, leur chef, ils lui appartiennent tous, de même que Lui est leur propriété à tous. C'est par Lui qu'ils sont devenus maîtres du péché, de la mort, du démon, de l'enfer; et ce mot de Jésus-Christ (*Jean*, XIV) : « Consolez-vous, j'ai vaincu le monde, » peut aussi s'appliquer à la mort : « Consolez-vous, j'ai vaincu la mort. »

« II. Il faut que nos yeux voient autre chose que ce qui est dans le tombeau, où le corps tombe en putréfaction; il faut qu'ils entrevoient jusqu'au jour de la résurrection générale, où ce qui est maintenant semé dans la corruption ressuscitera incorruptible (I *Cor.*, XII), et où il sera aussi difficile à la mort de conserver nos corps en sa puissance, qu'il lui a été difficile de conserver celui de Jésus-Christ.

« III. La chair et le sang ne sauraient hériter du royaume de Dieu : la maison que nous habitons ne fait qu'appesantir notre corps (*Sag.*, XII). Il faut donc qu'il s'y fasse une transformation, si nous voulons entrer en participation de la demeure du ciel. Il faut, comme l'a dit saint Pierre (II, I), que cette demeure soit renversée, si nous voulons habiter avac Jésus-Christ. Il faut, selon le langage de saint Paul (*Philip.*, III), que ce corps abject soit transformé, et qu'il devienne conforme au corps glorieux de Jésus-Christ. C'est pourquoi ne nous attristons pas de ce qu'il nous faille émigrer de cette demeure fragile, pour entrer dans une autre plus excellente.

« IV. Ce que nous perdons par la mort vaut incomparablement moins que ce que nous gagnons; nous perdons la vie temporelle, et nous gagnons la vie éternelle dans toute sa plénitude; nous sommes arrachés à un monde coupable, et transportés dans un monde parfait.

V. Nous ne sommes que des étrangers sur la terre. Or, ne devons-nous pas être heureux d'arriver au terme de notre pèlerinage et d'entrer dans une demeure permanente? Quelle n'est pas la joie d'un voyageur quand il franchit la frontière de sa patrie, ou qu'il voit de loin la fumée s'élever dans les airs au-dessus de la maison de son père!

« VI. Tous les jours nous répétons cette prière : « Que votre royaume nous arrive. » Or, quand nous craignons la mort, nous sommes en contradiction avec nos demandes de tous les jours. Pourquoi redouter la mort, puisqu'elle nous ouvre la porte du royaume des cieux?

« VII. Ici-bas, nous portons le trésor de la religion, de la vertu, du salut dans des vases fragiles; Satan, la chair et le monde s'unissent pour nous les enlever : eh bien, ne devrions-nous pas être heureux d'échapper bientôt au danger et d'arriver en lieu sûr?

« VIII. Nous sommes assujettis à une nécessité inévitable : une loi de mort est portée contre tous les mortels. Quand l'heure sonnera, quand Dieu le voudra, il vous faudra partir : vous ne sauriez résister à sa volonté. Remettez donc de bonne grâce votre âme entre ses mains, avant que la mort ne nous l'enlève de force.

« IX. Ici-bas, nous n'apercevons que l'ombre de la vérité, c'est-à-dire de Dieu : nous devons donc nous réjouir de voir cesser les ténèbres, et notre âme s'élever de clarté en clarté jusqu'à la pleine vision de Dieu.

« Tels sont les moyens que le pasteur em-

ploie pour détruire, par sa racine, toute cause qui empêche un malade de se préparer à la mort. »

« La crainte de la mort n'est jamais plus nuisible que lorsqu'elle menace une double existence, je veux dire, *quand elle tourmente une femme en couches.* La mère, préoccupée de sa vie et de celle de son enfant, ne reçoit souvent aucun secours ni du médecin, ni de la sage-femme, qui ne sont pas là; ni du prêtre, qui n'a pas la parole. La crainte de la mort peut affaiblir une femme en couches au point de la faire succomber aux douleurs de l'enfantement. Dans ce cas, il suffit quelquefois d'une bonne parole pour lui relever le moral, et sauver à la fois la mère et l'enfant.

« Citons ici, au lieu de donner les préceptes, le récit d'un témoin oculaire. Une personne, nommée Caroline, qui devait éprouver pour la première fois les douleurs de l'enfantement, était en proie aux craintes et aux pressentiments les plus terribles. Lorsque les douleurs, qui durèrent longtemps, se firent sentir, et tandis que la sage-femme baptisait l'enfant dans le sein de sa mère, celle-ci ne cessait de crier : « Je vois bien qu'il me faudra mourir; vous-même désespérez de ma vie. » — « Vous ne mourrez point, Caroline, s'écriait une voix lointaine ; vous ne mourrez point; ayez seulement confiance en Dieu ; bientôt l'enfant sera né; ayez confiance en Dieu! Faites votre devoir, et prenez patience : vous ne mourrez point ! » Ces paroles d'encouragement prononcées en temps convenable, ranimèrent les forces de la femme, et lui donnèrent une énergie nouvelle. Élevant sa pensée vers Dieu, et ramassant toutes ses forces, elle se recommanda au ciel, elle et son enfant, et l'enfant ne tarda pas à voir la lumière du jour. La mère rendit grâces à Dieu de l'avoir consolée par une parole énergique. Et voilà comment sont enfantés dans la foi même les enfants qui naissent à la vie du corps.

« Si ni la nature, ni l'art, ni le courage ne peuvent réellement fournir aucun moyen de salut, et que la mère doive, pour donner la vie à son enfant, devenir victime de la mort, la parole de Dieu pourra, par la bouche du prêtre, adoucir sa dernière heure. « Si Dieu vous enlève la vie, il la remplacera par celle de votre enfant ; confiez-vous en sa bonté, et déposez toutes vos inquiétudes dans son cœur paternel. Jésus-Christ vous offre sa main pour vous emmener dans son royaume : suivez-le ; bientôt vous verrez ce que nous espérons et croyons tous. — *Il a bien fait toutes choses.*

« Si une mère chrétienne, qui sait apprécier la valeur du baptême, met au monde un enfant mort-né, son cœur sera déchiré par la pensée des tourments de l'enfer, si un pasteur prudent n'a pas pour elle quelque parole de consolation. « L'Église baptise les enfants qui ont encore la vie ; quant aux enfants morts-nés, elle les abandonne à la Providence divine; tout ce qui vient de l'homme est sien : cet enfant lui appartient donc aussi, les ressources du Seigneur sont infinies. La foi croit, l'espérance espère, la charité aime là où elle ne voit rien. Abandonnons à Dieu le soin de diriger toutes choses : il lui appartient de commander; à nous d'obéir et d'avoir confiance.

« *A l'égard des testaments.* — La simple prudence veut qu'un ecclésiastique non-seulement ne se mêle pas de la confection des testaments et ne s'y laisse pas entraîner, mais encore qu'il n'y prenne absolument aucune part, à moins que la nécessité et la charité ne l'y contraignent. Rien, en effet, n'occasionne plus de désagréments, de disputes, de procès et d'inimitiés, que les affaires testamentaires, que le *mien* et le *tien*, qui revient après la mort du testateur et se disputent son héritage. Ceux qui ne reçoivent rien, veulent recevoir quelque chose ; ceux qui reçoivent quelque chose, veulent recevoir davantage ; ceux qui reçoivent la plus grande part veulent tout recevoir. Les mécontents, et il n'y a pas de testament qui n'en fasse quelques-uns, maudissent le pasteur ; ils l'accusent d'être cause qu'ils ne reçoivent rien, ou ne reçoivent pas davantage ; l'accusent d'avoir dirigé le malade, etc.

« Que si la charité et la prudence demandent l'intervention du pasteur dans les testaments, il devra :

« *Premièrement.* Rappeler aux testateurs (quand il s'agit de legs pieux) qu'il faut préférer le nécessaire à l'utile, et le bien général aux vues particulières.

« *Deuxièmement.* Il ne devra pas dissimuler qu'il y a péché à négliger, par aversion, des parents pauvres, pour consacrer son argent à des œuvres pies. *Quicumque vult, exhæredítato filio, hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum, imo Deo propitio nullum inveniet.* (Aug. sermo V, *de. Vita clericorum.*)

« C'est, de la part des riches, un inqualifiable aveuglement que de pousser leur aversion pour de pauvres parents au point de ne leur rien donner, ou presque rien. Mais ils n'avouent pas qu'ils agissent ainsi par une aversion secrète ; ils prétendent, ou plutôt ils prétendaient avant leur mort.

a. Qu'il leur fallait songer à leur âme, par conséquent qu'ils ne pouvaient pas s'intéresser à de pauvres amis ; comme si l'observation de ce précepte : *Redime eleemosynis peccata tua,* comme si l'accomplissement de la loi fondamentale de la charité n'était pas le meilleur moyen de soigner les intérêts de son âme.

« *b.* Ils disaient qu'ils s'étaient intéressés à de pauvres Franciscains, à tel couvent de Carmélites, etc. Il faut honorer sans doute

quiconque fait le bien, comme il faut assister quiconque est dans le besoin, n'importe l'habit ! J'accorde volontiers son aumône à chaque malheureux, par conséquent aux religieux comme aux autres, et surtout à ceux qui travaillent au ministère des âmes, à ceux qui ont besoin et qui sont dignes d'être secourus. Mais les religieux ayant d'ordinaire plusieurs mains qui leur fournissent le nécessaire, tandis que les espérances d'un pauvre parent reposent entièrement sur vous, vous ne devez pas être assez cruel pour le tromper dans son attente. Des religieux raisonables, s'ils étaient là présents n'accepteraient pas un legs qui serait humecté des larmes des orphelins, et chargé de la malédiction des parents. Et puis les saints fondateurs d'Ordres n'ont-ils pas prouvé en choisissant la pauvreté pour héritage, et en abandonnant leurs propres biens, que l'esprit de leurs constitutions ne saurait être de priver les pauvres des secours dont ils ont besoin ?

« *c*. Ils disaient que les ecclésiastiques offriraient le saint sacrifice pour eux, s'ils leurs envoyaient des honoraires de messes.

« *Réponse*. Dieu fait plus d'attention au cœur du donateur, qu'au don lui-même ; et dans le cœur du donateur, il préfère la charité et la confiance à tout le reste. Ainsi, ce que vous accordez généreusement et en vue de Jésus-Christ, à des parents pauvres, celui qui a promis sa récompense à un verre d'eau ne le laissera pas sans rémunération Dieu et la nature, Moïse et Jésus-Christ, Jésus-Christ et son Église nous font un devoir d'aimer le prochain, de soulager les malheureux, et ce devoir, rien au monde ni la messe, ni la communion, ne sauraient le remplacer. Supposons le cas suivant : Vous rencontrez un homme à moitié tué, il a reçu le coup de la mort, et le voilà près de rendre le dernier soupir. Vous passez votre chemin sans verser de l'huile sur ses blessures, sous prétexte qu'avec l'argent que vous coûterait les soins de ce malade vous pourriez faire dire cinq messes. Je vous le demande, cette conduite ne serait-elle pas une insulte au Christianisme ? Croyez-vous que Jésus-Christ, que vous auriez soulagé dans la personne des pauvres, pourrait, comme Sauveur dont vous célébrez à la messe le souvenir de la mort, repousser votre don, et que, comme juge, il ne récompenserait pas, selon sa promesse, ce service rendu à un malheureux !

» Il n'y a qu'un seul et même Jésus-Christ. Jésus-Christ souffrant n'est jamais en désaccord avec Jésus-Christ triomphant.

« *d*. Il est si beau d'être accompagné et porté au tombeau par tant de confréries, et d'entendre nommer à tel jour précis le nom du défunt parmi les bienfaiteurs de l'Eglise ! *Réponse* : Faire le bien pour en être loué après sa mort, n'est autre chose qu'une vanité puérile : ce n'est pas le Christianisme.

« *e*. Telle statue de l'eglise est si mal habillée ! *Réponse* : Voici, d'un côté, une statue de bois qui n'a ni robe, ni manteau, ni dorure ; et de l'autre, un temple vivant du Saint-Esprit, un homme, votre frère, qui est sans nourriture, sans éducation ; et vous prétendez honorer les saints tout en négligeant les œuvres de charité que Marie, Joseph et tous les autres saints préféraient incomparablement à la décoration de statues de bois ? Il est louable de contribuer à l'embellissement des églises ; mais violer pour ce motif le commandement de l'amour serait chose condamnable ; ce serait agir contre le sens et l'esprit de la religion.

« *Troisièmement*. Le prêtre doit se garder de faire supposer, par exemple en parlant de ses propres nécessités, qu'il veut arracher quelque legs en sa faveur.

« La pasteur s'assied auprès du lit des malades comme ministre de Jésus-Christ, et non comme mendiant ; comme ami du malade, et non de son argent

« *Quatrièmement*. Quand il s'agira d'aumône, le prêtre ne se permettra pas même de proposer, de son propre mouvement, un anniversaire, ou n'importe quoi, en faveur de son église paroissiale : l'intégrité de sa réputation, en matière de désintéressement, doit lui être plus chère que cent anniversaires.

« *Cinquièmement*. Bien que la confection des testaments ne soit pas l'affaire du pasteur, il y a cependant devoir pour lui de rappeler au malade d'en faire un, et, s'il est consulté, de ne proposer que des objets convenables.

« *Remarque*. Parmi les legs qui peuvent être proposés, le pasteur doit placer :

« Ceux qui ont pour but l'érection ou l'amélioration d'écoles primaires, ou le payement de bons instituteurs.

« L'éducation d'enfants pauvres, à l'école et hors de l'école.

« Les distributions de bois faites aux pauvres pendant l'hiver.

Les institutions en faveur des malades comme il en existe dans certaines villes.

« Les livres de prières, de lecture et d'étude, pour être distribués au peuple des campagnes.

« Ceux qui ont pour objet de procurer une dot à de pauvres filles dont l'innocence est en danger.

« Les pieuses fondations en faveur des voyageurs pauvres, surpris en route par la maladie.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'éducation des jeunes gens qui se destinent au sacerdoce, ou à la carrière d'instituteurs.

« Dons aux pauvres qui n'osent pas mendier, et qui sont néanmoins trop pauvres pour vivre sans aumônes.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'érection de nouvelles paroisses, là où les fidèles sont obligés d'aller trop loin pour demander de l'instruction et des consolations à leur pasteur.

« Ceux qui ont pour objet d'instituer une caisse de secours pour les cultivateurs laborieux et honnêtes visités par un incendie, par la grêle ou par quelque autre accident.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'amélioration des maisons publiques de correction et de travail.

« Ceux qui ont pour objet d'établir un fonds pour l'érection d'un hôpital destiné à héberger et à entretenir tous les étrangers munis de bons témoignages et qui seraient sans fortune. Un pareil temple élevé dans une ville aurait assurément des effets plus salutaires que...

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'entretien de religieux qui rendent de bons services dans le ministère des âmes, dans l'éducation des enfants, dans l'assistance des malades etc.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à payer les frais de voyages que font certains individus capables, en vue du bien général, et dans le but de consacrer les fruits de leur éducation au service de leur patrie.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'augmentation des bourses en faveur de jeunes étudiants, ou à l'amélioration de l'enseignement lui-même, ou à l'érection de certaines écoles où des hommes de science et de foi enseignent des vérités qui importent au bien-être général.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à l'assainissement des marais, où à l'exécution de n'importe quel projet salutaire, tel que : diminution pour l'avenir du nombre des avocats, et assistance de ceux qui existent encore maintenant, et qui n'ont point de clientèle; afin de diminuer les procès, et de mettre un terme à une foule de misères humaines; subvention accordée à un *avocat des pauvres*, qui défend la cause des malheureux sans faire payer ses peines.

« Ceux qui ont pour objet la fondation d'un capital pour le soulagement de ses coreligionnaires et autres personnes qui, chassées d'un pays étranger par suite de persécutions, sont obligées de s'expatrier pour échapper à l'oppression.

« Ceux qui ont pour objet de contribuer à établir des institutions de sages-femmes et de chirurgiens.....

« En relisant ce catalogue d'institutions bienfaisantes, je suis de plus en plus frappé de la différence qui existe entre le présent et le passé. Autrefois, nous n'avions point de nomenclature de ces sortes d'institutions, et cependant elles ont été créées en foule; maintenant les nomenclatures ne manquent pas; mais ce qui fait défaut, c'est la volonté et les ressources. Malheureusement, nous ne pouvons que signaler le bien qui est à faire, et nous devons nous contenter de dire : « Que celui qui peut faire le bien, le fasse; » et : « Les hommes font si peu, et le temps fait tant de choses! » Sainte Providence! si vous ne mettez pas, d'un côté, un frein au luxe, de l'autre, à la froideur, le genre humain pétrifié périra sous les glaces où il est enseveli; et la race des hommes efféminés sera énervée par la mollesse. Protégez-nous donc; pour nous, nous nous tairons et nous adorerons.

« On a aussi conseillé d'établir des récompenses pour les nobles actions, par exemple de donner des médailles aux filles de villages les plus édifiantes par leur conduite. Mais pourquoi vouloir forcer la modestie de rougir en acceptant la récompense due à l'innocence? La modestie redoute par-dessus tout la publicité; et puis, qu'est-ce qu'une médaille comparée aux douces jouissances du cœur?

« Encore un mot, et puisse ce mot retentir bien haut! Que celui qui a la puissance honore, protége et conserve comme des sanctuaires de la patrie les pieuses institutions fondées dans un esprit de charité chrétienne! Ce qui fonde la plupart des établissements, c'est la foi en leur inviolabilité; le doute qui se demande s'ils survivront à la dent du temps, ferme les mains à ceux-mêmes qui déjà les avaient ouvertes pour le soulagement de la misère. »

« *Quand approche le moment de la mort.* — Le pasteur fait tout ce qui dépend de lui pour que le malade ne quitte point ce monde,

« 1° Avant de s'être réconcilié avec toutes les personnes contre lesquelles il a nourri quelque haine dans son cœur;

« 2° Avant d'avoir réparé autant que possible le dommage qu'il a causé, et complété par ses sentiments de regret ce que sa fortune ne lui permet pas de faire;

« 3° Avant d'avoir dit à son conjoint, à ses enfants, à ses proches, etc., tout ce qu'il peut et doit encore leur dire;

« 4° Avant d'avoir donné aux assistants des témoignages de sa piété et de sa vertu, par la manifestation ostensible de sa foi, de sa charité et de sa confiance, par la réception édifiante des sacrements de Pénitence, d'Eucharistie et d'Extrême-Onction;

« 5° Avant d'avoir pris, par rapport à ses biens temporels, toutes les dispositions que lui prescrivent sa conscience, ses fonctions, ses parents, et l'union entre ses héritiers.

« 6° Le prêtre fera en sorte de ne priver ni le mourant ni les assistants, des paroles d'édification et d'encouragement qu'il devra prononcer en cette circonstance.

« 7° Il fera en sorte que les causes de son péché et de ses tentations au péché soient soustraites à la présence et aux regards du malade.

« 8° Il prémunira le malade contre les tentations secrètes qui assaillent le lit des malades et des mourants.

« Ces tentations sont ou générales, comme la crainte de la mort qui approche, les angoisses qu'occasionnent le souvenir de ses

péchés, le regret d'abandonner les choses agréables de la vie, l'impatience que font éprouver les souffrances; ou particulières, et elles ont leur principe dans les inclinations spéciales du mourant. L'homme reste homme même sur son lit de mort, et les germes des tentations prouvent encore, à la sombre lueur de la bougie qui éclaire ses derniers moments, qu'eux ne sont pas encore morts.

« C'est ainsi qu'une dame qui se mourait tenait dans sa main avec le crucifix, une petite clef attachée à un ruban rouge, qu'elle conserva jusqu'à ce que sa main se fût glacée. Après sa mort, on se convainquit que cette clef servait à ouvrir le trésor de son cœur, une cassette pleine d'or. Cette petite clef au ruban rouge est une image de l'humanité tout entière. Hélas ! il y a presque toujours un petit objet qui se partage avec Dieu le règne de notre cœur. Heureux celui qui le remet tout entier entre les mains du Seigneur : puisque c'est lui qui l'a créé, qu'il en soit l'unique possesseur !

« 9. Enfin, le pasteur fait surtout en sorte que le moment suprême, le dernier acte de l'homme sur le théâtre de la vie humaine, soit pour le mourant, s'il a encore le sentiment, un moment de consolation, et s'il ne l'a plus ou qu'il y ait doute, un moment d'édification pour les assistants.

« Anges de Dieu, préparez au mourant un chemin facile pour arriver à son Père, après lequel il soupire. Venez, portez-le dans le sein d'Abraham, et faites-le entrer dans la demeure que Jésus-Christ lui a préparée dans la maison de son Père !

« Seigneur Jésus-Christ, accordez-lui de mourir comme vous êtes mort sur la croix.

« Seigneur, Jésus-Christ, faites qu'il entende cette douce parole : « Aujourd'hui encore vous serez avec moi en paradis ! »

« Seigneur, Jésus-Christ, faites qu'il éprouve la vérité de ces paroles : « Celui qui croit en moi, fût-il déjà mort, vivra. »

« Seigneur Jésus-Christ, soyez avec lui, soyez le sauveur de son âme, accompagnez-le!

« Adieu, frère en Jesus-Christ, au revoir !

« Ne craignez point ! Ni la mort ni Satan ne sauraient vous nuire : le sang de Jésus-Christ intercède pour vous.

« Heureux ceux qui ont le cœur ; car ils verront Dieu.

« Grâce, ô mon Dieu !

« Miséricorde, miséricorde, ô mon Dieu !

« Merci, merci, merci, mille fois merci, ô mon Dieu !

« Mon Père, je remets mon âme entre vos mains !

« *Remarque*. On connaît assez les prescriptions du Rituel romain, pour que nous n'ayons rien à en dire.

« Nous n'avons pas besoin de faire observer que pendant le combat de la mort les fidèles doivent prier en commun pour le malade.

« Il n'est point de spectale plus touchant, quand un frère est aux prises avec la mort, que de voir ses frères et ses sœurs prosternés à terre, et, réunis avec le prêtre autour du lit du mourant, rivalisant d'ardeur dans le combat de la prière.

« C'est vraiment là un temple de Dieu !

« Là, Jésus se trouve au milieu de ses disciples.

« Là la prière du cœur est interrompue, par les larmes et les sanglots.

« Là, se révèlent le sentiment de l'humanité, la sainte et pure commisération.

« C'est une heure grave et solennelle, une heure où tous nos membres frissonnent, celle où nous épions le moment où notre frère rendra le dernier soupir.

« C'est l'heure où tous les cœurs sont unis, l'heure où l'on oublie et méprise tout ce qui d'ailleurs sépare et désunit. Père et fils, savant et ignorant, grand et petit, pauvre et riche, maître et serviteur, chacun prie, verse des larmes dans l'attente du moment où il sera dit : « Il n'est plus ! »

« O hommes ! assistez souvent à la mort, afin d'apprendre à vivre !

« Et vous, chrétien, qui avez toute la haine d'un païen, et qui voulez pourtant qu'on vous appelle chrétien, assistez au moins une fois à la mort d'un homme, et devenez homme ! »

(*Théol past.* lib. VI)

§. VII. *Imminentis mortis signa.*

280. Opus est, ut sacerdos, qui hoc charitatis opus exercet, imminentis mortis signa sciat, ut ita ægroto jam exspiranti melius auxiliari possit. Præcipua et universalia sunt tria. 1. Pulsus deficiens, intermittens, et fornicans. 2. Respiratio anxia. 3. Oculi excavati, et vitreati aut apertiores solito, vel nimis lucidi, vel qui respiciunt objecta diverse quam aliis apparent, ut cum palpebra superior relaxatur et inferiorem prætergreditur.

281. Sunt etiam proxima mortis signa nasus accuminatus, et in extremitate albescens, et si nares ad instar follis sufflant; manus trementes ; ungues lividæ, facies flavescens, livida, et mutata ; flatus male olens et frigidus ; corpus immobile; sudor frontis et frigidus ; calor in cordis parte nimius ; festucas ut lanugines colligere ; frigiditas in extremis omnibus partibus.

282. Signa tamen proximiora expirationi sunt respiratio intermittens aut languida ; defectio pulsus ; dentium contractio, stridor : distillatio in gela, lene quoddam suspirium, aut gemitus ; lacryma per se fluens ; oris, oculorum, et totius corporis torsio.

283. Advertatur 1. quod laborantes hydropisi, ectica febri, vel vulnere, asthmate, pleuritide, sanguinis fluxu, vomitu, angina, et reumatismo, interdum cum paucis nominatorum signorum, et cum pulsu valido, ac loquentes expirare solent. Advertatur 2. proximos morti esse, qui pleuritide laborant, dum respirationis difficultas, anhelitus augmentum, et labia apparent. Vulnerati capite interdum subitaneo deliquio moriuntur. Hydropisi, dum pulsus deficit, et anhelitus crescit, ac in ore spuma apparet. Qui febri intermittente laborant, mori solent in principio accessionis, dum convulsiones vehementes sunt. Advertatur 3. quod in aliquibus ægrotis flatus est adeo debilis, et cordis exagitatio, ut jam mortui videantur, et tamen non sunt. Signa certiora mortis sunt omnium partium frigiditas, etiam in regione cordis, corporis gravitas, alicujus spiritus naribus admoti stimulum non sentire, speculum ori accessum flatu non maculari, et similia. Demum advertatur, quod interdum signa superius in primo loco adducta fallunt, etiam sine illis repente moritur infirmus : ideoque dum ægrotus in agone manet, sacerdos oportet ne unquam illum deserat.

§ VIII et ultimus.

Preces, actus christiani, et benedictiones.

284. Sacerdos domum ægroti ingrediens dicat : ℣ *Pax huic domui.* ℟ *Et omnibus habitantibus in ea.*

Cubiculum aqua benedicta aspergat, dicens : *Asperges me hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor.*

Deinde dicere potest orationes, quæ in Rituali pro Extrema Unctione extant. Postea Redemptoris imaginem accipiat dicens : *Ecce crucem Domini, fugite partes adversæ.* Et ægroto osculandam præbeat, dicens : *Deosculare pedes Jesu Christi, qui in hac cruce pro salute tua mortuus est.*

285. Deinde dicat : in Deo N. N. igitur spem tuam jacta : sperare volumus Mariam a Deo salutem tibi intercedere velle : infirmitas tamen gravis est, voluntati Dei tuam conforma, ut de te faciat quod ipse vult. Eja igitur mecum recita christianos actus, ut cum istis ad mortem te disponere valeas, si pro bono animæ tuæ sic Deus determinavit; dic ergo mecum.

286. *Actus fidei.* Deus meus, infallibilis veritas, quia tu, quod credere debeam, S. Ecclesiæ revelasti, credo quod credendum mihi proponit Ecclesia. Credo te esse Deum meum, omnium Creatorem, qui per totam æternitatem paradiso justos remuneras, peccatores vero castigas inferno. Credo Mysterium SS. Trinitatis, id est Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tres personas, sed unum Deum. Credo secundam personam, id est Filium Dei, hominem factum in utero Mariæ semper virginis, et pro nobis peccatoribus mortuum esse. Inde resurrexit, et nunc sedet ad dexteram Patris; et inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo septem sancta Sacramenta, et præcipue Baptismum, Pœnitentiam, Eucharistiam, et Extremam Unctionem. Credo omnes resurgere debere cum corporibus suis; et denique credo omne id, quod credit S. Ecclesia Catholica Romana, in qua sola credo esse veram fidem.

Actus spei. Deus meus, confisus tuis promissis, quia tu fidelis, potens et misericors es, propter merita Jesu Christi peccatorum meorum veniam spero, perseverantiam finalem, et gloriam paradisi.

Actus amoris, et doloris. Deus meus, quia tu es bonitas infinita, infinito amore dignus, toto corde meo te diligo super omnia. Et omnium peccatorum meorum, quia tuam infinitam bonitatem offendi, tota anima mea pœnitet, et displicet. Potius mori quam peccare propono, cum gratia tua, quam ut nunc mihi des et semper, te precor. Et propono sancta Sacramenta recipere in vita, et in morte.

(*Benedictus XIII. omnibus qui semel in die hos eliciunt actus, septem annos indulgentiæ largitus est; et si per mensem integrum fiant, confessis et communicatis, juxta mentem Pontificis orantibus indulgentiam plenariam, etiam pro defunctorum animabus, concessit : et si in fine vitæ quis faciat, indulgentiam in articulo mortis.*)

Benedictio in articulo mortis.

287. Pontifex *Bened. XIV* anno 1747. Episcopis facultatem concessit, et eorum delegatis, indulgentiam plenariam ægrotis petentibus impertiri, postquam Pœnitentiæ, Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis sacramenta acceperint, aut verosimiliter quæsiissent, aut si signum

aliquod doloris dederint, et postea sensus amiserint. Non vero excommunicatis, et impœnitentibus, nec etiam illis qui in evidenti peccato moriuntur. Advertendum tamen, quod prædicta facultas debet ab Episcopis exposci a quocumque Pontifice pro tempore; in bulla enim *Pia Mater*, edita *a Bened. XIV* die 5 April. anno 1747. sic dicitur: *Cum novi Episcopi catholicis gregibus in posterum præficientur, volumus, atque statuimus, ut singulis eorum hujusmodi facultatem a Nobis, sive a Romano pro tempore Pontifice postulantibus, apostolicæ Litteræ, etc.* Modus quo datur benedictio est hic.

288. Sacerdos ægroti domum ingrediens dicat: *Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.* Et aspergat aqua benedicta, dicens: *Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor* Postea dicat: *Miserere mei, Deus, secundum magnam. misericordiam tuam. Gloria Patri, etc.* Et nihil aliud dicens repetat Antiphonam: *Asperges me, etc.*

Si ægrotus confessionem petit, sacerdos benigne audiat; sin vero contritionis actum ut ægrotus eliciat studeat, confortetque eum ad paradisi gloriam sperandam: hortetur, ut totum se offerat Deo, et pro peccatorum suorum satisfactione id quod vult Deus, ipsamque mortem acceptet; inde dicat:

289. ℣ Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟ Qui fecit cœlum et terram.

Antiph. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (vel ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster, etc.
℣ Et ne nos. etc.
℟ Sed libera, etc.
℣ Salvum fac servum tuum (vel ancillam tuam) Domine.
℟ Deus meus sperantem in te.
℣ Domine, exaudi, etc.
℟ Et clamor meus, etc.
℣ Dominus vobiscum.
℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater misericordiam, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N. quem tibi vera fides, et spes christiana commendat. Visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem, etc.

Tum postquam clericus dixerit, Confiteor, Deo,etc. *Sacerdos dicat.* Misereatur, etc. Indulgentiam, etc.; *deinde*:

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptismate recepisti, et ego facultate mihi ab apostolica Sede tributa indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, etc.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis et futuræ vitæ pœnas, paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, † Pater, Filius et Spiritus sanctus. Amen.

At si infirmus esset tam mortis proximus ut tempus non suppeteret supradictis precibus, sacerdos statim impertiatur ei præfatam benedictionem.

Dominus noster Jesus Christus, etc.

290. *Benedictio Scapularis S. Mariæ de Monte Carmelo* [1].

Sacerdos conversus ad habitum dicat:

℣ Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
℟ Et salutare tuum da nobis.
℣ Domine Deus virtutum, converte nos.
℟ Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.
℣ Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te veniat.
℣ Dominus vobiscum.
℟ Et cum spiritu tuo.

[1] Hoc scapulare est ordinis Carmelitarum ac constat ex panno coloris fusci.

OREMUS.

Caput omnium fidelium Deus, et humani generis Salvator, hunc habitum, quem propter tuum, tuæque Genitricis Virginis Mariæ de monte Carmelo amorem, atque devotionem servus tuus est delaturus, dextera tua sanctifica † : et hoc, quod per illud mystice datur intelligi, tua semper custodia corpore et animo servetur, et ad remunerationem perpetuam cum Sanctis omnibus felicissime perducatur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde aspergat aquam benedictam super habitum, et postea ipsum imponat personæ recipienti, dicens :

Accipe, vir devote, hunc habitum benedictum, precans SS. Virginem, ut ejus meritis illum perferas sine macula, et te ab omni adversitate defendat atque ad vitam perducat æternam. Amen.

Deinde dicat :

Ego ex potestate mihi tradita et concessa suscipio, ac recipio te ad participationem omnium orationum, disciplinarum, precum, suffragiorum, eleemosynarum, jejuniorum, vigiliarum, missarum, horarum canonicarum, ac cæterorum bonorum spiritualium, quæ passim, die, nocteque (cooperante misericordia Jesu Christi) a religiosis peraguntur. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Bene † dicat te conditor cœli et terræ, Deus omnipotens, qui te eligere dignatus est ad beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo societatem, et confraternitatem quam precamur, ut in hora obitus tui conterat caput serpentis, qui tibi est adversarius, et tandem tanquam viator palmam et coronam sempiternam hæreditatis consequaris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur recipiens aqua benedicta.

291 *Benedictio Scapularis S. Mariæ septem Dolorum* [1].

℣. Adjutorium nostrum, etc.
℟. Qui fecit cœlum et terram, etc.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui tegmen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod sancti patres ad innocentiam, humilitatisque indicium in memoriam septem Dolorum B. Virginis Mariæ nos ferre sanxerunt, ita bene † dicere digneris, ut qui illis fuerit indutus te Salvatorem nostrum. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Postea sacerdos aspersum Scapulare aqua benedicta recipienti imponat, dicens :

Accipe, charissime frater, habitum B. Mariæ Virginis, singulare signum servorum in memoriam septem Dolorum, quos ipsa in vita et morte Unigeniti Filii sui sustinuit, ut ita indutus sub ejus patrocinio perpetuo vivas.

Benedictio Dei omnipotentis, † et Filii, et Spiritus sancti descendat super te, et maneat semper. Passio Domini nostri Jesu Christi, et compassio beatæ Mariæ Virginis sit in corde, et corpore nostro. Amen.

292. *Benedictio Scapularis Conceptionis immaculatæ Dei Matris* [1].

℣ Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟ Qui fecit cœlum et terram.
℣ Dominus vobiscum.
℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui tegmen nostræ mortalitatis induere dignatus es, tuæ largitatis clementiam humiliter imploramus, ut hoc genus vestimenti, quod in honorem, et memoriam conceptionis immaculatæ beatæ Mariæ Virginis (necnon, ut illo indutus exoreti in hominum pravorum morum reformationem institutum fuit, bene † dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui eo indutus fuerit, eadem beata Maria Virgine intercedente, te quoque inducere mereatur. Qui vivis et regnas, etc.

[1] Hoc scapulare est Ordinis Servorum B. M. V. ac constat ex panno coloris nigri.

[1] Hoc Scapulare est Ordinis clericorum regularium (vulgo Theatinorum) ac constat ex panno coloris cærulei.

Postea sacerdos, aspersum Scapulare aqua benedicta, imponant recipienti, dicens :

Accipe, frater, Scapulare beatæ Mariæ Virginis immaculatæ, ut ea intercedente, veterem hominem exutus, ab omni inquinamento mundatus, ipsum perferas sine macula, et ad vitam pervenias sempiternam. Amen.

Et ego ex facultate mihi tradita recipio te in participationem bonorum spiritualium, quæ in nostra Congregatione gratia Dei fiunt, et quæ per sanctæ Sedis apostolicæ privilegium concessa sunt. In nomine Patris ✝, et Filii, et Spiritus sancti Amen.

Si infirmus nunquam acceperit aliquod Scapulare, vel aliquod ex iis de quibus supra sermonem, fecimus curet sacerdos qui facultatem habet, ut infirmus tunc recipiat, ut indulgentias lucretur.

Benevolum delectabit lectorem nostrum, ad finem tractatus hujus reperire monitum in forma orationis a confessario docto, pio et experto datum ad suos juvenes amicos :

« Ce que m'ont appris l'esprit de l'Évangile, l'histoire des voies de la Providence, mes propres expériences, la pratique du ministère des âmes, les communications des hommes de Dieu, d'amères souffrances, je le dépose dans votre cœur. Acceptez-le : c'est toute la prière de l'un de vos compagnons de voyage dans le pèlerinage de la vie. »

« 1° Commencez, ici comme partout, et surtout ici où il s'agit de ramener l'humanité à Dieu, par le vrai commencement, par la transformation de votre propre cœur. Quand vous aurez commencé par vous débarrasser du péché et par vous unir à Dieu, d'autres pourront, par votre intermédiaire, arriver au même résultat; mais soyez d'abord vous-même ce que vous voulez que les autres deviennent par vous. Si Jésus-Christ vit en vous, vous le ferez vivre dans les autres.

« 2° Commencez, même pour les autres, par le commencement, c'est-à-dire conduisez-les d'abord dans leur conscience et dans leur cœur, afin qu'ils apprennent à sentir, à connaître, à voir, dans son principe et ses conséquences, la misère de toutes les misères, leur séparation d'avec Dieu. Quand ils seront pénétrés du sentiment de leur misère, tout ce que vous leur direz du Sauveur sera pour eux une joie nouvelle. Ils étendront les deux bras vers celui qui pourra les délivrer de l'esclavage du péché.

« 3° Restez attaché à l'ordre éternel de tout salut. Conformément à cet ordre, la parole de Dieu engendre dans l'esprit de l'apôtre qui l'annonce, la foi; la foi enfante la charité, et la charité produit les bonnes œuvres. Tel est l'arbre généalogique de la justice. La sagesse éternelle plante d'abord le bon arbre, et alors les fruits viennent d'eux-mêmes ; ainsi ne fait pas la folie humaine : comme elle commence par les fruits, elle n'arrive jamais à avoir ni un bon arbre ni de bons fruits.

« 4° Surtout ne vous refusez pas à ceux en qui l'esprit de Dieu a déjà préparé les voies, qui sentent déjà leur misère spirituelle, qui regrettent réellement leurs péchés, qui ont faim et soif de la justice ; car ce n'est pas sans raison que le Christ les proclame heureux : ils sont sur le point de l'être. Ils le seront dès qu'ils auront contemplé leur Sauveur avec l'œil de la foi; et alors on pourra dire d'eux : « Ceux-ci étaient pauvres d'esprit, et maintenant ils sont riches d'esprit; ils étaient tristes, maintenant ils sont consolés ; ils avaient faim, maintenant ils sont rassasiés; ils étaient pécheurs, maintenant ils sont justes. »

« 5° N'imposez point à des cœurs abattus des fardeaux que vous-mêmes ne pourriez porter, et que Jésus-Christ ne leur imposerait pas. Conduisez-les à Jésus-Christ, afin qu'ils apprennent à croire, à espérer et à aimer. Dès qu'ils pourront cela, ils pourront tout ; dès qu'il sentiront cela, ils ne sentiront presque pas le fardeau : l'amour et la reconnaissance font plus que ne peut exiger le précepte le plus rigou eux.

« 6° « Jésus-Christ livré à la mort pour nos péchés, ressuscité pour notre justification, et régnant à la droite de Dieu le Père, » voilà quel doit être au confessionnal votre texte de prédilection.

« Apprenez aux pénitents à croire humblement en Jésus-Christ, à accepter avec reconnaissance ce qu'il donne, et à obéir avec joie à tout ce qu'il commande.

« 7° Ne vous reposez pas sur vous-même de quoi que ce soit, mais confiez-vous à Dieu en toutes choses; faites ce que vous pouvez, et là où vous ne pouvez rien, adorez ; semez où vous pouvez, mais seulement la semence de Dieu, et semez chaque fois autant que le terrain le comporte ; arrosez, mais n'attendez l'accroissement que de celui qui peut le donner ; ne ménagez point la parole du Seigneur, et la prière encore moins ; car l'une et l'autre sont le bras de l'apôtre : récolter dans la prière, et semer dans la parole.

« Bref : soyez humain envers les pécheurs vos frères ; humble envers ceux qui, comme vous, ont participé au bienfait de la Rédemption ; respectueux envers les cohéritiers de la même sainteté, charitable envers les enfants du même Dieu, notre Père à tous.

« Celui qui a trouvé lui-même grâce devant Dieu, reconnaîtra dans les péchés des autres sa propre faiblesse, et dans les miséricordes de Dieu envers les pécheurs, les

séricordes de Dieu envers lui-même. Celui i a appris à jeter sur sa faiblesse un regard ıumilité, et sur les miséricordes de Dieu regard de reconnaissance, trouvera ns ses propres souffrances un motif de mpassion, et dans la douceur du Seigneur vers lui, un esprit de douceur envers ses ·res. Et celui qui portera au confession-l un cœur doux et compatissant, saura, ıt en étant obligé de lier, témoigner de douceur ; et quand il devra délier il rouvera la joie ineffable du pasteur qui pporte au bercail, au milieu des quatre-vingt-dix-neuf autres, la centième brebis qui était perdue. Venez donc dans nos cœurs, esprit de Notre-Seigneur, esprit de miséricorde et de douceur, afin que nous remplissions dignement votre place auprès de ceux que vous avez rachetés par votre sang ; car sans cet esprit vivificateur, toute règle de l'école est morte, ou bien elle tue lors même qu'elle a la vie.

Littera occidit, spiritus vivificat. »

(SAILER. *Theol. pastorale*, l. V. n. 89)

APPENDIX QUINTA TOMI QUARTI

AUCTORE S. ALP. DE LIGORIO

ELENCHUS QUÆSTIONUM

Quas Auctor, post primam Neapolitanam Operis editionem, rebus ad seduliorem trutinam revocatis, reformavit. In qualibet autem harum Quæstionum prius annotatur locus libri primæ editionis, postmodum locus secundæ, ubi facta est correctio [1]

Quæstio 1. An legatarius possit sibi compensare legatum relictum in testamento non solemni? In priori libro (*col.* 13. *vers.* 3. *Probabile etiam*) relata est opinio *Less. Mol. Gran. Salm. etc.* qui id probabile dixerunt. Sed in hoc præsenti libro id reprobatum est. Vide *l.* 1. *n.* 35. *vers. Attamen* (*In Edit. Mechl. l. c. Nota.*).

Qu. 2. An debitor donans aliquid suo creditori immemor debiti, excusetur a restitutione? In primo libro (*col.* 13. *v. Hinc. I.*) relata est opinio *Rebelli, Card. et Dianæ*, qui probabilem putarunt opinionem affirmativam. Sed vide limitationem in hoc *lib.* 1. *n.* 34. *et l. n.* 700.

Qu. 2. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 700. *Limitatio, quam S. Auctor hic indicat, ex Edit. rom.* 1757. *hæc est* : dummodo debitor memor tunc debiti non donasset).

Qu. 3. An fur mittens domino rem furatam per virum fidelem teneatur ad iterum restituendum, si ille non reddat? In primo (*col.* 14. *v.* VI. *Similiter*) *Pal. Sot. Ledes et Gabriel* adducuntur qui id negaverunt. Sed in hoc absolute affirmandum probatur. Vide *l.* 1. *n.* 39. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 704.).

Qu. 4. An sit obligatio ex superfluis statui elargiendi eleemosynam pauperibus laborantibus paupertate communi? In primo libro (*col.* 80. *lit.* A.) relata est opinio *Soti, Nav. S. Antonini, Vasq. etc.* qui id negarunt. Sed in hoc melior visa est sententia opposita. Vide *l.* 2. *n.* 32. *Quæritur.* (*In Edit. Mechl. v. l.* 3. *n.* 32.).

Qu. 5. An sit obligatio corrigendi peccantem ex ignorantia in legem humanam? In primo libro (*col.* 83. *lit. A. v. Quær. hic.*) visa est probabilior opinio negativa. Sed in hoc affirmativa probabilior visa est. Vide *l.* 2. *n.* 35. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 36.).

Qu. 6. An qui induxit, sive directe, sive indirecte proximum ad peccandum, semper peccet peccato scandali? In primo libro (*col.* 85. *lit. A.*) dictum est cum *Pal. Sanch. Bonac. Azor, etc.* probabile esse quod is non peccet contra charitatem, nisi expresse intendat ruinam spiritualem alterius. Sed in hoc visa est vera sententia affirmativa. Vide *l.* 2. *n.* 45. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 45.).

Qu. 7. An semper in confessione sit explicanda circumstantia inductionis ad peccandum? In primo libro (*col.* 86. *v. Nota.*) reprobata est sententia negativa. Sed in hoc vide *dicta l.* 2. *n.* 46. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 46.).

Qu. 8. An sit peccatum mortale petere ab aliquo quidquam quod ille non præstabit sine mortali, si jam sit paratus ad peccandum? In primo libro (*col* 86. *v. Quær II.*) relata est opinio *Soti, Suar. et Azor*, qui id negarunt. Sed in hoc dictum est sequendum esse oppositum. Vide *l.* 2. *n.* 47. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n* .47.).

Qu. 9. An peccent graviter mulieres ad sui ornatum partem pectoris ostendentes? In primo libro (*col.* 89. *lit C. et col.* 250. *in fine)* actum est de hoc puncto sequendo doctrinam *Laymanni, Cajet. Navarr. Salmant. etc.* Sed vide quomodo limitetur in hoc. Vide *l.* 2. *n.* 55. *v. Quær* (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 55.).

Qu. 10. An liceat famulo comitari herum ad lupanar, vel eum ducere curru vel sella? In primo libro *(col.* 94. *lit. B)* relata est opinio *Busembai, Nav. Manuel. etc.* dicentium licere sola ratione famulatus. Sed in hoc requiritur saltem causa gravis damni subeundi. Vide *l.* 2. n. 64. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 64.).

Qu. 11. An liceat famulo ratione famulatus deferre munera meretrici domini? In primo libro (*col.* 94. *in fin. Qu.* 2) relata est opinio *Busembai, et Sanch.* id permittentium, si sit de esculentis et poculentis. Sed in hoc negatur. Vide

[1] Hæc quoque secunda Editio a posterioribus hujus Theologiæ Editionibus sæpissime rerum ordine differt; quam ob causam lector non miretur, quod numeri citati ex secunda Edit. non ubique conveniant cum præsenti Editione Mechliniensi, quam, ne ullus confusioni locus pateat, intra parenthesim laudabimus, quoties discrimen aliquod obtinet. *Edit.* A. LECLERE.

Hæc nota spectat æqualiter ad editionem nostram, exceptis tamen numeris libri quinti editionis Heilig qui fit, apud nostram, sextus, et libri sexti omnium editionum qui, apud nostram, fit quintus, ut indicatur per parenthesim parvam. LE NOIR.

l. 2. *n.* 65. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 65.).

Qu. 12. An liceat famulo ob metum mortis subjicere humeros, vel deferre scalam domino ascendenti ad fornicandum, aut vi aperire januam? In primo libro (*col.* 95. *Qu.* 4.) id omnino negatum est. Sed in hoc vide *dicta. l.* 2. *n.* 66. v. *Q. IV* (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 66.).

Qu. 13. An liceat vendere vinum ei qui vendet mixtum aqua? In primo libro (*col.* 69. *lit. C. v. Pariter.*) adducta est opinio affirmativa *Palai*, *Sanch. et Tamb.* si æque commode aliis vendi non possit. Sed in hoc id non admittitur, nisi ob metum mortis, vel infamiæ. Vide *l.* 2. *n.* 69. *v. Q. VII.* (*In Edit Mechl. l.* 3. *n.* 69.).

Qu. 14. An liceat vendere ornatus puellæ abusuræ? In primo libro (*col.* 96 *lit. D. v. Eodem.*) relata est opinio *La Croix* citantis *Nav. Azor, Sanch. Bon. etc.* qui dicunt licere, si illa æque hos emeret ab aliis. Sed in hoc id non admittitur, nisi venditor notabile patiatur incommodum. Vide *l.* 2. *n.* 71. *v. Eodem.* (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 71.).

Qu. 15. An liceat aurigis et nautis, ob solum lucrum mercedis, vehere meretricem ad amasium? In primo libro (*col.* 98. *v.* 8. *Licet.*) dictum est licere cum *Salm. Sanch. Azor, Navar. etc.* Sed in hoc id non admittitur nisi ob metum gravis damni. Vide *l.* 2. *n.* 75. *v. An autem*, (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 75.).

Qu. 16. An sit peccatum mortale sine gravi causa petere mutuum ab usurario parato, vel sacramentum a sacerdote peccatore parato ad ministrandum? In primo libro (*col.* 97. *n.* 4. *v. Utrum autem, et n.* 7. *v. Sed quæstio.*) relata est opinio *Lugonis, Soti, Sanch. Cajet. Led. Man. etc.* qui id negarunt. Sed in hoc dictum est id esse mortale tam contra charitatem, quam contra justitiam, nisi gravis causa necessitatis vel utilitatis interveniat? Vide *lib* 2. *n.* 47. *et* 77 *v.* 4. *Licitum*, loquendo de usurario; et *n.* 79. de sacerdote peccatore. (*In Edit. Mechl. l.* 1. *n.* 47, 77, 79.).

Qu. 17. An volenti frangere jejunium liceat sine gravis incommodi causa cibos præbere? In primo libro (*col.* 99. *n.* 7. *v. Volenti.*) adducta est opinio *Less. Cajet. Nav. et Vasq.* id affirmantium. Sed in hoc reprobatum est. *Vide l.* 2. *n.* 80. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 80.).

Qu. 18. An in materia simoniæ, et usuræ, possit deduci in pactum obligatio antidoralis? In primo libro (*col.* 118. *lit. A. v. Quær. in. fin.*) dictum est cum *Salmant. Val. Cajet. Pal. Less. etc.* id licere, si pactum sit remunerandi in genere, nulla addita nova obligatione. Sed id omnino reprobatur. *Vide l.* 3. *n.* 53 *et n.* 764. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 53 *et* 764.).

Qu. 19. An juramentum execratorium sit verum juramentum? In primo libro (*col.* 146. *lit. A. v. Notandum.*) dictum est cum *Salm. Bus. Sanch. Pal. etc.* id. communiter negari. Sed id hoc affirmatur, si in juramento expresse nominetur *Deus. Vine l.* 3. *n.* 143. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 143.).

Qu. 20. An in juramento assertorio sit mortale jurare cum defectu justitiæ? In primo libro (*col.* 148. *lit. A.*) dictum est probabilius esse tantum veniale. Sed in hoc additur esse mortale, si juratur ad firmandam detractionem. *Vide. l.* 3. *n.* 146. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 146.).

Qu. 21. An peregrinus possit dispensari in votis, juramentis, et legibus ab Episcopo loci, ubi reperitur? In primo libro (*col.* 758. *lit. E. v. Nota hic.*). id omnino negatum est. Sed *vide hic l.* 1. *n.* 185.

Qu. 22. An maritus possit occidere eum qui vult cum sua uxore adulterari? In primo libro (*col.* 239. *v. Dicendum II.*) id absolute negatum est. Sed in hoc id non reprobatur, si vir ante factum occidat, ne adulterium eveniat; *vide l.* 3. *n.* 391. v. *Quando.* (*In Edit. Mechl. l* 4. *n.* 391.).

Qu. 23. An peccent graviter spectatores qui ad comœdiam turpem concurrunt pecunia, vel plausu? In primo libro (*col.* 251. *v. Quær.* 2.) dictum est probabile esse non peccare spectatores secundos, nempe sine quibus etiam comœdia repræsentaretur. Sed in hoc visum est oppositum. *Vide. l.* 3. *n.* 427. *v. Num autem.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 427.).

Qu. 24. An beneficiarius expendens fructus beneficii superfluos ad suam sustentationem in usus profanos, teneatur ad restitutionem? In primo libro (*col.* 270. *v. Utrum autem*) probabilior cum *S. Thom. Sot. Lugo, Pal. Less. etc.* visa est opinio negativa. Sed in hoc probabiliorem diximus oppositam, per se loquendo, *Vide l.* 3. *n.* 492. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 492). [1].

Qu. 25. An fur teneatur restituere cum damno graviore, nempe si res non posset mitti ad dominum, nisi expensis majoribus quam sit valor rei? In primo libro (*col.* 295. *lit. B.*) adducta est opinio *Salm.*

[1] Confer modo infra ex recentioribus retractationibus Quær. X ubi S. Auctor hanc ipsam quæst. 24 reformatam iterum aliquatenus reformat. *Edit.*

Soti. Less. Pal. Con. et Bus. id negantium. Sed in hoc oppositum tenetur nisi expensæ sint longe majores. *Vide l.* 3. *n.* 598. 697 *et* 753. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 598.)

Qu. 26. An accipiens rem a fure, qui rem furatam cum suis permiscuit, teneatur ad restitutionem? In primo libro (*coll.* 299. *lit. B.*) adducta est opinio negativa *Tamb. cum Sanch. et aliis.* Sed in hoc omnino reprobatur. *Vide l.* 3, *n.* 612. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 612.)

Qu. 27. An beneficiarius omittens officium uno die possit excusari a restitutione, si suppleat in alio? In primo libro (*coll.* 310. *in fine. Qu.* 5.) relata est opinio affirmativa *Salm. Molfes. Palud. Bonac. etc.* Sed in hoc tenetur negativa. *Vide l.* 3. *n.* 667. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 667.)

Qu. 28. An beneficiarius omittens partem officii minorem quam integræ horæ, teneatur ad restitutionem? In primo libro (*col.* 311. *Qu.* 5.) relata est opinio negativa *Nav. Tol. et Viva.* Sed in hoc verior visa est opposita. *Vide l.* 3. *n.* 668. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 668.)

Qu. 29. An beneficiarius simplex omittens officium teneatur restituere omnes fructus beneficii? In primo libro (*col.* 312. *Qu.* 10. *v. Quid etc.*) adducta est opinio *Henrici Metini et Manuelis*, qui dicunt teneri ad restitutionem tantum tertiæ partis fructuum. Sed in hoc illa reprobatur. *Vide l.* 3. *n.* 673. *v. Quid.* (*In Edit Mechl. l.* 4. *n.* 673.)

Qu. 30. An licitum sit donum accipere a donante debitis gravato? In primo libro (*col.* 327 *lit. B.*) relata est opinio affirmativa *Less. Mol. Nav. Laym. etc.* Sed in hoc refutatur. *Vide l.* 3. *n.* 722. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 722.)

Qu. 31. An sit necessarium in mutuo ad exigendum interesse, ut moneatur mutuatarius de justo titulo, qui jam adest? In primo libro (*col.* 343. *lit. E. v. Sed dubitatur.*) delatum est opinioni negativæ *Less. Lug. Bon. Trull. etc.* Sed in hoc verior visa est affirmativa. *Vide l.* 3. *n.* 769. *v. Sed dubitatur.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 769.)

Qu. 32. An mutuator possit retinere lucrum exactum, si aderat justus titulus, sed non monuit de eo mutuatarium, et contraxit bona fide? In primo libro (*col.* 394. *Qu III.*) adducta est opinio affirmativa (licet tanquam minus probabilis) *Lug. Dian. Sa. et Tanneri.* Sed in hoc refutata est. *Vide l.* 3. *n.* 773. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 773.)

Qu. 33. An liceat res pretiosas quamplurimi vendere? In primo libro (*col.* 355. *lit. D.*) relata est opinio affirmativa *Sot. Tol. Diam. Tan. Val. Reg. etc.* Sed in hoc probabilior visa est contraria. *Vide l.* 3. *n.* 808. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 808.)

Qu. 34. An, facto monopolio injusto a mercatoribus, licent aliis eodem pretio merces vendere? In primo libro (*col.* 357. *lit. G. v. Sed hinc.*) relata est opinio affirmativa *Salm. Bon. Trull. Reg. Med. etc.* Sed in hoc omnino melior visa est negativa. *Vide l.* 3. *n.* 817. *v. Sed hic.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 817.)

Qu. 35. An liceat rem infimo pretio emere ab aliquo nesciente ejus valorem? In primo libro (*col.* 357 *lit. H. v. Idem.*) amplexata est opinio negativa. Sed in hoc defenditur opposita. *Vide l.* 3. *n.* 819. *v. Item.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 819).

Qu. 36. An liceat clerico conducere prædia aliena ad saginanda propria animalia, ut postea vendat? In primo libro (*col.* 361. *v. Quæres.*) dictum est licere, si conductio non afferat magnam dictractionem a ministerio sacro. Sed in hoc id non admittitur, quia non caret cupiditate turpis lucri. *Vide l.* 3. *n.* 835. *v. An vero.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 835.)

Qu. 37. An pereunte re censita, pereat census de jure naturali? In primo libro (*col.* 366. *v. Qu.* 3.) dicta est probabilis sententia negativa cum *Soto, Pal. Salm. Cov. etc.* Sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam. *Vide l.* 3. *n.* 847. *v. Dub.* 3. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 847)

Qu. 38. An cogens cum injuria alterum ad ludendum possit retinere lucratum? In primo libro (*col.* 375. *lit. D.*) adducta est opinio negativa. Sed in hoc probabilior visa est sententia affirmativa, modo ille qui cogit, non superet coactum in peritia ludendi. *Vide l.* 3. *n.* 880. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 880.)

Qu. 39. An sit gravis obligatio relinquendi sua bona suis fratribus et sororibus? In primo libro (*col.* 398. *lit. A.*) relata est opinio *Salm. Nav. etc.*, dicentium non esse, nisi illi extreme indigeant. Sed in hoc diximus omnino tenendum peccare graviter relinquentem bona extraneis, si fratres graviter indigeant. *Vide l.* 3. *n.* 946. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 946.)

Qu. 40. An liceat revelare crimen alterius ad vitandum damnum proprium, si notitia criminis vi aut dolo excipiatur? In primo libro (*col.* 407. *lit. A. v. Sed hic.*) dicta est probabilis opinio affirma-

tiva cum *Salm. Lessio*, *et P. Nav.* Sed in hoc melior visa est opposita. *Vide l.* 3. *n.* 969. *v. Sed hic magna* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 969.)

Qu. 41. An qui alteri occultam contumeliam irrogavit teneatur ad satisfactionem? In primo libro (*col.* 410. *v. Sed Quær.* 1.) relata est opinio negativa *Laym. et Molinæ.* Sed in hoc diximus omnino sequendam affirmativam. *Vide l.* 3. *n.* 985. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 985.)

Qu. 42. An lædant jejunium electuaria sumpta in modica quantitate ad delectationem? In primo libro (*col.* 419. *lit. F.*) adducta est opinio negativa cum *Salm. Sylv. etc. Abb.* Sed in hoc dictum est contrariam omnino tenendam. *Vide l.* 3. *n.* 1019. *Quær. II.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 1019.)

Qu. 43. An potio chocolatis possit sumi toties quoties in die? In primo libro (*col.* 435. *v. Orandum.*) dicta est probabilis opinio affirmativa *Patris Viva*, si sumatur ut potus usualis. Sed in hoc talis potio non admittitur, nisi pro uno tantum cyatho in die, ratione consuetudinis. *Vide. l.* 3. *n.* 1023. *v. Secunda in fine.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 1023.)

Qu. 44. An religiosus expendens cum licentia generali prælati ad usus illicitos, peccet contra paupertatem, et teneatur ad restitutionem? In primo libro (*col.* 450. *lit. E. v. II. Quæstio*) vocata est non improbabilis sententia negativa cum de *Alex. Suar Bann. Lugo, etc.* Sed in hoc affirmativa amplexata est. *Vide l.* 4. *n.* 31. *et l.* 3. *n.* 873. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 31. *et l.* 4. *n.* 873.)

Qu. 45. An patronus debeat præsentare digniores ad beneficium curatum? In primo libro (*col.* 469. *lit. A. Qu.* 2.) dicta est probabilis opinio negativa cum *Palao, Garcia, P. Navar. Rodr. etc.* Sed in hoc dictum est, omnino tenendam affirmativam. *Vide l.* 4. *n.* 97. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 97.)

Qu. 46. An Episcopus conferens beneficium simplex minus digno peccet mortaliter? In primo libro (*col.* 291 *Quær.* 2.) delatum est sententiæ negativæ cum *Navar. Sa, Soto, Dicast, Gutt. Diana, etc* Sed in hoc probabilior dicta affirmativa. *Vide l.* 4. *n.* 93. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 93.)

Qu. 47. An Episcopus conferens beneficium curatum minus digno, teneatur ad restitutionem? In primo libro (*col.* 292. *v. Magis* probabilis visa est opinio negativa *Navar Henr Led. etc.* Sed in hoc amplexata est opposita. *Vide l.* 4. *n.* 109. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 109.)

Qu. 48. An graviter peccet et teneatur ad restitutionem, qui recipit beneficium curatum cum animo dubio, vel conditionato suscipiendi sacerdotium infra annum? In primo libro (*col.* 471. *lit. A.*) adducta est opinio negativa *Nav. Barb. Garciæ, etc.* Item opinio *Salm.* qui eam admittunt tantum, si animus est conditionatus. Sed in hoc melior visa est opposita, sive animus sit dubius, sive conditionatus. *Vide l.* 4. *n.* 114. (*In Edit. Mechl l.* 5 (VI). *n.* 114.)

Qu. 49. An pluralitas beneficiorum sit vetita non solum de jure canonico, sed etiam naturali? In primo libro (*col.* 473. *lit. A.*) dicta est probabilis opinio negativa cum *Lugo, Innoc. Fill. Valent. etc.* sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam, nisi accedat dispensatio pontificia, et justa causa. *Vide l.* 4. *n.* 117 (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 117.)

Qu. 59. An possit sine peccato gravi permutari officium divinum in aliud notabiliter brevius? In primo libro (*col.* 494. *lit. A.*) dicta est probabilis opinio affirmativa, excepto officio Palmarum cum officio Paschæ, vel Pentecostes, ut tenent *Sylvest. Salm. Vill. Diana, etc.* Sed in hoc non est admissa ut probabilis. *Vide l.* 4. *n.* 161 *v. Quær. III.* (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 161.)

Qu. 51. An Matutinum possit recitari duabus horis post meridiem? In primo libro (*col.* 496. *lit. D.*) probabilis dicta est opinio affirmativa cum *Salmant. Sanch. Tamb. Molfes. Led. etc.* Sed in hoc dictum est tenendam esse oppositam. *Vide l.* 4 *n.* 174. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 174.)

Qu. 52. An peccata multiplicentur ex diversitate objectorum totalium, nempe si quis uno ictu occidit quatuor homines? In primo libro (*col.* 564. *v. An autem.*) dicta est probabilis opinio negativa cum *Suar Lugo, Bus. Viva, etc.* Sed in hoc amplexata est opposita. *Vide l.* 5. *n.* 45. (*In Edit. Mechl. l.* 2. *n.* 45.)

Qu. 53. An confessarius in mortali successive absolvens plures pœnitentes unum peccatum committat (*col.* 563. *v. II. Quoad actus.*) visa est probabilis opinio affirmativa cum *Salm. Lug. Viva, Spor. etc.* Sed in hoc reprobata est. *Vide l.* 5. *n.* 50. *v. Qu.* 6. (*In Edit. Mechl. l.* 2. *n.* 50.)

Qu. 54. An citra infamationem possit quis dissolvere amicitiam alicujus, narrando ejus defectus naturales, ut ipse succedat loco expulsi? In primo libro (*col.*

576. *lit. A.*) relata est opinio affirmativa *Salmant. Soti, Bonac. Arag. Prado etc.* Sed in hoc amplexata est opposita *Vide l. 5. n. 72. v. An citra (In Edit. Mechl. l. 2. n. 72.)*

Qu. 55. An liceat se inebriare ex consilio medicorum, si inebriatio æstimatur necessaria ad morbum expellendum? In primo libro (*col.* 577. *v.* 2. *Non est.*) adducta est opinio affirmativa *Bus. Sylv. Caj. Lessii, Salm. etc.* Sed vide quomodo in hoc limitata sit. *L.* 5. *n.* 76. *Qu. I.* (*In Edit. Mechl. l.* 2. *n.* 76.)

Qu. 56. An liceat se inebriare ad vitandam mortem, quam alter ei minitatur? In primo libro (*col.* 578. *lit. C.*) dicta est probabilis opinio affirmativa *Lessii*, *Laym. Bonac. Bus. etc.* Sed in hoc amplexata est negativa. *Vide l.* 5. *n.* 76. *Qu. II.* (*In Edit. Mechl. l.* 2. *n.* 76).

Qu. 57. An satisfaciat, qui se confitetur tempore missæ? In primo libro (*col.* 210. *Quær.* adducta est opinio affirmativa *Palai, Hurtadi, La Croix, Pichler. Gobat. etc.* modo aliquo modo attendat simul ad missam. Sed *vide l.* 3. *n.* 314. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 314.)

Qu. 58. An liceat aliquid accipere pro sustentatione ingressuri si monasterium sit opulentum? In primo libro (*col.* 130. *v. Sed quæritur.*) relata est opinio affirmativa *Salm. Nav. Tol. Pal. Sanch. Bon. Sot. etc.* Sed in hoc amplexata est opposita. *Vide l.* 3. *n.* 92. *v. Secunda.* (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 92.)

Qu. 59. An in sacramento Baptismi aqua sit infundenda, dum actu dicitur: *Te baptizo?* In primo libro (*col.* 585. *lit. A.*) Affirmatum est. Sed in hoc probatum est sufficere quod forma proferatur, antequam materia desistatur applicari. *Vide l.* 6 (v). *n.* 9. *v. Quæritur.*

Qu. 60. An omnes materiæ, et formæ sacramentorum sint a Christo determinatæ in specie? Negatum est in priori libro (*col.* 804. *Qu.* 2.). Sed in hoc secundo oppositum probabilius visum est. *L.* 6 (v). *n.* 12.

Qu. 61. An peccet graviter minister conferens sacramenta in mortali, etiamsi ad illud non sit specialiter ordinatus, vel si solemniter non ministret? Negatum est in priori libro (*col.* 594. *et* 595.). Sed hic affirmatur. *L.* 6 (v). *n.* 32.

Qu. 62. An peccet graviter sacerdos ministrans Eucharistiam in mortali? In priori libro (*col.* 665. *v. An autem.*) probabilis dicta est sententia negativa. Sed hic eam refutamus. *L.* 6(v). *n.* 35.

Qu. 63. An minister possit dare sac mentum indigno ob metum mo tis? priori libro (*col.* 595. *Dub.* 5.) probab visa est sententia affirmativa. Sed negativam tenemus. *L.* 6 (v). *n.* 49.

Qu. 64. An clericus habituatus in tio turpi vel alio, volens ascendere ordinem sacrum, possit absolvi ex si plicibus signis extraordinariis, tanti sufficientibus ad sacramentum pœnit tiæ suscipiendum? In priori libro af matum est (*col.* 598. *Quæres hic* 3.). S hic negatur, nisi valde extraordina signa accedant, quæ probitatem pc tivam Ordinandi ostendant. *Vide l.* (v). *in Dissert. n.* 63.

Qu. 65. An sacerdotes ordinentur p solam manuum impositionem? In pri libro (*col.* 806. *lit. F.*) negavimus. S hic affirmativam sententiam probabil rem censemus. *L.* 6 (v). *n.* 749.

Qu. 66. An moribundus qui ma communicavit, possit eadem die sume Viaticum adveniente morbo? In pri libro (*col.* 668. *lit. A.*) probabilem di mus sententiam tam affirmativam, qua negativam. Sed hic distinguimus, morbus sit naturalis, aut violentus. 6 (v). 285. *Dub.* 3.

Qu. 67. An sacerdos negligens dice Sacrum promissum parvo stipendio a cepto, graviter peccet? In priori lib (*col.* 676. *lit. C.*) diximus probabil sententiam negativam. Sed hic affirm tivam tutamur. *L.* 6 (v). *n.*317. *v. Qu. I*

Qu. 68. An Episcopus possit modera numerum missarum a testatore præscri tarum? In priori libro dictum est pos si fructus congruentes non percipiant (*col.* 680. *lit. F.*). Sed hic negatur. *L.* (v) *n.* 331. *Dub.* 1.

Qu. 69. An liceat privatim celebra in die Cœnæ Domini? In priori lib adhæsimus sententiæ affirmativæ (c 687. *lit. E.*). Sed hic dicimus omni tenendam negativam. *L.* 6 (v). *n.* 350.

Qu. 70. An altare amittat consecrati nem, si frangatur sigillum, vel rem veatur sepulchrum cum reliquiis? primo libro probabile dictum est n amittere (*col.* 693. *lit. C.*) Sed hic *l.* 6 (*n.* 369. *ad.* 3. *Dub.* 2. oppositum tene dum probamus.

Qu. 71. An sufficiant duæ mappæ altari, vel una duplicata? In priori lib. affirmavimus (*col.* 697. *lit. C.*) Sed h contrarium tenendum dicimus. *L.* 6 (*n.* 375.

Qu. 72. An aqua lotionis corporaliu

possit projici alio quam in sacrarium? In priori libro dictum est sufficere, si projiciatur in decentem locum (*col.* 699. *lit. E.*). Sed hic contrarium probamus. *L.* 6 (v). *n.* 387.

Qu. 73. An abbates possint consecrare calices pro ecclesiis alienis? In priori libro relata est sententia affirmativa (*col.* 699. *lit. B. in fine.*). Sed hic oppositam tenendam dicimus. *Lib.* 6 (v). *n.* 381.

Qu. 74. An Pyxis debeat benedici? In priori libro retulimus sententiam negativam (*col.* 698. *lit. H.*). Sed hic oppositam probamus. *L.* 6 (v). *n.* 385.

Qu. 75. Si post sumptionem sacerdos prudenter dubitat an vinum fuerit acetum, an rursus consecrare debeat utramque materiam sub conditione? Hic affirmandum probamus *lib.* 6 (v). *n.* 206. *v. Quoad.* Quidquid dictum sit in priori libro.

Qu. 76. A quo Episcopo debeant approbari confessarii? In priori libro (*col.* 247 *lit. E.*) dictum est probabiliter posse approbari etiam ab Episcopo confessarii, aut pœnitentis. Sed hic *l.* 6 (v). *n.* 548. dicimus omnino approbandos ab Episcopo loci.

Qu. 77. An Doctor consultus a confessario an teneatur ad sigillum? In priori libro (*col.* 776. *lit. G.*) diximus probabiliter non teneri. Sed hic oppositum tuemur (*l.* 6 (v). *n.* 648.).

Qu. 78. An mutus teneatur confiteri scripto? In priori libro probabilis visa est sententia negativa (*col.* 726. *lit. B.*). Sed hic dicimus teneri, si commode potest. *L.* 6 (v). *n.* 779. *v. Quæritur.*

Qu. 79. An in jubilæo confessio debeat fieri in eadem hebdomada in qua perficiuntur opera, ut possit pœnitens absolvi a reservatis? In priori libro adhæsimus opinioni negativæ (*col.* 743. *lit. A. n.* 2.). Sed hic oppositam tenemus *L.* 6 (v). *n.* 537.

Qu. 80. An qui in jubilæo confessus est invalide, possit deinde a quolibet absolvi? In priori libro relata est opinio affirmativa (*col.* 743. *n.* 1.). Sed hic negativam sustinemus *L.* 6 (v). *n.* 537. *v. Qu. II.*

Qu. 81. An parochus in aliena diœcesi possit excipere confessiones alienorum ex licentia illorum parochi? In priori libro affirmavimus (*col.* 746. *lit. B.*). Sed hic negamus. *L.* 6 (v). *n.* 544.

Qu. 82. An simplex sacerdos possit absolvere moribundum, præsente confessario approbato? In priori libro (*col.* 752. *lit. D.*) relata est sententia affirmans, quam hic rejicimus. *L.* 6 (v). *n.* 562.

Qu. 83. An ignorans reservationem casus episcopalis, eam incurrat? In priori libro diximus probabilem sententiam negativam (*col.* 757. *lit. A.*). Sed hic eam reprobamus. *L.* 6 (v). *n.* 581.

Qu. 84. An absoluti indirecte a peccato reservato in casu necessitatis a non habente facultatem, teneantur postmodum Episcopo se præsentare? In priori libro negavimus (*col.* 936. *v. An autem.*). Sed hic observa distinctionem allatam. *L.* 7. *n.* 91.

Qu. 85. An confessarius errans culpabiliter circa valorem sacramenti teneatur monere pœnitentem de errore, etiam cum gravi suo incommodo? In priori libro probabilem diximus sententiam negativam (*col.* 766. *lit. I.*). Sed hic affirmativam tenemus. *L.* 6 (v). *n.* 619.

Qu. 86. An possit absolvi a simplici confessario peregrinus habens casum reservatum in loco confessionis tantum, et non in patria? In libro priori relata est opinio affirmativa (*col.* 758. *in fin. v. Quæritur. an.*). Sed hic eam refutamus. *L.* 6 (v). *n.* 588.

Qu. 87. An qui confessus est superiori, et oblitus fuerit reservati, remaneat ab illo directe absolutus? Hic probabilius negatur *l.* 6 (v). *n.* 597. quidquid in priori libro dictum sit [1].

Qu. 88. An incurrat suspensionem qui ordinatur cum patrimonio donato, sed data antapoca, vel fide de reddendo illo donanti? In priori libro dicta est probabilis opinio negativa (*col.* 829. 2.). Sed hic *l.* 6 (v). *n.* 822. observa distinctionem tenendam, nempe si donans habuerit veram, vel ne, voluntatem donandi.

Qu. 89. Si quis post contracta sponsalia cum una ducat aliam, an hac defuncta, teneatur ducere primam? In priori libro dictum est probabiliter non teneri (*col.* 145. *lit. I.*) Sed hic contrarium sustinetur. *L.* 6 (v). *n.* 875. *v. Quæritur.*

Qu. 90. An si quis ficte contraxit matrimonium, ad illud revalidandum sufficiat, ut ipse solus apponat consensum? Hic *l.* 6 (v). *n.* 1114. sententia affirmativa verior dicitur; quamvis in priori libro (*col.* 899. *v. Hinc infertur*) non fuerit admissa.

Qu. 91. An sit nulla dispensatio super impedimento inter propinquos, si tace-

[1] Confer modo infra ex quæstionibus recentius reformatis Quær. XX.

tur copula inter ipsos præhabita? In priori libro opinio negativa probabilior visa est (*col.* 904. *v.* *Quær.*). Sed hic *l.* 6 (v). *n.* 1134. omnino rejicitur, etiamsi copula non fuerit habita ad facilius obtinendam dispensationem.

Qu. 92. An simplex sacerdos possit absolvere a venialibus, et ab excommunicatione minori? In priori libro (*col.* 746. *lit. A. et. col.* 928. *v. Certum.*) opinio affirmativa, licet non fuerit admissa, non tamen omnino rejecta est. Sed hic *l.* 7. *n.* 71. omnino rejicitur ob decretum *Innoc. XI.*

Qu. 93. An absolutus ab Episcopo in necessitate a casu papali propter impedimentum temporale, excusetur ab adeundo Romam, si parti jam satisfecerit? In priori libro dictum est probabiliter excusari (*col.* 933. *quær. III. in. fin.*). Sed hic omnino teneri dicimus. *L.* 7. *n.* 87.

Qu. 94. An habens casum papalem publicum, si punitus fuerit ab aliquo Episcopo, possit absolvi ab alio? In priori libro opinio affirmativa probabilis visa est (*col.* 930. *v. Hinc*, *infra Dub.* 1.). Sed hic contrariam veriorem dicimus. *L.* 7. *n.* 77.

Qu. 95. An Episcopi possint absolvere a papalibus occultis extra confessionem? In priori libro relata est opinio affirmativa (*col.* 942. *ad n.* 8.). Sed hic *l.* 6 (v). *n.* 592. *v. Hic autem*, illam refutamus ex declar. *Gregorii III.*

Qu. 96. An liceat rescribere ad excommunicatum? In priori libro dictum est probabiliter licere (*col.* 964. *lit. F.*). Sed hic negamus. *L.* 7. *n.* 193.) An autem liceat excommunicatum resalutare? In priori libro (*col.* 965. *Dub. II.*) opinionem affirmativam diximus absolute probabilem. Sed hic *d. n.* 193. oppositam censemus probabiliorem, licet primam non damnemus.

Qu. 97 An duellum possit acceptari, ne incurratur magna et certa jactura bonorum? Quidquid dictum sit cum *Salm.* in priori libro (*col.* 970. *lit. A. Not. 1.*) hodie hæc opinio damnata est a *Bened. XIV* *Vide l.* 3. *n.* 400. prop. IV. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 400.)

Qu. 98. An parentes possint cogere puellam ad ingressum in monasterium causa educationis? in priori libro (*col.* 983. *in princ.*) probabilis dicta est opinio affirmativa. Sed hic *l.* 7. *n.* 212. *v. Quoad*, opposita absolute probabilior visa est, nisi puella sit in periculo incontinentiæ.

Qu. 99. An incurrat irregularitatem ratione bigamiæ, qui contrahit duo m trimonia nulla, vel qui ficte secundu matrimonium init ad copulam exto quendam? Hic dicimus affirmandum *l.* *n.* 446 *et* 447, quidquid in priori lib dictum fuerit.

Adduntur aliæ recentes retractationes o nionum, quæ in præcedente Editio recensentur.

Quær. I. Si quis probabiliter judic se implevisse votum, horas canonica sive pœnitentiam, an teneatur eam s tisfacere, si adhuc probabile sit, vel d bium non implevisse? Negant plur auctores *l.* 1. *n.* 76. Sed oppositum e tenendum, quia possidet obligatio ja contracta, donec certe non fuerit implet (*In Edit. Mechl. l.* 1. *n.* 29.)

Quær. II. An declarationes S. C. Ca dinalium vim legis habeant? Plures A negant, nisi editæ sint, non solum co sulto Pontifice sed etiam mandante, ipsæ solemniter per totam Ecclesia promulgentur *l.* 1 *n.* 109. *vers. Quær.* Addendum tamen est, quod hujusmo declarationes, quæ jam in Ecclesia un versaliter divulgatæ, et facto sic promu gatæ fuerint usu plurium, vel relatio Auctorum communiter ipsas referentiun hæ satis omnes fideles obstringunt.

Qu. III. An Episcopus dispensare poss in statutis canonicis, in quibus dispens tio reservata non sit? Visa fuit prius s tis probabilis sententia affirmativa cu *Soto, Covarr Castrop. Bonac. et S. Ant nin.* Sed re melius perpensa, videt negativa omnino tenenda ex *Clement.* *de elect. ubi* : *Lex superioris per inferi rem tolli non potest.* Cui congruit c. *Dile tus, de temp. ordin. Vide l.* 1. *n.* 191.

Quær. IV. An delegatus *principis*, v delegatus *ad universitatem causarun* possit subdelegare? Affirmatur *l.* 1 *n.* 193. Sed hoc est limitandum juxta i quod dicitur *lib.* 6 (v). *n.* 566. nempe h intelligi, cum delegatio facta est tam quam per officium, aut cum delegatu alicui jurisdictio, ut privilegium perpe tuo suo officio, sive dignitati annexun

Quær. V An cesset lex, cessante fin legis in particulari? Allata est sententi quæ id probabile vocat hancque tenen *Salmant. et Viva cum Cajet. Sylvest. Pa norm. Valent. Sa, Carden. Nav. Abbat Comit.* et aliis, *l.* 1. *n.* 199. Sed hic adve tendum, quod hæc opinio vix unqua in praxi probabilis erit, quia vix unqua

eveniet, quod in particulari omne hallucinationis periculum cesset.

Quær. VI. Si quis ex intentione furandi centum aureos surripiat eos centenis vicibus moraliter interruptis, an tunc centum peccata perpetret? *L.* 5. *n.* 44. dictum fuit probabile esse unum furtum, sive peccatum committi. Sed melius re perpensa, dicendum hujusmodi furta esse centum distincta peccata mortalia, cum unumquodque furtum distinctam malitiam in se continet. (*In Edit. Mechl. l.* 2. *n.* 44.)

Quær. VII. Actus charitatis erga Deum eliciendus est saltem semel in mense, ut dicitur *l.*2. *n.* 8. Addendum est quod eodem modo, nempe semel saltem in mense teneatur pariter elicere actum charitatis erga proximum, alioquin difficulter hoc præceptum charitatis erga proximum observare valebimus. (*In Edit. Mechl. l.* 3. *n.* 8.)

Quær. VIII. Dictum est *l.* 3. *n.* 244. non videri improbabile cum *Less. Salm. Bon. etc.*, quod ab ipso vovente possit commutari votum in æquale. Sed dicendum cum *S. Th. Caj. Suar. et aliis*, esse multum probabilius, quod non possit; quia Deus potius vult rem promissam, quam aliam. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 244.)

Quær. IX. Dicunt plures DD. apud *Bus. l.* 3. *n.* 381., licere viro honorato occidere agressorem conantem alapam ei impingere. Sed ibi addendum id, quod sapienter docet *Sylvius* : *Etiamsi honor sit bonum præstantius, quam divitiæ, aut nullum, aut rarissimum arbitramur esse casum, quo pro defensione solius honoris licet aggressorem interficere. In* 2. 2. *q.* 64. *ar.* 7 *q.* 9. (*In Edit Mechl. l.* 4. *n.* 381.)

Quær. X. An beneficiarii expendentes reditus beneficii superfluos in usus profanos, teneantur ad restitutionem? *L.* 3. *n.* 492., exposita fuit sententia affirmativa tamquam valde probabilior ; sed peracta meliori consideratione , sententia negativa videtur non minus probabilis in praxi signanter ob auctoritatem, et rationem *D. Th. in* 2. 2. *qu.* 185. *ar.* 7. *Vide cit. n.* 492. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 492.)

Quær. XI. Si quis furatus sit rem, cujus dominus est incertus, cui restituere debet? *Lib.* 3. *n.* 589. dictum est, restitutionem faciendam esse pauperibus, aut locis piis cujuscumque loci. Sed huic plures addendæ sunt limitationes, quas loco citato, vel paulo post invenies. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 589.)

Quær. XII. Utrum si crimen aliquod est publicum in quodam loco, possit sine culpa, saltem gravi, manifestari in alio, ubi illud est adhuc occultum? Dictum fuit *l.* 1. *n.* 86. cum *Lug. Cajet. Nav. Salm. etc.*, communissime, contra alios, sententiam affirmativam esse valde probabilem. Sed vide *l.* 3. *n.* 974. ubi nunc sententia limitatur tantum pro delictis illis, quæ delinquentem aliis perniciosum efficiunt. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 974.)

Quær. XIII. An in die jejunii notabiliter antevertens sine justa causa horam meridianam, graviter peccet? *l.* 3. *n.* 1016., dictum fuit cum *Lessio, Tol. Bonac. Laym. Salm. Castrop. etc*,, probabiliorem esse negativam sententiam. Sed re melius ad trutinam revocata, dicimus cum *Azor, Sanch. Nav. Sylvest.*, affirmativam omnino tenendam. (*In Edit. Mechl. l.* 4. *n.* 1016.)

Quær. XIV. An Episcopus possit licite transigere super bona Ecclesiæ vertentes? *l.* 4. *n.* 187. *vers. Circa, etc.* dictum est non posse. Sed hoc intelligendum tantum, quando Ecclesia ob transactionem deberet aliquid de rebus possessis cedere : secus si nihil cederet de possessis. (*In Edit. Mechl. l.* 5 (VI). *n.* 187.)

Quær. XV. Si votum sit certe emissum, sed tantum probabiliter impletum, utrum vovens teneatur omnino implere? Negant plures AA. nempe *Lug. Ronc. Salm.* cum *Laym. etc.* Sed censeo cum *Conc. Antoine etc.*, votum implendum esse, cum enim votum est certum, possidet obligatio implendi votum. *Vide l.* 1. *n.* 29.

Quær. XVI An teneatur pœnitens confiteri mortale peccatum certe commissum, si tantum probabiliter reputet se illud confessum fuisse? Negant *Suar. Lug. Salm. et alii.* Sed dico cum *Concina* et aliis eum teneri peccatum illud clavibus subjicere, cum dubia sit confessio, et certa sit confessionis obligatio. Sed vide quod dicitur *lib.* 6 (V). de pœnit. *n.* 477. [1].

Quær XVII. An liceat conferre sacramentum sub conditione, absque eo quod conditio ore exprimatur? *lib.* 6 (V). *n.* 29. *in fin.* affirmatum est cum *Cont. Tourn. Ronc. Castrop.* et aliis communissime. Sed quia non desunt Auctores aliqui, ut

[1] Idem repetitur hic Quær. XVIII.

Gonet, Juenin, Contens. Serry, etc. qui tenent (licet parum probabiliter) valorem sacramenti non pendere ab intentione ministri, sed tantum ab ipsa collatione sacramenti serio peracta, tutius est conditionem etiam verbis exprimere.

Quær. XVIII. An teneatur quis confiteri peccatum mortale certe commissum, si postea sit in dubio, an illud fuerit vel ne confessus? *l.* 6 (v). *n.* 477, dictum fuit non teneri, si credat se probabiliter peccatum confessario jam exposuisse. Sed nunc teneri dicimus, quia sicut certa fuit obligatio confitendi, ita certa debet esse confessio, vide tamen *cit. n.* 477

Quær. XIX. An sacerdos ab Ecclesia abscissus, uti si esset hæreticus, schismaticus, aut excommunicatus vitandus, possit absolvere eos, qui sunt in periculo mortis, si alius desit? *l.* 6 (v). *n.* 560. *Quær. I.*, probata fuit sententia negativa. Sed nunc probamus contrariam cum *Sylvio, Collet, Sylvestro, Cano, etc.*

Quær XX. An si pœnitens confessus sit superiori, et inculpabiliter sit oblitus peccati reservati, poterit deinde a quolibet confessario de illo absolvi? *l.* 6 (v). *n.* 597., probavimus sententiam negativam; sed nunc ex auctoritate *Pontas, Collet*, et signanter *Sylvii*, qui affirmativam cum *Sylvest. Nav. Adrian. Angel. Covarr.*, et pluribus aliis pro certa habet, eam reprobare non possumus.

Quær XXI. An inhabilitas ad celebrandum, quam incurrunt confessarii sollicitantes, incurratur ante sententiam? *l.* (v) 6. *n.* 05, affirmatur. Sed nunc vide id, quod dicitur in hac Editione *num citato*.

Quær. XXII. An Episcopi possint absolvere ab excommunicatione eos, qui tentaverunt extrahere delinquentes ab Ecclesia? *App. De privilegiis n. XXVIII.* affirmatum est. Sed nunc oppositum tenendum cum *Fagnano*, qui id probat; vide *l. c.*

Quær. XXIII. In praxi confessariorum dicitur *Cap. ult. n.* 287. Episcopis, eorumque delegatis concessa esse facultas impertiendi Indulgentiam plenariam infirmis eam petentibus in articulo mortis, addendum ad hoc requiri, ut Episcopi hanc facultatem a summo Pontifici expostulent, et obtineant.

Quær. XXIV. In Examine Ordinandorum *n.* 98. dicitur ex Rubrica illicitum esse in missa adhibere vinum quod *incipit acescere*. Adverte ibi quod additum est.

Quær. XXV In eodem Exam. *n.* 122. dicitur, dubium esse an sit probabilis opinio, quod celebrare sine cruce non sit mortale. Sed re maturius perpensa, nunc satis probabilis mihi videtur, cum inter Doctores sit communis; nec certum habetur fundamentum in oppositum.

Quær. XXVI. An calix si denuo inauretur, denuo sit consecrandus? *l.* 6 (v). *n.* 370. *dub.* 2. probabilius censui negandum cum *Laym. Lugo*, etc. Sed re melius perpensa, nunc puto cum *Ferrari, Suar.* etc. probabilius iterum calicem esse consecrandum; vide annotationem ultimo loco adjunctam in loco citato.

INDICES TOMI QUARTI

ID EST

DUORUM POSTREMORUM LIBRORUM THEOLOGIÆ MORALIS

NECNON ACCEDENTIUM

I. INDICES LIBRORUM DUORUM POSTERIORUM THEOLOGIÆ MORALIS

LIBER SEXTUS[1]

DE PRÆCEPTIS PARTICULARIBUS CERTO HOMINUM STATUI PROPRIIS

CAPUT I

[1] In prioribus edit. quartus, in edit. Leclère quintus.

CAPUT III.

DE STATU, ET OFFICIO PERSONARUM SÆCULARIUM QUARUMDAM, ET PRÆSERTIM JUDICIALIUM.

[1] In omnibus editionibus septimus sicut in nostra.

CAPUT II.

II. INDICES ACCEDENTIUM

I. INDEX APPENDICIS
DE PRIVILEGIIS

II. INDEX APPENDICIS
DE PROHIBITIONE LIBRORUM NOCENTIUM

III. INDEX EXAMINIS ORDINANDORUM

FINIS INDICUM TOMI QUARTI

INDEX UNIVERSALIS ALPHABETICUS

EXHIBENS

TIMORUM QUATUOR RES MAXIME NOTABILES

Nota. Littera *l* cum romana numeri nota, indicat librum theologiæ secundum editionem nostram. Littera *n* cum arabica numeri nota, numerum auctoris margialem indicat. Littera *v* autem cum primo verbo, dat versiculum.

A

B

D

G

H

I

L

P

T

V

FINIS INDICIS UNIVERSALIS ALPHABETICI

AUCTORUM CITATORUM

IN TOMIS QUATUOR

DICTIONARUM PARVUM

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
A				
Abaelardus	Armoricus	1079	11°	1142
Abbas (Nicolaus de Tudeschis)	Italus	1370	15	1445
Abelly (Ludovicus)	Gallus	1604	17	1691
Abulensis (Alphonsus Tostatus)	Hispanus	1400	15	1450
Acunna (Christophorus de)	Hispanus	1597	17	1676
Adrianus (Adrianus)	Belga	....	16	1580
Æneas Sylvius (Pius II)	Italus	1405	15	1464
Ægidius (a Præsent)	Lusitanus	...	16	....
Aguirre (Card. Joseph Saënz de)	Hispanus	1630	17	1699
Alanus (Gulielmus)	Anglus	1532	16	1574
Albertus (Magnus)	Germanus	1193	13	1280
Albitius (Card. Franciscus)	Italus	1623	17	1684
Alciati (Terentius)	Italus	1570	17	1651
Alcozer	....	....	... .	
Alcuinus (Flaccus Albinus)	Anglus	....	8	804
Ales (Alex de) *seu* Alensis	Anglus	....	13	1245
Alexander (ab Alexandria)	Italus	...	15	....
Aliacencis (Card. Petrus de Aliaco)	Gallus	....	14 et 15	1425
Almainus (Jacobus)	Gallus	....	15 et 16	1515
Alterius	....	....	8 et 9	814
Alvarez (Didacus)	Hispanus	...	16 et 17	1635
Amalarius (Fortunatus)	Germanus	...	....	..
Amato (Michaël de)	Italus	1682	17 et 18	1729
Ambrosius (S)	Italus	340	4	397
Amicus (Franciscus)	Italus	. .	17	1651
Amort (Euseb)	Germanus	1692	18	1775
Anacletus	....	....	1	....
Anastasius (Sinaita)	Asianus	...	16	...
Ancharano (Petrus de)	Italus	1330	14 et 15	1417
Andrea (Joannes)	Italus	.	15	...
Angelus (Mutius)	Italus	1558	16	1597
Angles (Josephus)	Hispanus	....	16	....
Anselmus (S.)	Italus	1033	11 et 12	1109
Antoine (Paulus Gabriel)	Gallus	1679	18	1743
Antoninus (S.)	Italus	1389	15	1459
Antonius (a Spir. S.)	Lusitanus	...	....	....
Aponte (Ludovicus)	Hispanus	1554	16 et 17	1624
Arragonius (Petrus)	Hispanus	....	16	....
Arausus (Franciscus de Arauxo.)	Hispanus	....	16	....
Aravius (Francisc. de Aravio)	Hispanus	...	17	....
Arcudius (Petrus)	....	....	....	....
Archidiaconus	....	...	....	....
Archilochus, poeta	Græc. Paros	728	7° ant. J. C.	....
Aristoteles, philos	Græcus	384	4° ant. J. C.	....
Armendarius	....	....	....	....

B

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Benzonius (Franciscus)	Italus	480	6°	543
Bernal (Augustinus)	Hispanus	1360	14 et 15	1444
Bernardinus (Senensis S.)	Italus	1383	15	1444
Bernardus (S.)	Gallus	1091	12	1153
Berti (Joan. Laurent.)	Italus	1696	18	1766
Beyerlink (Laurentius)	Belga	1578	16 et 17	1627
Biel (Gabriel)	Germanus	..	15	1495
Billuart (Carolus)	Belga	1685	18	1757
Binsfeldius (Petrus)	Germanus	....	16	1606
Bissus (Bernardus)	....	....	....	....
Blacciot	....	....	....	....
Blosius (Franc. Ludov.)	Belga	1506	16	1566
Bodinus (Joannes)	Gallus	....	16	....
Boerius (Nicolaus)	Gallus	....	16	....
Bona (Card.)	Italus	1609	16 et 17	1674
Bonacina (Martinus)	Italus	....	17	1631
Bonamicus	....	....	....	....
Bonartius (Oliverius)	Belga	....	17	1655
Bonaspes (Franciscus)	....	....	17	....
Bonaventura (S.)	Italus	1221	13	1274
Bonifacius (Joannes)	Hispanus	....	17	....
Bordonius (Franciscus)	Italus	....	....	....
Borgia (Ludovicus Crespinus a)	Italus	1682	18	1764
Bosco (Joan. a)	Batavus	....	17	....
Bossius (Joannes Angelus)	....	....	17	....
Bosvinus	Gallus	....	....	....
Boudewins (Michael)	Belga	....	17	....
Boudartus (Jacobus)	Belga	1622	17	1702
Bouwens (Andreas)	Belga	....	17	. .
Brancatius (Card. de Laura)	Italus	1611	17	1693
Braschius (Joannes Baptista)	....	....	....	....
Bresserus	....	....	....	....
Brixia (P. Fortun. a)	....	....	....	....
Burchardus	Germanus	....	11 et 12	1025
Burghaber	Germanus	....	17	....
Busembaum (Hermanus)	Germanus	1600	17	1668
Butrio (Antonius de)	Italus	. ..	16	....

C

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Cabassutius (Joannes)	Gallus	1604	17	1685
Cabrera (Petrus de)	Hispanus	....	16	....
Cabrinus (Josephus)	....	....	....	....
Cajetanus (Thomas de Vio, Card.)	Italus	1469	15 et 16	1534
Calderinus (Joannes)	Gallus	....	14	....
Calepinus (Ambrosius)	....	...	....	....
Calmet (Augustinus)	Gallus	1672	17 et 18	1757
Campanile (Joannes)	Italus	....	16 et 17	1626
Campione (Hyacinthus)	Hungarus	1725	18	1767
Candidus	....	....	....	....
Cangiamila (Francisc. Emman)	Italus	....	....	....
Canisius (Petrus)	Batavus	1520	16	1577
Canus (Melchior)	Hispanus	1523	16	1566
Capellotus	....	....	....	....
Capotus (Sertorius Caputo)	....	....	....	....
Capistrano (S. Joann. à)	Italus	1385	15	1456

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Capreolus (Joann)	Gallus	....	15	1633
Carafa	Italus	1561	16	....
Caramuel (Joannes)	Germanus	1606	17	1682
Cardenas (Joannes de)	Hispanus	....	....	....
Carena (Cæsar)	....	....	....	....
Carnot (Arnold)	....	...	....	....
Carolus (Borromæus S)	Italus	1538	17	1584
Carratinus	....	....	....	....
Carterius	....	....	....	....
Casarubius (Alphonsus)	....	....	....	....
Caspensis (Ludovicus)	....	....	17	....
Cassalius	....	....	....	....
Cassianus (Joannes)	Gallus	....	5	433
Cassiodorus (Magnus Aurelius)	Italus	469	5 et 6	562
Castaldus	....	....	....	....
Castelvetere (F. Bernard a)	....	....	....	....
Castropalao (Ferdinandus de)	Hispanus	....	17	1633
Castro (Antonius de)	....	....	16	1558
Catharinus (Ambrosius)	Italus	1487	16	1553
Ceballos	....	....	....	....
Ceneda (Petrus)	....	....	....	....
Cerbulus	....	....	....	....
Cespedes	....	....	....	....
Chambers (Ephraim)	Anglus	....	18	1740
Chapeauville (Joannes)	Belga	1551	16 et 17	1617
Charlas (Antonius)	Gallus	....	18	1798
Cherubinus (Flavius)	....	....	....	....
Chassainus (Bruno)	Gallus	....	17	....
Chioccarellus (Barthol)	....	...	....	....
Chokier (Erasmus a)	Belga	....	17	....
Chrysostomus (S)	Asianus	354	4	407
Cicero (Marcus Tullius) orat et phil	Romanus	105	1° ant. J.C.	43
Ciera	....	....	....	....
Clarus (Julius)	Italus	....	16	1575
Clericatus (Joannes)	Italus	....	....	....
Cochlæus (Joannes)	Germanus	1474	15 et 16	1552
Collet (Petrus)	Gallus	1697	16	1770
Comitolus (Paulus)	Italus	1546	16 et 17	1626
Concina (Daniel)	Italus	1686	18	1756
Coninchius (Ægidius)	Belga	1571	16 et 17	1633
Corradus (Pyrrhus)	Italus	...	17	....
Contensonius (Vincentius)	Gallus	....	17	....
Continuator Sporerii	....	....	....	....
Continuator Tournely (vide Collet)	....	....	....	....
Continuator Witassi	....	....	....	....
Corduba (Antonius de)	Hispanus	....	17	....
Coreglia	....	....	....	....
Corella (Jacobus de)	Hispanus	1657	17	1699
Coriolano (Franciscus Longus a)	Italus	....	17	....
Cornejus (Petrus)	Italus	....	15	....
Cornelius a Lapide	Belga	1566	16 et 17	1637
Corseitus	....	....	....	....
Cotonius (Petrus)	Gallus	1564	16 et 17	1626
Covarruvias (Didacus)	Hispanus	1512	16	1577
Crassus	....	....	....	....
Crousers	....	....	....	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Crux (Joan. de)	Italus	1676	17 et 18	1751
Cujacius (Jacobus)	Gallus	. . .	16	1590
Cuniliati (Fulgent)	Italus	1685	18	1759
Curiel (Alph. Joan.)	Hispanus	....	17	1609
Cusanus (Nicolaus, Card.)	Germanus	1401	15	1454
Cutillus	....	....	....	....
Cyprianus (S.)	Afer	....	3	258
Cyrillus (S. Alexand.)	Afer	....	5	444
Cyrillus (S. Hierosol.)	Asianus	315	4	386
D				
Dalvinus	....	....	....	....
Damascenus(Joan. S)	Asianus	696	8	780
Damianus (Petrus S)	Italus	988	11	1071
Decianus (Tiberius	Italus	1508	16	1581
Decius (Philippus)	Italus	1454	15 et 16	1530
Decocq (Florentius)	....	....	17	....
Delbene (Thomas)	....	....	17	....
Delrio (Martinus Antonius)	Belga	1551	16	1608
Diana (Antonius)	Italus	1585	17	1663
Dionysius (Carthus)	Belga	1402	15	1471
Dionysius (Alex. S.)	Afer	....	3	264
Diocastillo (Joann. de)	Italus	1585	17	1653
Donatus (Hieronymus)	Italus	....	15 et 16	1513
Drexelius (Jeremias)	Germanus	1581	17	1638
Driedo (Joannes)	Belga	1480	16	1535
Druinus (Raynaldus)	Gallus	1682	18	1742
Duardus	....	....	....	....
Du Hamel (Joan. Bapt.)	Gallus	1624	17 et 18	1706
Dupasquierus (Sebastianus)	....	....	....	....
Dupinus (Ludovicus)	Gallus	1700	17	1800
Durandus (Guilielmus	Gallus	1232	13	1296
Durandus (Stephanus)	Gallus	...	16	1589
Duvallius (Andreas)	Gallus	1554	16 et 17	1638
E				
Echius (seu Eckius, Joannes)	Germanus	1486	16	1543
Elbel (Benjamin)	Germanus	....	18	....
Elizalde (Michael de)	Hispanus	....	17	....
Ephrem (S.)	Asianus	....	4	378
Epicurus, philos	Græcus	342	4° ant. J. C.	270
Epiphanius (S.)	Asianus	310	4	403
Erasmus (Desider)	Batavus	1467	15 et 16	1536
Escobar (Antonius de)	Hispanus	1589	17	1669
Esparsa (Martinus de)	Hispanus	....	17	....
Estius (Guillelmus)	Batavus	1542	16 et 17	1613
Eusebius (Pamphil)	Asianus	....	4	....
Everardus (Card.)	....	....	....	....
F				
Faber (Joannes)	Germanus	1470	15 et 16	1541
Fachinæus	....	....	....	....
Faguanus (Prosper)	Italus	1598	17	1678

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Fagundez (Stephanus)	Lusitanus	1577	16 et 17	1645
Farinaccius (Prosper)	Italus	....	17	....
Farvacquesius (Franciscus)	Gallus	....	17	....
Fausto (Bartholomæus a S.)	Italus	....	17	....
Felinus *vide* Saudeus	....	....	....	....
Fenario (Joan. a)	....	....	....	....
Ferdinandus (de Jesu)	Hispanus	1571	16 et 17	1644
Fernandez	....	....	....	....
Ferraris (Lucius)	....	....	....	....
Ferrantinus (Hieronymus)	....	....	....	....
Filguera	....	....	....	....
Filliuccius (Vincentius)	Italus	1556	16 et 17	1622
Fischer (Joan.)	Anglus	1455	15 et 16	1535
Flaminius	Italus	....	16	..
Fleury (Claudius)	Gallus	1640	17 et 18	1723
Floronus (Lucas)	Gallus	....	17	....
Fontanus (Franciscus)	....	....	....	....
Fornarius (Martinus)	Italus	....	17	....
Fragosa	....	....	....	....
Francolinus (Balth.)	Italus	..	18	....
Franciscus (Salesius S)	Sabaudus	1567	16 et 17	1622
Franzoja (Angelus)	....	....	....	....
Frassenius (Claudius)	Gallus	1620	17 et 18	1711
Freita	....	....	....	....
Fumus (Bartholomæus)	Italus	....	16	....
G				
Gabriel (a S. Vincent.)	....	....	....	....
Gabrina	....	....	....	....
Gagnæus	Gallus	....	16	1549
Gaherus	....	....	....	....
Gallego (Barnabas)	....	....	....	....
Galenus (Matthæus)	Batavus	1528	16	1573
Galenus, medicus	Græcus	131	2	201
Gall, medicus	Germanus	1758	18 et 19	1828
Gallemarte	....	....	....	....
Gallensis	....	....	....	....
Gallia vindicata (Auctor anonymus)	....	....	....	....
Gallup	....	....	....	....
Gamachæus (Philippus)	Gallus	1568	16 et 17	1625
Gandavensis (Henricus)	Belga	....	17	....
Garcias (Nicolaus)	Hispanus	....	17	....
Gatticus (P)	....	....	....	....
Gavantus (Bartholomæus)	Italus	....	17	1640
Genettus (Franciscus)	Gallus	1610	17	1702
Genuensis (Marcus Antonius)	....	....	....	....
Gerson (Joan)	Gallus	1363	14 et 15	1429
Giballinus	....	....	....	....
Gibertus (Joannes Petrus)	Gallus	1660	17	....
Gigas (Hieronymus)	Italus	....	16	....
Giribaldus	....	....	....	....
Gisbertus (Joannes)	Gallus	1639	17 et 18	1711
Glossa (Auctores interpretes Jur. Can.)	....			
Gobatus (Gorgius)	Helvetius	1600	17	1779
Gomez (Antonius)	Hispanus	....	16	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Gonet (Joannes Baptista)	Gallus	1616	17	1681
Gonsalez (Thyrsus)	Hispanus	....	17	1705
Gordonus (Jacobus)	Scotus	1552	16 et 17	1641
Gormaz (Joannes Baptista)	Hispanus	....	....	....
Gothofredus (Dionysius)	....	....	....	....
Gotti Vincent Ludov. Card.)	Italus	1664	17 et 18	1742
Gousset (Thom. Marie-Joseph	Gallus	1792	19	....
Grado (Stephanus)	Dalmata	....	17	....
Graffiis (Jacobus de)	Italus	....	16	....
Granado (Jacobus de)	Hispanus	1572	16 et 17	1632
Granata (Ludovicus a)	Hispanus	1505	16	1588
Grancolas (Joannes)	Gallus	....	18	1732
Grandinus (Martinus)	Gallus	1604	17	1691
Gratianus	Italus	....	....	....
Graveson (Ignat. Hyacin. Amat.)	Gallus	1670	18	1733
Gravina (Joseph Maria)	Italus	1702	18	1780
Gregorius Magnus (S)	Italus	540	6	604
Gregorius Nazianz. (S)	Asianus	328	4	389
Gregorius Nissen. (S)	Asianus	331	4	396
Gretserus (Jacobus)	Germanus	1561	16 et 17	1625
Grotius (Hugo)	Batavus	1585	17	1645
Guillelmus Parisiens.	Gallus	....	13	1249
Guimenius	....	....	....	....
Gury (P. Joannes Petrus)	Italus	....	19	....
Guttierez (Joannes)	Hispanus	....	16	....
Guyetus (Carolus)	Gallus	1600	17	1664
H				
Habert (Ludov.)	Gallus	1635	17 et 18	1718
Haelensis (Alexander)	....	....	....	....
Haræus (Francis)	Batavus	1550	16 et 17	1632
Harduinus (Joannes)	Gallus	1646	17 et 18	1729
Haunoldus (Christophorus)	Germanus	....	17	....
Heinneccius (Joannes Gottlieb)	Germanus	1681	17 et 18	1741
Heliodorus (Phœnix)	Phœnicius	....	17	....
Henno (Francisc.)	Belga	....	18	....
Henricus (a S. Ignatio)	Belga	....	17 et 18	1720
Henriquez (Henricus)	Lusitanus	1536	16 et 17	1608
Herincx (Guillielmus)	Belga	1620	17	1678
Herminier (Nicolaus L')	Gallus	1657	17 et 18	1735
Hieronymus (S)	Dalmata	331	4 et 5	420
Hiliarius (S.)	Gallus	....	4	368
Hippocrates Medicus	Græcus	460	5 ant. J C.	....
Hoffman (Gasparus)	Germanus	1572	16 et 17	1648
Holden (Henricus)	Gallus	1596	7	1665
Holzmann	Germanus	....	....	....
Homobonus de Bonis	....	....	....	....
Horatius, poeta	Romanus	63	sæcul. J. C.	8
Hostiensis (Henricus de Segusia)	Italus	....	13	1272
Hozes	....	....	....	....
Hugo a S. Victor	Belga	....	12	...
Hugo (Carolus Ludovicus)	Gallus	....	18	1739
Humbertus (Petrus)	Gallus	1696	18	1788
Hurtado (Thomas)	Hispanus	....	17	1659
Hurtado (Gasparus)	Hispanus	1575	16 et 17	1647
Hurtadus (Petrus, de Mendoza)	Hispanus	....	17	1646

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
I				
Ignatius de Loyola (S.)	Hispanus...	1491	16	1556
Ildephonsus (Joan. Bapt.)	....	....	....	....
Illsung (Jacobus)	Germanus..	...	17	....
Imola Joannes de)	....	....	15	1436
Innocentius III, Papa	Italus......	1160	12 et 13	1216
Irenæus (S.)	Græcus	....	3	202
Isambertus (Nicolaus)	Gallus	....	17	....
Iserna	....	....	....	....
Isidorus (S.)	Hispanus...	....	12	....
Ivo	Gallus	....	11	....
J				
Januariis (Joseph de)	....	....	....	....
Jason	....	....	....	....
Javellus (Christophorus)	Italus......	....	16	1540
Joachim (Abbas)	Italus......	1130	12	1202
Joannes a Cruce (S.)	Hispanus...	1542	16	1591
Joannes a sancto Thoma	....	.. .	....	....
Jordanus (B.)	Germanus..	....	13	1237
Jueninus (Gasparus)	Italus......	1650	17 et 18	1713
Justinus (S.)	Asianus ...	103	2	163
K				
Kellisonius	....	....	....	....
Krimerius (Ferdinandus)	....	....	18	....
Kuglerius (Joannes)	....	....	....	....
L				
L'abbé (Philippus)	Gallus	1607	17	1663
La Croix (Claudius)	Belga......	1652	17 et 18	1714
Lactantius (Lucius Cœlius)	Afer......	. . .	3 et 4	325
Laguna (Andreas)	Hispanus..	1499	16	1560
Llamas (Hieronymus)	....	.. .	....	. ..
Lambertini (Card. Ben. XIV.)	Italus......	1675	17 et 18	1758
Lampridius (Anton.)	....	....	....	....
Lancellotti (Joannes Paulus)	Italus......	1511	16	1591
Lancicius (Nicolaus)	Polonus ...	....	....	....
Lanfrancus	Italus......	1005	11	1089
Lassarte	....	...	....	....
Lastra	....	. .	....	....
Launojus (Joannes de)	Gallus	1603	17	1674
Layman (Paulus)	Germanus..	1576	16 et 17	1625
Leander (a SS. Sacramento)	Gallus	....	17	1667
Lebrun (Petrus)	Gallus.....	1661	17 et 18	1729
Ledesma (Petrus)	Hispanus ..	....	16 et 17	1616
Ledesma (Bartholomæus)	Hispanus ..	....	. ...	....
Leibnitzius	Germanus..	1646	17 et 18	1716
Leo (S.)	Italus......	....	5	461
Leon (Alphons. de)	Italus......	..	....	....
Leonardus a Portu Mauritio (B.)	Italus......	1676	17 et 18	1751
Lessius (Leonardus)	Belga......	1554	16 et 17	1623

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Leurenius (Petrus)	Germanus..	....	18	....
Lezana (Joannes Baptista de)	Hispanus ..	1586	17	1659
Lezarus (Petrus)	Gallus	....	17	....
Linnœus (Carolus)	Suecus.....	1707	18	1778
Lohner (Tobias)	Germanus..	....	17	....
Lombardus (Petrus)	Gallus	....	11 et 12	1140
Lopez (Ludovicus)	....	....	....	....
Lorca (Petrus de)	....	....	17	....
Lorichius (Judocus)	Germanus..	....	17	....
Lorichius (Ludovicus)	Germanus..	....	17	....
Lossada	....	....	....	....
Loth (Ludovicus Bertrandus)	....	....	17	1653
Lotterius (Melchior)	....	....	....	....
Luca (Card. Joannes Baptista de)	Italus......	1617	17	1683
Lucretius, poeta	Romanus...	95	1 ant. J. C.	55
Ludovicus (a S. Joan.)	....	....	....	....
Lugo (Card. Joannes de)	Hispanus ..	1583	17	1660
Lugo (Franciscus)	Hispanus ..	....	17	1652
Lumbier	....	....	....	....
Lupus (Christianus)	Belga......	1612	17	1681
Lutherus	Germanus..	1483	16	1546
Lyro (Nicolaus de)	Gallus	....	14	1340
M				
Machadus de Chaves (Joannes)	American ..	....	17	1653
Macrus	....	....	....	....
Magius (Franciscus Maria)	Italus......	1612	17	1686
Majolus (Simon)	Italus......	....	....	....
Major (Joan.)	Scotus	1468	15 et 16	1550
Malderus (Joannes)	Belga......	...	16 et 17	1633
Maldonatus (Joannes)	Hispanus ..	1534	16	1583
Malvenda (Thomas)	Hispanus ..	1566	16 et 17	1628
Mancinus (Joannes Baptista)	Italus......	....	17	1640
Manriquez (Angelus)	Hispanus ..	1577	16 et 17	1643
Mansi (Joannes Dominicus)	Italus......	1692	18	1769
Manuel	....	....	....	....
Marca (Petrus a)	Gallus	1594	17	1622
Marchaldus	....	....	....	....
Marchantius (Jacobus)	....	....	17	....
Marchantius (Petrus)	Belga......	1585	17	1661
Marchinus (Joannes Franciscus)	Italus......	1713	18	1773
Marco (Barthol. a)	Italus......	....	18	....
Margarita	....	....	....	....
Marianus Victor	....	....	....	....
Marino (Dominicus a)	Italus.... .	....	17	1669
Marinus (Joannes)	Hispanus...	1651	16 et 17	1725
Marmontel	Gallus	1723	18	1799
Marsilius	Italus......	....	14	1328
Martinez (Gregorius)	....	....	....	....
Martinet (l'abbé)	Gallus	1802	19	viv.
Martene (Edmundus)	Gallus	1654	17 et 18	1739
Martinon (Joannes)	Gallus	....	17	1662
Martinus (a S. Jos.)	....	....	....	....
Martyr (Petrus)	Italus......	....	16	....
Mascardus (Josephus)	Italus......	....	16	1595

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Mastrius (Bartholomæus).................	Italus......	....	17	....
Mathæus (de Krocof).....................	Germanus..	....	14 et 15	1410
Matienzo...........	....	....	....	....
Mauri (editores e Congregatione S).......	....	....	....	....
Maurus (Sylvester)	Italus......	....	17	1672
Mazzochius (Alexius)	Italus......	1684	18	1771
Mazzota......................... ..	....	....	....	....
Medina Bartholomæus.....................	Hispanus...	1528	16	1581
Medina (Joannes)........................	Hispanus...	1490	15 et 16	1546
Megala	....	....	....	....
Menardus (Nicolaus Hugo)................	Gallus	1585	17	1644
Menchata	....	...	....	....
Mendo (Andreas).........................	....	....	....	....
Mendosa (Franciscus de).................	Lusitanus ..	....	16	....
Menghi (Hieronym.)......................	....	....	....	....
Menochius (Jacobus).....................	Italus......	1532	16	1607
Merarius	....	....	....	....
Merati (Cajetanus)......................	Italus......	1668	17	....
Merbesius	Gallus	....	17	1684
Mercado (Ludovicus de)..................	Hispanus...	1520	16	1606
Mercorus (Julius)	....	....	17	....
Merenda (Antonius)	Italus......	1578	17	1657
Merolla (Franciscus)	....	....	....	....
Metinus (Henricus)......................	....	....	....	....
Michel (Augustinus).....................	Germanus..	1661	17 et 18	1751
Milante	Italus......	....	18	1749
Miranda (Ludovicus)...........	Hispanus...	....	....	....
Mirandola, *vide* Picus	....	....	....	....
Molfesius (Andreas).....................	Italus......	....	17	....
Molina (Ludov.).........................	Hispanus...	1535	16	1600
Monacellus (Franciscus).................	....	....	....	....
Moneta	Italus......	....	13	1240
Montesinos (Ludov.)	Hispanus..	....	17	1621
Moretto	....	....	....	....
Morinus (Joannes)	Gallus	1591	17	1659
Moscosa...............................	....	....	....	....
Moure (Antonius Fernandez de)...........	Lusitanus ..	....	17	....
Moya (Matthæus de)......................	Hispanus...	....	17	....
Muratorius (Ludov.)	Italus	1672	17 et 18	1750
Murcia (Leander de)	....	....	....	....
Murtius	....	....	....	....
Muscettola (Francisc.)..................	....	....	....	....
N				
Naldus..................................	....	....	....	....
Nancius (Guillelm)......................	....	....	....	....
Narbona	....	....	....	....
Natalis Alexander	Gallus	1639	17 et 18	1724
Natta (Marcus Antonius)................	Italus......	....	16	....
Nauclerus (Joannes).....................	Germanus..	....	15	....
Navarrus (Martinus)	Hispanus...	....	16	1586
Navarrus (Petrus).......................	Hispanus...	....	16	....
Navarrus (Tiburtius)....................	Hispanus...	.. .	16	....
Nellus	.. ..	....	....	....
Nevo (Alex. de)	Italus......	...	15	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Newton (Isaac)	Anglus	1642	17 et 18	1726
Nicephorus (Hist.)	Græcus	....	8	....
Nicolai (Joannes)	Gallus	....	17	....
Nicolius (Petrus)	Gallus	1625	17	1695
Nieremberg (Euseb.)	Hispanus	1590	17	1658
Noris (Henricus, Card.)	Italus	1631	17	1704
Nugnus (Didacus)	....	....	....	....
Nyder (Joan.)	Germanus	....	15	....
O				
Ochagavius (Petrus)	Hispanus	....	17	....
Olurado	....	....	....	....
Onnate (Petrus de)	....	....	....	....
Onuphrius	Italus	....	16	1568
Opatovius	....	....	....	....
Origenes (Adamantius)	Afer	185	3	254
Ormachæa (Hieronym.)	....	....	....	....
Orsi (Joan. Aug. Card.)	Italus	1692	18	1761
Ortiz (Alphonsus)	Hispanus	....	15	....
Ovanus	....	....	....	....
Oviedo (Franciscus de)	Hispanus	....	17	1651
Ovidius, poeta	Romanus	43	sæcul. J .C.	17
Oxeda	....	....	....	....
P				
Pagius (Antonius)	Gallus	1624	17	1695
Palatius (Michael)	Hispanus	...	16	....
Palao (Mich. de)	....	...	....	....
Palladius	....	....	....	....
Pallavincini (Sfortia, Card.)	Italus	1607	17	1667
Paludanus (Petrus de Palude)	Gallus	....	14	....
Pandao (Henricus a)	....	....	....	....
Panormitanus, *vide* Abbas	....	....	....	....
Panzaroli	....	....	....	....
Pardus	....	....	....	....
Pariginus	....	....	....	....
Parisiis (Joan. a)	....	....	....	....
Pasqualigus (Zacharias)	Italus	....	17	....
Passerinus (Petrus Mario)	....	....	17	....
Patel	....	....	....	....
Patutius (Joan. Vincent)	Italus	1700	18	1669
Pavone (Josephus Maria)	Italus	....	18	....
Pax (Jordanus)	....	....	....	....
Payva (Didacus)	....	....	....	....
Pecininus	....	....	....	....
Pegna (Franciscus)	....	....	....	....
Peyrinus (Laurentius)	....	....	17	....
Pelbardus	....	...	....	....
Pellizarius (Franciscus)	Italus	...	17	1651
Pereira	Hispanus	...	16	....
Perez (Martinus)	Hispanus	...	17	....
Perez (Antonius)	Hispanus	1583	17	1672
Personius	....	....	....	....
Periscus	....	....	....	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Pesantius (Alexander)...................	Italus......	....	....	....
Petavius (Dionysius)....................	Gallus	1583	17	1652
Petio (de)................................	....	....	....	....
Petitdidierus (Abbas)	Gallus......	1659	17 et 18	1728
Petra (Card.)...........................	....	....	....	....
Petrocorensis...........................	....	....	....	....
Petrucci (Petrus Card.).................	Italus......	1638	17	1701
Petschascher (Benedictus)...............	Germanus..	....	17	....
Philiarchus.............................	....	....	....	....
Philibertus.............................	....	....	....	....
Philippus (Nerius S)....................	Italus......	1515	16	1595
Piasecius,(Paulus)......................	Polonus....	....	17	....
Pichler (Vit.)..........................	Germanus..	....	18	1750
Picus a Mirandola (Card.)...............	Italus......	1463	15	1496
Piette (Aurel)	Belga.......	....	....	....
Pignatellus (Jacobus)...................	Italus......	....	17	....
Pinamonti (Joannes Petrus)..............	Italus......	1642	17	1703
Pinellus................................	Italus......	....	17	....
Pirhing (Henricus)......................	Germanus..	....	17	....
Piscara.................................	....	....	....	....
Pittonius (Joannes Baptista)............	....	....	....	....
Pizarrus	....	....	....	....
Platelius (Jacobus)	Belga......	1608	17	1681
Plato, philos	Græcus.....	430	5-4 ant. J.C.	. ..
Polancus (Joannes)......................	....	....	....	....
Pomponius...............................	....	....	....	....
Pontanus (Francisc.)....................	....	....	....	....
Pontassus (Joannes).....................	Gallus......	1638	17 et 18	1728
Pontius (Basilius)......................	Hispanus ...	....	16 et 17	1629
Portella (Laurentius)	Hispanns...	....	17	....
Porphyrius philos	Pœnicius...	233	3	....
Possevinus (Anton.).....................	Italus......	1534	16 et 17	1611
Potesta (Felix).........................	....	....	....	....
Pouget..................................	Gallus	....	....	...
Prado (Joannes Martinus de).............	Hispanus...	....	17	1668
Præpositus (Joan.)......................	Belga.......	....	17	1634
Protagoras philos.......................	Græcus	....	5 ant. J. C.	400
Puffendorf (Samuel)	Germanus..	1631	17	1694
Purchotius (Edm.)	Gallus	1651	17 et 18	1734
Puteanus (Henricus Van de Putte)........	Batavus	1574	16 et 17	1646
Pyrrhus.................................	....	....	....	....
Prosper (S).............................	Gallus	403	5	....

Q

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Quaranta (Stephanus)....................	Italus......	....	17	....
Quarti (Paulus Maria)...................	Italus......	....	17	....
Quintanadvenas (Antonius de)............	Hispanus...	....	17	1651
Quintilianus............................	Hispan.-rom	42	I	....

R

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Ramirez (Calixtus)......................	....	....	....	....
Raymundus de Pennafort (S)..............	Hispanus ..	1175	12 et 13	1275
Rancé (Abbas de)........................	Gallus.....	1626	17	1700
Raynaldus (Odericus)....................	Italus......	1595	17	1671

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Raynaudus (Theophilus)..................	**Gallus**	1583	17	1663
Rebellus (Ferdinannus).................	Lusitanus ..	1547	16 et 17	1608
Rebuffus (Petrus)..........................	Gallus	1487	16	1557
Receveur..................................	Gallus	....	19	....
Reginaldus (Valerius)....................	Gallus	1543	16 et 17	1623
Regula Morum (**auctor anonym.**)........	Germanus..	....	....	....
Reiffenstuhl (**Anacletus**)..................	Gallus	....	18	....
Relig. (Anton. de)..........................	....	....	....	....
Renzius	....	....	....	....
Rhodes (Gregorius de)....................	Gallus	....	17	1661
Ribadineira (Petrus)......................	Hispanus...	1517	16 et 17	1611
Riccius (Aloysius)........................	Italus......	....	17	....
Richardus...................................	Anglus......	....	12	....
Rigordus....................................	Gallus......	....	13	1207
Riminaldus.................................	....	....	....	....
Ripa (Joannes **Franciscus**)................	Italus......	....	16	1534
Ripaïda......................................	Hispanus...	....	....	....
Riverius (Lazarus)........................	Gallus	1589	17	1655
Rocafull (Joseph)..........................	Hispanus...	....	17	....
Rochus..	....	....	....	....
Rodriguez (Emmanuel)..................	Lusitanus ..	1551	16 et 17	1619
Rolandus	....	....	....	....
Roncaglia (Constantinus)................	Italus......	....	18	....
Rosella (Josephus)	....	....	17	....
Rosmer (Paulus)	Belga......	....	17	1664
Rossius (Joannes Baptista)	Italus......	1507	16	1578
Rousseau (Jean-Jacques	Gallus	1712	18	1778
Rovitus......................................	....	....	....	....

S

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Sa (Emmanuel)	Lusitanus ..	1530	16	1596
Sabbatinus.................................	....	....	....	....
Sabinus (Franciscus).....................	....	....	....	....
Sailer..	Germanus..	1751	18 et 19	1832
Salas (Joannes de)........................	Hispanus...	....	16 et 17	1612
Salcedo......................................	....	....	....	....
Salmanticenses (**Carmelitæ discalceati**).....	Hispani	....	....	....
Salmeron (Alphonsus)...................	Hispanus...	1515	16	1585
Salonius (Michael)........................	Hispanus...	....	17	....
Sambovius (**Sainte-Beuve Jacob.**)..........	Gallus	1613	17	1677
Sanchez (Thomas)........................	Hispanus...	1551	16 et 17	1610
Sancius (Joannes)........................	Hispanus...	....	17	....
Sanctius (Gaspar).........................	Hispanus...	1544	16 et 17	1628
Sanctorelli	....	....	....	....
Sandeus (Felin.)...........................	Italus......	....	15	1503
Sarnelli (**Januarius Maria**)................	Italus......	1702	18	1744
Sayrus (Gregorius)........................	Anglus......	....	16	1602
Scaramelli (Joan. Bapt.).................	Italus......	....	18	....
Scavini	Italus......	....	19	viv.
Scheelstrate (Emm. de)..................	Belga......	1648	17	1692
Schilder (Ludovicus de)..................	Belga......	1606	17	1667
Schneider...................................	....	....	....	....
Scotus (Joannes Duns)...................	Scotus.....	1273	13	....
Scortia (Joan. Bapt.)	....	....	....	....
Segneri (Paulus)...........................	Gallus	1624	17	1694

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Segura	....	....	....	....
Senensis (Hugo)	....	....	....	....
Serarius (Nicolaus)	Gallus	1555	16 et 17	1609
Servius (Philip.)	....	....	....	....
Serius (Marcus)	Italus	....	17	1663
Serra (Joannes Angelus)	Italus	....	18	1775
Serry (Jacob)	Gallus	1659	17 et 18	1738
Sessa (Josephus)	....	....	....	....
Sfondratus (Card. Cælestinus)	Italus	1649	17	1696
Sifilinus	....	....	....	....
Sigismundus	....	....	....	....
Silos	....	....	....	....
Silvester (de Afflicto)	....	....	....	....
Simanchus (Jacobus)	....	....	....	....
Simonet (Edmundus)	Gallus	1662	17 et 18	1733
Siremundus (Jacobus)	Gallus	....	17	1651
Sixtus (Senensis)	Italus	1520	16	1569
Sleidanus (Joann.)	Belga	1506	16	1556
Socinus (Marianus)	Italus	1401	15	1467
Sorbo (Hieron. de)	....	....	....	....
Sorbon (Robertus de)	Gallus	1201	13	1274
Soria (Joan. de)	Italus	1700	16	1767
Soto (Dominicus)	Hispanus	1494	16	1560
Soto (Petrus de)	Hispanus	....	16	1563
Sousa (Ludovicus de)	Lusitanus	1604	17	....
Sperelli (Alexand.)	Italus	....	17	....
Spinellus	....	....	....	....
Spinosa (Benedictus)	Batavus	1632	17	1677
Spondanus (Henricus de Sponde)	....	1568	16 et 17	1643
Sporer (Patricius)	Germanus	....	17	....
Staib	....	....	....	....
Stephanus a S. Paulo	....	....	17	....
Stotz (Matthæus)	Germanus	1614	17	1678
Suarez (Franciscus)	Hispanus	1548	16 et 17	1617
Suarez (Joann.)	Hispanus	....	....	....
Sulpicius Severus	Gallo-rom.	353	4	420
Surdus	....	....	....	...
Suso (Henricus)	Germanus	1300	14	1366
Sylvius (Franciscus)	Belga	1581	17	1649

T

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Taberna (Joan. Bapt.)	Belga	....	17	...
Tabiena (Joann.)	....	....	16	....
Tacitus (Caius Cornelius)	Romanus	56	1	....
Tamburini (Thomas)	Italus	1591	17	1675
Tancredus (Vinc.)	....	....	17	1659
Tanner (Adamus)	Germanus	1572	16 et 17	1632
Tapia (Petrus de)	Hispanus	....	17	1657
Tasi	....	....	....	...
Tassoni (Alexander)	Italus	1565	16 et 17	1635
Terentius, poeta	Africanus	192	2 ant. J. C.	159
Terillus (Antonius)	Anglus	....	17	....
Tertullianus (Quint. Septim.)	Afer	....	2 et 3	216
Tesaurus (Carolus)	Italus	1587	17	1655
Texeda	....	....	....	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Themudus	....	....	....	....
Theodoretus	Asianus..	393	5	458
Theodorus (a Spir. sancto)	....	....	....	....
Theophylus S.	....	...	. ...	....
Theotimus	....	.. .	....	....
Theresia (Sancta)	Hispana...	1515	16	1582
Thomas (Aquin. S.)	Italus... ..	1227	13	1274
Thomas (a Villa nova S.)	Hispanus..	1488	16	1555
Thomassinus (Ludovicus)	Gallus...	1619	17	1695
Tiraquellus (Andreas)	Gallus ..	....	16	1558
Tirinus (Jacobus)	Belga.	1580	17	1636
Toletus (Franciscus)	Hispanus...	1532	16	1596
Tonellus (Hippolytus)	....	....	....	...
Torni (Julius)	Italus......	.	18	....
Torrecilla	....	. ..	....	....
Torreblanca	Hispanus...	....	17	....
Tostatus (Alphons. *vide* Abulensis)	....	....	....	....
Tournely (Honorat.)	Gallus......	1658	17 et 18	1729
Trimarchus	....	...	....	....
Triumphus (Augustinus)	....	.	... ...	...
Troila	....	.	....	....
Trulenchius (Joan. Ægidius)	Hispanus.	.	17	...
Tucius	.... ..	.. .	. .. ..	. ..
Turecremata (Card. Joann. de)	Hispanus...	1388	15	1468
Turibius (S)	....	.	. ..	..
Turrianus (Aloysius de Torres)	Hispanus...	1504	16	1584
Tuschus (Dominic. Card.)	....	..	16 et 17	1620
U				
Ubaldis (Petrus de)	Italus......	.. .	14	1400
Ugolinus (Bartholomæus)	Italus......	1540	16	.
Ugonius (Mathias)	Asianus...	...	15	1507
Ursaya (Dominicus)	.. ..	.	.. ..	..
Ursil	....	.. .	....	..
V				
Valdesius (Ferdinandus)	....	. ..	....	....
Valentia (Greg. a)	Hispanus..	1543	16	1603
Valeria (Augustinus)	Italus....	1531	16	1606
Van Espen (Zeg. Bernardus)	Belga....	1700	18	1800
Van Roy (Leonardus)	Belga......	...	18	....
Vasquez (Gabriel)	Hispanus..	.. .	16	1604
Vega (Alphonsus)	Hispanus.	....	16	....
Velasquez (Anton.)	Hispanus..	1585	17	1669
Veneto (Paulus)	Italus.. .	..	15	1429
Ventriglia (Joan. Bapt)	Hispanns.	....	....	...
Veracrux (Alphonsus)	Hispanus...	.	16	..
Verde	... .	.. .	....	....
Verricelli (Angelus Maria)	Italus....	....	17	....
Verjuys (Antonius)	Gallus... ..	1632	17	1706
Vestrini	... .	.	.. ..	...
Victorelli (Andreas)	Italus.. ...	.	....	.. .
Victoria (Franciscus de)	Hispanus.		16	1549
Vidal (Marcus)	Italus......	....	17	....

NOMINA	PATRIA.	AN. Nat.	SÆCUL. Floruit.	AN. Mort.
Viguerius (Joann.).......	Hispanus..	..	16	....
Villalobos (Henricus de)	Hispanus.	...	17	...
Vincent...	Gallus	....	19	viv.
Virgilius, poeta..............	Romanus..	70	1° ant. J. C.	19
Visconti (Josephus)..	Italus...	...	16	..
Viva (Dominicus)....	Italus....	1648	17	..
Vivaldus (Marc. Alphons.).......	Italus. ...	....	16	....
Volaterranus (Raphaël)	Italus.....	1450	15 et 16	1521
Voltarius..............................	Gallus.. ...	1694	18	1778
W				
Wading (Petrus).........................	Hibernus..	1586	17	1644
Waldensis (Thomas)....................	Anglus...		15	1430
Wazz..	....	...	.....	...
Wesembec (Matthæus)............... ...	Belga	1531	16	1586
Weistner (Jacob)..	.. ..		....	..
Wigandt	. .. .	. .	....	...
Wiggers (Joann.).	Belga......	1571	16 et 17	1639
Witasse (Carol.)	....	1660	17	1706
Z				
Zacharia (Franc. Anton.)..............	Italus... ..	1712	18	1796
Zambranus (Melchior)...........	Hispauns.	.	17	...
Zanardi (Michael)	Italus.. ..	1570	16 et 17	1641
Zechius..	Germanus.	.	16	
Zerola (Thomas)..	Italus. ..	1448	15	. .
Zumel (Franciscus)..	....	...	16	1607

FINIS TOMI QUARTI AC POSTREMI

Imp. de la Soc. de Typ. - NOIZETTE, 8, r. Campagne-Première. Paris